Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTIONIS
BULLARUM
SS. BASILICÆ VATICANÆ
TOMUS TERTIUS.

Digitized by Google

COLLECTIONIS BULLARUM BREVIUM,

Aliorumque Diplomatum

SACROSANCTÆ BASILICÆ VATICANÆ

TOMUS TERTIUS

A JULIO III.

AD BENEDICTUM XIV.

PRODUCTUS;

NOTIS AUCTUS, ET ILLUSTRATUS.

Accedunt in fine Voluminis ADDENDA, & CORRIGENDA; ac univerſi Operis INDEX locupletiſſimus.



ROMAE

Excudit Jo:Maria Salvioni Typographus Pontificius Vaticanus In Archigymnaſio Sapientiæ.

M. DCCLII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Celſitudini Regiæ, atque Emo Principi

HENRICO
DUCI EBORACENSI
S. R. E. CARDINALI
SACROSANCTÆ VATICANÆ BASILICÆ
ARCHIPRESBYTERO

HORATIUS ALBANUS

PRINCEPS SURIANI, ET S. R. I.

EX omnibus rebus, quas Hannibal Albanus Cardinalis patruus meus cupidiſſime incepit, perficere vero interceptus morte non potuit, hanc puto fuiſſe ei longe antiquiſſimam, ut extaret numeris omnibus abſoluta collectio earum ſanctionum, quæ ſunt de Sacroſancta Baſilica Vaticana. Huic ſane operi

maxime

maxime inſudantem, perfectionemque ejus urgentem, mors oppreſſit: Quo caſu cum abruptum eſſet in ipſo pene exitu præclarum inceptum, ego, qui talis Patrui conſilia, nutus, cogitata ipſa ut totidem prope leges accepi, nullam curarum habui potiorem, quam ut Tomus hic Pontificiarum Conſtitutionum tertius, cujus erat jam impreſſio multum provecta, meo tandem ſumptu ad calcem deduceretur. Debebatur, ut exiſtimo, hoc illi obſequium a me: eoque debebatur juſtius, quod intelligerem, contineri in iſto opere jura, dignitatemque ejus Templi, in quo Hannibal per annos ipſos trigintaſex, & ſacri Ædificii Præfectus, & Collegii ſacerdotalis Archipresbyter fuit; utramque vero procurationem ita pro viribus geſſit, ut non aliam habere priorem videretur.

Sequebatur, ut volumen ita impreſſum Viro principi inſcriberetur, cui affine aliquid eſſet Baſilicæ Vaticanæ. Non longa fuit deliberatio: neque in hac re videor mihi male mentem Hannibalis interpretatus, cum ad Te unum, Sereniſſime, atque Eminentiſſime Princeps, animum appuli. Aliud profecto nihil, quantum aſſequi conjectura poſſum, ipſe præſcripſiſſet mihi Hannibal, ſi talem ſibi datum iri ſucceſ-

ſorem præſenſiſſet. Qui enim priorem Tomum BENEDICTI XIV. nomine inſignitum voluit, ea præſertim cauſa, quod Pontifex præſtantiſſimus olim inter Canonicos Vaticanos fuerit numeratus: qui Tomum alterum Joachimo Portocarrerio ampliſſimo Cardinali propterea inſcripſit, quod is perdiu in eo Collegio vicariam poteſtatem exercuerit: tertium hunc, atque ultimum, cui tandem offerri, conſecrarique mallet, quam Tibi, qui Collegii ejuſdem Archipresbyter, & caput es?

Quid quod ampliſſimo illi Cœtui ita præſides, ut nemo ante Te juſtius digniuſque præſediſſe videatur? Non eſt hujus loci, Ampliſſime Cardinalis, in tuas laudes excurrere fuſius. Vel illud quantum eſt, quod natus in Regali domo, quod deliciis Regalibus innutritus, quod in ſpem Regni educatus, tamen in caſtris Eccleſiæ merere volueris; nunc autem Sacerdotio initiatus, meris ferme religionibus, ſacriſque miniſteriis ætatem tranſigas? Merito ſane magnus hic Pontifex, atque hominum æquiſſimus æſtimator, BENEDICTUS, unum Te, primam licet juventam nondum ſupergreſſum, non ſolum Baſilicæ Vaticanæ Ædilitate ornatum voluit, verum etiam Archipresbyterum impoſuit ei Sacerdotum Collegio,

quod,

quod, cum propter Templi orbis terrarum magnificentiſſimi celebritatem, tum etiam propter dignitatem, numerum, ac ſanctitatem ſuam, graviſſimum ampliſſimumque eſt. Quas quidem Tu præfecturas ita adminiſtrandas ſuſcepiſti, ut, ſi quid in Deceſſore deſideratum forte ſit, id ipſe cumulatiſsime ſuppleturus magnitudine pietatis, atque prudentiæ videaris.

Cæterum, etiamſi hæc nulla eſſent, potui ne ego oblatam non arripere occaſionem teſtandi obſequii erga Te mei? Anni jam quinque ſunt ſupra triginta, HENRICE Dux Sereniſsime, cum JACOBUS III. magnæ Britanniæ Rex, Pater tuus, in hanc urbem Chriſtiani Imperii ſedem conceſsit. Tot annorum ſpatio Rex benigniſsimus, ſive recordatione Clementis XI., a quo primum acceptus, atque amantiſsime habitus cultuſque fuit, ſive inſita humanitate, adeo ſe benevolum præbuit huic meæ familiæ, ut parem ei referre gratiam, neque ego, neque ullus meorum poſsit. De Te nihil amplius dicam, niſi quod paternam erga nos voluntatem propenſionemque æmularis quodammodo, vel ſuperas potius. Nullumne poſt hæc exiſtere a nobis teſtimonium grati, & obſequentis animi? Nullam a nobis vicem rependi tam exploratæ benevo-

nevolentiæ ? Cumque opportunitas eſſet qualiſcunque præ manibus, eam ut ego negligerem ?

Habes igitur, Sereniſsime Dux, Cardinalis Eminentiſsime, cauſas liquido, ut arbitror, explicatas, cur Volumen iſtud ſub auſpiciis præſertim tuis educatur in lucem. Debebatur Tibi vel eo nomine, quod ſpectat ad Baſilicam Vaticanam, in qua duplicem magiſtratum geris ampliſsimum. Iterum debebatur, quia monumentum eſt Patrui mei, & quia editur a me, cujus erga Te obſervantia publico aliquo documento comprobanda erat. Reliquum eſt, quod & magnopere cupio, ſperoque, ut, quidquid id eſt muneris, ea excipias comitate, qua maxime facis, ut nihil Tibi non offerendum videatur.

APPROBATIONES.

R*Everendiſs. Patris Magiſtri Sac. Palatii juſſu legi COLLECTIONIS BULLARUM, BREVIUM, MONUMENTORUM &c., quæ ad Sacroſanctam Vaticanam Baſilicam pertinent, Tomum Tertium: in quo nihil quidquam deprehendi, quod vel Orthodoxæ Fidei vel bonis moribus adverſetur; eumque præditum iiſdem plane dotibus eſſe cenſeo, quibus priores duo, ac propterea dignum, qui itidem ac illi Typis impreſſus in publicam lucem proferatur.* Kal. *Auguſti MDCCLI*

Michael Angelus Giacomellus SS. D. N. BENEDICTI PP. XIV. Intimus Capellanus & Sacroſanctæ Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus.

E*Juſdem Reverendiſs. P. Auguſtini Urſi Sac. Palatii Magiſtri juſſu, quo duos præcedentes Libros Collectionis Bullarum Sacroſ. Baſilicæ Vaticanæ, examen mihi commiſſum fuit, hoc præſens Tertium Volumen diligenter legi, atque expendi: Cumque geminum anterioribus, ſimileque in omnibus repererim, eadem pariter probatione, ac commendatione pro meo jure proſequendum exiſtimo, & publica luce dignum eſſe cenſeo.*

Franciſcus Marianus Vatic. Baſilicæ Benefic., & Bibliothecæ Græcus Scholiaſtes.

IMPRI-

IMPRIMATUR;

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriar. Conſtantinop. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Auguſtinus Orſi Ord. Prædic. Sacri Palatii Apoſtol. Magiſter.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS
Diplomatum tertii Voluminis.

	Conſtitutio	Annus	Menſis	Dies	ARGUMENTUM	Pagina
Julius III.	I	1550	Febr.	22	Abbatiam S. Salvatoris de Majella a Paulo III. unitam Menſæ Capitulari S. Petri, at literis Apoſtolicis non expeditis, unit & incorporat eidem Menſæ, Deceſſoris ſui voluntatem adimplens.	1
	II	1550	Martii	4	Officium Catenæ prope Portam Sanctam Baſilicæ S. Petri cum honoribus confert Deſiderio Clerico familiari ſuo.	4
	III	1552	Nartii	1	Pœnitentiariorum Minorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum Privilegia omnia, prærogativam ſuper aliis quibuſcumque Pœnitentiariis, ac proventus enumerat, eiſque concedit 30. Scuta aurea in quemlibet menſem in perpetuum ſuper Officio Majoris Pœnitentiarii.	6
	IV	1552	Maji	6	Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Carolo Pallavicino quatuordecim annorum adoleſcenti.	10.
	V	1552	Jun.	23	Tiberio de Capiteferreo confert Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ una cum Præbenda per ceſſionem vacantes.	13
	VI	1552	Jun.	23	Eidem Tiberio Canonico Baſilicæ Vaticanæ confert Capellaniam S. Marci Evangeliſtæ in ead. Baſilica.	15
	VII	1552	Sept.	2	Unam ex qnatuor Capellaniis Innocentianis confert Joanni Antonio Battiferro Scriptori Brevium Apoſtolicorum.	17
	VIII	1552	Sept.	24	Abbatiam S. Salvatoris de Majella ante Biennium Menſæ Capitulari unitam, deinde ſuborta controverſia alii Commendatam iterum unit, adnectit, & incorporat Baſilicæ Vaticanæ.	19
	IX	1554	Febr.	16	Ratam habet locationem certorum Caſalium factam per Capitulum Baldo Ferratino, & Chriſtophoro Cencio Canonicis, derogatque contrariis Conſtitutionibus Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III.	23
Paulus IV.	I	1555	Decemb.	2	Fructus Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque non exactos dum viverent, non pertinere ad Succeſſores juxta Decretum Julii III.	

INDEX CHRONOLOGICUS
Diplomatum tertii Voluminis.

	Conſtitutio	Annus	Menſis	Dies	ARGUMENTUM	Pagina
Julius III.	I	1550	Febr.	22	Abbatiam S. Salvatoris de Majella a Paulo III. unitam Menſæ Capitulari S. Petri, at literis Apoſtolicis non expeditis, unit & incorporat eidem Menſæ, Deceſſoris ſui voluntatem adimplens.	1
	II	1550	Martii	4	Officium Catenæ prope Portam Sanctam Baſilicæ S. Petri cum honoribus confert Deſiderio Clerico familiari ſuo.	4
	III	1552	Nartii	1	Pœnitentiariorum Minorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum Privilegia omnia, prærogativam ſuper aliis quibuſcumque Pœnitentiariis. ac proventus enumerat, eiſque concedit 30. Scuta aurea in quemlibet menſem in perpetuum ſuper Officio Majoris Pœnitentiarii.	6
	IV	1552	Maji	6	Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Carolo Pallavicino quatuordecim annorum adoleſcenti.	10
	V	1552	Jun.	23	Tiberio de Capiteferreo confert Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ una cum Præbenda per ceſſionem vacantes.	13
	VI	1552	Jun.	23	Eidem Tiberio Canonico Baſilicæ Vaticanæ confert Capellaniam S. Marci Evangeliſtæ in ead. Baſilica.	15
	VII	1552	Sept.	2	Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Joanni Antonio Battiferro Scriptori Brevium Apoſtolicorum.	17
	VIII	1552	Sept.	24	Abbatiam S. Salvatoris de Majella ante Biennium Menſæ Capitulari unitam, deinde ſuborta controverſia alii Commendatam iterum unit, adnectit, & incorporat Baſilicæ Vaticanæ.	19
	IX	1554	Febr.	16	Ratam habet locationem certorum Caſalium factam per Capitulum Baldo Ferratino, & Chriſtophoro Cencio Canonicis, derogatque contrariis Conſtitutionibus Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III.	23
Paulus IV.	I	1555	Decemb.	2	Fructus Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque non exactos dum viverent, non pertinere ad Succeſſores juxta Decretum Julii III.	

					ſed ad hæredes, alioſve juxta Canonicor. Beneficiator. &c. ultimam voluntatem.	25
	II	1556	Jun.	12	Penſionarios teneri ad contributionem in Collecta impoſita Canonicis, Beneficiatis, & Clericis pro muniendo Burgo.	26
	III	1556	Octobr.	23	Chriſtophorum Cencium Canonicum Baſilic. Vatic. renunciat Theſaurarium S.R.E ad vitam.	27
	IV	1557	Jan.	7	Capellaniæ S. Joſeph in Eccleſia Sancti Rufilli ab ſe collatæ, necdum expeditis literis Apoſtolicis poſſeſſionem interim demandat Archidiacono, & Archipresb. Eccleſiæ Forolivienſis.	30
	V	1557	Octobr.	2	Alexandrum Sfortiam ex Comitibus Sanctæ Floræ Canonicum Baſil. Vat. & Clericum Cameræ Apoſtol. ob crimen læſæ Majeſtatis exulem, omnibuſque officiis & Beneficiis ſpoliatum reſtituit in integrum, abſolvit a cenſuris &c.	31
	VI	1557	Decemb.	25	Inſtituit feſtumCathedræ Romanæ die 18. Januarii quotannis celebrandum in toto orbe Catholico.	34
	VII	1559	Maji	13	Alphonſo Card. Carafæ Regenti Cameræ Apoſtolicæ demandat, ut Monitorio præmiſſo, excommunicet detentores Bonorum aliarumque rerum Baſilicæ, quas generaliter recenſet; eidemque Baſilicæ aſſerit.	35
	VIII	1559	Jun.	1	Literæ executoriales præcedentis mandati.	37
	IX	1559	Aug.	12	Conſtitutiones Sixti IV. & Clementis VII. de bonis Baſilicæ non locandis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis eorumque affinibus, & conſanguineis innovat, & confirmat.	39
	X	incerto			Sub pœna excommunicationis Romano Pontifici reſervatæ pro abſolutione, prohibet Archipresbyterum, Capitulum, ac quemvis alium commodare Paramenta, & Ornamenta Sacriſtiæ Baſilicæ Vatic., exceptis vaſis aureis & argenteis, cuiquam, præter quam Vicario, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis etiam extra Baſilicam.	41
Pius IV.	I	1560	Julii		Corpus S. Bartholomæi Apoſtoli, aliaſque Sanctorum Reliquias in Vaticanam Baſilicam ſub Paulo IV. ob Tyberis inundationem translatas, Eccleſiæ S. Bartholomæi in Inſula Tyberina reſtituendas decernit.	42
	II	1561	Jun.	10	Confirmat unionem certæ domus factam Sacriſtiæ ab Aurelio de Turre, ad quem ſpectabat, tanquam Beneficiatum pro penſione annua Scutor. 18. ſibi & ſuis Succeſſoribus in Beneficiatu duobus terminis perſolvenda.	43
	III	1561	Sept.	20	Antonium Cerrutum Commiſſarium Capitu-	

				pituli, & ejuſdem ſubſtitutos Auctoritate Apoſtolica munit in tota Eccleſiaſtica Ditione.	44
IV	1561	Sept.	22	Card. Alexandro Farneſio Archipresbytero Baſil. Vatic. ejuſque Succeſſoribus in perpetuum confirmat, & inſtaurat plenam juriſdictionem, in quibuſcumque cauſis ad bona, & perſonas ejuſdem Baſilicæ ſpectantibus tam civilibus, quam criminalibus citra cauſas ſanguinis, & afflictivas corporum.	45
V	1562	April.	11	Galleſio Regard Canonico Baſil. Vatic. confert unam ex duabus Capellaniis ad Altare S. Petronillæ Juriſpatronat. Regis Francor. atque injungit dimiſſionem unius ex Canonicatibus, & Præbendis ejuſdem Baſilicæ, queis fruebatur.	46
VI	1563	Jan.	1	Indulgentiam Plenariam concedit univerſis, qui intererunt Miſſæ ſolemni in Baſilica Principis Apoſtolorum, vel Proceſſioni die Dom. 3. Januar. pro gratiarum actione ob victoriam inſignem contra Hugonotos in Galliis reportatam.	49
VII	1563	Jan.	1	Facultatem concedit Card. Moniliano celebrandi Miſſæ Sacrificium ad altare Principis Apoſtolor. ob prædictam cauſam.	50
VIII	1564	Junii	20	Supprimit, extinguit, applicat, & cum plena juriſdictione adnectit Menſæ Capitulari Prioratum S. Salvatoris in Sanctæ Balbinæ, & Monaſteria Sancti Martini, S. Rufilli, S. Nazarii, & S. Petri li Coſati: eximitque Prioratum & Monaſteria a viſitatione Ordinariorum, & Abbatum, a quavis contributione, vel impoſitione, & a quacumque ſuperioritate tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus.	50
IX	1564	Sept.	1	Extincta omni cauſa litium pro evictione Capituli ſuper Caſalibus alienatis, ac reſtituto antiquis emtoribus Caſali Monaſteriorum derogat quibuſcumque ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, & diſpoſitionibus de eodem factis poſt alienationem tempore Clem. VII. ad favorem Hortenſiæ Ciciæ, ut partem ejus Caſalis emere poſſit pro filiis ſuis, quorum Curatrix erat.	57
X	1565	Jan.	18	Canonicis Baſilicæ Vaticanæ permittit, ut incidant ligna, effodiant, extirpent &c. in ſilva vulgo *la ſelvaccia* ad Eccleſiam Sancti Ægidii Cornetanæ Civitatis pertinente, quæ ſcilicet eſt Membrum Abbatiæ S. Martini in Montibus, ſublata excommunicatione, qua per Alexandrum VI. quili-	

Digitized by Google

					bet vetabatur id facere.	62
S. Pius V.	I	1566	Jun.	11	Michaeli Cacciaguerræ confert Canonicatum Baſil. Vatic. vacantem per reſignationem: ita tamen, ut Beneficiatum, & Capellaniam ejuſdem Baſilicæ dimittat: necnon Parochialem Eccleſiam in Diœceſi Ravennæ.	64
	II	1566	Jun.	15	Beneficiatum Baſilicæ Vaticanæ dimiſſum a Michaele Cacciaguerra Canonico confert Matthæo Rapario familiari ſuo.	67
	III	1568	Febr.	21	Joanni Olivæ Archiepiſc. Teatino Apoſtolicam auctoritatem delegat, ut viſitet Abbatias exemtas, eaſque ad contributionem compellat pro inſtituendo Seminario juxta formam a Concilio Tridentino traditam.	68
	IV	1568	Jul.	29	M. Antonio Maffeo Archiep. Teatino Commendat Canonicatum Baſilicæ Principis Apoſtolorum; ſupportatis tamen ejus oneribus: licet Datariatus officio impediretur, quin reſideret.	69
	V	1569	Mart.	2	Camerarios & cæteros Officiales Baſilicæ a divinis Officiis abſentes punctandos, niſi conſtet, illa ipſa hora, & die occupatos pro negotiis Baſilicæ. Quidquid iis remittitur a remittente detrahendum, dupli pœnam incurrentibus iiſdem Camerariis &c. Omne autem convertendum in utilitatem Sacriſtiæ.	71
	VI	1569	April.	3	Othoni Epiſcopo Albanen. Card. de Auguſta concedit facultatem celebrandi Miſſam in majori altari Baſilicæ Sancti Petri fer. 2. majoris hebdomadæ.	72
	VII	1569	Decemb.	21	Eccleſiam Lateranenſem & ejus Clerum præferri debere Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & illius Clero, juxta Decretum Franciſci Sarmento Auditoris Rotæ: nefaſque eſſe ab hac ſententia procare, aut reclamare.	72
	VIII	1570	Mart.	6	Tranſumtum duorum Brevium S. Pii V. ſuper diſtractione, ſive alienatione Bonorum Monaſterii S. Martini in Montibus Viterbien. & Conventuum Sanctæ Mariæ ad Gradus, & Sanctæ Mariæ ad Quercum Ordinis Prædicator.	75
	IX	1570	Jul.	21	Mandat Archipresbytero Baſilicæ, & ejus Vicario pro tempore, ut Inſignia Baſilicæ, Clavium nempe pendentium cum Mitra Pontificia, quibuſvis domibus, aliiſque ædificiis apponi faciant auctoritate Apoſtolica, ubi forſan deſint, ad aſſerendum jus, & dominium ejuſdem Baſilicæ.	78
	X	1570	Aug.	10	Præbendam Theologalem inſtituit in Baſil. Vatic. juxta formam a Concilio Tridentino præſcriptam, eamque ſimul cum Canonicatu confert Magi-	

ſtro

				ſtro Sacri Palatii, & Succeſſoribus: ita tamen ut veri ſint Canonici, oneribuſque atque honoribus fungantur, ut Baſilicæ Conſtitutiones præcipiunt.	80
XI	1570	Octob.	3	Concedit facultatem Capitulo conceſſiones, & locationes domorum extendendi ac prorogandi, & domos non locatas locandi uſque ad tertiam generationem, & nominationem; Caſalia etiam & alia bona ad novennium locandi, ut ſolvere poſſit Decimas ſibi contingentes pro ſubſidio adverſus Turcas.	83
XII	1570	Octob.	29	Declarat, Societatem Calzettariorum excidiſſe ab omni jure ſuper Eccleſia S. Catharinæ de Rota, ejuſque adnexis, totumque ad Capitulum rediiſſe ob violatum ab eadem Societate pactum de non alienando &c. abſque expreſſo conſenſu Capituli.	85
XIII	1571	Octob.	25	Domus conceſſæ in Emphyteuſim Friderico Comiti Aronæ, ac Virginiæ Ruvereæ uxori, ad tertiam generationem, aut nominationem iis decedentibus abſque liberis & ſine nominatione, poſſeſſio rediit ad Capitulum. Quam ut capiat abſque expulſione hæredum, Inquilinorum &c. concedit S. Pontifex, eamque poſſeſſionem firmam & validam futuram eſſe declarat.	87
XIV	1571	Nov.	5	Inſtituit Vicarios Curatos perpetuos in Baſilicis Lateranenſi, & Vaticana; necnon in Collegiatis S. Mariæ in via lata, Sanctæ Mariæ Tranſtiberim, S. Laurentii in Damaſo, Sancti Marci, Sancti Angeli in foro Piſcium, S. Quirici in Montibus, Sancti Nicolai in Carcere, atque in Eccleſiis Sancti Blaſii della pagnotta, & Sanctæ Catharinæ de Rota, & Sancti Pantaleonis.	90
XV	1571	Dec.	19	Concedit facultatem Capitulo & aliis creandi cenſus cum Fratribus Carmelitis ſuper pretio Scutor. 700. pro domo quadam demolienda in ædificatione novæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Traſpontinæ, pro ſexennio; quo elapſo eam ſummam exigendam decernit, atque inveſtiendam ſuper re aliqua ſtabili ad ejuſdem Capituli & aliorum utilitatem.	92
XVI	1571	Dec.	22	Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Franciſco Guicciardino.	95
XVII	1572	Mart.	17	Concedit Capitulo, ut poſſeſſionem ineat aliquot domorum; & vineæ, abſque dejectione bonorum &c. in viam publicam juxta U. J. leges, & conſuetudines, quibus derogat.	97

Cen-

Gregorius XIII.	I	1572	Sept.	19	Cenſum in ſumma ſcutorum 350. a Capitulo Baſilicæ S. Petri impoſitum, ut controverſia quæ inter ipſum Capitulum, & Æmilium de Lenis fervebat, extingueretur, approbat, & confirmat.	98
	II	2572	Februar.	1	Duo Baſilicæ Vaticanæ Altaria, alterum Mortuorum, S. Gregorii alterum, Privilegio donantur perpetuo pro Defunctis.	101
	III	1573	Martii	1	Rutilio Benzono Sac. Theologiæ Magiſtro Canonicatum & præbendam Theologalem in Vaticana Baſilica confert, revocans S. Pii V. Conſtitutionem, quæ id muneris ac dignitatis Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro perpetuo conceſſerat.	102
	IV	1576	Januar.	5	Canonicis Baſilicæ Vaticanæ, quos a cenſuris & pœnis propter bonorum alienationes contra formam Literarum Apoſtolicarum pridem factas abſolvit, jus tribuit, ut venditionis domorum, quæ ſolo Baſilicæ inædificatæ fuerant, aſſenſum præbeant.	103
	V	1576	Februar.	27	Fructus Monaſteriorum S. Petri Licoſati, & S. Nazarii, qui, ſuperſtite Jo. Dominico de Surrento, abeo, quem Cardinalis Farneſius elegiſſet, erant pecipiendi, eodem Cardinali, & Capitulo S. Petri id rogantibus, in Vaticanam Baſilicam transferuntur.	106
	VI	1578	Februar.	12	Imaginem B.M.V. *de Succurſu* in Sacellum Gregorianum transferendam decernit; atque iis qui translationi interfuerint, Plenariam Indulgentiam concedit.	113
	VII	1578	Auguſt.	1	Capellam Juliam reſtituit; Cantorum numerum, ac mercedem deſignat; expenſarum onera in menſam Capitularem transfert.	113
	VIII	1578	Decemb.	23	Societatem Sanctiſſimi Sacramenti in Baſilica Vaticana pridem inſtitutam, approbat: Novas pro ejus regimine leges confirmat; Archiconfraternitatis prærogativam, ac peculiaria inſignia ſuperaddit; Multas illius Confratribus Indulgentias, ac Privilegia elargitur.	117
	IX	1579	Januar.	13	Pontificis Aſſenſus pro erectione Montis Pietatis in Caſtro Faræ.	121
	X	1579	Martii	7	Plenariam peccatorum Indulgentiam conſequuntur, qui die Feſto S Gregorii Magni ejus Altare in Baſilica Vaticana viſitaverint.	123
	XI	1979	Novemb.	20	Archiepiſcopum Teatinum Apoſtolicæ Sedis Delegatum conſtituit, ut in Abbatiis ac Monaſteriis quibuſcumque in ejus Diœceſi poſitis, quibus Majellanam, ac Sancti Martini de Fa-	

				ra Abbatias accenſet, viſitationem inſtituat.	123
XII	1579	Decemb.	24	Concordia a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ inita cum filiis & hæredibus Sabbæ de Porcariis, ſuper nonnullis Domibus in Burgo S. Petri exiſtentibus, Apoſtolica auctoritate confirmatur.	124
XIII	1579	Novemb.	6	Eccleſiam S. Catharinæ prope Plateam Baſilicæ Vaticanæ ſtato tempore viſitantibus, Plenaria peccatorum Indulgentia conceditur.	130
XIV	1579	Novemb.	6	Locationem, quam Portuenſis Epiſcopus, & Capitulum S. Petri ad novennium inierant, Apoſtolica auctoritate confirmat.	130
XV	1580	Martii	1	Concedit ut domus quæ in ſolo Baſilicæ Vaticanæ edificatæ fuerant, Tiberio Ceulo Patri Mutii Baſilicæ ejuſdem Canonici jure vendantur, atque ut Capitulum hujuſmodi venditioni conſenſum præbens nullam cenſuram pœnamve incurrat.	132
XVI	1580	Maji	13	Indulgentia dierum centum pro iis, qui die Sabbati Litaniis, quæ ante Imagines B. M. *de Columna*, aut *de Succurſu* recitantur, interſunt.	134
XVII	1580	Maji	25	Chriſtifidelibus, qui recurrente feſto Aſſumptionis B.M.V., necnon S. Gregorii Nazianzeni, Hieronymi, Baſilii, Barnabæ, ac die 12. Junii Sacellum Gregorianum quotannis viſitaverint, Plenariam Indulgentiam elargitur.	134
XVIII	1580	Junii	13	Quatuor Capellanias ad Altare B.M.V. & S. Gregorii Nazianzeni in Baſilica Vaticana erigit, earumque reditus, ac onera deſcribit.	135
XIX	1580	Aug.	27	Iis, qui recurrente feſto Nativitatis B. M. V., ejus Altare ad Columnam quotannis viſitaverint, Plenariam peccatorum Indulgentiam concedit.	136
XX	1580	Sept.	13	Capellaniæ Sancti Marci, ac B. Mariæ Virgariorum Sacrario Baſilicæ Vaticanæ addicuntur, ut earum reditus in ejuſdem Sacrarii commodum convertantur.	136
XXI	1581	April.	4	Plenioris Indulgentiæ beneficio donantur qui in feſto SS. Leonis I. & II., hoc eſt die 11. Aprilis, & 28. Junii Aram viſitaverint, ſub qua eorum corpora quieſcunt.	138
XXII	1582	Febr.	13	Capellania ad Altare Mortuorum, quam Joannes Thomas de Vertua dimiſerat, Sacrario Baſilicæ Vaticanæ, una cum juribus ac oneribus attribuitur.	139
XXIII	1582	Novemb.	13	Abbatia S. Barbati de Pollutro Menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ perpetuo addicitur.	141
XXIV	1584	Martii	15	Jus tribuit Capitulo S. Petri ut ſuper Bo-	

					Bonis Baſilicæ cenſum quatuor millium ſcutorum imponat ad controverſias tollendas, atque in emptionem Juriſdictionis Criminalis & mixtæ a Familia Valegnana.	143
	XXV	1584	Novemb.	13	Conceſſionem Eccleſiæ S. Balbinæ a Capitulo Baſilicæ S. Petri factam favore Fratrum Heremitarum Congregationis *B. Mariæ Conſolationis* Ordinis S. Auguſtini, necnon conditiones contractui adjectas approbat & confirmat.	146
	XXVI	1584	Decemb.	1	Capitulo S. Petri concedit, ut ſuum aſſenſum præbeat donationi vineæ directo dominio Baſilicæ Vaticanæ ſubjectæ, quam Eliſabetha Ceraſia dono dederat Fratribus SS. Trinitatis in Monte Pincio.	148
	XXVII	1585	Januar.	13	Excommunicationis pœnam in eos irrogat, qui Monaſterii Sancti Martini bona occupant, Scripturas detinent, aut reos non revelant.	149
Sistus V.	I	1585	Decemb.	20	Decernit, ut Eccleſiarum omnium Antiſtites, quocumque honore fulgeant, ac nomine cenſeantur, ſtato temporis intervallo, pro diſſimili locorum diſtantia, ad viſitanda SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Limina, aut per ſe ipſos, aut per idoneam Vicariam Perſonam, Romam accedant. Contra inobedientes gravioribus pœnis animadvertit.	150
	II	1586	Martii	12	Concedit ut in Baſilica Vaticana Miſſæ celebrari poſſint per horæ dimidium poſt meridiem.	153
	III	1586	Novemb.	4	Crucem Vaticano Obeliſco ſuperpoſitam adorantibus, decem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam perpetuo concedit.	154
	IV	1579	Martii	4	Cardinali Cuſentino, quamdiu Baſilicæ S. Petri Archipresbyter fuerit, ampliſſimam in Cauſis Civilibus ac Criminalibus Cleri Vaticani, excepta pœna ſanguinis, & corporis afflictiva, confert auctoritatem: Jus item tribuit, ut in eadem Baſilica Pontificalia exerceat; ac in Fabricæ Collegio Præfecturam gerat.	154
	V	1589	Junii	1	Jus tribuit Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, ut, Bonorum ejuſdem Baſilicæ locatione aut emphyteuſi ceſſante, nulla hæredum vel ſucceſſorum priorum emphyteotarum ratione habita, poſſit eadem Bona etiam extraneis meliorem conditionem offerentibus relocare; quidquid Statuto Urbis hac in re cautum fuerit. Item decernit non poſſe locationem ultra triennium perfici, citra conſenſum Sedis Apoſtolicæ.	158

Ex-

VI	1589	Jun.	8	Excommunicationem latæ ſententiæ pronunciat in eos, qui chartas ac ſcripturas ad Baſilicam Vaticanam ſpectantes aut detinent, aut ejuſmodi criminis reos non revelant. Præterea concedit, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici, eorumque conſanguinei, affines, & familiares, locationis, ac emphyteuſis contractus ſuper bonis ejuſdem Baſilicæ, modo utiliores offerant conditiones, Archipresbyteri judicio probandas, inire poſſint.	160
VII	1589	Sept.	13	Prohibet ne Tiberii Alpharani Tabula Ichnographica de veteri ac nova Baſilicæ Vaticanæ ſtructura, ſine Auctoris aſſenſu imprimi, aut impreſſa vendi aut alienari quoquo modo poſſit; multiplici contra inobedientes pœna ſtatuta.	163
VIII	1589	Sept.	27	Plura decernit: Primo, ut poſſeſſores Bonorum Baſilicæ doceant de Titulo, ſecus a poſſeſſione amoveantur: Secundo, ut ex Baſilicæ Cenſuali jus exigendi Canonem ſatis probetur: Tertio, ut in dubio, ſintne Bona in emphyteuſim tradita, an cenſui perpetuo ſubjecta, judicium ferendum ſit favore Baſilicæ: Quarto, ut triennii ſpatio dumtaxat Bona locentur: Quinto, ut locatione vel emphyteuſi ceſſante, liberum ſit Capitulo S. Petri, cui maluerit Bona locare.	164
IX	1589	Sept.	27	Decernit, ut apographis ex Archivo Baſilicæ Vaticanæ erutis, omnimoda fides, non ſecus ac ipſis autographis, adhibeatur.	166
X	1589	Sept.	27	Quamplura Miſſarum onera breviori numero contrahit: Canonicorum, Beneficiatorum, ac Clericorum munia ac emolumenta, ſervata tamen cujuſque Ordinis prærogativa, exæquat: Capellæ Juliæ; Officii exceptorum, ipſiuſque Sacrarii bona ac reditus ad unum idemque Capituli ærarium revocat, atque a ſolis Camerariis adminiſtrari decernit.	167
XI	1590	Febr.	24	Bona, ac cenſus, e quibus aliqui ex Clero Vaticano peculiare lucrum percipiunt, Menſæ Capitulari attribuit; fructus vero ad Menſam eamdem convertit, quum primum Canonicatus aut Beneficia vacaverint.	175
XII	1590	Mart.	28	Ut latiſſima terrarum ſpatia, quæ Capitulum S. Petri poſſidet in territorio Corneti, quantocyus ac diligentius excolantur, eidem Capitulo ac Colonis concedit, ut quinquennii ſpatio, frumentum inde colligendum pro li-	

					bito vendant; nulla a Camera Apoſtolica, ejuſve Miniſtris petita facultate.	177
Gregorius XIV.	I	1591	Jun.	21	Tribus Canonicis Baſilicæ Altariſtæ, & Sacriſtis majoribus concedit facultatem extrahendi Reliquias.	180
Clemens VIII.	I	Incerto			Confirmat Motum proprium Pauli IV. de non commodandis Paramentis, & aliis rebus Sacriſtiæ &c. præter vaſa aurea, argentea &c. eademque ſub prohibitione vaſa ipſa & utenſilia omnia comprehendit propoſita pœna excommunicationis reſervatæ Pontifici ipſi pro abſolutione.	181
	II	1593	Jun.	19	Prohibet ſub pœna excommunicationis, aliiſque pœnis, ne ullus Typographus, aut Bibliopola imprimat aut vendat Pſalterium ad uſum Baſil. Vatic. abſque licentia Capituli, & Canonicorum ejuſdem Baſilicæ.	183
	III	1593	Sept.	30	Hieronymus Card. Ruſticuccius Vicarius Urbis intimare juſſus Patriarchalibus & Collegiatis ejuſdem Urbis Decreta S. Pii V. de modo inſerviendi & pſallendi in Divinis Officiis, per Jacobum Card. Sabellum ſimiliter Vicarium indicta anno 1566. id facit per hoc Edictum propoſitis pecuniariis, aliiſque gravioribus pœnis.	184
	IV	1593	Octob.	2	Tranſumtum Decretorum Sacræ Viſitationis S. D. N. D. Clementis Divina Providentia PP. VIII.	186
	V	1593	Dec.	13	Detentores Bonorum ad Baſilicam pertinentium prius monitos, publice excommunicandos decernit, quoad plene ſatisfecerint. Eidemque pœnæ ſubjicit non revelantes hujuſmodi detentiones uſque ad revelationem.	188
	VI	1595	Nov.	26	Confirmat locationem cujuſdam Domus in Burgo novo a Capitulo factam Juliæ de Opicis juſta de cauſa, quamquam eadem domus devoluta jam eſſet ad menſam Capitularem, vita nimirum durante ejuſdem Juliæ.	188
	VII	1596	Apr.	22	Sixti V. trium Conſtitutionum ſuper unione, atque annexione Capellæ Juliæ, Sacriſtiæ, Camerariatus exceptorum ac Vinearum &c. ſummam præmittit; necnon Pauli IV. & aliorum Prædeceſſorum conſtitutiones, queis vetantur Canonici locare conſanguineis &c. ſummatim recenſet. Deinde multis harum Capitibus derogat; atque unione reſciſſa in ſtatum priſtinum revocat adminiſtrationem Capellæ Juliæ, Sacriſtiæ, Exceptorum &c. Privilegia, aliaque plura in iis contenta rata habet, & confirmat.	190

Ratam

Digitized by Google

	VIII	1596	Maji	15	Ratam habet venditionem cujuſdam domus ſpectantis ad Capellam Juliam pro pretio 489. Scutor. B. 10. quorum 300. Capitulum converterat in ſolutionem alterius domi permutatæ cum alia minoris pretii; 130. expenderat redimendo omni jure emphyteutico ejuſdem domus permutatæ, ac reliqua 59. B. 10. retinebat: dummodo hoc reſiduum inveſtiat in bonis ſtabilibus, aut in extinctionem cenſuum dictæ Capellæ Juliæ convertat.	196
	IX	1600	Maji	31	Concedit Jacobo Grimaldo Notario Publico, & Capitulari, ut literas Apoſtolicas, aliaque Inſtrumenta in Archivo Baſilicæ noſtræ exiſtentia tranſumat: atque hujuſmodi tranſumtis auctoritatem impertit, ne Autographa produci debeant, ac forſan pereant.	198
	X	1601	Febr.	13	Per chirographum ſolvi mandat ſcuta 1621 b. 44. Texitori Sericario pro Palliis, queis de more donaverat Baſilicas Vaticanam, Lateranenſem, & Liberianam anno 1600.	199
	XI	1601	April.	15	Ratum habet, confirmat, atque Apoſtolica auctoritate munit Decretum Capitulare pro Cantoribus Capellæ Juliæ; ut nempe per anni circulum medietas eorum inſerviat Divinis Officiis, diebus tamen feſtis, communibus, Quadrageſ. & Exequiar. Canonicalium exceptis.	200
	XII	1601	Sept.	10	Antiquis Documentis inſiſtens confirmat jus Patronatus Regum Galliarum ſuper duabus Capellaniis ſub invocatione S. Petronillæ ad Altare Sanctiſſimi Crucifixi.	201
	XIII	1602	Novemb.	5	Permittit Capitulo, ut concedat in Emphyteuſim perpetuam pro annuo Canone quatuor Ducatorum quoddam ſolum 60. Cann. prope portam Angelicam, ad fabricandum. Soli hujus partem nunc occupat Eccleſia nova S. Peregrini.	205
PAULUS V.	I	1605	Decemb.	22	SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ, necnon SS. Martyrum Proceſſi & Martiniani Corpora e vetere in novam Baſilicam transferri jubet; ac iis, qui aut translationi interfuerint, aut ſtato Sacri Ritus die Baſilicam viſitaverint, omnimodam peccatorum Indulgentiam concedit.	206
	II	1605	Decemb.	23	Plenaria item Indulgentia conceditur iis diebus conſequenda, quibus Vultus Sancti, Lanceæ, Capitis S. Andreæ Apoſtoli, aliorumque SS. Reliquiæ in novam Baſilicam transferentur.	207

	III	1606	Apr.	26	Locationem domus in Platea Campi Floræ a Capitulo factam Paulo Nereo quoad viveret, & conditiones contractui adpoſitas, Apoſtolica auctoritate confirmat.	208
	IV	1607	Octobr.	6	Doctrinæ Chriſtianæ Archiconfraternitatem erigit in Baſilica Vaticana: Eccleſias in quibus pium opus exercetur, ſub Apoſtolica protectione recipit: Confratribus, ac iis qui Doctrinæ Chriſtianæ aut tradendæ aut addiſcendæ ſedulo incumbunt, Indulgentias tribuit quamplurimas.	210
	V	1611	Octobr.	14	Ut graviera, quæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos fervebant diſſidia, omnino extinguantur, ſaluberrima conſtitutione nonnulla decernit, quæ ad Chori diſciplinam, ad Divinorum Officiorum celebrationem, atque ad Menſæ Capitularis adminiſtrationem pertinent.	213
	VI	1616	Julii	25	Ut in ædificio Confeſſionis B Petri honor, religio, ac mundities ſervetur, quatuor argenteas Lampades donat, ac pro expenſis olei, ac Miniſtri, qui Confeſſionis curam gerat, Beneficium ſub tit. S. Euſebii in Parochiali Eccleſia de Gambalo Vaticanæ Baſilicæ attribuit.	219
	VII	1617	April.	13	Altare S. Mariæ Gratiarum in Eccleſia S. Blaſii *della Pagnotta*, perpetuo Privilegiatum pro Defunctis declarat.	222
	VIII	1617	Sept.	4	Contractum emphyteuſis a Capitulo Sancti Petri initum cum Santino Taglietto ſuper gemina exigua domo eidem Santino ad tertiam generationem tradita, & conditiones pactioni appoſitas Apoſtolica authoritate confirmat.	223
	IX	1620	Aug.	23	Juriſdictionem, quam Paulus III. Cardinali Alexandro Farneſio, Sixtus V. Cardinali Euangeliſtæ Palletto Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteris contulerant, Paulus V. in Cardinalem Burgheſium ejuſdem Baſilicæ Archipresbyterum transfert.	224
Gregorius XV.	I	1621	Julii	6	Ratam habet, & confirmat Capellaniam ab Antonio Maria Aldobrandino fundatam, & dotatam ad Altare Sanctorum Proceſſi & Martiniani una cum die eorum feſto communi per totum.	228
	II	1621	Aug.	17	Confirmat Decretum Conſervatorum Cameræ Apoſtolicæ de offerendo quotannis Baſilicæ Vaticanæ Calice Argenteo cum octo cereis, in feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: ſtatuitque, ut ſit valoris 60. Scutor. deſumen. ex augmento Gabellæ Studii Urbis.	229
	III	1621	Novemb.	3	Indulget Capitulo, & Canonicis ut Anni-	

					Anniverſaria omnia ad Altare aliquod Privilegiatum celebranda, in Choro celebrentur hyemali tempore ad vitandum frigus, cui obnoxia erant Altaria privilegiata Baſilicæ.	230
	IV	1622	Jan.	21	Domus jampridem alienatæ a Capitulo extinguitur Canon, Jus emphyteuticum &c. pretio Scutorum 700. quæ ſumma inveſtienda decernitur in locis Montium non vacabil. ab eodem Capitulo. Domum vero a Præpoſito, & Presbyteris Congr. Oratorii excindi, & in Sacrarii amplificationem converti poſſe conceditur.	230
Urbanus VIII.	I	1623	Dec.	19	Confirmat auctoritate Apoſtolica Tranſactionem & concordiam inter Capitulum & Gulielmum Scalinum Vicarium Curatum perpetuum Parochiæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum conſenſu Archipresbyteri.	231
	II	1624	Decemb.	30	Uladiſlaum Principem Poloniæ Regis filium creat Canonicum Baſilicæ Principis Apoſtolorum.	236
	III	1626	Apr.	20	Indulgentiam plenariam concedit omnibus, qui intererunt Translationi Sancti Joannis Chryſoſtomi aut Baſilicam viſitaverint ipſo die translationis.	237
	IV	1626	Novemb.	13	Indulgentiam plenariam concedit omnibus qui Baſilicæ conſecrationi intererunt die 18. Novembris: pariterque omnibus in perpetuum, qui Baſilicam viſitaverint die anniverſaria conſecrationis, vere pœnitentes ac ſacra communione refecti.	238
	V	1627	Jan.	22	Plenariam Indulgentiam largitur utriuſque ſexus fidelibus viſitantibus Sacellum Chori die feſto S. Joannis Chryſoſtomi 27. Januarii.	238
	VI	1628	Apr.	18	Eximit Capitulum ab omni ſcrupulo Irregularitatis, aliuſve cenſuræ Eccleſiaſticæ, ut libere & tuto poſſit exercere Juriſdictionem etiam Criminalem, citra ſententiam ſanguinis, qua utitur in Abbatiis adnexis Menſæ Capitulari, ex auctoritate Apoſtolica.	239
	VII	1629	Apr.	9	Vener. Sanctiſs. Crucis Reliquias ex S. Anaſtaſiæ, & S. Crucis in Jeruſalem deſumtas, cruceque argentea incluſas largitur Baſilicæ Vat. oſteudendas, populo poſt ſacram Cuſpidem, & ante Sacratiſs. Imaginem Salvatoris præcipit; ac plenariam Indulgentiam unaquaque in oſtenſione trium harum reliquiarum, quæ majores nuncupantur, elargitur.	240
	VIII	1629	Junii	24	Literas Apoſtolicas Sixti V. ſuper relocatione bonorum Baſilicæ declarat intelligendas de quibuſcumque Bonis ubilibet conſtitutis, quæ videlicet cum	

Digitized by Google

				cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ relocari valeant etiam ultra triennium contra legem ſtatuti Urbis.	241
IX	1630	Novemb.	15	Indulgentiam plenariam concedit omnibus viſitantibus ſacram Confeſſionem, ac recitantibus Orationem *Ante Oculos &c.* ſeu decem *Pater* & *Ave*, in feſtis diebus SS. Trinitatis D. N. J. C. SS. Virginis, S. Jo. Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, & aliorum Apoſtolorum, omnium Sanctorum, & ſextis feriis Martii; diebus vero cæteris per annum, annos 7. totidem quadragenas.	242
X	1636	Martii	18	Concedit facultatem Canonicis, tribuendi particulam Capitis S. Lamberti Capellæ ejuſdem S. Ep. & M. in Sanctæ Mariæ de Anima exiſtenti, debito cum honore a Proviſoribus, ſeu Sacriſta ſervandam.	243
XI	1636	Jun.	15	Altaria duo S. Gregorii, & SS. Proceſſi & Martiniani, a Paulo V. vivæ vocis oraculo privilegiata pro defunctis confirmat: tertiumque addit Altare Chori cum ſimili privilegio pro animabus Defunctorum.	244
XII	1636	Jun.	14	Ratam habet, & confirmat concordiam tranſactionem inter Capitulum, & Archiepiſc. Teatinum: ita ut Monaſterium S. Martini de Fara declaretur nullius Diœc. Rom. tantum Pontifici ſubjectum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali Capituli, & aliud S. Salvatoris de Majella ſubjaceat Archiepiſcopo præter quinque parochiales Eccleſias quæ recenſentur: quod præſtat per poteſtatem delegatam Card. Vicario.	245
XIII	1636	Octob.	25	Erectio Seminarii Vaticani, ejuſque dotatio Scutorum 400. quæ detrahuntur ex Taxa 1300. Scutorum ſimilium pro Seminario Rom. necnon aliorum 200 per Capitulum aſſignatorum, atque aliorum quæ identidem a piis fidelibus offeruntur. Præterea conditio, & privilegia ejuſdem, ſtudiorumque genus.	249
XIV	1637	Jan.	14	Licentiam concedit Capitulo & Canonicis exigendi Laudemia, & Canones ad ſe, uti adminiſtratores Capellæ Juliæ occaſione nonnullorum Bonorum emphyteuticorum, ſuper quibus lis pendet, abſque eo quod propter petitionem illorum, ac ſententiam, ac quamcumque litis, & litium proſecutionem cenſeatur remiſſa caducitas, vel devolutio, & in aliquo Baſilicæ, Capitulo ſeu Capellæ prædictis ullum fiat, vel oriatur præjudicium, attento quod Laudemia, & Canones utroque	

Digitized by Google

					que caſu debentur ſive duret conceſſio, ſive non, nam tunc compenſantur cum fructibus ex re perceptis, & percipiendis, ſine tamen præjudicio litis pendentiæ, ac collitigantium.	252
	XV	1638	Martii	23	Indultum utendi Biretino in celebratione Miſſæ cum ſolitis reſtrictivis.	254
	XVI	1642	Januar.	15	Confirmatio decreti S. Apoſtol. Viſit. quod liceat Archipresbytero, & ejus Vicario exercere omnia munia Epiſcopalia in Baſilica Vatic. & Sacramentum confirmationis conferre omnibus in Civitate Leonina degentibus uſque ad Septimianum.	254
	XVII	1642	Apr.	20	Confirmat Decretum Sacræ Congreg. Concilii, atque Apoſtol. auctorit. decernit, literas Diſpenſationum Matrimonialium &c. dirigendas Vicario Monaſterii S. Martini de Fara nullius Diœc. per Capitulum ibi conſtituto.	255
	XVIII	1643	Jan.	30	Indulgentiam plenariam perpetuam concedit omnibus utriuſque ſexus fidelibus viſitantibus Baſilicam & Capellam S. Mariæ de Febri prope Altare Crucifixi die feſto Purificationis ejuſdem Sanctiſs. Virg. Mariæ.	257
	XIX	1643	Febr.	9	Licentia concedendi in emphyteuſim ad tertiam generationem tria terræ petia, cum domo valoris inſimul Sc. 200. nullius vero redditus ſub annua reſponſione x. Scutorum monetæ. Eſt commiſſaria in forma *ſi in evidentem*.	258
	XX	1643	Maji	6	Indulgentiam plenariam ad ſex tantum menſes concedit omnibus viſitantibus Sanctiſs. Confeſſionem cum debita diſpoſitione ſingulis diebus tum feſtis, tum ferialibus.	259
INNOCENTIUS X.	I	1645	Octobr.	7	Per Chirographum permittit fieri venditionem, ſeu permutationem Caſtri S. Martini in Montibus Viterbien. a Capitulo cum D. Olympia Maidalchina Pamphilii fratris jam demortui uxore.	260
	II	1650	Jan.	8	Innocentius PP. X. prohibet ne in Baſilica, Choro, Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis Vaticanis fumatur tabacum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.	265
ALEXANDER VII.	I	1656	Jan.	3	Præcipit ut Majores Reliquiæ, altera Vultus Sancti, altera Lanceæ oſtendantur Chriſtinæ Svecorum Reginæ.	266
	II	1659	Febr.	22	Collegium minorum Pœnitentiariorum a Pio V. inſtitutum confirmat: Ea item, quæ ad illorum habitationem, numerum, regimen, onera, reditus, ac privilegia pertinent, enumerat, ac decernit.	267
	III	1662	Sept.	15	Latifundii Caſtellaris & Cephaliæ emphyteuſis	

					phyteuſis a Capitulo facta favore Antonii Valignani ad tertiam generationem maſculinam, Apoſtolica auctoritate roboratur.	271
	IV	1659	Sept.	27	Inſtante Capitulo Baſilicæ S. Petri decernit, ut aurei mille, qui pro Beatorum Canonizationis Decreto, ac aurei quingenti, qui pro Beatificatione erogantur, in uſum Sacræ Supellectilis, qua ejuſdem Baſilicæ Sacrarium quotidie utitur, erogentur.	272
Clemens IX.	I	1667	Sept.	19	Juriſdictionem confert Archipresbytero Carolo Barberino quam Paulus III. & Pius IV. Alexandro Farneſio; Sixtus V. Evangeliſtæ Pallotto; Paulus V. Scipioni Burgheſio; & Urbanus VIII. Franciſco Barberino contulerant.	274
Innocentius XI.	I	1678	Febr.	25	Confirmatio Decreti Rm̄i Capituli de conferendis omnibus beneficiis cum cura, & ſine cura vacan. intra limites Abbatiæ S. Rufilli per Canonicum hebdomadarium in ſubditos ejuſd. Abbatiæ, ſi reperiantur idonei, excluſis exteris.	275
	II	1688	Aug.	28	Canonicor. Capitulariter congregator., necnon Camerarior., & Secretarii ſeorſim ab irregularitate in cauſis criminalibus Monaſterior. Menſæ adnexorum diſpenſationem confirmat, & extendit ad Congregationem peculiarem, & Vicarium Baſilicæ.	276
Alexander VIII.	I	1689	Decemb.	14	Facultas celebrandi miſſam in Oratorio Seminarii Vaticani.	278
Innocentius XII.	I	1693	Apr.	29	Emptio duar. unciar. aquæ pro aliquot Domibus in via Julia ad Capitulum ſpectantibus, ex Chirographo Pontificis, pro Sc. 400.	279
	II	1693	Maji	8	Decretum Congregationis ſpecialiter deputatæ ſuper reformatione Indultorum eximentium a ſervitio nonnullos Canonicos, & Beneficiatos Urbis.	281
	III	1700	Jun.	2	Seren. Coſmum III. Magnum Etruriæ Ducem creat Canonicum ſupernumerarium Baſilicæ Principis Apoſtolorum.	282
Clemens XI.	I	1701	Sept.	6	Confirmat auctoritate Apoſtolica omnia & ſingula Privilegia, quæ hucuſque conceſſa erant Baſilicæ Principis Apoſtolorum a ſuis Prædeceſſoribus, quos ſingillatim enumerat.	283
	II	1701	Decemb.	14	Privilegium Furni in platea de Ruſticuciis appellata per Chirographum Capitulo conceſſum, ac publico Inſtrumento ab Amico Abinante Notario rogatum, inſtar Privilegiorum ejuſmodi, queis Capitula S. Joannis Lateran. & S. Mariæ Majoris pridem utebantur.	284
	III	1712	Januar.	18.	Hannibalem S. R. E. Diaconum Cardinalem	

					nalem creat Archipresbyterum, atque in eum transfert juriſdictionem, quam Paulus III. & cæteri, ipſeque contulerant præcedentibus Archipresbyteris, ſervata tamen Conſtitutione Innoc. XII.	288
	IV	1713	Apr.	10	Facultatem concedit Capitulo ad decennium accipiendi a S. P. Q. R. pretium Calicis offerri ſoliti in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli: ita tamen ut in Sacras ſupellectiles commutetur.	290
	V	1717	Maji	31	Sanctiſs. Sudarii, & Sacræ Lanceæ Reliquias ad fores Odei deferendas mandat., ut cominus oſtendantur Jacobo III Magnæ Britanniæ Regi.	291
INNOCENTIUS XIII.	I	1723	Julii	17	Facultatem accipiendi pretium Calicis quotannis offerri ſoliti, a Clem. XI. conceſſam Capitulo extendit ad aliud decennium, ſervata ead. conditione pecuniam commutandi in ſacras ſupellectiles.	292
BENEDICTUS XIII.	I	1725	Januar.	10	Excommunicationis pœnam, qua Innocentius X. innodaverat Nicotiano utentes pulvere in noſtra Baſilica, ejus Atrio, & Sacrario an. 1650., eripit ceſſante jam abuſu, & ſcandalo, quæ Innocentium ad id moverunt.	293
	II	1725	Januar.	15	Literæ Executoriales Chirographi.	294
	III	1727	Febr.	12	Altare Sanctiſſimi Crucifixi fit Privilegiatum perpetuum abſque literarum, ſeu Brevis expeditione.	295
	IV	1727	Martii	21	Altare ſubterraneum SS. Petri & Pauli nuncupatum declarat Privilegiatum perpetuum pro defunctis.	295
	V	1727	Apr.	26	Declarat, & Apoſtol. auctoritate confirmat, poſt duas ſententias Sacræ Rotæ pro Abbatia S. Rufilli, conſtare de ejus Territorio ſeparato: quare Canonicis fas eſſe expedire literas Dimiſſoriales pro ordinandis Foropompilienſibus, necnon S. Petri Cuſatorum, & S. Nazarii decernit.	296
	VI	1728	Jul.	10	Capitulo Vaticano oppreſſo ære alieno ſummaſque in anguſtias adducto opem laturus ſummam Sc. 124. millium liberaliſſime largitur, in Rev. Fabricam rejiciens cenſus nequicquam ab eodem creatos cum Beneplacito Apoſtol. ut emergeret.	298
	VII	1729	Oct.	30	Suborta difficultate ex parte Creditorum renuentium Fabricam pro Capitulo agnoſcere, concedit, ut in Capitulum transferantur nomina 1024. locorum Montium, centeſim 79. baj. 35. Montis S. Petri primæ erectionis ipſius Rev. Fabricæ cum omnibus conditionibus &c. iterum aſſumente Capitulo eoſdem cenſus Sc. 124. millium.	302

Clemens XII.	I	1734	Nov.	12	Exigendi penſiones Domorum &c. officium a duobus Beneficiatis Camerariis exerceri ſolitum; necnon recognitionis, & approbationis reparationum domorum duobus Clericis Beneficiatis committi pariter ſolitum demandari aliis, idoneis a Capitulo repertis, pro recta bonorum & rerum adminiſtratione decernit.	305
	II	1735	Maji	5	Præcedentem Conſtitutionem revocat ea tantum in parte, qua emolumentum, Beneficiatis Camerariis a Julio II. ſtabilitum, & confirmatum, eis eripiendum ſanxerat, cætera confirmat, atque approbat.	307
	III	1738	Febr.	22	Confirmat omnes Indulgentias a Prædeceſſoribus conceſſas Baſilicæ Vaticanæ. Deinde Indulgentiam quotidianam perpetuam Baſilicam eamdem viſitantibus confeſſis &c. concedit, ac ſeptem Altaria declarat Privilegiata pro defunctis.	309
Benedictus XIV.	I	1741	Nov.	23	Decernit ut Servorum, & Ancillarum Dei Beatificationes, & Canonizationes in Baſilica Principis Apoſtolorum peragantur.	310
	II	1743	Jan.	4	Concedit facultatem quotidie celebrandi unam vel plures miſſas ex adventitiis, vel addictis Baſil. Vatic. in Oratorio Seminarii, quæ perinde ſuffragetur, acſi in Baſilica ipſa & ad quodvis altare privilegiatum celebraretur.	313
	III	1743	Apr.	1	Statuit, ut ſingulis infra Octavam Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli diebus mane Miſſa Pontificalis decantetur in deſignata Eccleſia, convenientibus ſingulis Rom. Curiæ Prælatorum ordinibus: pomeridianis autem horis Confraternitates Urbanæ a Cardinali Vicario deſignandæ in conſuetum ſupplicationum morem eodem ſe conferant.	314
	IV	1743	Jun.	25	Canonicis, Beneficiatis, & Clericis; necnon S. R. E Cardinalibus, & Prelatis Rom. Curiæ ſeu Epiſcopis celebrantibus ex devotione tantum ad Altare *delle Reliquie* in Sacrario Baſilicæ Vat. eadem privilegia concedit, quæ Altaribus Privilegiatis ſunt annexa.	318
	V	1743	Octob.	16	Conſtituit, ut Sanctorum Apoſtolorum Principes Petrus, & Paulus Urbis Romæ Patroni Principales nuncupentur.	319
	VI	1745	Feb.	16	De Proceſſione generali in Solemnitate SS. Corporis Chriſti, tempore Apoſtolicæ Sedis vacantis, in Urbe peragenda.	320

De

VII	1747	Dec:	15	Concedit Eccleſiæ Parochiali S. Jacobi Coxacaballi viginti loca montium Cameralium non vacabilium cum reſervatione omnium fructuum pro Vicario ejuſdem Parochialis Eccleſiæ curam animarum exercente a Primicerio integre perſolvendorum.	325
VIII	1748	Aug.	12	De Benedictione, & traditione Pallii.	326
IX	1751	Nov.	8	Henricum Clementem Benedictum Mariam Jacobi III. Magnæ Britanniæ Regis filium Presb. Card. tit. S. Mariæ in Porticu creat Archipresbyterum Baſilicæ Vaticanæ, in eum transferens juriſdictionem, quam Clemens XI. Prædeceſſorum exemplo in Hannibalem Albanum fratris filium contulerat: Conſtitution. tamen Innocentii XII. ſuaque ſervatis, & Præfecturæ Fabricæ juriſdictione ſequentibus literis Apoſtolicis declarata.	330
X	1751	Nov.	15	Nova deputatio Cardinalis Præfecti Congregationis Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & inſtitutio Congregationis particularis ſuper rebus œconomicis ejuſdem Fabricæ, cum aliis opportunis Ordinationibus.	333
XI	1752	Febr.	25	Privilegia præcipua Baſilicæ, Archipreſbyteri & Canonicorum diligentiſſime exquiſita recenſet, inſtaurat, declarat, & auctoritate Apoſtolica confirmat; noviſque Baſilicam & Canonicos Privilegiis Apoſtolica munificentia auget in perpetuum.	337

IN APPENDICE.


Hadrianus I.	I 781	Domus Hoſpitalis intra Baſilicæ Vaticanæ ambitum poſita, Fulrado Archipresbytero, & Maginario Abbati inhabitanda conceditur.	2
Gregorius VI.	I	Miſerum Romanæ Eccleſiæ, ac Baſilicarum Ss. Petri & Pauli ſtatum deflet: Guillelmi Aquitaniæ Ducis pietatem commendat.	3
S. Gregorius VII:	I 174	In Philippum I. Gallorum Regem multorum ſcelerum reum excommunicationem comminatur ſuper Altare D. Petri quotidie confirmandam, ni reſipiſcat.	4
Callixtus III.		Pœna anathematis prohibet ne S. Petri aliorumque Altarium Oblationes auferantur; aut Eccleſiæ a Laicis in ſervitutem redigantur.	5
Gregorius IX.	I 1236	Bonaventuræ Portuenſis & Silvæ Candidæ Epiſcopi ejuſque ſucceſſorum jura ac Privilegia in Baſilica Vaticana.	5

Bonifacius VIII.	I	1297			Stationarias Indulgentias a S. Gregorio I. Pontifice ejuſque Succeſſoribus conceſſas confirmat; ac inſuper Apoſtolica munificentia alias ſuperaddit.	6
B. Benedictus XI.	I	1304	Jun.	4	Capellæ S. Vincentii gubernium ac omnimoda juriſdictio confertur Cardinali Matthæo Urſino Vaticanæ Baſilicæ Archipresbytero.	7
Bonifacius IX.	I	1397	Nov.	15	Capituli & Cleri Baſilicæ Vaticanæ viſitatio, correctio, & reformatio committitur tribus Cardinalibus Delegatis, quibus plena ad id exequendum confertur authoritas.	8
	II	1400	April.	6	Concedit ut Bona, quæ ex Teſtamento Andreæ Marchatantis pauperibus debebantur, ab Exequutoribus Teſtamentariis in Menſam Capitularem Baſilicæ Vaticanæ, injuncto tamen Anniverſarii onere, transferantur.	9
Martinus V.	I	1418	Maji.	4	Canonicatus, Præbendæ, ac Dig itates in Baſilica Vaticana, necnon in Eccleſiis Lateranenſi, & S. Mariæ Majoris, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervantur.	10
	II	1423	Jun.	14	Excommunicationis ſententiam profert in eos, qui ex Vaticano, aut S. Mariæ Majoris Palatio, necnon ex Baſilicis S. Petri & S. Pauli, aut aliis Urbis Eccleſiis res ac bona ad fabricæ uſum neceſſaria furto ſubtracta non reſtituerint, aut fures non revelaverint.	11
Eugenius IV.	I	1431	Martii	15	Cenſus Fumentarios in reparationem ædificiorum Baſilicæ Vaticanæ, Lateranenſis, ac Monaſterii S. Pauli, ac in alios earumdem Eccleſiarum uſus convertit.	12
	II	1431	Aug.	13	Arnaldum Guillermi de Limone ex Ordine Fratrum B. M. de Monte Carmelo Pœnitentiarium in Vaticana Baſilica eligit, ſtatuta juramenti formula ab eodem antequam Pœnitentiarii munus exerceat, præſtanda.	14
	III	1441	Octob.	4	Vultum Sanctum oſtendi præcipit Oratoribus Imperatoris Æthyopum.	15
	IV	1443	Octob.	9	Menſæ Capitularis Domum aliis ædibus commixtam, ideoque parum utilem, permutari, aut etiam vendi poſſe concedit ea lege, ut pretium inde colligendum in Baſilicæ utilitatem convertatur.	16
Nicolaus V.	I	1450	Jun.	2	Decernit, ut Bona ac reditus Hoſpitalis S. Bartholomæi extra Civitatem Aſculanam attribuantur Hoſpitali S. Mariæ de Scopa aut de Caritate in eadem Civitate poſito, quod immediatæ Capituli Vaticani juriſdictioni eſt obnoxium.	17
	II	1451	Jun.	18	Caſtri Nonciliani venditionem fieri permittit.	

					mittit, inſtantibus Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, Abbate Eccleſiæ S. Pauli extra muros Urbis, ac Priore Lateranenſis Eccleſiæ, quibus idem jus eademque inerat portio in eodem Caſtro.	18
Paulus II.	I	1466	Martii	14	Jus tribuit Capitulo Baſilicæ Vaticanæ ut domos aliquot ruinæ proximas, itemque nonnullas poſſeſſiones minus utiles vendere, aut etiam permutare poſſit, ut Menſæ Capitularis utilitati conſulatur.	19
Sixtus IV.	I	1471	Aug.	25	Pauli II. Literas, quibus Monaſterium S. Pauli in Caſtro Podii Donadei poſitum, ac Vaticano Capitulo ſubjectum, Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia, ſalvo tamen quo ad Monaſterii reditus ejuſdem Capituli jure, tribuitur, laudat, & confirmat.	20
	II	1472	Julii	15	Ut exiguæ aliquot domus ſitæ in regione Arenulæ e quibus tenues a Capitulo Vaticano percipiuntur fructus, rite vendi poſſint Gregorio de Puteo, aut permutationis titulo eidem Gregorio concedi, Beneplacitum Apoſtolicum impertitur.	22
	III	1473	Aug.	21	Præter Domos, quarum in ſuperioribus Literis fit mentio, alias item domos conterminas eidem Gregorio in emphyteuſim tradi poſſe concedit, ſoluto annuo cenſu 25. florenorum auri de Camera, aut alio Canone peritorum judicio taxando.	23
	IV	1473	Decemb.	3	Propoſita pœna mille Ducatorum auri prohibet ne in Latiſundio S. Petri in formis, hodie *Campo Morto*, Veliternenſium animantia damnum inferant.	25
	V	1473	Decemb.	17	Præcipit ut animantia, quæ contra ſuperioris Decreti tenorem, in Latifundium S. Petri in formis introducta fuerant, ibique detinebantur, Romam ſub tuto carcere cuſtodienda, transferantur.	26
	VI	1479	Octob.	11	Confratribus *Diſciplinatorum* in Eccleſia S. Thomæ Oppidi Geneſii jus tribuit, ut citra ullam Superiorum facultatem, Sacerdotem ſive Secularem ſive Regularem pro libito eligant, qui in eadem Eccleſia Miſſas celebret, ac Divina Officia perſolvat.	26
Innocentius VIII.	I	1488	Maji	30	Ferdinandum Siciliæ citra Farum Regem hortatur, & rogat, ut Bona, quæ Comitiſſa Piſcariæ legaverat Baſilicæ S. Petri, eidem Baſilicæ, remoto quovis obice, tradantur.	27
	II	1488	Maji	30	Superioribus Literis alias fere geminas ſcribit Antonellæ heredi ac filiæ Marchioniſſæ Piſcariæ, ut Matris Legatum	

					tum impleat, ac Bona quæ ad Baſilicam S. Petri pertinent, omnino tradat.	28
	III	1488	Junii	7	Forojulienſem Epiſcopum Baſilicæ Vaticanæ Vicarium Apoſtolicæ deſignat, eique pleniorem in ſpiritualibus & temporalibus negociis juriſdictionem conciliat.	29
ALEXANDER VI.	I	1493	Jan.	1	Incerta Bona, male parta, aut hæredum arbitrio ſupremis tabulis relicta ſive in pauperes, ſive pro teſtatorum ſalute eroganda, quæ Eugenius IV. ædificio Monaſterii S. Pauli, Sixtus IV. Hoſpitalibus Lateranenſi ac S. Spiritus attribuerat, Alexander VI. Innocentii VIII. veſtigiis inhærens, in Lateran. ac Vatic. Baſil. transfert.	29
	II	1498	April.	28	Federicum Siciliæ Regem hortatur & monet, ut reditus ac emolumenta, quæ Prædeceſſores Reges Baſilicæ Vaticanæ conceſſerant, integre perſolvantur.	31
JULIUS II.	I	1506	April.	18	Henricum Angliæ Regem de primo lapide ad excitandum novum Vaticani Templi ædificium ſacro ac ſolemni ritu ab ſe collocato certiorem reddit.	32
LEO X.	I	1514	April.	7	Quæ Eugenius IV. & Sixtus item IV. de ſtato numero Pœnitentiariorum Baſilicæ Vaticanæ pridem decreverant; ea item privilegia, quæ eorumdem Pœnitentiariorum Collegio alii Romani Pontifices olim conceſſerant, Apoſtolica authoritate confirmat.	32
	II	1514	Aug.	1	Raphaelem Urbinatem ædificio Vaticani Templi præficit, eique certam ſtipem ſingulis annis aut menſibus perſolvendam aſſignat.	34
	III	1520	Sept.	6	Hippolyto Eſtenſi vita functo Franciſcus Cardinalis Urſinus Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyter ſufficitur.	35
		1605	April.	5	Chriſtifidelibus, qui Fer. V. & VI. Majoris hebdomadæ Sepulcrum Domini in Baſilica Vaticana devote viſitaverint, plenariam peccatorum Indulgentiam concedit.	35
PAULUS V.	I	1607	Janu.	12	Emphyteuſim perpetuam novem circiter rubrorum Terræ ex Fundo, cui *Caſale Quintum* nomen eſt, a Capitulo factam, Apoſtolica auctoritate confirmat.	36
	II	1607	Martii	13	Plurium Domorum Vaticani Capituli, quæ Cœnobio S. Mariæ Tranſpontinæ erant contiguæ, venditionem approbat, dummodo pecunia inde proveniens, in ſolutionem partis pretii quod pro emtione Caſalis *Monaſteriorum* præſtandum erat, convertatur.	27
	III	1610	Sep.	24	Concedit ut ſexaginta terræ *Petia* ex Caſali *Quintii* in emphyteuſim perpetuam	

					tuam a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ locentur, certo canone ſtatuto ab emphyteutis quotannis ſolvendo.	39
Urbanus VIII.	I	1628	Mar.	22	Angelo Georio Canonico Baſilicæ Vaticanæ liberam teſtamenti condendi facultatem concedit.	40
Alexander VII.	I	1657	Apr.	9	Cardinalibus trium Baſilicarum Lateranenſis, Vaticanæ, ac S. Mariæ Majoris præcipit ut idoneos Vicarios eligant, quorum jura ac onera hiſce literis exprimit.	45
	II	1667	April.	28	Altariſtis Baſilicæ Vaticanæ ſcuta octo ſingulis menſibus ſolvenda decernit pro Palliis conficiendis, ac in B. Petri Confeſſionem inferendis & inde amovendis; qua in re Chirographum pridem editum, cujus tenorem hiſce Literis inſerit, approbat, & confirmat.	46
Clemens XI.	I	1704	Octob.	17	Franciſcum Cardinalem Nerlium Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyterum eligit.	48
	II				Superiores Bullæ Executores deſignat.	50
	III	1710	April.	24	Contractum a Capitulo S. Petri initum, quo geminam manſionem in privatum Oratorium convertendam conceſſerat in perpetuam emphyteuſim Confraternitati S. Eliſabethæ; una cum conditionibus adjectis Apoſtolica authoritate confirmat.	5



Haec B. Petri effigies, vetustiſsimum ejusdem Apostoli Simulacrum ex aere, quod in Vaticana Basilica publicae venerationi prostat, repraesentat.



JULIUS III.

Mortuo Paulo III. ex mœrore animi, (*a*) die 10. Novembris menſis an. 1549. vacavit Sedes menſes duos dies undetriginta. (*b*) Sequentis anni 1550. die 8. Februarii Joannes Maria de Monte Epiſcopus Præneſtinus Apoſt. Sedis Legatus in Concilio Trident. electus Pontifex in Julii II. obſequium, (*c*) Julii III. nomen ſibi aſcivit. Coronatus die ſolenni Cathedræ. (*d*) Præfuit Eccleſiæ annos quinque, menſem unum, dies ſexdecim. Supremum diem obiit 23. Martii anno 1555.

Abbatiam S. Salvatoris de Majella a Paulo III. unitam Menſæ Capitulari S. Petri, at literis Apoſtolicis non expeditis, unit & incorporat eidem Menſæ, Deceſſoris ſui voluntatem adimplens.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 21. faſc. 39. Item in Regeſto XXIV. Bullar. Julii III. pag. 212. apud Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1550. 22. *Febr.*

IUlius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit honeſtati ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem fe. rec. Paulo PP. III. Prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Petri Sancti de Neapolione de Lutiis Abbatis Monaſterii Abbatiæ nuncupati Sancti Salvatoris de Majella Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Dioc. expoſito, quod cum a tunc certo tempore citra Monaſterium, cujus dum illud Abbatis regimine deſtitui contingebat futuri Abbatis electio ad dilectos filios Conventum ipſius Monaſterii, & inſtitutio, ſeu alia confirmatio, vel

Litera Pauli III. non expedita

Super Abbatia Monaſterii Majella

(*a*) Quum Carolus V. Farneſiis infenſus occupaſſet Placentiam poſt Petri Aloyſii cædem an. 1547. exeunte, inhiabat Parmæ. Quare Paulus de conſilio Fratrum Octavio Aloyſii filio Caroli genero acceſſito Camillum Urſinum eo miſit cum milite, ut Parmam vindicaret Eccleſiæ. Iratus Octavius Avo Pontifice inſcio aufugiens, S. Sedis conſilia eluſit: nec tamen, reluctante Urſino, illius urbis dominatum eſt adeptus. At Pontifex octogenario major doloris impatientia contraxit morbum, quo brevi deceſſit.

(*b*) Diuturnitatem Interpontificii tum Comitiorum partes; tum Parmæ & Placentiæ Pontificiarum Urbium vices attulerunt. Concertationes demum compoſitæ: atque omnes

vel diſpoſitio ad præfatos Capitulum ex privilegio Apoſtolico, ſeu antiqua, & approbata, ac eatenus pacifice obſervata conſuetudine ſpectare dinoſcebatur, & cui antea tunc, ex eo quod dilectus filius Alexander de Sancto etiam de Lutiis olim dicti Monaſterii Abbas regimini, & adminiſtrationi illius, cui tunc præerat in manibus eorumdem Capituli ſponte, & libere ceſſerat, & præfati Capitulum ceſſionem ipſam ordinaria auctoritate duxerant admittendam, Abbatis regimine deſtituto, de perſona ipſius Petri dicta auctoritate proviſum fuerat, regiminis, & adminiſtrationis prædictorum poſſeſſione ſeu quaſi non dum eatenus ſubſecuta, incuria & negligentia illius Abbatum, ſeu Præſidentium, ut veriſimiliter credebatur, pro illius majori parte fuerat, & exiſtebat ruinæ expoſitum, & fere deſolatum, maximaque reparatione indigere noſcebatur, ſi Monaſterium prædictum, cum primum illud per ceſſum, vel deceſſum, aut quamcumque aliam dimiſſionem, vel amiſſionem dicti Petri vacare contingeret, ex tunc, prout ex ea die, Menſæ Capitulari dictæ Baſilicæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, (*a*) ex eo profecto illius reparationi attentius provideretur, ac pro parte eorumdem Petri, & Capituli aſſerentium fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii & illi annexorum, centum, & quinquaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedere, eidem Prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut Monaſterium prædictum, cum primum illud, ut præfertur, vacaret eidem Menſæ perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur; præfatus Prædeceſſor, qui antea inter alia voluerat, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenereotur exprimere verum annuum valorem, ſecundum extimationem prædictam, etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur; alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret, ad partes vocatis, quorum intereſſet; Capitulum, & Petrum prefatos, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis Cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum abſolvens, & abſolutos fore cenſens: necnon fructuum, reddituum, & proventuum dictæ Menſæ verum annuum valorem pro expreſſo habens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub datum videlicet Id. Januarii Pontificatus ſui anno tertiodecimo (*b*), Monaſterium prædictum, cum primum illud per ceſſum, vel deceſſum, aut quamcumque aliam dimiſſionem vel amiſſionem dicti Petri, ſeu alias quovis modo etiam apud Sedem Apoſtolicam vacaret, etiamſi actu tunc quomodolibet, & ex cujuſcumque perſona vacabat, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis dictæ Menſæ Capitulari extunc, prout ex ea die, & e contra præfati Petri, & dilectorum filiorum Alexandri de Lutiis & Leonardi de Seſſe Monachorum ejuſdem Monaſterii expreſſo ad id accedente conſenſu, auctoritate Apoſtolica perpetuo univit, annexuit, & incorporavit. Ita quod liceret præfatis Capitulo per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis, & adminiſtrationis Monaſterii cum primum illud, ut præfertur, vel alias etiam in aliquo ex menſibus, in quibus Monaſteriorum, ſeu Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio ad eumdem Prædeceſſorem, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, juxta Conſtitutionem Apoſtolicam deſuper pro tempore editam pertineret, aut etiam, ordinariis Collatoribus, & per Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu alia privilegia, & indulta conceſſis eatenus, & impoſterum concedendis vacare contingeret, ac jurium, & pertinentiarum prædictorum, necnon ipſius Monaſterii bonorum propria auctoritate libere

Cujus juriſdictio ad Capitulum pertinebat

Eique uniendo erat per Abbatis ceſſum aut deceſſum

Capitulum ſupplicarat Paulo III. pro unione.

Abſolvitur de more ad obtinendam gratiam

Abbatia quum primum vacaverit illi adnectitur.

Cum jure adeundi poſſeſſionem

Patres, qui erant ſeptem & quadraginta lege ſanxerunt, ut quicumque crearetur Pontifex, revocato Urſino, Parmam Octavio reſtitueret.

(*c*) A Paulo III. inter lectiſſimos viros Sacro Collegio adſcriptus fuerat. Non tamen Pauli; ſed Julii ſibi nomen aſcivit, quod ab hoc Pontifice fortunæ ſuæ initia, ut Panvinius teſtatur, manaſſe affirmabat. Mos hodie invaluit Pontificis nomen referendi, a quo in Sacrum Collegium quis cooptatur.

(*d*) Quum adverſabar Antonio Pagio (*Anall. to. IV. pag.* 150.) contendenti, ordinari, aut conſecrari conſueviſſe Pontifices aut Dominico, aut ſolemni aliquo die; nondum uſu venerat Diſciplina, quam per hæc tempora in librum Cæremoniarum relatam novimus. Hinc autem ſingulare argumentum ſuppetit, uſque adeo deſueviſſe conſuetudinem majorum, ut ſolemniores dies Dominicis præferri cœperint. Solemnitas enim Cathedræ incidit in diem Sabbati: nec tanti erat unius diei intercapedo, quum quindecim dilata eſſet Coronatio, ut conſtans tot ſeculorum diſciplina tam aperte deſereretur: quod cæteroqui & alias lactum notavimus (*To. 2. pag.* 151. *not. c.*)

(*a*) Priori Bullarii noſtri volumine de hac Abbatia ſatis multa ſunt allata. Eadem conſuleſis: præcipue vero Diſſertationem in calce voluminis *num.* 53. necnon Bullam, quæ infra habetur *an.* 1552. 24. *Sept.*

(*b*) Anno videlicet 1547. Farneſiis infauſto tum ob conflatas cum Cæſare inimicitias ſtudio in Gallos; tum ob Petri Aloyſii primi Ducis Parmæ cædem. Apoſtolicæ autem Sedi fœdiſſimo ob invaſam a Cæſarianis Placentiam, atque excitatam controverſiam de jure illius Ducatus, quæ noſtra ætate recruduit, ac, nemine Eccleſiæ partes tuente armis, adverſæ partis arbitrio compoſita eſt, ejuſdem Eccleſiæ jure integro.

(*a*) For-

bere apprehendere, & perpetuo retinere, ac illius fructus, redditus, & proventus percipere, & levare, necnon in ſuos, & Menſæ Capitularis, ac Monaſterii prædictorum uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia ſuper eo minime requiſita: decernens, unionem, annexionem, & incorporationem Monaſterii hujuſmodi etiam ad id, ut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & derogationibus unionum effectum non ſortitarum, minime comprehenderetur, extunc vere, & non ficte ſuum plenarium effectum ſortitas, & non de vacaturo, ſed vacante Monaſterio hujuſmodi factas, & per illas eiſdem Capitulo jus in re vere acquiſitum exiſtere, & nihil aliud niſi ipſam poſſeſſionem expectare. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Non obſtantibus priori voluntate ſua prædicta, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis necnon Monaſterii, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, etiam mentalibus, expectativis, & aliis gratiis, necnon aliis perpetuis, & temporalibus unionibus, annexionibus, incorporationibus, ſuppreſſionibus, extinctionibus, applicationibus, & abſque conſenſu Coadjutorum deputationibus, nominationibus, nominandi, & conferendi, ac aliis citra acceſſus, & regreſſus (a) facultatibus, litteris, conceſſionibus, mandatis & indultis, etiam cum proviſionibus, ſeu commendis, & aliis diſpoſitionibus, & nominatim ſpecialiter, & expreſſe de dicto Monaſterio, & extunc prout ex die vacationis illius, & e contra quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quacumque etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut alia majori eccleſiaſtica dignitate, & Cardinalatus honore, ſeu Imperiali, Regali, Ducali, vel alia majori mundana auctoritate, ſeu excellentia fungentibus, ſeu in eorum, aut Eccleſiarum, Monaſteriorum, Menſarum, vel Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Univerſitatum, & Studiorum generalium, aut piorum locorum, ſeu etiam nullius favorem, aut remunerationem laborum, & obſequiorum etiam nobis, & dictæ Sedi impenſorum, ſeu in recompenſam jurium ceſſorum, vel ablatorum, & ex quibuſvis aliis, & quantumcumque maximis excogitabilibus, & urgentiſſimis, etiam neceſſariis exprimendis cauſis, ſub quibuſcumque verborum expreſſionibus, ac cum quibuſvis antelationibus, ſuſpenſionibus, reſtitutionibus, atteſtationibus, declarationibus, modificationibus, exceptionibus, & aliis efficaciſſimis, & inſolitis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, etiam talibus, quod illa nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma in eis contentis, ac de conſenſu illorum, quibus conceſſa eſſent, ſuſpendi poſſent, irritantibuſque, ac quod illa extunc vere & non ficte effectum ſortita eſſent, & illis, quibus conceſſa erant, jus in re quæſitum eſſet, illique beneficio regulari de non tollendo jure quæſito gaudere, ac gratiæ ipſæ inter eos, & nos vim inibi contractus habere deberent, & aliis decretis per nos & Sedem eamdem, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac etiam conſiſtorialiter conceſſis eatenus, & impoſterum concedendis, quas & quæ, necnon Conſtitutiones, Privilegia, & Indulta, & ordinariis Collatoribus hujuſmodi etiam conſimilibus, vel diſſimilibus, aut etiam fortioribus, & inſolitis etiam derogatoriis clauſulis, inhibitionibus, & decretis, & quod illa nonniſi ſub certis modis, & formis inibi expreſſis, ac cum expreſſione litterarum deſuper confectarum, & diei dat. illarum, aut etiam nullatenus revocari, ſeu ſuſpendi poſſent conceſſas, & conceſſa eatenus, & impoſterum concedendas, & concedenda, illorumque omnium vim, & effectum, quo ad id, omnino ſuſpendit, & in vacatione Monaſterii hujuſmodi effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, neque debere decrevit, illiſque & dictis

Nullius licentia requiſita.

Sublata cuilibet Judici facultate aliter judicandi.

Contrariis quibuſcumque non obſtantibus,

Quæ ſingillatim enumerantur.

Privilegia omnia contraria ſuſpenduntur.

(a) Formula tunc temporis adhuc vigens. Quamvis enim doctiſſimi ſeptemviri a Paulo III. electi Cardinales Contarenus, Theatinus, Sadoletus, Polus; Archiepiſcopi Salernitanus, & Brunduſinus; ac Fr. Thomas Magiſter Sacri Palatii celeberrimum, & juxta ſaluberrimum id Conſilium conſcripſerint de Romanæ Curiæ corruptelis amovendis, in quod Lutherus & Sturmius inſurrexerunt. (*Raynald. an.* 1539. *num.* 22.): tamen Acceſſus & regreſſus non ſunt ſublati ante annum 1563. in Concilio Trident. (*Seſſ.* 25. *cap.* 7. *de reform.*)

dictis ſtatutis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorum totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad id ſervanda foret dictus Prædeceſſor tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, & ſervata inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris ea vice dumtaxat, quo ad præmiſſa derogavit, & ſufficienter derogatum eſſe decrevit. Contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem eſſet Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſent per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Derogatur quibuſvis exceptionibus.

Voluit autem præfatus Prædeceſſor, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, divinus cultus, & ſolitus Monachorum, & Miniſtrorum numerus in dicto Monaſterio nullatenus minueretur; ſed illius, ac Conventus prædictorum congrue ſupportarentur onera conſueta. Et inſuper ex tunc irritum decrevit, & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem de abſolutione, unione, annexione, incorporatione, ſuſpenſione, voluntate, & decretis prædictis, pro eo quod ſuper illis dicti Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſique Capitulum & Petrus illorum fruſtrentur effectu:

Dummodo in Monaſterio ſervetur Divinus cultus.

Volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod abſolutio, unio, annexio, incorporatio ſuſpenſio, voluntas, & decreta Prædeceſſoris hujuſmodi a dicta die Id. Januarii ſuum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis ipſius Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei dat. confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, unionem, annexionem, incorporationem, ſuſpenſionem, voluntatem, & decreta Prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo, &c.

Hujuſmodi decreta Pauli III. confirmantur a Julio III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, octavo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno primo. (a)

Officium Catenæ prope Portam Sanctam Baſilicæ S. Petri cum honoribus & oneribus confert Deſiderio Clerico familiari ſuo.

Ex libro 1. diverſ. Cameral. Julii III. lib. 1. ap. Areh. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1550. 4. Martii.

Motu proprio &c. Dilecto filio Deſiderio Carillon Clerico Tullen. dioeceſis, antiquo & deſcripto familiari continuo commenſali noſtro de alicujus ſubventionis auxilio providere, ipſumque gratioſo favore proſequi volentes, eidem Deſiderio, quoad vixerit, officium regiminis, & adminiſtrationis, ac gubernii catenæ, ſeu portæ Palatii noſtri Sancti Petri prope Portam Sanctam (b) conſiſtentis, cum omnibus & ſingulis illarum honoribus, oneribus, habitatione, Stantiis per Auguſtinum Marobium detentis, ſalario quomodolibet per Cameram, ac aliis ſolitis & conſuetis. Ita ut ipſe Deſiderius officium hujuſmodi exercere, aut per idoneum Subſtitutum exerceri facere poſſit, nec ab illo ejus vita durante per nos, ſeu Romanos Pontifices noſtros Succeſſores pro tempore exiſtentes, ſeu alios quoſcumque amoveri poſſit, concedimus & aſſignamus: necnon regimen adminiſtrationem & gubernium officii cuſtodiæ hujuſmodi ac rerum omnium ad illud pertinentium eidem Deſiderio committimus ipſumque ad jocalia, regalia, & emolumenta prædicta recipimus & admittimus, ac recipi & admitti, ſibique de ſalario, habitationibus, ſtantiis & emolumentis prædictis integre reſponderi debere decernimus, mandantes dilecto filio G. Aſcanio Sancti Euſtachii Diacono Cardinali ac pro tempore exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario Cameræ

Officium Catenæ prope Portam Sanctam.

Concedit ad vitam, per ſe, aut per ſubſtitutum exercendum.

(a) Jam liquet ex plurimis hujuſmodi Bullis ſuperiori tomo editis, Annos Incarnationis Florentino more adhiberi ſolitos in hujuſmodi literis; quod minime fit in cæteris. Quare qui hic dicitur quadrageſimus nonus, eſt ipſe quinquageſimus Jubilæi annus, quem aperuit bidui poſt datas has literas, clauſitque in ſecundo Epiphaniæ Veſperi, duodecim nimirum diebus additis, quum duos detraxiſſent menſes comitia. Dies Bullæ adſcriptus, ipſe eſt coronationis ſuæ, natalis Cathedræ.

(b) Prima Portæ mentio occurrit in literis Alexand. VI. (*Bullar. to. 2. pag.* 320.) ubi Pontifex ab ſe aperiendam dicit Portam Baſil. Principis Apoſtolorum, tres autem reliquas a Commiſſariis ſeu Legatis. Portæ Sanctæ nomen ante Julium III. nullus Pontifex luculenter pronuncians occurrit. Hic locus ipſe indicatur veteris Baſilicæ. Alpharanus in tabula Ichnogr. paulo poſt confecta, antiquiorem parvulam portam deſignat *num.* 113. in angulo Aquilonari, ejuſque loco aliam ex marmore verſicolori conſtructam e regione Oratorii S. Mariæ ad Præſepe *num.* 124. Utrique proxima erat Catena ante portam Palatii a Julio II. inſtauratam *num.* 121. Similitudinem quamdam, longo licet intervallo proximam, & hodie cernimus in Auguſti Templi veſtibulo, ſeu Atrio. Catena enim non longe diſtat a Porta Sancta.

(a) Quod

Cameræ Apoſtolicæ, & Theſaurario generali, nec non Præſidentibus, & Clericis dictæ Cameræ, ac aliis, ad quos quomodolibet ſpectat, ut ex nunc abſque alio deſuper a Nobis expectato mandato prædictum Deſiderium vel ejus Subſtitutum ad hujuſmodi officium, ejuſque liberum exercitium, nec non honores, onera, ſalarium, habitationes, ſtantias & emolumenta prædicta recipiant & admittant; ſibique de ſalario, & emolumentis prædictis integre reſponderi faciant, & mandent cum effectu: non obſtantibus quibuſvis Statutis, & Privilegiis, Indultis, & Litteris Apoſtolicis Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, & Clericis, ac Cameræ prædictis in contrarium forſan conceſſis; necnon quibuſcumque aliis conceſſionibus, aſſignationibus, & commiſſionibus de dicto officio eidem Marobio, aut quibuſvis aliis perſonis hactenus etiam forſan per nos, ſeu Prædeceſſores, aut Succeſſores noſtros etiam ad vitam, aut alias quomodolibet, & motu ſimili, ac cum quibuſvis clauſulis, necnon irritantibus, ac aliis decretis factis & faciendis, etiam quod hujuſmodi conceſſiones revocari, aut ſuſpendi, vel alii in eorum præjudicium concedi, & perſonæ quibus conceſſæ ſunt ab hujuſmodi officio, eorum vita durante, etiam per nos & Sedem Apoſtolicam amoveri non poſſint, vel alias diſponentibus. Quas, & quæ, quatenus opus ſit per præſentes revocamus, caſſamus, & annullamus, ac eas earumque effectum ſuſpendimus, illiſque, necnon ſtatutis, privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis &c. tenores &c. illorum &c. ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Cum clauſulis opportunis & conſuetis dictum officium, ejuſque liberum exercitium necnon honores, onera, habitationes, ſtantias, ſalarium &c. Fiat ut petitur. J.

Admitti eum jubet a Camerario &c.

Revocatis aliis ſimilibus gratiis

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & cum conceſſione aſſignatione commiſſione ſubſtitutione ad vitam, decreto, mandato derogatione revocatione caſſatione ſuſpenſione & aliis de & pro omnibus ac ſingulis ſupradictis. Et cum opportuno decreto, quod præſens gratia revocari ſuſpendi aut de ſurreptionis, vel obreptionis vitio aut intentionis noſtræ defectu notari nullatenus poſſit, ſed valida ſemper & efficax exiſtat; & ita per quoſcumque Judices &c. ſublata &c. irritum quoque &c. judicari debeat. Et quod præſentis motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra; clauſula contraria non obſtante. Seu ſi videbitur, literæ per Breve noſtrum cum præmiſſorum omnium majori & veriori expreſſione ac opportuna executorum deputatione, etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, & cum poteſtate inhibendi ſub eiſdem pœnis & cenſuris agendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis latiſſime exten. Cum expreſſione, quod hujuſmodi officium ad pro tempore exiſtentis Romani Pontificis beneplacitum exiſtat; illud nihilominus ad vitam concedendo, ac cuicumque nullitati derogando expediri poſſit.

Formula pro expeditione.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Nonas Martii Anno primo. Fiat. J.

Die 11. Martii 1550. ſupradicti Motus proprii cedula per Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Camerarium præfatum admiſſa & de ejus mandato regiſtrata, ac patentes deſuper confectæ fuerunt.

Motus proprii admittendi ratio.

Sequuntur patentes admiſſionis ſupradicti Motus proprii.

Guido Aſcanius Sfortia S. R. E. Camerarius (a) *&c. dilecto nobis in Chriſto d. Deſiderio Carillon Clerico Tullen. Diœceſis S. D. N. Papæ familiari, continuo commenſali; Salutem in Domino.*

Exhibuiſti nuper nobis in Camera Apoſtolica Motus proprii cedulam Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri d. Julii Divina Providentia Papæ III. manu Suæ Sanctitatis ſignatam, quam cum ea, quam decuit reverentia recepimus hujuſmodi ſub tenore: Motu proprio &c. Deſiderio Carillon Clerico Tullen. Diœceſis antiquo & deſcripto familiari continuo commenſali noſtro &c. *ſubſequenter nobis humiliter ſupplicaſti, ut dictam Motus proprii cedulam, & in ea contenta admitti & in libris Cameræ Apoſtolicæ regiſtrari, tibique literas patentes, juxta illius formam concedere, & alias deſuper opportune providere dignaremur: Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati cupientes mandatis Apoſtolicis parere, illaque debitæ executioni demandare, de mandato &c. & auctoritate &c. ipſam Motus proprii cedulam admiſimus, & in libris Cameræ Apoſtolicæ, videlicet libro primo diverſorum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ fol. 41.* (b) *apud infraſcriptum Cameræ*

Litera patentes Camerarii S. R. E.

(a) Quod labem aliquam intuliſſe viſum eſt Pauli III. primordiis laudatiſſimis, duos nepotes adoleſcentulos Alexandrum Petri Aloyſii filium annorum quatuordecim, & Aſcanium Sfortiam a Boſio S. Floræ Comite ſuſceptum an. 1518. die 25. Novemb. ex Conſtantia Petri Aloyſii ſorore Diaconos Cardinales creavit die 14. Decembris an. 1534. Uterque autem ſupra ætatem prudentia excelluit. Uterque ſummis functus muneribus Romæ, & foris: Uterque Archipresbyter Baſilicarum Urbis; Alexander noſtræ Vaticanæ, Aſcanius S. Mariæ Majoris: Cancellarius ille; hic Camerarius S. R. Eccleſiæ; qui præſertim Card. S. Floræ nomine in Hiſtoriis celebris 46. ætatis annum attingens exceſſit, ut conſtat ex Epitaphio in Sanctæ Mariæ Majoris Baſilica.

(b) Bullarii noſtri To. 2. pag. 177. locupletiſſimum præbui argumentum ſummæ fidei, quæ noſtræ huic Collectioni eſt adhibenda. En modo alterum: unde eſt deprehendere quanti ſint Regeſta, Codiceſque alii Archivorum Urbis.

(a) Non-

Digitized by Google

Regiſtratio Motus proprii:

Cameræ Apoſtolicæ Notarium regiſtrari mandavimus, prout per præſentes admittimus, illiuſque tenori inhærentes, tenore præſentium te ad officium regiminis, adminiſtrationis, & Gubernii Cathenæ, ſeu portæ Palatii Apoſtolici Sancti Petri prope Portam Sanctam conſiſtentis, ejuſque liberum exercitium, necnon honores, Salarium, onera, ſtantias, habitationem, regalia, & emolumenta ſupradicta recipimus, & admittimus: mandantes propterea univerſis & ſingulis, ad quos ſpectat, vel in futurum ſpectare poterit, præſentem notitiam quomodolibet habituris, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac quingentorum Ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, aliiſque noſtri arbitrii pœnis, quatenus te ad hujuſmodi officium, ejuſque liberum exercitium, aliaque præmiſſa recipiant, & admittant, receptumque & admiſſum manuteneant, & defendant; nec te, vel a te ad hujuſmodi officium ſubſtituendum, in præmiſſis ullo modo moleſtent, perturbent, vel impediant. Quinimmo in omnibus dictum officium concernentibus adſint, ſeu faveant. Modernis vero & pro tempore exiſtentibus Theſaurario, & Depoſitario ſeu Depoſitariis hujuſmodi Apoſtolicis Generalibus, cæteriſque, ad quos quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ut de ejuſdem officii Salario, & emolumentis ſolitis & conſuetis congruo tempore reſponderi faciant, & reſpondeant, illaque perſolvant reſpective, alioquin &c. irritum decernentes & inane quicquid ſecus fiet. Non obſtantibus illis, quæ præfatus Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa per præinſertam Motus proprii cedulam voluit non obſtare. In quorum &c.

Pœna detrectantibus proponuntur.

Emolumenta ſolvenda injunguntur.

Datum Romæ in Camera Apoſtolica die 11. menſis Martii 1550. Pontificatus &c. anno primo.

G. Aſ. Car. Cam.

Pœnitentiariorum Minorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum Privilegia omnia, prærogativam ſuper aliis quibuſcumque Pœnitentiariis, ac proventus enumerat, eiſque concedit 30. Scuta aurea in quemlibet menſem in perpetuum ſuper Officio Majoris Pœnitentiarii.

Ex Archetypis Brevium Julii III. An. 3. num. 145. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

JULIUS PP. III.

AN. CH. 1552. 1. Martii.

AD futuram rei memoriam.

Orditur a prærogativa Baſilic. Vatic. ſuper Eccleſiis Urbis.

Paſtoralis officii cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa nos excitat & inducit, ut circa ſtatum perſonarum quarumlibet præſertim in Baſilica Sancti Petri de Urbe, pro confeſſionibus fidelium audiendis, majori Pœnitentiario noſtro continuo fideliter aſſiſtentium, ac inibi noſtras & Sedis Apoſtolicæ vices indefeſſis laboribus gerentium, ſalubriter dirigendum, & feliciter conſervandum, noſtræ vigilantiæ partes ſolertius impendamus, & iis, quæ propterea proceſſiſſe comperimus, ut firma perſiſtant, Apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartiamur, & alias pro eorum obſervatione, & perſonarum earumdem decentiori ſuſtentatione provideamus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Benedictus XII., Eugenius IV., Innocentius VIII., Sixtus etiam IV., Alexander VI., & Leo X., Romani Pontifices (a) Prædeceſſores noſtri, videlicet Benedictus XII. inter alia voluit, & ordinavit, quod dilecti filii Collegium dictæ Baſilicæ, & eorum ſocii Summo Pontifici & non alteri immediate eſſent ſubjecti, & ad eorum arbitrium ſibi ſocium (qui quamdiu in conſortio ſeu ſervitio Pœnitentiarii maneret, ſi Regularis foret, ab ordine ſuo eſſet exemptus) eligere & electum mutare poſſent, quodque Confeſſorem ſibi eligere poſſent, & electum mutare, qui eamdem haberet poteſtatem ſuper Pœnitentiarium, quam Pœnitentiarius ſuper alios pœnitentes. Et quod poſſent in domibus ſuæ habitationis Miſſas celebrare, aut celebrari facere cum Altari portatili, abſque licentia ulteriori. Et quod ſimiliter poſſent miniſtrare, ſeu miniſtrari facere ſuis familiaribus Eccleſiaſtica Sacramenta, & quod in articulo mortis plenariam haberent indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum. Et denique

Literas Apoſtolicas Prædeceſſor. pro Pœnitentiariis laudat

Privilegia eis conceſſa a Benedicto XII.

Præcipue quod eſſent Capellani & familiares Papæ.

(a) Nonnullas edidimus literas Apoſtolicas ſuperioribus voluminibus ad Pœnitentiar. Collegium ſpectantes. Abs re autem fore duximus eas omnes congerere quæ illorum privilegia, reditus &c. continentes, eatenus noſtram ſpectant Baſilicam, quod Pœnitentiarii ejuſdem ſunt. Quare ex literis hic laudatis nullam reperire eſt in Bullario noſtro. Hanc vero Julii III. Bullam, quæ illarum ſummam exponit, ſuppeditatque non pauca ad rem noſtram neceſſaria, ultro amplectimur, ac proferimus.

(a) De

nique quod ipſi Pœnitentiarii eſſent Capellaui, & familiares continui commenſales Summi Pontificis. Necnon Eugenius IV. quod dicti Pœnitentiarii eſſent numero undecim, & non ultra (a) duo videlicet Italici, duo Gallici, duo Hiſpani, unus Anglicus, qui etiam Scotorum & Hibernicorum confeſſiones audiret: unus Hungarus: unus pro Polonia, Bohemia, Sclavonia, & Ruſſia: unus Alemaniæ Superioris, & alter Inferioris: qui confluentium ex eorum partibus audirent confeſſiones; Et quod ipſis Pœnitentiariis in dicto numero exiſtentibus, non cogantur per quodcumque mandatum etiam Apoſtolicum de aliis Pœnitentiariis creatis, aut creandis aliquem ad ſuum numerum vel Collegium ſuſcipere, niſi per ceſſum vel deceſſum alicujus ex eis, & ſimiliter quod tempore neceſſitatis & magni concurſus ad Curiam, Pœnitentiarii collegiati aliquos ſibi ſubſtituere poſſent, de conſenſu prioris & majoris partis eorum, qui durante tali neceſſitate eorum exiſtant coadjutores ut antiquitus obſervabatur, & quod præfati Pœnitentiarii, ut ejus continui commenſales haberentur, & omnibus gratiis, libertatibus, & immunitatibus, privilegiis, exemptionibus, honoribus, & indultis, quibus ejus continui commenſales gaudebant, & utebantur, gauderent, perpetuo ſub protectione Apoſtolica manſuri, inter alia ſtatuit & ordinavit. Ac Collegio Pœnitentiariorum hujuſmodi tertiam partem omnium & ſingulorum emolumentorum, jurium, & proventuum quorumcumque, quæ literarum Apoſtolicarum bullatores perciperent, & pro tempore percipere conſueviſſent de conſuetudine vel de jure, ex quibuſcumque literis Apoſtolicis gratiam vel juſtitiam concernentibus, vel aliis literis, aut alias quomodolibet, & ex quavis cauſa ratione officii Bullæ dictarum literarum ad eorum manus pro tempore pervenientium, auctoritate Apoſtolica, Motu proprio, & ex certa ſcientia in perpetuum dedit, conceſſit, & aſſignavit: volens quod hujuſmodi tertiam jurium, proventuum, & emolumentorum partem dictis Pœnitentiariis debitam ab eiſdem, qui tunc erant, & pro tempore futuri erant bullatoribus, quamdiu in communi vita permanerent, auctoritate Apoſtolica petere, exigere, & levare poſſent: ac eos & eorum quemlibet ad dandum, & conſignandum eis, vel ab eis deputando tertiam partem hujuſmodi, compellere, & cogere valerent, ac præcipiens & mandans tunc & pro tempore exiſtentibus bullatoribus hujuſmodi ſub excommunicationis pœna (quam ipſos bullatores ſi ſecus facerent, eo ipſo incurrere voluit) quatenus hujuſmodi tertiam partem dictis Pœnitentiariis menſe quolibet integre traderent, & perſolverent, ac ad eam ſolvendam efficaciter aſtricti eſſent, necnon concedens eiſdem Pœnitentiariis quod virum aliquem idoneum Clericum deputare poſſent ad exactionem tertiæ partis præfatæ, qui etiam dum fieret lectio literarum Apoſtolicarum in loco Bullæ, intereſſe valeret, & computa illorum videre, prout foret opportunum. Et poſtmodum recenſens quod nonnullæ literæ per Pœnitentiariam Apoſtolicam petentibus concedi ſolitæ, videlicet quæ abſolutionem ab excommunicationis ſententia, aut diſpenſationem ſuper irregularitate continerent, & quæ de ſententiis generalibus pro præſentibus in forma *affective*, & *ſi inveneris* pro abſentibus, & *quæ licet non credat vel recolat* pro eiſdem præſentibus & abſentibus, & quæ declaratoriæ nuncupantur, ſive eorum ſupplicationes non regiſtrabantur (de quibus cum forte eas perdi contingebat, ſufficiens in Romana Curia vel alibi fides fieri non poterat) voluit & ordinavit, quod prædictæ ſicut & aliæ ejuſdem pœnitentiariæ literæ, ſive earum ſupplicationes in libris ſolitis, prout jam tunc regiſtrari cœperant, ex tunc in antea debite regiſtrarentur, & hujuſmodi voluntatem & ordinationem ſuam renovans, & perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari mandans: perpetuo ſtatuit edicto, quod pro ſingularum continentium abſolutione vel diſpenſatione unus; pro de ſententiis vero in forma *affective*, & *ſi inveneris*, & *licet non credat vel recolat* duo; & pro declaratoriarum literarum regiſtratura hujuſmodi tres tantummodo groſſi papales per deputatos ad hoc pro tempore reciperentur: quos omnes & ſingulos groſſos & eorum ſummas, qui & quæ ex regiſtratura literarum prædictarum pro tempore obvenirent, Motu proprio & ex certa ſcientia eiſdem Pœnitentiariis reſervavit, aſſignavit, conceſſit, & donavit: ita ut in fine cujuſlibet menſis duo ex ipſis Pœnitentiariis inter ſe pro tempore deputandi ad locum dicti regiſtri perſonaliter accederent, & viſis libris regiſtri, ac numero literarum hujuſmodi, omnes & ſingulas ſummas exinde provenientes integre & ſine ulla diminutione reciperent, mandans regiſtratoribus

Privilegia iiſdem conceſſa ab Eug. IV. ut numerum eſſe debere.

In ſolo caſu neceſſitatis numerum augere ipſi poſſunt.

Emolumenta certa ex Bullarum juribus.

Exigenda per Clericum ab iis deputatum.

Alia emolumenta ex literis regiſtrari antea non ſolitis.

(a) De vario, multiplicique Pœnitentiarior. numero nonnihil diximus (*To.* 2. *pag.* 48. *not. a.*) Eugenius IV. omnium primus non modo certum Pœnitentiariorum numerum eſſe voluit, ſed pro variis Nationibus aſſumendos linguarum peritos decrevit, ut conſtat ex hiſce ejus literis. Vide *ſeq. not.* ad has literas Julii III.

(a) Anni

toribus literarum dictæ Pœnitentiariæ, & ſubſtitutis eorum atque aliis omnibus & ſingulis dictorum denariorum, ſeu emolumentorum receptoribus præſentibus, & futuris ſub ſimili excommunicationis pœna (quam eos, ſi ſecus facerent, incurrere voluit ipſo facto, & a qua niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolvi non poſſent) quatenus dictis Pœnitentiariis præfatas ſummas menſe quolibet in perpetuum libere, & abſque difficultate, aut contradictione aliqua fideliter darent atque perſolverent, non tamen intendens propterea conceſſioni, & aſſignationi alias per eum eiſdem Pœnitentiariis de tertia parte emolumentorum ſeu denariorum ex literis Apoſtolicis in bullaria earumdem pro tempore obvenientium, ut præfertur, factæ aliqualiter derogare. Sixtus quoque quartus Motu proprio & ex certa ſcientia ſtatuit, & ordinavit, quod deinceps perpetuis futuris temporibus tertia pars emolumentorum, jurium, & proventuum plumbi per Eugenium IV. dictis Pœnitentiariis conceſſa, juxta formam literarum ejuſdem Eugenii quas alias in ſua integritate durare decrevit, integre debeatur, & menſatim ipſis Pœnitentiariis per dictos bullatores abſque contradictione aliqua aſſignetur: ita tamen quod dicti Pœnitentiarii pro expenſis plumbi, ferici, cordulæ, canapis, pro literarum Apoſtolicarum exigentia, ac etiam Salarii lectoris, ſive Clerici ad legendum literas pro tempore deputati dumtaxat pro rata ſua, videlicet tertia parte; deinceps contribuere tenerentur, mandans Pœnitentiariis, & Bullatoribus ſupradictis, & qui pro tempore eſſent ſub excommunicationis & privationis officiorum ſuorum pœna, quatenus ejuſdem Eugenii literas, ac ſtatuta, & ordinationem ſuam hujuſmodi inviolabiliter obſervarent. Necnon Innocentius VIII. Motu proprio & ex certa ſcientia, quod dicti Pœnitentiarii tunc & pro tempore exiſtentes, veri & immediati ac indubitati Sedis Apoſtolicæ & ſui ac etiam pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Capellani, ac familiares continui commenſales exiſterent, & pro talibus vere omni fictione ceſſante, haberi, teneri, & tractari, & reputari deberent, omnibuſque & ſingulis Privilegiis exemptionibus honoribus prærogativis & immunitatibus, antelationibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii ſui, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Capellani & familiares continui commenſales gaudebant, potiebantur, & utebantur, ac gaviſuri, potituri, & uſuri erant pro tempore, abſque aliqua prorſus differentia pariformiter potiri poſſent & deberent, quamvis in ſuo & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis familiarium tinello non comederent, & pro tempore non comediſſent, declaravit, ac voluit, ac decrevit. Necnon Alexander VI. Motu proprio & ex certa ſcientia ut Pœnitentiariorum Collegium viris electis vita & moribus comprobatis & literarum ſcientia excellentibus floreret, ſtatuit, & ordinavit, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nullus ad Pœnitentiariorum Collegium vel examen privatum conſuetum (etiam prætextu quorumvis mandatorum vel literarum etiam quaſcumque ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentium, quæ ab eo vel a Sede Apoſtolica ſub quibuſvis formis & expreſſionibus verborum etiam motu & ſcientia ſimilibus, & cum quibuſvis etiam dictæ ſuæ ordinationis derogatoriis aliiſque fortioribus & inſolitis clauſulis emanarent) quomodolibet admitti poſſet vel deberet, niſi prius ſuper punctis ſibi per Pœnitentiarios aſſignandis publice & ſufficienter reſpondiſſet, juxta ſtatuti eorumdem Pœnitentiariorum ſuper hoc editi tenorem & formam. Et quod nullus etiam in Pœnitentiarium ſubſtitutum, vel quemcumque alium coadjutorem tempore concurſus vel quocumque alio tempore, etiam prætextu quorumcumque mandatorum & literarum, reciperetur, vel admitteretur, niſi præſtitis prius per eum juramentis conſuetis (& prout & quemadmodum in eorumdem Pœnitentiariorum ordinationibus habetur) ſuper moribus, & vita, ac literarum ſcientia examinatus, & idoneus repertus fuerit, irritante decreto deſuper adjecto, ſtatuit & ordinavit. Ac Leo X. & Prædeceſſor præfatus Pœnitentiarios prædictos tunc & pro tempore exiſtentes, etiam Epiſcopis inferiores, inter ſuos & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Capellanos & Prælatos domeſticos continuos commenſales connumerari debere; prout etiam connumeravit, & eſſe cenſuit: Eiſque ex tunc de cetero abſolutiones, diſpenſationes, declaratorias, & alia ſimilia Pœnitentiariæ Apoſtolicæ reſcripta, prout antea fieri ſolebat, committi poſſe & debere, ac nulli ex aliis Apoſtolicæ Sedis in præfata Urbe Pœnitentiariis ad ipſam Urbem peregre, & pro remedio ſuarum conſcientiarum de longinquis partibus accedentes, ſeu confluentes a caſibus præfatæ Sedi reſervatis, præſertim a parricidiis, ab ſolutionibus ſolemnibus, aliiſque hujuſmodi exceſſibus, præterquam dictæ Baſilicæ Pœnitentiariis, & in mortis articulo, abſolvere licere perpetuo ſtatuit & ordinavit: eiſque & aliis Pœnitentiariis, ne contra ſtatutum & ordinationem ſuam hujuſmodi ſcienter vel ignoranter aliquid facerent, ſeu attemptarent mandavit, ac diſtrictius inhibuit, ſub excom-

Excomm. pœna inflicta non ſolventibus.

Privilegia eorumdem a Sixto IV.

Privilegia ab Innoc. VIII. iis conceſſa.

Privilegia Alexandri VI.

Nullus accipiatur ſine examine.

Privilegia Leonis X. pro iiſdem.

excommunicationis latæ ſententiæ pœna per eos ſi contra facerent ipſo facto incurrenda. Ac etiam ſtatuit & ordinavit, quod dicti Pœnitentiarii in civilibus non poſſent citari, nec conveniri, niſi coram eorum Priore vel Decano; inhibendo tunc & pro tempore exiſtenti ejuſdem Urbis Gubernatori, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, ceteriſque Judicibus ordinariis & extraordinariis quavis auctoritate fungentibus, ne de cauſis hujuſmodi contra dictos Pœnitentiarios, quovis modo ſub excommunicationis latæ ſententiæ in eorum ſingulos, ſi contra facerent, pœna, ſe intromittere præſumerent, ac decernendo irritum & inane quicquid ſecus ab eis, aut quibuſvis aliis ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et tam præfati quam diverſi alii Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri diverſa alia privilegia, & immunitates conceſſiones exemptiones libertates gratias facultates donationes conceſſiones aſſignationes literas & indulta, etiam per modum approbationis confirmationis extenſionis & ampliationis Collegio, & Pœnitentiariis Baſilicæ hujuſmodi de Apoſtolica auctoritate conceſſerunt, & conceſſa approbarunt & confirmarunt, & extenderunt & ampliarunt, prout in ſingulis literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius videtur contineri. Noſque ut accepimus, emolumenta eiſdem minoribus Pœnitentiariis hactenus aſſignata, ſucceſſive, cauſantibus temporum malis conditionibus, adeo decreverunt, quod ad illorum qui numero duodecim una cum majori Pœnitentiario (a) exiſtunt congruam ſuſtentationem non ſufficiunt: conſiderantes aſſiduos labores, quos Pœnitentiarios ipſos in dies in vinea Domini laborando & neceſſitate ſufferre & ſuſtinere oportet, ac æquum cenſentes, ut qui altari deſerviunt, de altari vivere debeant, quodque ipſi minores Pœnitentiarii, qui pro ſe ipſis & dicto Pœnitentiario majori pœnitentiariæ pondus diei & æſtus ſuſtinent, ex ejuſdem pœnitentiariæ emolumentis alantur, & ſuſtententur; & inſuper ad fidelia & ſalubria obſequia nobis, & dictæ Sedi in eadem Baſilica hactenus per eos impenſa, & quæ impenſum iri per eoſdem ſperamus, debitum reſpectum habentes, ac propterea volentes præfatos

Eximuntur a quibuſvis Judicibus

Summa aliorum Privilegior.

Eorum Collegium con inebat omnino duodecim.

Pœnitentiarios, quos ſpeciali zelo charitatis amplectimur, ſpecialis gratiæ favore proſequi; Motu proprio & ex certa ſcientia, non ad dictorum Pœnitentiariorum ſeu alicujus eorum nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, omnia & ſingula ſtatuta conſtitutiones & conſuetudines laudabiles Collegii Pœnitentiariorum hujuſmodi, nec non prædicta, & quæcumque alia privilegia, & immunitates exemptiones donationes conceſſiones aſſignationes libertate gratias facultates literas & indulta quæcumque per dictos & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem prædictam Collegio Pœnitentiariorum, & pro tempore exiſtentibus minoribus Pœnitentiariis Baſilicæ hujuſmodi quomodolibet, ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſa approbata & innovata: quorum omnium & ſingularum aliarum literarum & ſcripturarum deſuper confectarum tenores formas cauſas, propter quas facta & conceſſa fuerunt, ac decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis; auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus; illiſque perpetuum & inconcuſſum firmitatis robur adjicimus, illaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari, & ad omnium illorum obſervationem quoſcumque, & ſub quibuſvis etiam pecuniariis pœnis, cogi & compelli poſſe. Sicque per quoſcumque Judices etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & diffiniri debere; nec non ſi ſecus ſuper hiis a quocumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, irritum & inane decernimus & declaramus. Et nihilominus Motu ſimili eiſdem Pœnitentiariis minoribus nunc & pro tempore exiſtentibus, pro eorum commodiori & decentiori ſuſtentatione, ultra jura & emolumenta ipſis ratione officii eorum hactenus aſſignata, & per eos percipi ſolita, ſummam triginta ſcutorum auri in auro menſtruorum ſuper emolumentis officii nunc

Julii III. nova conceſſio.

Confirmat vetera omnia Privilegia.

Triginta Scutis aſſignat ſuper officio Pœnitentiarii Majoris.

(a) Anni jam ſupra centum excurrerant, quum Eugenius IV. certum undecim Pœnitentiariorum Minorum numerum conſtituerat. Hic vides totidem perſeveraſſe uſque ad annum 1552. Duodenarius enim numerus explebatur a Majori Pœnitentiario. Hinc vero annis ſeptemdecim S. Pius V. Collegium minorum Pœnitentiariorum ad unam Societatem Jeſu redegit, ac duodecim eſſe voluit citra Pœnitentiarium Majorem. Hæ literæ S. Pii V. ut conſtat ex Bulla 56. Alexandri VII. (*Bullar. Rom. to. 6.*) ob ejuſdem obitum non fuerunt expeditæ. Quare idem Alexander (§. 5.) illas confirmans pro Collegio Societatis Jeſu, *Hac tamen lege*, inquit, *ut eadem Societas in Collegio hujuſmodi tredecim ipſius Societatis Presbyteros Regulares comprehenſo in illis d. Collegii Rectore, qui omnes & ſinguli Miniſterium minorum Pœnitentiariorum in memorata Baſilica ſedulo exercere teneantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hiſpanica, & Luſitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Flandrica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illyrica Nationibus ..... perpetuo habere, & manutenere debeant, & teneantur.* Hæc vero ſatis ſuperque ſunt ad rem noſtram.

nunc & pro tempore exiſtentis majoris Pœnitentiarii noſtri perpetuis futuris temporibus, ſingulis menſibus per nunc & pro tempore exiſtentem majorem Pœnitentiarium noſtrum, ſeu Sigillatorem, aut emolumenta officii majoris Pœnitentiarii hujuſmodi pro illo pro tempore quomodolibet colligentem, ultima die cujuſlibet menſis a proxime præterita menſis Februarii anni milleſimi quingenteſimi quinquageſimi ſecundi incipiendo, libere & integre & abſque aliqua dilatione perſolvendam reſervamus & aſſignamus, ac reſervatam & aſſignatam, ac nunc & pro tempore exiſtentem majorem Pœnitentiarium, ſeu Sigillatorem præfatos, aut alium ſeu alios emolumenta hujuſmodi colligentes ad dictæ ſummæ integram ſolutionem, ut præfertur, faciendam teneri, & obligatos exiſtere decernimus. Mandantes eidem majori Pœnitentiario in virtute ſanctæ obedientiæ, aliis vero ipſius miniſtris ac ſigillatori, ac emolumenta hujuſmodi percipientibus & colligentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & indignationis noſtræ ac privationis emolumentorum officiorum ſuorum pro una Cameræ Apoſtolicæ & pro alia medietatibus Collegio Pœnitentiariorum applicandorum ipſo facto per eos, & præmiſſa non adimplentes incurrendis pœnis, quatenus ſummam prædictam, ut præfertur, realiter & cum effectu perſolvant & perſolvi faciant. Nec non dictæ Urbis Gubernatori & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non aliis dictæ Urbis ordinariis Judicibus, & eorum cuilibet mandamus, quatenus eiſdem Pœnitentiariis minoribus in præmiſſis, efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, faciant eis præfatam ſummam realiter & integre & abſque aliqua diminutione aut retardatione ſingulis menſibus juxta præſentium tenorem perſolvi: non permittentes, eos ſeu eorum aliquem per majorem Pœnitentiarium, ac præfatos, & quoſcumque alios deſuper impediri, perturbari, aut moleſtari: conradictores quomodolibet & rebelles ac præmiſſis contravenientes per ſententias, cenſuras, & privationes officiorum, ac de quibus eis videbitur, pecuniarias pœnas etiam per viam mandati executivi, ſi eis videbitur, appellatione quacumque remota, compeſcendo. Non obſtante noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti officii majoris Pœnitentiarii juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis eidem majori Pœnitentiario, & illius officio hujuſmodi ſub quibuſcumque tenoribus & formis, etiam Motu proprio, etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis approbatis & innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulo hujuſmodi mentionem.

Singulis menſibus ſolvenda a Febr. an. 1552.

Pœnam excommun. Contrafacientib. infligit

Tribunalia Urbis præſidio iis eſſe jubet.

Mutando & etiam privando inobedientes.

Conſtitutionibus quibuſcumque contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris prima die Martii 1552. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Carolo Pallavicino quatuordecim annorum adoleſcenti.

Ex Regeſto XXXI. Bullar. Julii III. pag. 70. ap. Arch. Apoſtol. Vatic.

AN. CH. 1552. *6. Maji.*

JUlius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Carolo Pallavicino Clerico Januen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex indole profectum ſibi pollicetur.

Laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia, ex quibus, prout fide dignorum teſtimoniis accepimus, veriſimiliter concipitur, quod ſuccedentibus tibi annis te in virum debeas producere virtuoſum, nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Cum itaque hodie tu, cui alias tunc, ut aſſerebas, in quarto decimo tuæ ætatis anno conſtituto de una ex quatuor perpetuis Capellaniis per felicis recordationis Innocentium Papam octavum Prædeceſſorem noſtrum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe erectis, & inſtitutis, (*a*) tunc per liberam reſignationem dilecti filii Petri Franciſci (*b*) Electi Alerien. de illa, quam tunc ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacante

Capellaniam Innoc. vacantem

(*a*) Bullam Inſtitutionis ab Alexandro VI. editam habes hujus Bullarii *to.* 2. *pag.* 291. Eam conſule.

(*b*) Antequam de Reformatione admodum neceſſaria decerneretur, Concilium Tridentinum ob graviſſimas cauſas ſuſpenſum fuerat a Julio III. die 28. Aprilis hujus anni Seſſ. 16. Quare & perſeveratum in Diſciplinæ abuſu. Petrus Franciſcus ſiquidem

Collatam, & literis non expeditis dimiſſam commendaverat.

Plura beneficia obtinenti adoleſcentulo

Eamdem Capellaniam concedit.

vacante, ſub datum videlicet duodecimo Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio conceſſeramus provideri, conceſſioni gratiæ hujuſmodi, literis Apoſtolicis deſuper non confectis, in eiſdem manibus ſponte & libere ceſſeris, noſque ceſſionem hujuſmodi admittentes, Capellaniam prædictam adhuc tunc, ut præfertur, aut alias certo modo vacantem prædicto Petro Franciſco electo per eum quoad viveret, tenendam, regendam, & gubernandam commendaverimus, (*a*) ſeu commendari conceſſerimus: Nos tibi, cui etiam hodie aſſerenti, te adhuc in dicto decimo quarto dictæ ætatis anno conſtitutum, dicti Petri Franciſci Electi fratrem germanum, ac ambo forenſes exiſtere, quod in certos tunc expreſſos eventus liceret tibi ad Canonicatum & Præbendam Eccleſiæ Albinganen., (*b*) ac ſine cura Eccleſiam Sancti Benedicti de Faſulto prope & extra muros Januen. & perpetuam Capellaniam ad Altare, ſeu ſub invocatione Sanctæ Luciæ Sancti Laurentii in Damaſo de Urbe, necnon perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, Canonicatum de Serula nuncupatum, in Parrochiali de Venuſta Adjacen. Diœceſis (*c*) Eccleſiis, quorum inſimul centum & triginta ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam aſſerebas non excedebant, nec non cujus fructus redditus & proventus centum florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, Monaſterium Sancti Andreæ in Monte bono de Sexta Ciſtercien. ordinis Januen. diœceſis, quæ ſimiliter hodie tunc certo modo vacantia prædicto Petro Franciſco electo etiam per eum, quoad viveret tenendam, regendam & gubernandam commendaveramus, ſeu commendari conceſſeramus, liberum habere acceſſum & ingreſſum per alias noſtras literas indulſimus, prout in illis plenius continetur: ne ex ceſſione hujuſmodi nimium diſpendium patiaris, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum indiciorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, quæ etiam ex quibuſvis diſpenſationibus Apoſtolicis obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, & qualiacumque ſint; eorumque fructuum reddituum & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores præſentibus pro expreſſis habentes: Tibi, quod dicto Petro Franciſco electo cedente vel decedente, aut primodictam Capellaniam alias quomodolibet dimittente, vel amittente, & illa quovis modo vacante etiam apud Sedem Apoſtolicam, liceat tibi ad eamdem Capellaniam, quæ ſine cura eſt, ac cujus fructus, reditus, & proventus quadraginta quinque Ducatorum auri ſimilium, ſecundum extimationem prædictam, valorem annuum, ut aſſeris, non excedunt, vigore præſentium, quas vim validæ & efficacis proviſionis tibi de illa ex nunc prout ex tunc & e contra Apoſtolica auctoritate factæ, obtinere decernimus, liberum habere acceſſum & ingreſſum, illiuſque corporalem poſſeſſionem per te vel alium ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & abſque alia tibi deſuper facienda proviſione retinere, ipſius Petri Franciſci electi ad hoc per dilectum filium Joannem Franciſcum Pallavicinum de Vinaza Clericum Januen. procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum expreſſo accedente conſenſu, Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Balneoregien. (*d*) & Cæſenaten. (*e*) Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus

Cum retentione omnium beneficiorum.

Cujus inire poſſeſſionem valeat per ſe vel per alium.

ſiquidem miles S. Petri Coadjutor Alerienſis Eccleſiæ adſcitus erat a patruo Franciſco Pallavicino cum ſpe futuræ ſucceſſionis an. 1551. die 30. Maii Ughell. *to.* 3. *pag.* 505.

(*a*) Contra Inſtitutoris mentem, qui Capellanias nonniſi in Sacerdotio conſtitutis conferendas ſanxerat, Adoleſcentulo hæc confertur. Tolerabile id quidem; multæ enim exſpectationis adoleſcens erat. Commendata erat ejus fratri. Id vero maximum, & juxta temporum labem interpretandum.

(*b*) Albinga Januenſis Archiepiſcopi Suffraganeum habet Epiſcopum: ejus Cathedralis quindecim habet Canonicos & tres dignitates, ut notat Ughell. Stephanus Albingaunum novit & Albingam oppidulum. Utrumque autem nomen Civitati huic Epiſcopali convenire, ac de ejuſdem Canonicatu hic agi perinde certum, ac beneficiis hunc adoleſcentulum oneratum, reſidentiæ ac officii mentione nulla facta: quod minime novum temporibus queis verſamur.

(*c*) Adjacenſis in Corſica Epiſcopatus per hæc tempora ſatis pinguis, duabus tantum dignitatibus, ac tribus Canonicis conſtans Capitulum habuit. Ex quatuordecim autem parochiis Diœceſis, quarum una hic memoratur, nulla cur Clero abundaret, Sacerdotibuſque egentes omnes eſſent, ut tradit Philippinus, fortaſſe hinc ediſcimus:

(*d*) Erat hic Lotharingius, nomine Nicolaus Vemecy alias Vineus Pauli III. Datarius, a quo ex Archidiacono Metenſi electus fuit Epiſcopus Balneoreg. an. 1545. eique abdicanti anno 1563. Galeatius Gegald noſter Canonicus ſucceſſit. Ughell.

(*e*) Joannes Baptiſta de Spiritibus Viterbien. Chriſtophoro patruo, cujus erat adjutor cum futura ſucceſſione, ſucceſſit eod. an. 1545. Annos tantum 20. agebat, quum Coadjutor eſt factus. Adminiſtrationes vero hujuſmodi brevi ſublatas videbimus.

tenus ipſi vel duo (*a*) aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra te facultate juris accedendi & ingrediendi ad primodictam Capellaniam, & in eventum poſterioris acceſſus & ingreſſus hujuſmodi, poſſeſſione ejuſdem Capellaniæ, juxta Indulti per præſentes conceſſi continentiam & tenorem, pacifice gaudere; non permittentes te deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ Baſilicæ juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dilectis filiis Populo Romano (*b*), ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in contrarium quomodolibet conceſſis confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, quibus inter alia cavetur expreſſe, quod beneficia Eccleſiaſtica dictæ Urbis aliis quam Civibus Romanis, & originariorum Civium Romanorum filiis, & forſan alias certo modo qualificata, conferri non poſſint, & aliis de illis etiam per Sedem præfatam pro tempore factæ collationes, & aliæ diſpoſitiones, nullæ ſint. Quodque eiſdem privilegiis & indultis nullatenus, aut non niſi modo & forma in illis expreſſis derogari aut derogatum cenſeri poſſit, & ſi illis aliter derogari contingat, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque ſolis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſe habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, quodque tu Civis Romanus, & originarii Civis Romani filius, ac alias juxta privilegia & indulta prædicta qualificatus non exiſtas, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet, ſit proceſſum. Quibus omnibus te in aſſecutione Capellaniæ in Baſilica hujuſmodi, volumus anteferri. Sed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu ſi dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis comuniter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici ſuſpendi vel excomunicari non poſſint. Quodque de hujuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi in eventum acceſſus & ingreſſus tibi vigore præſentium conceſſorum præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum (*c*) dummodo in abſentia per procuratorem idoneum, & cum ad Eccleſiam ipſam acceſſeris, corporaliter illud præſtes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis indulti decreti derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Hujuſm. facultate commiſſa de more trib. Epiſcopis.

Privilegiis pop. Rom. de non dando beneficia exteris

Specialiter derogat pro hac vice.

Eum præferri vult aliis qui antea obtinuerint eamdem Capel.

Privilegi Archipr. & Capituli derogat.

Otioſa formula contra morem majorum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, pridie Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno tertio.

Tibe-

(*a*) Tertius, qui hic innuitur, deſideratur. Non ſemel in hujuſmodi Bullis levia hæc offenduntur. Fortaſſe fuerit Liparenſis, qui occurrit in ſequentibus literis, una cum prædictis duobus Epiſcopis, & de quo paulo infra.

(*b*) De his Pop. Rom. privilegiis diximus (*To.* 2. *pag.* 393. *not.* a.

(*c*) Formula hæc tota ocioſa eſt. Canonici enim, & Beneficiati Baſilicæ, necnon Clerici ex Nicolai III. & Bonifacii VIII. Conſtitutionibus per Succeſſores confirmatis, tenentur, ac debent, antequam admittantur, præſtare juramentum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus Baſilicæ (*To.* 1. *pag.* 190. & 191.) Capellani autem Innocentiani hoc onere immunes ſunt. Et eſt ſane, cur miremur, duo tantum, ac quinquaginta annorum ſpatio (earum quippe inſtitutio facta an. 1499.) Capellaniarum collationis genus tantis tenebris involutum eſſe. Lubet verba ipſa hîc ſubjicere, quæ a Capellanis hujuſmodi proferuntur, ubi Capellaniæ vacantis poſſeſſionem ineunt: *Ego N. N. juro, & promitto obſervare Conſtitutiones & Decreta Noſtri Collegii. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

(*a*) In

Tiberio de Capiteferreo confert Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ una cum Præbenda per ceſſionem vacantes.

Ex Regeſto XXV. Bullar. Jul. III, pag. 129. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1552. 23. Jun.

JUlius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Tiberio de Capiteferreo (*a*) Canonico Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, Militi Sancti Pauli (*b*) familiari noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

A meritis perſonalibus orditur

Grata devotionis & familiaritatis obſequia quæ nobis & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, necnon vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnes Canonicatus, & Præbendas cæteraque Beneficia Fccleſiaſtica apud Sedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Canonicatus & Præbenda vacan.

Cum itaque poſtmodum Canonicatus & Præbenda Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, per liberam reſignationem dilecti filii Dominici de Capiteferreo (*c*) nuper ipſius Baſilicæ Canonici, de illis quos tunc obtinebat per dilectum filium Didacum Diaz Militem Sancti Petri, (*d*) familiarem noſtrum, procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos regreſſum alias dilecto filio Virgilio etiam de Capiteferrro (*e*) Canonico dictæ Baſilicæ, ad dictos Canonicatum & Præbendam, dicto Dominico cedente, etiam ex cauſa permutationis, vel decedente, ſeu Canonicatum & Præbendam prædictos alias quomodolibet dimittente, vel amittente, & illis quovis modo vacantibus etiam apud Sedem eamdem, & forſan in certos alios tunc expreſſos eventus, ut dictus Virgilius aſſerebat, Apoſtolica auctoritate conceſſum;

Quorum regreſſum Pontifex alii conceſſerat,

ille tamen alias, necnon reſervatione tituli & denominationis Canonici, ac ſtalli in Choro, necnon loci & vocis tam activæ quam paſſivæ in Capitulo dictæ Baſilicæ, ac omnibus actibus & negotiis, necnon officiis per Canonicos ejuſdem Baſilicæ exerceri ſolitis, atque in dicta Baſilica reſidendo & divinis in ea intereſſendo, diſtributionum quotidianarum, & aliorum emolumentorum, ratione intereſſentiæ, præfatis Canonicis diſtribui & dari ſolitarum, necnon omnium & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum Canonicatus, & Præbendæ prædictorum, per eumdem Virgilium, quoad viveret, vel alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate, etiam una cum perpetua Capellania, ſepulchrum felicis recordationis Eugenii IV. & Pauli II. Romanorum Pontificum ſub invocatione nuncupata, (*f*) ſeu ad Altare Sancti Marci Evangeliſtæ ſitum in dicta Baſilica, quam dictus Virgilius tunc ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, habendorum, percipiendorum, exigendorum, & levandorum, ac in ſuos uſus & utilitatem convertendorum, loco penſionis annuæ; ita quod quoties Virgilius vellet & Dominicus prædicti, non niſi abſentia ipſius Virgilii, & de ejus conſenſu & licentia reſidere, ac Dominicus intereſſe poſſet, & tunc diſtributiones quotidianas pro dicto Virgilio lucrare-

Qui ſemper retinuerat munera, & jus Canonicor.

Et gaudebat Capellania Sancti Marci Evangeliſtæ.

(*a*) In lib. Deſcendentiæ Canonicor. &c. ſæpe laudato ſic legitur *pag.* 187. *R. D. Tiberius Capoferreus die* 24. *Decemb.* 1552. *accepit poſſeſſionem Canonicatus, & factus eſt Coadjutor a Virgilio Capoferreo & quia die* 11. *Jul.* 1556. *obiit d. Virgilius, ideo die* 19. *Jul.* 1556. *incæpit ſervire Tiberius loco Virgilii. Obiit Tiberius die* 24. *Febr.* 1571. *ſepultus in æde Deiparæ Virginis in Capitolio in gentilitio Sacello cum epitaphio.*

(*b*) Ducentorum militum S. Pauli Collegium ante annos undecim, nempe 1541. inſtituerat Paulus III. ſuorum Prædeceſſorum exempla ſequutus, ut S. Sedis neceſſitatibus occurreret. De horum privilegiis &c. conſule Cohell. *Notit. Cardinalat. cap.* 31.

(*c*) In laudato lib. *Deſcendentiæ* habemus, Dominicum Capoferreum poſſeſſionem Canonicatus adiiſſe, necnon Præbendæ vacan. per obitum Antonii de Trivio an. 1488. die 16. Sept. ejuſque Coadjutorem poſtea factum Virgilium fratris filium die 12. April. an. 1524. qui poſſeſſionem accepit eodem die; nec tamen ad Eccleſiam venit, niſi anno 1527.

(*d*) Militibus S. Pauli antiquiores, ac numero majores ſunt milites S. Petri. Leo enim X. illos inſtituit, voluitque, ut eſſent quadringenti & unus. Cætera videſis apud Cohell. *notit. Card. cap.* 30. & Bullarii noſtri *pag.* 245. *not.* e.

(*e*) Hunc fuiſſe Coadjutorem Dominici & nuper dixi, & mente aſſequor. Dominicum vero ſucceſſiſſe Antonio de Trivio an. 1488. videlicet abhinc 64. annis, & adhuc eſſe ſuperſtitem, vix cogitatione complector. Quare alius fuerit Dominicus Virgilio junior ille, de quo hic agitur. Qui enim Virgilio regreſſus concedi potuiſſet, niſi Coadjutorem, aut Succeſſorem in Canonicatu habuiſſet? At vero hic Dominicus, de quo nulla mentio eſt apud Grimaldum, frater germanus erat Tiberii, ut conſtat ex his literis: quatum ope ea ſeries emendanda.

(*f*) Alpharanus in lib. MS. *num.* 58. de hoc ſepulchro agens ſimul memorat Sacellum ab Eugenio IV. reſtitutum *ſub invocatione* &c. deinde proſequitur: *Juxta quod Petrus Barbo* (qui fuit Paulus II.) *S. R. E. tit. S. Marci Presb. Card. ejuſd. Pontif. nepos elegantiſſimum marmoreum ſepulcrum patruo Beatiſſimo extruxerat. Inſuper Sacellum & altare perpetua perſione dotaverat.* Numero autem 60. de alio Sacello loquitur prope jam dictum: *Juxta hoc Sacellum & Eugenii IV. ſepulcrum ſequebatur aliud Sacellum S. Marco Evangeliſtæ dicatum, & optime ditatum, juxta quod erat elegantiſſimum ſepulcrum e marmore pario elegantiſ. figuris inſculpto Pauli II. Summi Pontificis: omnia peracta a Marco Barbo Cardinale S. Marci Patriarcha Aquilejenſi ejuſd. Pontif. conſanguineo pro anima ſua.* Ab utroque autem ſepulcro nomen mutuans Capellania perpetua ad Altare S. Marci per Gregorium XIII. unita fuit, ut habetur ex Bulla unionis plumbata in noſtro Archivo *capſ.* 65. *faſc.* 185. quam infra proferemus.

(*a*) Magni

Ratio inſerviendi Choro ſingulariſſima.

craretur, ſicque reſidentia prædicti Dominici in reſidentiam, & pro reſidentia ejuſdem Virgilii computaretur, ac computari deberet; ac idem Virgilius deſuper per dictum Dominicum, ſeu quoſcumque alios moleſtari, impediri, vel perturbari nequiret, & alias dicta auctoritate ſub certis modo & forma conceſſa, in ſuis priſtinis robore & efficacia permanentibus, ac eodem regreſſu ex perſona tua, in omnes & ſingulos eventus præmiſſos, effectum ſuum ſortituro, ipſius Virgilii ad id expreſſo accedente conſenſu, ante omnia ſuſpendendo admiſſam, apud Sedem eamdem vacaverint, & vacent ad præſens, nulluſque de illis præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione noſtra & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos tibi cui hodie de dicta Capellania tunc per ſimilem reſignationem dicti Dominici de illa, quam tunc, ut præfertur, obtinebat, per eumdem Didacum Diaz militem S. Petri Procuratorem ſuum etiam ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum, in eiſdem manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacante, cujus fructus, redditus, & proventus ſexaginta Ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem, valorem annuum ut aſſerebas, non excedebant, Apoſtolica auctoritate proviſum fuit, prout in literis deſuper confectis plenius continetur., aſſerenti te in quinto decimo tuæ ætatis anno conſtitutum, & dicti Dominici fratrem germanum, ac dilecti filii noſtri Hieronymi S. Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis (*a*) ex fratre conſobrino natum exiſtere præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; nec non omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica ſine cura, quæ obtines, ac cum cura & ſine cura, quæ expectas (*b*) nec non in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, Canonicatum & præbendam prædictos, quorum, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus centum ducatorum ſimilium, ſecundum eximationem prædictam, valorem annuum, ut etiam aſſeris non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilam reſignationem dicti Dominici, vel cujuſvis alterius de illis in Romana Curia, vel extra eam, & coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, & aſſecutionem alterius beneficii eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacent; etiam ſi tanto tempore vacaverint, quod eorum Collatio, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad Sedem eamdem legitime devoluta, ipſique Canonicatus & præbenda diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervati exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo eorum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexis hujuſmodi & plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Apoſtolica auctoritate prædicta tibi conferimus, & de illis etiam providemus; decernentes, prout eſt irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attemptari. Quo circa venerabilibus fratribus noſtris Balneoregien., & Liparen. (*c*) ac Cæſenaten. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem poſſeſſionem Canonicatus & præbendæ ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum amoto exinde quolibet detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum, ad præbendam hujuſmodi in dicta Baſilica in Canonicum recipi, & in fratrem, ſtallo tibi in choro, & loco in Capitulo ipſius Baſilicæ cum dicti juris plenitudine aſſignatis, tibique de Canonicatus & præbendæ, ac annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi: Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non

Capellania prædicta confertur per ceſſionem

Perinde Canonicatus & Præbenda.

Quorum redditus ducati centum.

Demandatur de more poſſeſſio eorumdem trib. Epiſc.

(*a*) Magni hujus viri laudes præcipuæ, ſuſcepiſſe labores, corporis & fortunarum damna pertuliſſe, ut Paulo III. domi, & foris ſerviret in magnis rebus. Sadolet. *lib.* 12. *ep.* 11. Paulo III. ſuaſit, ut Sacro Collegio eum adſcriberet. Legationibus ſub eod. Paulo, & Julio III. apud Franciſcum, & Henricum II. Galliæ Reges perfunctus utrique acceptiſſimus fuit. *Ciacon.* & *Addit.*

(*b*) Uſque ad Pii IV. tempora, annum videlicet 1563. expectativas, & alia diſciplinæ vitia obtinuiſſe compertum eſt Tum vero (*Conc. Trid. Seſſ.* 24. *c.* 19. *de reform.*) omnia ſimul interierunt.

(*c*) Hunc Epiſcopum nuper ajebam fortaſſe addendum in ſuperioribus literis. Erat is Baldus Ferratinus, de quo aliquid ſum loquutus *to.* 2. *pag.* 364. *not.* c; iterumque infra loquar opportunius ad rem noſtram.

(*a*) En

Obſtantia quæcumque removet. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui Apoſtolica præfata vel alia quavis auctoritate in dicta Baſilica in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant (a) ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & præbendis ipſius Baſilicæ, ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe generales, dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint; etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus te in aſſecutione dictorum Canonicatus, & præbendæ volumus anteferri. *Privilegiis Archipresb. & Capituli derogat* Sed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem Canonicatuum, & præbendarum, ſeu beneficiorum aliorum præjudicium generari. Aut ſi dilectis filiis Archipresbytero (b) & Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint. Quodque de Canonicatibus, & præbendis ipſius Baſilicæ, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. *Juramentum per ſe vel per alium præſtet.* Seu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeris, corporaliter illud præſtes. Nos enim tecum ut una cum dicta Capellania Canonicatum & præbendam hujuſmodi, quoad vixeris, retinere libere & licite valeas, Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non, ut præfertur, roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque nequaquam obſtantibus, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. *Modo ſatis fiat oneribus etiam Capellaniæ.* Proviſo, quod Canonicatus & præbenda, ac Capellania hujuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequiis. Sed illorum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis collationis proviſionis decreti mandati diſpenſationis & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Nono Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Eidem Tiberio Canonico Baſilicæ Vaticanæ confert Capellaniam S. Marci Evangeliſtæ in ead. Baſilica.

Ex Regeſto xxv. Bullar. Julii III. pag. 142. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1552. 23. Jun.

Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Tiberio de Capiteferreo perpetuo Capellano ſub invocatione, ſeu ad Altaræ Sancti Marci Evangeliſtæ (c) ſitum in Baſilica Sancti Petri de Urbe, militi Sancti Pauli, familiari noſtro; Sulutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Merita perſonalia. Grata devotionis & familiaritatis obſequia, quæ nobis & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, necnon vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales, ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem prædictam vacantia, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. *Capellania S. Marci Evangel. in Baſil. Vat.* Cum itaque poſtmodum perpetua Capellania, ſepulcrum Eugenii IV. & Pauli II. Romanorum Pontificum nuncupata, ſub invocatione,

(a) En obtinentis tum diſciplinæ incommoda. Canonicatus, Præbendas, ac Beneficia quis aſſequutus, in incerto adhuc erat, num Indulta, gratiæve aliæ alicui factæ eum a poſſeſſione rejicerent.

(b) De Card. Alexandro Farneſio Archipresb. qui ſucceſſit Franciſco Cornelio aliquid monui (*to.* 2. *pag.* 405. *not.* e.) De eodem qui ab an. 1543. ad 1589. dignitatem Archipresb. obtinuit annis fere ſex, & quadraginta item indicatum (*Ibid. pag.* 439. *not.* a.) Quum igitur Archipresbyteri mentio occurret uſque ad Sixti V. extrema, de Farneſio ſemper rem eſſe intellige. De illius autem, ac Succeſſor. auctoritate abunde meus Collega. (*Ibid. pag.* 441. *not.* a, & *ſeq. not.* a.)

(c) De hac Capellania ſatis dixi in notis ad præcedentes literas. Eas conſule.

(a) De

catione, ſeu ad Altare Sancti Marci Evangeliſtæ ſitum in Baſilica Sancti Petri de Urbe per liberam reſignationem dilecti filii Dominici de Capiteſerreo, nuper ad dictum Altare perpetui Capellani de illa, quam tunc obtinebat per dilectum filium Didacum Diaz militem Sancti Petri familiarem noſtrum, procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in noſtris manibus ſponte factam, & per nos regreſſum alias dilecto filio Virgilio etiam de Capiteſerreo Clerico Romano, dicto Dominico cedente, etiam cauſa permutationis, vel decedente, ſeu Capellaniam prædictam alias quomodolibet emittente, vel amittente, & illa quovis modo vacante, etiam apud Sedem eamdem & forſan in certos alios tunc expreſſos eventus, ut dictus Virgilius aſſerebat, Apoſtolica auctoritate conceſſum; illo tum alias, necnon reſervatione fructuum, redditum, & jurium, obventionum, & emolumentorum quorumcumque dictæ Capellaniæ etiam alias dicta auctoritate ſub certis modo & forma conceſſa, in ſuis priſtinis robore & efficacia permanentibus; ac eodem regreſſu ex perſona tua in omnes & ſingulos eventus præmiſſos effectum ſuum ſortituro, ipſius Virgilii ad id expreſſo accedente conſenſu, ante omnia ſuſpendendo admiſſam, apud Sedem prædictam vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis nos tibi cui hodie Canonicatum & Præbendam ejuſdem Baſilicæ tunc per ſimilem reſignationem dicti Dominici de illis, quos etiam tunc ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, in eiſdem manibus noſtris ſponte factam & per nos admiſſam vacantes, quorum fructus, redditus, & proventus centum ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut aſſerebat, non excedebant, per alias noſtras literas contulimus, & de illis etiam providimus: tecum, ut una cum dicta Capellania Canonicatum, & Præbendam prædictos, quoad viveres, retinere valeres diſpenſavimus, prout in illis plenius continetur, tibi aſſerenti te in decimo quinto tuæ ætatis anno conſtitutum ut dicti Dominici fratrem germanum, ac dilecti filii noſtri Hieronymi S. Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis ex fratre conſobrino natum exiſtere, præmiſſorum obſequiorum & meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; necnon omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica ſine cura, quæ obtines ac cum cura & ſine cura, quæ expectas, necnon in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit quæcumque quotcumque & qualiacumque ſint, eorumque fructus, redditus, & proventus, veros annuos, valores præſentibus pro expreſſis habentes Capellaniam præfatam, quæ ſine cura eſt, ac ejus & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus, ſexaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum extimationem præfatam valorem annuum, ut etiam aſſeris, non excedunt; ſive præmiſſo ſeu alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Dominici, vel cujuſvis alterius & illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacent; etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipſaque Capellania diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus hujuſmodi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa; dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexis hujuſmodi ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus & de illa etiam providemus, decernentes, prout eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Balneoregien. & Liparen. ac Cæſenat. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem poſſeſſionem Capellaniæ, & annexorum, juriumque & pertinentiarum prædictarum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum amoto exinde quolibet detentore: facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad dictam Capellaniam, ut eſt moris admitti, tibique de illius & annexorum prædictorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi: Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ juramento confirmatione

Dimiſſione per Procurator. facta

Quam Pontifex conſenſu accedente admittit

Confert eamdem Capellaniam.

Cum retentione omnium Beneficiorum.

Formulæ conſuetæ collationum.

Poſſeſſionem dandam de more committit.

Obſtantia quæcumque amovet.

matione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibns contrariis quibuſcumque: aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe, ſpeciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus literas impetrarint; etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quibus omnibus te in aſſecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu ſi pro tempore exiſtenti Archipresbytero ac dilectis filiis Capitulo ejuſdem Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; quodque de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: ſeu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeris corporaliter, illud præſtes. Nulli ergo &c. abſolutionis, collationis, proviſionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Derogat Privilegiis Archipresb. & Capit.

Permittit ut juram. præſtet per Procurator.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, nono Kalendas Julii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Joanni Antonio Battiferro Scriptori Brevium Apoſtolicorum.

Ex Regeſto XXVIII. Bullar. Jul. III. pag. 112. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1552. 2. Sept.

JUlius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Joanni Antonio Battiferro, perpetuo Capellano in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, Brevium Apoſtolicorum Scriptori (*a*) familiari noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

A meritis perſonalibus orditur

Grata devotionis & familiaritatis obſequia, quæ nobis & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non diſiſtis, necnon vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes, ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodum una ex quatuor perpetuis Capellaniis in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe per felicis recordationis Innocentium Papam VIII. Prædeceſſorem noſtrum fundatis & inſtitutis, per liberam reſignationem dilecti filii noſtri Petri Franciſci electi Alerien. (*b*) de illa, quam tunc ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, per dilectum filium Joannem Franciſcum Pallavicinum (*c*) militem S. Petri, familiarem noſtrum, ad hoc legitime ſubſtitutum in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem prædictam vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa, præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos tibi aſſerenti, dudum tecum, ut, non obſtante defectu partis digitorum manus ſiniſtræ, quos antea certi inimici tui vim in te tunc facientes, tibi nequiter amputaverant, ratione quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum; qualitercumque qualificatorum, per te nunc & pro

Capellania Innocent. vacans ex dimiſſione

Confertur Clerico qui ordinari non poterat ex defectu corporis.

(*a*) De Scriptorum hujuſmodi origine Panvinius in vita Alexandri VI. hæc tradit: *Alexander aliorum Pontificum exemplo novum octoginta Scriptorum Brevium Collegium inſtituit, quorum loca ſingula DCCL. aureis veniere.* Hoc Collegio antiquius erat illud Scriptorum Apoſtolicorum, quor. origo incerta; ordinatio autem adſcribitur Joanni XXII. Recentius vero eſt illud Scriptorum unius ac centum Archivii nuncupatorum, quos inſtituit Julius II. De triplici hoc Scriptorum genere, necnon de 27. Scriptoribus minoris gratiæ a S. Pio V. in Cancellariam ex Pœnitentiaria translatis, vide Cohell. *notit. Card. cap.* 24.

(*b*) Hoc eodem anno die 6. Maji ſimiles literæ datæ erant pro Carolo Pallavicino adoleſcentulo annor. 14. ut nuper vidimus. Cur autem Capellania eadem nunc alteri conferat ut quarto poſt menſe, explorare non vacat. Certe hinc Carolum aut deceſſiſſe, aut Capellaniam dimiſiſſe non conſtat.

(*c*) In laudatis literis iſte nuncupatur Joannes Franciſcus Pallavicinus de Vinaza Clericus Januen.

At diſpenſationem pridem obtinuerat.

pro tempore obtentorum, ad aliquos ſacros ordines te promovere facere minime tenereris, Apoſtolica auctoritate diſpenſatum fuiſſe, ac te & dictum Petrum Franciſcum electum forenſes exiſtere, præmiſſorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quæ etiam ex quibuſvis aliis diſpenſationibus Apoſtolicis obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, eorumque fructuum reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac aliarum diſpoſitionum hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Capellaniam prædictam, quæ ſine cura exiſtit, ac cujus, & illi forſan annexorum fructus redditus & proventus quadragintaquinque ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam aſſeris. non excedunt; ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Petri Franciſci electi, vel cujuſvis alterius, de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacet; etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem eamdem legitime devoluta, ipſaque Capellania diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper eam inter aliquos lis cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexis hujuſmodi ac omnibus fructibus, & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus, decernentes, prout eſt irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attemptari. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,

Capellaniæ reditus 45. Ducat.

Collatione ad Sedem Apoſtolicam ſpectante.

& conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis dilectis filiis populo Romano (a) ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis & derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, etiam iteratis vicibus etiam per nos conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus inter alia caveri dicitur expreſſe quod Beneficia Eccleſiaſtica dictæ Urbis aliis, quam civibus Romanis, & originariorum civium Romanorum filiis, & forſan alias certo modo qualificatis, conferri non poſſint, & aliter de illis etiam per Sedem præfatam pro tempore factæ collationes, & aliæ diſpoſitiones nullæ ſint, quodque eiſdem privilegiis, & indultis nullatenus, aut non niſi modo & forma in illis expreſſis, derogari poſſit; & ſi illis alias derogari contingat, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus; quodque tu civis Romanus & originarii civis Romani filius, ac alias juxta privilegia & indulta præfata qualificatus non exiſtas, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, ac hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quibus omnibus te in aſſecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu ſi dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum

Derogat Conſtitut. contrar. & privilegiis Pop. Rom.

Queis cavetur ne aliis quam Civibus Roman. dentur Benefic. Romana.

Nec non privilegiis Archipresb. & Capit.

bum

(a) Conſule To. 2. pag. 393. not. 2.

(a) Huc

bum de indulto hujuſmodi mentionem ; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri : & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum (a) dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeris corporaliter, illud præſtes. (b) Nos enim tecum, ut Capellaniam prædictam, vigore præſentium recipere, & retinere, eidemque per alium, ad nutum tuum ponendum, & amovendum in divinis deſervire facere libere & licite valeas, defectu prædicto, ac quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon, ut præfertur, roboratis ſtatutis & conſuetudinibus ſupradictis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus. Proviſo quod dicta Capellania debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta. (c) Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, collationis, proviſionis, decreti, voluntatis, derogationis, & diſpoſitionis infringere &c.

Formula conſueta hæc minime ſpectantes.

Diſpenſat, ut per alium Divinis deſerviat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, quarto Nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Cæſenat. & Liparen. ac Balneoregien. Epiſcopis Salutem.

Demandat de more poſſeſſionem tribus Epiſcopis.

Cum hodie dilecto filio Joanni Antonio Battiferro perpetuo Capellano in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, unam ex quatuor perpetuis Capellaniis in eadem Baſilica per felicis recordationis Innocentium Papam VIII. Prædeceſſorem noſtrum fundatis, & inſtitutis, tunc per liberam reſignationem dilecti filii noſtri Petri Franciſci Electi Alerien., de illa quam tunc ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat per certum Procuratorem ſuum ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem Apoſtolicam vacantem & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatam, cum illi forſan annexis, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica auctoritate contulimus, & de illa etiam providemus prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca vobis mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum ſi, & poſtquam dictæ literæ vobis præſentatæ fuerint, per vos vel alium, ſeu alios eumdem Joannem Antonium, vel procuratorem ſuum ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem Capellaniæ, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducatis auctoritate noſtra, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore ; facientes Joannem Antonium, vel pro eo procuratorem prædictum ad Capellaniam hujuſmodi, ut eſt moris admitti, ſibique de illius & dictorum annexorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus omnibus, quæ in ipſis literis volumus non obſtare. Seu ſi dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum ; quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Quum præſentatæ illi fuerint literæ collationis

Obſtantia quæcumque removet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, quarto Nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Abbatiam S. Salvatoris de Majella ante Biennium Menſæ Capitulari unitam, deinde ſuborta controverſia alii Commendatam iterum unit, adnectit, & incorporat Baſilicæ Vaticanæ.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 21. faſc. 39.

AN. CH. 1552. 24. Sept.

Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
Si diffuſis per orbem terrarum Eccleſiis, & perſonarum in eis degentium ſtatui, ex injuncto nobis a Deo Apoſtolatus officio, ſalubriter providere tenemur ; curam

(a) Huc revocanda quæ ajebam paulo ante *pag.* 12. *not.* e prædictæ hujus Capellaniæ.

(b) Quæ ſequuntur omnino nova, & pugnantia cum Bulla Inſtitutionis Innocen. VIII. deſiderantur in literis Collationis

(c) Onera Capellanorum Innocentianor. ſatis luculente præſcribuntur in literis fundationis To. 2. *pag.* 293.

(d) Notanda

ram Eccleſiarum Urbis, & præſertim Baſilicæ Principis Apoſtolorum, (*a*) per quam ad nos ſuſceptæ adminiſtrationis auctoritas, Domino Jeſu Chriſto conducente pervenit, tanto magis habere nos convenit, quanto ſpecialius hoc nobis, ſicut proprio earum Antiſtiti, non eſt dubium imminere, ut pro earum, ac perſonarum in eis degentium ſtatu ſalubriter dirigendo, ſollicitæ conſiderationis extendentes intuitum, ad ea, per quæ illarum indemnitatibus occurri, & profectibus conſuli, ac ſuſtentationi, & faciliori onerum eis incumbentium ſupportationi ſalubriter provideri valeat, quantum cum Deo poſſumus operoſis remediis favorabiliter intendamus.

Præſtantia Baſilicæ Vatic.

Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Paulo PP. III. Prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Capituli dictæ Baſilicæ, & tunc in humanis agentis quondam Petri Sancti Neapolionis de Lutiis Abbatis Monaſterii Abbatiæ nuncupat. S. Salvatoris de Majella (*b*) Ordinis S. Benedicti Theatin. Diœc. expoſito, quod a tunc certo tempore citra dictum Monaſterium, cujus, dum illud Abbatis regimine deſtitui contingebat, futuri Abbatis electio ad dilectos filios Conventum dicti Monaſterii, & inſtitutio, ſeu confirmatio, vel alia diſpoſitio ad præfatos Capitulum ex privilegio Apoſtolico, ſeu antiqua, & approbata, eatenuſque pacifice obſervata conſuetudine ſpectare dignoſcebatur, & cui antea tunc ex eo quod certus tunc expreſſus ipſius Monaſterii Abbas regimini, & adminiſtrationi illius, cui tunc præerat, in manibus eorumdem Capituli ſponte, & libere ceſſerat, & præfati Capitulum ceſſionem ipſam ordinaria auctoritate duxerant admittendam, Abbatis regimine deſtituto, de perſona ipſius Petri dicta auctoritate proviſum fuerat regiminis, & adminiſtrationis prædictarum poſſeſſione, ſeu quaſi, nondum eatenus ſubſecuta; incuria, & negligentia illius Abbatum, ſeu illi præſidentium, ut veriſimiliter credebatur, pro illius majori parte fuerat, & exiſtebat ruinæ expoſitum, & fere diſſolutum, maximaque reparatione indigebat, dictus Prædeceſſor eorumdem Capituli aſſerentium, quod ſi Monaſterium ipſum Menſæ Capitulari dictæ Baſilicæ unitum fuiſſet, ex eo illius reparationi attentius proviſum fuiſſet, ſupplicationibus inclinatus, Monaſterium prædictum; cum primum illud per ceſſum, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem dicti Petri, ſeu alias quovis modo vacare contingeret etiam apud Sedem Apoſtolicam cum illi forſan annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis dictæ Menſæ extunc prout ex ea die, & e contra, præfati Petri, & dilectorum filiorum Alexandri etiam de Lutiis, ac Leonardi de Seſſe tunc Monachorum dicti Monaſterii ad id expreſſo accedente conſenſu, Apoſtolica auctoritate perpetuo univerat, annexuerat, & incorporaverat.

Monaſterium S. Salvatoris de Majella Ordin. Bened.

Ejus Abbas erat inſtitutionis Capit. Vatic.

Paulus III. rogatus, ut Menſæ Capitulari illud uniat:

Quomodocumque vacaret, univerat.

Decernens unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi etiam ad id, ut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & derogationibus unionum effectum non ſortitarum non comprehenderentur, extunc vere, & non ficte ſuum plenarium effectum ſortitas, & non de vacaturo, ſed de vacante Monaſterio hujuſmodi factas, & per illas eiſdem Capitulo jus in re vere acquiſitum exiſtere, & nihil aliud præter ipſam poſſeſſionem expectare, & ſic judicari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Noſque dicto Prædeceſſore, ſicut Domino placuit, de medio ſublato, & nobis divina favente clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumptis, omnes & ſingulas uniones, annexiones, & incorporationes etiam perpetuas de Monaſteriis & Beneficiis Eccleſiaſticis extunc impoſterum vacaturis, dicta auctoritate Apoſtolica factas, quæ ſuum nondum ſortitæ fuerant effectum, per noſtras in craſtinum aſſumptionis noſtræ editas conſtitutiones, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas (*c*) revocaveramus, prout in noſtris ſuper unione, annexione, & incorporatione Prædeceſſoris hujuſmodi, cum ipſe Prædeceſſor, antequam ejus literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, ac conſtitutionibus, ſeu regulis præfatis plenius continetur; Monaſterio præfato, ſicut acceperamus, per obitum ipſius Petri, qui interim poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis prædictorum aſſecutus fuerat, extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituto; nos Monaſterium ipſum ſic vacans dilecto filio noſtro Bernardino Tituli Sancti Cyriaci in Thermis Presbytero Cardinali Mapheo nuncupato, (*d*) ſibi per eum, quoad viveret tenendum, regen-

Unio eadem non ſortita effectum revocata erat generaliter a Succeſſore Julio;

Monaſterium commendaverat Card. Mapheo.

(*a*) Notanda hæc Baſilicæ S. Petri prælatio cæteris Urbis Eccleſiis; necnon Julii Prædeceſſorum conſenſio memoria repetenda. Nam prope ea tempora ſumus; quum inverti ordo cœpit, ipſaque Baſilica prælationem amiſit.

(*b*) Hiſtoriam hanc luculente deſcriptam habes in calce *To.* 1. Bullarii hujus, *num.* 53.

(*c*) Informationes illas veteres pro Officialibus ad expediendas literas Apoſtolicas ab Joanne XXII. excogitatas; & a Nicolao V. in eam fere formam, quam hodie habent, redactas, videmus hîc appellari non ſolum Cancellariæ Regulas, ſed etiam Conſtitutiones, cujuſmodi vere ſunt. Eædem, ut liquet, a Pontifice ſtatim renunciato eduntur in lucem, vigentque, quoad idem vixerit. Sarnen. *Proœm. ad Reg. Canc.*

(*d*) Bernardinus Maffeus ex illuſtri familia Romana filius Hie-

gendum, & gubernandum ſub Dato videlicet ſeptimo Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſecundo commendari conceſſimus. Et deinde, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Capituli petitio continebat, orta inter eos, & præfatum Bernardinum Cardinalem, ac qui Monaſterium ipſum vigore certarum literarum ſpecialis reſervationis, & Commendæ ipſius Monaſterii ſibi per nos antea conceſſarum ad ſe ſpectare aſſerebat, dilectum filium Bernardinum Brizegnum Clericum Neapolitanum ſuper Monaſterio, ſeu illius regimine, & adminiſtratione præfatis, ac etiam ſpolio contra eoſdem Capitulum per ipſos Bernardinum Cardinalem, & Bernardinum Brizegnum, vel alterum eorum, ut prætendebatur, commiſſo, materia quæſtionis; nos cauſam hujuſmodi, non obſtante quod ad dictam Curiam legitime devoluta, & apud eam de juris neceſſitate tractanda, & finienda non eſſet, certo cauſarum Palatii Apoſtolici cauſarum Auditori ad dictorum Capituli inſtantiam audiendam commiſimus, & fine debito terminandam, ipſeque Auditor in cauſa hujuſmodi ad nonnullos actus, citra tamen cauſæ concluſionem, dicitur proceſſiſſe. Cumque lite hujuſmodi ſic indeciſa pendente dictus Bernardinus Cardinalis liti, & cauſæ hujuſmodi, ac alias omni juri ſibi in Monaſterio, ſeu regimine, & adminiſtratione præfatis, vel ad illa quomodolibet competenti in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſiſſet, nos ceſſionem ipſam admittentes eumdem Bernardinum Brizegnum in omni jure, & ad omne jus, quod eidem Bernardino Cardinali in Monaſterio, ſeu regimine, & adminiſtratione præfatis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, præfata auctoritate Apoſtolica ſurrogari, ſibique dictum jus concedi, & Monaſterium ipſum, quovis modo vacaret, per eum quoad viveret tenendum, regendum, & gubernandum commendari, ac eidem Bernardino Cardinali omnes & ſingulos fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii, centum Scutis ex eis dumtaxat deductis, per eum quoad viveret, vel alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate percipiendos, exigendos, & levandos, ac collationem, proviſionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem beneficiorum cum cura, & ſine cura Sæcularium, & quorumvis ordinum regularium ad collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Abbatis, ſeu Commendatarii Monaſterii prædicti pro tempore exiſtentis quomodolibet ſpectantia reſervari, concedi, conſtitui, & aſſignari. Sibique quod cedente, vel decedente dicto Bernardino Brizegno, & in certos alios tunc expreſſos eventus, liceret ſibi ad dictum Monaſterium liberum habere acceſſum, & ingreſſum indulgeri ſub Dato videlicet decimo Kal. Octobris dicti Pontificatus noſtri anno ſecundo conceſſimus. Cum autem Bernardinus Brizegnus conceſſioni ſurrogationis, & Commendæ ſibi factæ, ac Bernardinus Cardinalis præfati facultati juris regrediendi, ſeu accedendi, & ingrediendi hujuſmodi, & tam ille, quam dictus Bernardinus Brizegnus liti, & cauſæ hujuſmodi, ac tam ipſi, quam etiam dictus Alexander aſſerens ſe antea ad dictum Monaſterium, ut præfertur, vacans in illius Abbatem per præfatos Conventum electum, & electionem ipſam per præfatos Capitulum ſine præjudicio primo dictarum unionis, annexionis, & incorporationis, & juris ipſius Menſæ dicta ordinaria auctoritate confirmatam, fuiſſe omni juri eis, & cuicumque eorum in Monaſterio ſeu regimine, & adminiſtratione præfatis, vel ad illa alias quomodolibet competenti hodie in eiſdem manibus ſponte, & libere ceſſerint, noſque poſteriores ceſſiones hujuſmodi duxerimus admittendas. Et, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi Monaſterium ipſum eidem Menſæ de novo perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto præfatorum Capituli quieti, & ſecuritati opportune conſuleretur, pro parte præfatorum Capituli aſſerentium fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii centum & quinquaginta Ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium prædictum eidem Menſæ perpetuo de novo unire, annectere, & incorporare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundum æſtimationem eamdem, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper commiſſio fieret, ad partes vocatis, quorum intereſſet, ne novus in hujuſmodi cauſa eis ſurrogetur adverſarius, providere volentes, ac Capitulum præfatos, & ejuſdem Capituli ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis

Controverſia inter Capitulum & Commendat.

Auditori Rotæ commiſſa ad litigiſque

Lite indeciſa Commendatarius Monaſter.

Cum acceſſu & ingreſſu per ceſſum vel deceſſum poſſidentis

Omnes quicumque ad illud jus habebant ceſſerunt.

Capitulum petit ut ſibi iterum uniatur

Hieronymi Maffei ex Antonina Matthæja & ſcriptis libris, & doctorum Virorum teſtimoniis celebris: qui omnium poſtremus ex Cardinalibus creatis a Paulo III. an. 1549. diem ſuum obiit decimo poſt has literas menſe die 16. Jul. 1553.

(a) Lipa-

quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes: Nec non Menſæ hujuſmodi fructuum, reddituum, & proventuum verum annuum valorem, ac cauſæ hujuſmodi ſtatum præſentibus pro expreſſis habentes; ac reſervatione fructuum, reddituum, & proventuum, ac collationis, & proviſionis, ac diſpoſitionis beneficiorum hujuſmodi, ipſius Bernardini Cardinalis ad hoc expreſſo accedente conſenſu, caſſantes, & extinguentes, menſam, ſeu pro ea Capitulum hujuſmodi in omni jure, & ad omne jus, quod eiſdem Bernardino Brizegno, & Bernardino Cardinali, ac Alexandro in Monaſterio, ſeu regimine & adminiſtratione præfatis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat præfata auctoritate ſurrogamus, dictumque jus eis concedimus, ac Menſam, ſeu Capitulum præfatos ad hujuſmodi jus, necnon ejus, ac litis, & cauſæ prædictorum proſecutionem, & defenſionem in eo ſtatu, in quo dicti Bernardinus Cardinalis, & Bernardinus Brizegnus, ac Alexander tempore ceſſionum hujuſmodi quomodolibet erant, etſi non ceſſiſſent, poſſent, & deberent admitti etiam quoad poſſeſſionem, in qua præfati Bernardinus Cardinalis, & Bernardinus Brizegnus, ac Alexander erant, eadem auctoritate admittimus, & admittendum fore decernimus. Et nihilominus Monaſterium præfatum, ſive præmiſſo, ſive alias quoviſmodo, quem etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus habere volumus pro expreſſo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam ceſſionem ipſius Petri, vel cujuſvis alterius de regimine, & adminiſtratione præfatis in eadem Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam vacet, etſi tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias Canonicas Sanctiones ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad Sedem præfatam ſpecialiter, vel generaliter pertineat, & de illo conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, ſuper eiſdem regimine, & adminiſtratione ac ſpolio inter aliquos alios lis, cujus ſtatum præſentibus habere volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore Datæ præſentium non ſit eidem Monaſterio de Abbate canonice proviſum, aut illud alteri Commendatum canonice non exiſtat, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Menſæ de novo Apoſtolica auctoritate præfata tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat eiſdem Capitulo per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis, & adminiſtrationis Monaſterii, & illius bonorum, ac jurium, & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate libere apprehendere, ſeu antea apprehenſam continuare, ac illius fructus, redditus, & proventus, quarta illorum parte in reſtaurationem fabricæ, & ornamentorum emptionem, vel fulcimentum, ac ſuſtentationem eorumdem Conventus, prout major exegerit, & ſuaſerit neceſſitas, annis ſingulis impartita percipere, exigere, & levare, necnon in ſuos, & Menſæ, ac Monaſterii prædictorum uſus, & utilitatem convertere Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita. Non obſtantibus priori voluntate noſtra præfata, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Monaſterii, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi Conventui præfatis, & dilectis filiis Vaſſallis, & aliis ſubditis dicti Monaſterii, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem præfatas, in dicto Monaſterio ſolitus Monachorum, & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, ſed ejus, ac dictorum Conventus congrue ſupportentur onera conſueta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, caſſationis, extinctionis, ſurrogationis, conceſſionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & decretorum infringere. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, octavo Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Monaſterium unit, & incorporat Menſæ Capitulari.

Poſſeſſionem ei dandam decernit.

Conſueta cautelæ apponuntur

Onus inſtaurationis injungit Capitulo

Conſtitutionibus contrariis derogat.

Divino Cultui & Monachorum numero providet.

Ratam habet locationem certorum Caſalium factam per Capitulum Baldo Ferratino, & Chriſtophoro Cencio Canonicis, derogatque contrariis Conſtitutionibus Sixti IV. Clem. VII. & Pauli III.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 12. faſc. 20.

AN. CH. 1554. 26. Februarii.

Caſalia quædam locata a Capitulo

MOtu proprio &c. Cum, ſicut nobis innotuit, nuper dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe eorum, & Menſæ Capitularis utilitati conſulere volentes, Venerabili fratri noſtro Baldo Ferratino (*a*) Epiſ. Liparen. Referendario, & Prælato domeſtico noſtro, ac dilecto filio Magiſtro Chriſtophoro Cencio (*b*) Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & dictæ Baſilicæ Canonicis, Valchæ, & Valchettæ, ac Gruttis rubeæ (*c*) primo, & deinde præfato Chriſtophoro Buccejæ, & Panthauſetto, & Tragliatæ, necnon Civitellæ (*d*) nuncupata Caſalia, in diſtrictu dictæ Urbis, juxta ſuos confines conſiſten., & ad ipſos Capitulum, & Canonicos, ſeu Menſam ſpectan., & pertinentia, cum omnibus, & ſingulis illorum juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ad utendum, poſſidendum, fruendum, & fructificandum, ac fructus omnes, certis tamen lignis inibi expreſſis exceptis, & eiſdem Capitulo reſervatis ad novem annos pro certo, ſeu certis, & tunc expreſſis annuis ſolutionibus, ſeu penſionibus eiſdem Capitulo, & Canonicis ſingulis annis in certis terminis ſolvendis, & alias ſub certis modo, & forma, pactis, & conditionibus tunc expreſſis locaverunt, & titulo locationis in affictum; & ad annuam penſionem conceſſerunt, prout in diverſis Inſtrumentis, ſeu aliis ſcripturis deſuper confectis, quorum tenores &c. plenius continetur. Nos ſingulas locationes & conceſſiones prædictas inviolabiliter obſervari, ac ne ullo unquam tempore de illarum viribus hæſitari contingat, providere volentes; nec non dictorum Caſalium ſitus, confines, ſituationes nomina, nuncupat. qualitates, valores, & redditus etiam annuos, ac prædictarum, nec non aliarum locationum, & conceſſionum de dictis Caſalibus antea per præfatos Capitulum eiſdem Baldo Epiſcopo & Chriſtophoro ad certum tempus jam elapſum factarum, nec non prædictorum, & aliorum deſuper confectorum Inſtrumentorum, & ſcripturarum anteriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro expreſſis, ac inſertis habentes, ac de verbo ad verbum preſentibus exprimi, & inſeri poſſe volentes; Motu ſimili &c. ſingulas locationes, & conceſſiones dictorum Caſalium tam Baldo Epiſcopo, quam Chriſtophoro præfatis, & cuilibet eorum tam conjunctim, quam diviſim, ut præfertur, factas hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis obligationibus, conditionibus, capitulis, promiſſionibus, pactis, renuntiationibus, cautelis, ſolutionibus, & mutuis in eiſdem Inſtrumentis contenta, & inde ſecuta quæcumque, grata, & rata habentes; illa omnia, & ſingula etiam ſi eiſdem Capitulo, & Canonicis juxta literas, ſeu conſtitutiones fel. rec. Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III. Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu ipſius Baſilicæ ſtatuta ſimiles locationes Canonicis, & aliis perſonis dictæ Baſilicæ fieri prohibitum exiſtat (*e*) ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, & confirmamus, ac illis firmæ, & inconcuſſæ firmitatis robur adjicimus, eaque ſuos effectus ſortiri, ac præcipue firmitatis robur obtinere, ac dictis novem annis durantibus per Baldum Epiſcopum, & Chriſtophorum, ac Capitulum, & Canonicos præfatos, illorumque ſucceſſores, necnon etiam alios Canonicos & Beneficiatos, & Clericos, aliaſque perſonas dictæ Baſilicæ, qui locationibus, & conceſſionibus hujuſmodi non fuerint præſentes, ſeu illis conſentire noluerint; attento quod locationes, & conceſſiones præfatæ per majorem, & ſaniorem partem Capituli hujuſmodi factæ fuerint, & alios, ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit in futurum, firmiter obſervari debere,

Cum quibuſdam pactis & conditionibus.

Auctoritate Apoſtolica roborat.

Derogando Conſtitutionibus Sixti IV. Clemen. VII. & Pauli III.

(*a*) Liparenſem Eccleſiam ſuperiori anno dimiſerat, Ughello teſte, quam an. 1534. obtinuerat a Clemente VII. & 1544. ab Ariodeno Barbaroſſa Turcicæ Claſſis Præfecto ferro & igni vaſtatam ſenſerat. Inſula enim Barbaris obnoxia & antea fuerat. Quare Sigebertus & Leo Oſtienſis tradunt, medio circiter Sec. nono S. Bartholomæi corpus inde Beneventum fuiſſe translatum Saracenorum metu. Cæterum Baldus Romæ degens noſtra Caſalia conduxit ad novennium. De eodem aliquid diximus in Leone X. *to.* 2. *pag.* 364. *not.* a.

(*b*) In deſcendentia Canonicor. (*pag.* 149.) legitur, Gaſparem Cencium factum Coadjutorem *a Chriſtophoro Cencio Clerico Cameræ Apoſtol. & generali Theſaurario magnarum divitiarum prædivite*, qui obiit diem ſuum an. 1562.

(*c*) Antiquis his duobus Caſalibus, quorum alterum *Grotta Roſſa*, nil notius ad lævam viæ Flaminiæ, ſeu Tiberis, quarto circiter ab Urbe lapide.

(*d*) Cognitu difficiliora hæc videntur, ob mutata nomina: quod enim Panthauſetto hic appellatum legimus, ni fallor *le Pantanelle* hodie audiunt haud procul Bucceja: pars videlicet ejuſdem Latifundii. Civitellæ autem nomen in Tragliatellæ verſum ex noſtri Archivi Cenſualibus conſtat.

(*e*) Ex laudatis Conſtitutionibus, quæ habentur ſupra (*To.* 2. *pagg.* 229. 380. & 426.) conſtat, quod Canonici &c. conducere haud poterant ex Bonis Baſilicæ niſi quæ ipſorum habitationi uſui eſſent: quod pœnis graviſſimis, mulcta etiam addita in contrafacientes, cautum fuit.

(*e*) Ubi

debere, eoſque a locationibus, ac pactis, & conditionibus in illis expreſſis, & aliis præmiſſis quovis prætextu, & quacumque enormiſſimæ læſionis cauſa, etiam nomine dictæ Baſilicæ reclamare, ſeu appellare, aut adverſus illa in integrum, ſeu aliam reſtitutionem petere, eaque de nullitatis, ſeu alicujus ſolemnitatis defectu, aut alias impugnari, ſeu annullari non poſſe: at Baldum Epiſcopum, & Chriſtophorum, ac Capitulum & Canonicos, ac Beneficiatos & Clericos, ac alios præfatos ad præmiſſorum obſervationem teneri, & ad id forſan in dictis Inſtrumentis contentis, & aliis etiam Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ac etiam pecuniariis omni contradictione, & appellatione ceſſantibus cogi, & compelli poſſe decernimus. Nec non in omnibus, & ſingulis præmiſſis noſtra decreta, & auctoritatem interponimus. Supplentes omnes, & ſingulos juris, & facti, etiam omiſſionis cujuſcumque ſolemnitatis, ac etiam ſubſtantialium, & accidentalium forſan omiſſarum defectus, etſi tales forent, de quibus hic ſpecialis & ſpecifica mentio habenda eſſet, aut alias ſpeciali nota digna reperirentur, ſiqua forſan intervenerint in eiſdem ac decernentes præmiſſa, ſeu eorum aliqua de ſurreptionis, & obreptionis vitio, vel intentionis defectu notari, vel impugnari, aut in aliquo alterari non poſſe, ſicque per quoſcumque &c. ſublata &c. irritum quoque &c. non obſtantibus præmiſſis, ac literis, ſeu conſtitutionibus Sixti, Clementis, & Pauli prædictorum, nec non, quatenus opus ſit, piæ mem Pauli II. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &c. etiam juramento roboratis privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Baſilicæ Capitulo, Canonicis Beneficiatis, & Clericis, ac aliis prædictis, ipſiuſque Baſilicæ Archipresbytero, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſ. &c etiam

Corroborationis hujuſmodi violatores puniendos ſancit.

Conſtitutionibus contrariis vim adimit.

ſi in illis, ſeu literis prædictorum hujuſmodi caveatur quod ſimiles locationes in perſonas Canonicorum dictæ Baſilicæ fieri non poſſint, & ſi fiant, illæ nullæ exiſtant, & tam locatores, quam conductores ſententiam excommunicationis incurrant. Quibus omnibus, illorum tenores &c. latiſſime derogamus, ac literas, ſeu conſtitutiones prædictorum hujuſmodi in locationibus, & conceſſionibus præmiſſis locum habere non potuiſſe, neque poſſe decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Præcipue excommunicationis pœnam abrogat.

Fiat ut petitur. J.

Et cum abſolutione a cenſur. ad effectum &c. & quod tenores locationum, conceſſionum, & Inſtrumentorum, ac Caſalium prædictorum confines, qualitates, quantitates, ſituationes, & redditus etiam annui habeantur pro expreſſis & latiſſime exprimi, & de verbo ad verbum inſeri poſſint: & de confirmatione approbatione, decreto, derogatione, ac aliis præmiſſis, quæ pro ſigillatim repetitis & expreſſis ad præſentem habeantur, latiſſime extenden. in forma gratioſa, & ex certa ſcientia &c. cum opportuna deputatione executorum, qui aſſiſtant &c. cum poteſtate citand., ac inhiben. &c. etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis ac etiam pecuniariis invocato &c. ſæcularis, cum derogatione de una, & duabus dietis latiſſime exten. &c. Et quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, cla. contraria non obſtan. ſeu ſi videbitur literæ deſuper per breve noſtrum etiam præmiſſorum omnium, & ſingulorum, ac nomin., & cognom. qualitat., aliorumque circa præmiſſa exprimen. majori, & veriori ſpecificatione, & expreſſione ſimul, vel ſeparatim expediri poſſint.

Indicationes conſuetæ pro expeditione.

Fiat J.

Datum Romæ apud S. Petrum xv. Kal. Martii anno quinto.

PAULUS IV.

Digitized by Google

P A U L U S I V.

Julii III. ſupremum diem 23. menſis Martii anni 1555. breve ſeptemdecim dierum Interpontificium excepit. Huic paulo diuturnior Marcelli II. Pontificatus dierum 22. ſucceſſit. Novoque totidem dierum Interpontificio ſubeunte, Joannes Petrus Carafa (*a*) quatuor, & quadraginta Patrum conſenſu eligitur die Aſcenſionis D. N. J. C. 23. Maji. Hic Pauli IV. nomine ſibi aſcito (*b*) die Dominico proximo 26. ejuſdem menſis coronatur. Eccleſiæ præeſt annos quatuor, menſes duos, dies ſeptem & viginti. Mortem occumbit die 18. Auguſti anno Chriſti 1559. ætatis 83.

Fructus Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque non exactos dum viverent, non pertinere ad Succeſſores juxta Decretum Julii III. ſed ad hæredes, alioſve juxta Canonicor. Beneficiator. &c. ultimam voluntatem.

Ex Autogr. Archivi Baſil. Vatic. capſ. 6. faſc. 266. Item lib. B. pag. 181. & lib. I. pag. 106.

AN. CH. 1555. 1. Decemb.

Motu proprio &c. Cum ſicut accepimus felic. rec. Julius PP. III. Prædeceſſor noſter, tunc in humanis agens voluerit, ſtatuerit, decreverit, & ordinaverit, quod fructus (*c*) &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum tempore obitus, beneficia hujuſmodi obtinentium, & poſſidentium per dictos Poſſeſſores, cum in humanis agerent, non exacti illorum, in dictis Beneficiis Succeſſoribus remanerent, ipſique fructus eiſdem Succeſſoribus competerent. Nihilominus cum fructus &c. ac diſtributiones quotidianæ Menſæ Capitularis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, non ſingulis diebus poſt illorum lucrifactionem, ſed ut plurimum longe poſt (*d*) inter eoſdem de Capitulo dividantur, & diſtribuantur, ut quandoque contingat Canonicos, & Beneficiatos, ac Clericos, & alias Perſonas dictæ Baſilicæ hujuſmodi fructibus ex præmiſſis cauſis nondum diſtributis, vel exactis, ab hac luce migrare: Nos provide attendentes, nec juri, nec æquitati convenire, ut dilatio diſtribution. & diviſion., ſeu non exactionis fructuum, & diſtributionum quotidianarum hujuſmodi Hæredibus, & Succeſſoribus Canonicorum Beneficiatorum & Clericorum, aliarumque Perſonarum prædictarum pro tempore decedentium hujuſmodi, ita obſtare debere, ut illos ſic perdant, & amittant; propterea eiſdem Capitulo in præmiſſis opportune providere volentes, eidem Capitulo, Canonicis, & Perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac diſtributiones hujuſmodi tempore obitus Canonicorum, Beneficiatorum, Clericorum, & Perſonarum prædictorum pro tempore decedentium lucrati nondum

Julius III. decreverat fructus non exactos ire inſire ad Succeſſores Beneficii.

Sed cum ii non ſtatim percipiantur

Pontifex decernit contra Julii decretum

(*a*) Ubi agebam obiter de Clericorum Regularium Theatinorum initiis (*To.* 3. *pag.* 405. *not.* c) S. Cajetano Inſtituti parenti primas deberi laudes aſſirmabam: nomen vero Theatinorum acceptum referri Theatino Epiſcopo Joanni Petro Carafæ, qui cum S. Cajetano duobuſque aliis Sociis ante aram maximam in noſtra Sacroſancta Baſilica ſolemnia vota emiſit: quare non deſunt qui Inſtitutorem eum prædicant. Erat tum is annorum 49. natus enim anno 1476. ea vota emiſit anno 1525. Clemente VII. Pontifice. Duodecim inde annis genere omni virtutum ac ſcientiæ uſque adeo præſtans erat: ut Paulus III. Tridentinum Concilium convocaturus, magnos hos quadrumviros acceerſiverit, ſacroque Cardinalium Collegio adſcripſerit an. 1537. Reginaldum Polum Regio Anglo ſanguine, Joannem Petrum Carafam Neapolitanum, Gregorium Corteſium Mutinenſem Monaſterii Padolironenſis in agro Mantuano Abbatem, & Hieronymum Aleandrum. Pontifex factus fere octogenarius, quum eſſet acerrimus hæreticorum hoſtis, maximuſque Catholicæ Religionis vindex multa ſanctiſſime conſtituit. Et niſi Conſanguineos aliquandiu amaſſet, annumque infelix bellum geſſiſſet cum Philippo II. poſtremi ejus vitæ anni tantas, tamque admirabiles ejus virtutes laudibus cumulaſſent: utut nimiæ ſeveritatis argueretur.

(*b*) Non modo ut Pauli III., a quo dignitatem Cardinalitiam acceperat, beneficiorum memorem ſe oſtenderet; ſed etiam ut Card. Alexandro Farneſio gratum faceret, qui cum Hippolyto Eſtenſi acerrimas Comitiorum contentiones ſedavit, Patreſque eos, qui repugnabant, ſecum traxit.

(*c*) Julii III. literas per has Pauli IV. jure ac merito abrogatas neque in Archivo noſtræ Baſilicæ, neque in Secretiori Vaticano inventas nihil moramur. Noſtra ex quidem ætate ab æquo, & recto aberrare dicerentur, attenta videlicet ratione diſtributionum, quæ jampridem apud nos obtinet. Nec tamen Pontificis Eccleſiaſticæ rei ſcientiſſimi decretum auſim improbare: niſi ſaniori Succeſſoris conſilio abrogatum viderem.

(*d*) Quidquid de aliis Urbis Baſilicis ſit, noſtræ Vaticanæ, quæ cæteris antiquior eſt, aliiſque exemplum præbuit tam Cleri in claſſes tres dividundi, quam adminiſtrationis bonorum, atque eorum diſtributionis; poſt ſolidos menſes octo percipiuntur fructus a Canonicis, Beneficiatis, & Clericis. Prioribus autem octo menſibus quiſque ſolvit de ſuo penſionem annuam Canonicatui, Beneficiatui, & Clericatui impoſitam, duobuſque terminis ſolvendam. Quare poſt cujuſcumque obitum octo illi menſes retroacti, Penſionum onere immunes, juris omnino ſunt hæredum, ut cætera, quæ moriens quis reliquit; neque ullatenus ad ſucceſſorem ſpectant.

Fructus non perceptos ad hæredes & Succeſſores pertinere.

nondum exacti, & percepti illorum Hæredibus, & Succeſſoribus, ſeu illi, vel illis, quibus forſan diſpoſitione teſtamentaria, ſeu donationis, aut alia cauſa illos dari, conſtitui, vel aſſignari, aut alias de illis diſponi contingat, legitime, & canonice competant, ipſique hæredes, & Succeſſores, vel donatarii, aliique præfati, fructus &c., ac diſtributiones hujuſmodi uſque ad diem obitus defunctorum eorumdem reſpective lucratos, & debitos ab eodem Capitulo, ſeu illius receptore, vel Commiſſario, aut aliis, a quibus opus fuerit exigere conſequi, & habere, ac de illis quietare libere & licite poſſint, & valeant, itaquod deſuper per ſuorum defunct. in eiſdem Beneficiis Succeſſores in vim decreti, & ordinationis Prædeceſſoris præfati, aut alia quavis occaſione, vel cauſa directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtari, perturbari, vel inquietari nequeant; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia &c. concedimus pariter & indulgemus. Necnon Capitulum, Canonicos, & Perſonas prædictas ſub ſtatuto, voluntate, & decreto Julii Prædeceſſoris præfati minime comprehendi, ſed amodo in perpetuum ab illis exemptos, & exemptas, ac liberas fore, & eſſe, & ita per quoſcumque Judices &c. etiam S. R. E. Cardinales ſublata &c. judicari &c. debere ac irritum &c. decernimus &c. non obſtan. ſtatuto, voluntate, & decreto Prædeceſſoris hujuſmodi, & quibuſvis literis, tam ſub plumbo, quam in forma Brevis, & alias quomodolibet emanatis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis. Conceſſ., ut petitur, in præſentia Domini noſtri Papæ. Jo. Michael Cardinalis Saracenus. (a)

Canonicos, Beneficiatos &c. non teneri decreto Julii III.

Summa literar. pro expeditione.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c., & quod tenores ſtatuti, & voluntatis, ac literarum Julii Prædeceſſoris hujuſmodi habeantur pro expreſſis, & inſertis, ſeu in toto, vel in parte exprimi, & inſeri poſſint: & de conceſſione, indulto, decreto, & aliis præmiſſis, ut ſupra ad perpetuam rei memoriam latiſſime exten., & ſi videbitur præſentis noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur literæ per Breve noſtrum omnium, aliorumque neceſſariorum majori, & veriori ſpecificatione, & expreſſione expediri poſſint.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto nonas Decembris Anno Primo.

Conceſſ. Jo. Mich. Cardinalis Saracenus.

Penſionarios teneri ad contributionem in Collecta impoſita Canonicis, Beneficiatis, & Clericis pro muniendo Burgo.

Ex Autogr. Archivi Baſil. Vatic. capſ. 5. faſc. 11.

AN. CH. 1556. *ante 12. Jun.*

Capitulum largitum fuerat ſubſidium 1500. Scutor.

Penſionarii ad idem obligantur pro rata.

Motu proprio &c. Cum nuper dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pro muniendo Burgo Sancti Petri (b) ſubſidium mille & quingentorum Scutorum de mandato noſtro perſolverint, noſque rationi congruum cenſeamus, etiam penſionarios ad ſubſidii hujuſmodi contributionem teneri: volumus, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli penſionarii, quibus penſiones ſuper fructibus &c. ac etiam quotidianis diſtributionibus Canonicatuum, & Præbendarum, ac Beneficiatorum, & Clericatuum, & Capellaniarum, aliorumque beneficiorum dictæ Baſilicæ, ſeu fructibus &c. hujuſmodi in toto vel in parte reſervati ſunt, cujuſcumque dignitatis &c. ad hujuſmodi ſubſidii pro muniendo dicto Burgo exacti ſeu exigen. contributionem pro rata ſuarum penſionum, & fructuum, etiam quod dictæ penſiones, & fructus quomodolibet, ac ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis exemptæ exiſtant, & ad ſolutionem ſimilium, ſeu quorumvis aliorum onerum titulares teneantur, & illa eiſdem penſionariis donaverint, & de ſuo proprio ſolvere promiſerint, & ad præmiſſa ſe, & in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligaverint, & juraverint, ac etiam cautiones dederint, etiam ſi penſiones in minori ſumma, quam conſtitutæ ſunt, forſan perſolvantur per penſionarios ſub prætextu deductionis quorumcumque onerum pro tempore impoſitorum, & imponendorum, quarum penſionum, omniumque aliorum, & ſingulorum forſan hic de neceſſitate exprimendorum tenores pro expreſſis de verbo ad verbum habentes &c.

(a) Joannes Michael Saracenus ex nobili Familia Neapolitana, de quo Ciacon. & Ughell. in Acheruntinis & Materanis Achiepp. & in Sabinen. Epp.

(b) Paulus præferocis ingenii Pontifex partim ob veteres ſimultates, partim ob nimiam fidem, quam habuit ſuis, Philippo II. Hiſpaniarum Regi bellum intulit. Quamobrem *Urbem*, ait Panvinius Scriptor coævus, *maximo cum vicinarum ædium, etiam Sacrarum, & vinearum damno, terreis aggeribus muniebat, portas magnis præſidiis per diſpoſitas ſtationes firmabat. Ejus rei cura Camillo Urſino demandata, delectum tota Eccleſiaſtica ditione habebat.* Hæc vero mirum in modum illuſtrantur his literis.

(a) Spo-

Quam ratam Titulares retinere poſſint.

&c: teneantur, & efficaciter aſtricti ſint, & eſſe cenſeantur, & titulares ratam hujuſmodi propria auctoritate penes ſe retinere poſſint, & debeant, & ſi inter titulares & penſionarios hujuſmodi deſuper differentia, ſeu dubium aliquod oriatur, volumus, & etiam auctoritate prædicta decernimus quod dilecti filii noſtri Fabii tituli S. Silveſtri Presbyteri Cardinalis Mignanelli (*a*) nuncupati, ac Venerabilis Fratris Hieronymi Epiſcopi Maceraten. (*b*) Cameræ Apoſtolicæ Clerici, quos ſubſidii hujuſmodii Superintendentes deputavimus, determinationi, & declarationi omnino ſtetur, & ſtari debeat: quibus ſuper præmiſſis ſummarie ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ac etiam manu regia procedendi, & exequen. plenam, & liberam auctoritatem, & poteſtatem concedimus, præmiſſis & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem præſentium ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique fidem facere regula contraria non obſtante. (*c*)

Controverſias exorientes Deputati componant.

Fiat Motu proprio J.

Chriſtophorum Cencium Canonicum Baſil. Vatic. renunciat Theſaurarium S. R. Eccleſiæ ad vitam.

Ex lib. Officior. Pauli III. & IV. pag. 81. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1556. 23. Octobr.

Officium Theſaurarii S. Sedis vacat per dimiſſionem.

Paulus Papa Quartus. Motu proprio &c. Cum hodie, ſeu nuper Venerabilis frater noſter Hieronymus Epiſcopus Torcellanus (*d*), officium Theſaurariatus generalis noſtri, & Apoſtolicæ Sedis, quod obtinebat, ſeu exercebat, in manibus noſtris ſponte & libere reſignaverit, noſque reſignationem hujuſmodi duxerimus admittendam; Nos cupientes nobis, & dictæ Sedi, ac Cameræ Apoſtolicæ in officio Theſaurariatus hujuſmodi de Perſona utili & proficua providere: Motu ſimili &c. Officium Theſaurariatus hujuſmodi, ſive ut præmittitur, ſive alio quoviſmodo vacet, cum omnibus & ſingulis illius honoribus, oneribus, facultatibus, poteſtate, auctoritate, prærogativa, favoribus, gratiis, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & emolumentis, ac regalibus ſolitis & conſuetis, ac aliis quibuſcumque Sedis Apoſtolicæ Theſaurariis generalibus, tam generaliter, quam particulariter per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros hactenus quomodolibet conceſſis, Dilecto Filio Chriſtophoro Cencio (*e*), Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, per eum, quoad vixerit, habendum tenendum regendum, & gubernandum, ac exercendum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & aſſignamus. Eumque, quoad vixerit, noſtrum & Sedis Apoſtolicæ ac Cameræ prædictæ Theſaurarium generalem cum honoribus, oneribus, facultatibus, poteſtatibus, auctoritatibus, prærogativis, gratiis, favoribus, redditibus, proventibus, introitibus, juribus, & emolumentis, ac regalibus prædictis, & aliis, quibus Theſaurarii generales noſtri, & dictæ Sedis, qui pro tempore fuerunt, uſi, potiti, & gaviſi fuerunt, ſeu uti, potiri, & gaudere potuerunt, vel debuerunt, facimus, creamus, conſtituimus, & deputamus. Ac tam

Chriſtophoro Cencio confertur offic. ad vitam.

(*a*) Spectatiſſimæ virtutis virum Paulus III. & Julius III. in majoris momenti rebus explorarunt. Nam Paulus Nuntium eum miſit ad Venetos, ad Regem Romanorum, ad Cæſarem: deque eodem ſic Ferdinando Regi Romanorum: *Nuntium apud te continuum, prout ſemper conſuevimus, habere volentes, qui noſtra & Apoſtolicæ Sedis negotia jugiter cum tua Majeſtate tractet, & exequatur, elegimus Ven. Fr. Fabium Mignanellum Epiſcopum Lucerinum, Prælatum noſtrum domeſticum, latorem præſentium, ſingulari doctrina, prudentia, & integritate præditum, cujus opera in aliis legationibus etiam apud Serenitatem tuam, & multis arduis rebus uſi ſumus &c.* (Raynald. 1545. *num.* 17.) Quarum plane virtutum præmium adeptus fuit anno 1551. die 20. Nov. a Julio III., qui Cardinalem Presbyterum S. Silveſtri eum creavit, deinde miſit Legatum de latere ad componenda Senenſium diſſidia. Præterea diſpenſatum cum eo eſſe ob impedimentum bigamiæ (nam ſororem Card. Hieronymi Capoferrei viduam, uxorem duxerat dum eſſet Advocatus Conſiſtorialis) prudentiæ, atque juris ſcientiæ cauſa, ut maximas ad Eccleſiæ dignitates aditus ei pateret. Tantum autem virum præpoſitum nunc videmus cogendo ſubſidio in bellum imminens, quod unanimi omnium conſenſu improbabatur.

(*b*) Quemadmodum munere, ita & meritis Card. Mignanello imparem non fuiſſe Hieronymum Melchiorium Maceratæ Antiſtitem teſtatur inſcriptio ejus tumulo ad Sanctæ Mariæ ſuper Minervam, ab Ughello relata: *Hier. Melchiorio Epiſcopo Maceratenſi Cler. Cameræ Apoſtol. Decano, Concilii Trident. uni ex Patribus, Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, Bononiæ Gubernatori, ſumma apud omnes ordines gratia, genere, doctrina, pietate illuſtri. &c.*

(*c*) Quamvis nullus habeatur character temporis; his tamen literis præfixi annum 1556. ante diem 12. Junii: eodem enim die Card. Mignanellus optavit titulum SS. Marcellini & Petri, juxta monumenta ab Ughello ſpectata *addit. ad Ciacon.* Neque ante annum 1556. munitiones factæ fuerunt in Civitate Leonina.

(*d*) Hieron. Foſcharus a Clem. VII. creatus Torcellen. Epiſcopus an. 1526. die 16. Maji, licet 20. tantum annos ageret, ea lege ut interim adminiſtraret eam Eccleſiam, quoad legitimam ætatem attingeret; Romæ mortem occubuit 1563. in Sanctæ Mariæ de populo eſt ſepultus. Ex ejus Epitaphio, quod recitat Ughellus *to.* 5. *pag.* 1421. nil ſuppetit de ejus honoribus. Hinc Theſaurarium fuiſſe diſcimus S. Sedis, eoque munere ſe abdicaſſe an. 1556.

(*e*) Recte adnotatum video a meo Collega (*to.* 2. *p.*431. *not.* d) nobiliſſimum, & juxta ditiſſimum hunc Civem Roman. dignum fuiſſe cui publici ærarii Præfectura crederetur. Non multo ante (*pag.*23. *no.*b) ipſe innui, quantis abundaret copiis; ubi vitam cum morte commutavit. Hiſce autem ex literis locupletiſſimum argumentum ſuppetit, quo avitas eas copias fuiſſe quiſque intelligat; ne forte, ut ſunt ingenia hominum, ſuſpicaretur aliquis, ex eodem ærario Chriſtophorum profeciſſe. Namque illud aſſequutus fere exhauſtum ob belli maximos apparatus,

tam dictum Hieronymum Epiſcopum, quam quoſcumque alios ad officium Theſaurariatus hujuſmodi, per quoſvis Prædeceſſores noſtros, & nos hactenus quomodolibet conſtitutos, & deputatos, ſi qui ſint, necnon quaſcumque literas & ſcripturas, ſub quibuſvis verborum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, ex quibuſvis cauſis & rationibus, etiam motu ſimili & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias deſuper quomodolibet confectas, eorum omnium tenores, cauſas, & effectus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, auctoritate & tenore prædictis, revocamus, caſſamus, & annullamus. Ita quod dictus Chriſtophorus, qui etiam ipſius Cameræ Clericus exiſtit, ſolus, & præter eum nullus alius omnia & ſingula ad officium Theſaurariatus hujuſmodi de jure, ſtilo, conſuetudine, fundatione, privilegiis, vel alias quoviſmodo pertinentia, & quæ dictæ Sedis pro tempore exiſtentes Theſaurarii geſſerunt, fecerunt, exercuerunt, mandarunt, & executi fuerunt, gerere, facere, exercere, mandare, & exequi libere & licite valeat. Nos enim eidem Chriſtophoro, quoad præmiſſa omnia & ſingula, ac alia quæcumque ad dictum officium Theſaurariatus quomodolibet pertinentia plenam & liberam facultatem, poteſtatem, omnimodamque auctoritatem concedimus. Decernentes eum in Camera Apoſtolica, & alibi ubicumque opus fuerit, ad Theſaurariatus generalis officium hujuſmodi, ejuſque liberum exercitium per quoſcumque, ad quos ſpectaverit, recipi & admitti, prout nos quoque eum ex nunc admittimus, & recipimus, ac ſibi de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & aliis emolumentis, ac regalibus prædictis integre reſponderi, & ab omnibus, quos id tangit obedientiam, & reverentiam debitas exhiberi debere, ac ipſum Chriſtophorum deſuper ex quavis cauſa, directe, vel indirecte quovis quæſito colore impediri, moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus poſſe. Et inſuper cum dictus Chriſtophorus ſummam quindecim millium ſcutorum auri in auro (a) pro noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus requiſitus a nobis, mutuare obtulerit: Nos volentes, ut par eſt, ejuſdem Chriſtophori, ſuorumque Hæredum, & Succeſſorum indemnitati opportune providere; Motu ſimili &c. ſummam quindecim millium ſcutorum hujuſmodi, poſtquam ſoluta fuerit, eidem Chriſtophoro vel Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, aut aliis quibuſcumque ab eis, vel eorum aliquo cauſam habituris, integre, & abſque aliqua etiam ratione fructuum Theſaurariatus hujuſmodi per eos percipiendorum, aut alia quacumque de cauſa facienda retentione, compenſatione, vel defalcatione, ſeu diminutione in numeratis pecuniis realiter, & cum effectu ex nunc, prout ex tunc, & e contra, reſtituere promittimus, & ad hoc Nos & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, Sedemque, & Cameram prædictas, ad dictum Theſaurariatus officium, illiuſque fructus, redditus, & emolumenta hujuſmodi, omniaque & ſingula alia bona mobilia & immobilia Sedis, & Cameræ prædictarum, ubicumque exiſtentia præſentia, & futura ſpecialiter, generaliter, & expreſſe, obligamus & hypothecamus: quodque ex nunc in poſterum ipſe Chriſtophorus de credito quindecim millium ſcutorum hujuſmodi in toto vel in parte, inter vivos, vel in ultima voluntate, prout ſibi placuerit, diſponere, & ordinare, & tam illi, in quorum favorem diſpoſuerit, & ordinaverit; quam alii ſui etiam ab inteſtato Hæredes & Succeſſores, aut ab eis cauſam habituri, creditum hujuſmodi exigere, & cum effectu habere licite & libere valeant, nec a perceptione fructuum &c., ac aliorum emolumentorum officii Theſaurariatus hujuſmodi amoveri poſſint, niſi reſtitutis prius eis realiter & cum effectu quindecim millibus ſcutis prædictis in tot pecuniis numeratis, auctoritate & tenore prædictis ſtatuimus, ordinamus, & decernimus. Mandantes dilectis filiis Guidoni Aſcanio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali (b) Camerario noſtro, ac Cameræ prædictæ Præſidenti, & Clericis nunc, & pro tempore exiſtentibus, & aliis ad quos ſpectaverit, quatenus eumdem Chriſtophorum ad officium Theſaurariatus generalis hujuſmodi, illiuſque liberum exercitium, honores, & emolumenta, ac alia prædicta recipiant, & admittant; receptumque & admiſſum in ejuſdem officii poſſeſſionem, ejus vita durante, tueantur, manuteneant, ac defendant; ac ſibi, quoad vixerit, & poſt ejus obitum, donec ſumma quindecim millium ſcutorum hujuſmodi eis reſtituatur realiter & cum effectu, Hæredibus & Succeſſoribus,

Revocat quæcumque ſcripta cujuſvis favore edita

Ut ſolus, ac verus Theſaurarius ſit Cencius.

Quindecim millia ſcuta mutua obtulerat Pontifici.

Quam ſummam integram reddendam decernit.

Obligans Cameram & bona omnia S. Sedis.

Camerario & Clericis Cameræ mandat, ut eum recipiant, & admittant.

---

tus, de ſuo in idem intulit tantam auri ſummam: ita tamen ut ipſe aut hæredes indidem eam quandocumque reciperent ſine fenore, ac ſine alia ſtipulatione, quod magis ac magis Familiæ iſtius opulentiam comprobat.

(a) Hinc major lux affulget eis, quæ modo ajebam.

(b) De eo nonnihil dictum ſupra (*pag. 5. not. a*) Tum vero erat Diaconus S. Euſtachii: quem titulum reliquit poſt biennium, optans illum S. Mariæ in Via lata vacantem per obitum Card. Gaddi: anno videlicet 1552. 9. Martii.

(a) De

ſoribus, ſeu ab eis cauſam habi[illegible]is prædictis de emolumentis, & aliis prædictis reſpondeant, & reſponderi faciant: eosque in libris Cameræ prædictæ de dicta ſumma quindecim millium ſcutorum, postquam illa, ut præfertur, ſoluta fuerit, creditores conſtituant, & deſcribant & eamdem ſummam per illos, ad quos ſpectabit, in libris conſuetis ad ordinem introituum, & exituum poni mandent: & ſi ipſi Chriſtophoro videbitur, literas camerales patentes, & publica Inſtrumenta etiam cum obligationibus, promiſſionibus, & hypothecis, aliiſque clauſulis, & cautelis in ſimilibus conſuetis, & juxta hujus noſtri Motus proprii continentiam & tenorem, faciant, ſibique tradant & conſignent. Decernentes, præſentes, ſeu ſuper eis per breve, vel ſub plumbo conficiendas literas, de ſurreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, vel impugnari non poſſe: & eas ad pleniſſimam omnium præmiſſorum probationem ubique ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, aut probationem aliquam in contrarium admitti poſſe. Sicque per nos, & Succeſſores noſtros, ac Camerarium, Præſidentes, & Clericos, ac alios Judices etiam S. R. E. Cardinales, eorumque Collegium, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in quacumque cauſa & inſtantia, ſublata &c. judicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Cameræ etiam juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & innovatis, & quod officium hujuſmodi ad vitam (a), & alias, ut ſupra, concedi non conſueverit. Quibus omnibus in literis latiſſime extenden., etiam ſi in eis &c. illorum tenores hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Syngrapham quævis ſolemnitate fieri eidem jubet.

Auctoritas harum literarum.

Derogat contrariis quibuſcumque.

Fiat Motu proprio J.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. etiam in caſibus regulæ latiſſime extenden. & de conceſſione, & aſſignatione, creatione, conſtitutione, & deputatione, revocatione, promiſſione, ſtatutis, ordinatione, decreto, mandato, derogatione, & aliis præmiſſis de, ac pro omnibus & ſingulis ſupradictis, quæ hic pro repetitis habeantur, perpetuo in forma gratioſa latiſſime exten. adeo quod contraria quæcumque penitus & omnino tollantur, & non obſtent, & quod præſentibus, ſi ipſi Chriſtophoro videbitur ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra; regula contraria non obſtante, ſeu, ſi ipſi videbitur, eædem præſentes in libris Cameræ Apoſtolicæ regiſtrari poſſint, ac deſuper literæ etiam in forma brevis cum præmiſſorum omnium & ſingulorum, & circa ea neceſſariorum, majori vera & ampliori ſpecificatione, & expreſſione ac executorum deputatione, cum facultate citandi, inhibendi declarandi &c. & uſque ad invocationem auxilii brachii ſæcularis, incluſive procedendi, nec non opportuna diſpenſatione officium prædictum recipiendi, &, quoad vixerit etiam una cum Clericatus ejuſdem, & aliis officiis quæ obtinet, & in poſterum obtinebit, retinendi, & exercendi, expediri poſſint.

Clauſula pro expedit. literar.

Datum Romæ apud S. Petrum x. Kal. Novembris Anno ſecundo.

Die 27. Octobris 1556. introſcriptus R. P. D. Hieronymus Epiſcopus Torcellan. præſens &c. introſcriptæ reſignationi, & literarum expeditioni ſponte conſenſit, juravit &c. Actum Romæ in Palatio Apoſtolico in Anticamera SS. D. N. præſentibus ibidem DD. Franciſco M. Rinuccino Laico Florentino, & Camillo Coſta Laico Maceraten. I. U. D. teſtibus &c. Hieron. de Tarano.

Reſignatio officii, & expeditio pro Succeſſ.

Die 27. Octobris 1556. ſupradictus R. D. Chriſtophorus Cincius in Camera in Palatio ſolita Reſidentiæ Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. D. mei Guidonis Aſcanii Cardinalis Camerarii, & ipſo præſente habita, ex maturo illius decreto, ac acta ſolutione quindecim millium ſcutorum auri in auro, de quibus in præinſerta cedula Motus proprii fit mentio, hodie, prout per acta mea conſtat, facta; fuit admiſſus ad officium Theſaurariæ Apoſtolicæ generalis, juxta formam ejuſdem Cedulæ Motus proprii, præſtito in prædicta

Solutio 15. Mill. Scutor. in Camera, & admiſſio ad offic.

(a) De Theſaurarii antiquitate, dignitate, officio, & privilegiis videndus Cohell. *notit. Cardinalat. c.* 41. Auctoritas Conſtitutionis Eugenii IV. huc afferenda, tametſi annis centum præeat hæc tempora: ne Sixti V. ordinatio poſterior obſcuritatis quidpiam lectori afferat: *Omne Collegium, cui Apoſtolici Fiſci incumbit cura, his perſonis concluditur: Primum illorum caput eſt Reverendiſſ. D. Camerarius; tum Reverendus Theſaurarius; poſt Aſſiſtentes, qui ex Patrum Clericorum Collegio ad ampliorem dignitatem evecti ſunt. Poſt eos Clerici ſeptem videlicet numero tantum, ut SS. D. N. Eugenius IV. Pontifex inſtituit &c. Bullar. Conſt.* 13. De ſeptem Clericorum numero, quem Sixtus V. ad duodenarium extendit, vacabilia officia reddens tam Clericatus, quam Præſidentiam, nihil attinet hic dicere. Theſaurarii vero officium antiquiſſimum tam longe eſt, ut ante Sixti ejuſdem V. conſtitutionem pretio quis adipiſceretur; ut Paulus IV. pecuniarum egentiſſimus illud conferens Cencio divitiis affluentiſſimo, & quod majus, contra morem majorum, ad vitam, nihilominus pecuniam maluerit mutuam, quam dignitatis ſive officii pretium accipere.

(a) Calcu-

dicta Camera, prout præſtitit, ſolito juramento, & ſervatis ſolitis caremoniis, præſentibus ibidem D. Nicolao Bonello ejuſdem Cameræ Calculatore (a) & Fabritio Guidobono Clerico Terdonen., ac Petroſalco Clerico Leodien. dictis Teſtibus &c.

Hieron. de Tarano.

Capellaniæ S. Joſeph in Eccleſia S. Rufilli ab ſe collatæ, necdum expeditis literis Apoſtolicis poſſeſſionem interim demandat Archidiacono, & Archipresb. Eccleſiæ Forolivienſis.

Ex Archetypis Brevium An. 2. Pauli IV. num. 10. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1557. 7. Januar.

Paulus Papa Quartus. Dilectis filiis Archidiacono & Archipresbytero Eccleſiæ Forolivien.

Dilecti Filii, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Capellania Abbatia S. Rufilli

Cum nos nuper perpetuam Capellaniam ad Altare S. Joſeph ſitum in Eccleſia, fortaſſis Abbatia nuncupata S. Rufilli de Foro Pompilio (b) Britonorien. Diœceſis, per obitum quondam Jacobi Fabri olim ad dictum Altare perpetui Capellani, apud Sedem Apoſtolicam defuncti vacantem, & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatam, quondam Joanni Carolo Camponeſco Clerico Aquilan. Civitatis vel Diœceſis Cubiculario Secreto & familiari continuo commenſali noſtro tunc in humanis agenti primo, & deinde cum ipſe Joannes Carolus apud Sedem eamdem deceſſiſſet, dilecto filio Antonio Franciſco etiam Camponeſco, Clerico Aquilan. etiam Cubiculario, & Scalco ſecreto ac familiari, continuo commenſali noſtro conferri, & de illa etiam provideri conceſſerimus; Nos ne interim ante expeditionem literarum Apoſtolicarum, ſuper conceſſione eidem Antonio Franciſco facta, hujuſmodi conficiendarum, dicta Capellania per aliquem ſeu aliquos indebite occupetur, providere, ac ejuſdem Antonii Franciſci indemnitati conſulere volentes, diſcretioni veſtræ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Capellaniæ hujuſmodi, ejuſque jurium & pertinentiarum omnium noſtro & Cameræ Apoſtolicæ nomine, præſentium vigore capiatis & apprehendatis, ac donec literæ collationis, & proviſionis Antonio Franciſco factarum hujuſmodi expeditæ, & vobis præſentatæ fuerint, per vos retineatis necnon ab eis quoſcumque in illis forſan, aliaque auctoritate Apoſtolica, non tamen vigore gratiæ expectationis (c) proviſos, intruſos, ſeu illius detentores, cujuſcumque ſtatus gradus ordinis vel conditionis fuerint, per Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, ac etiam pecuniarias, & privationis beneficiorum per eos obtentorum, pœnas, & alia juris remedia, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis, dicto nomine realiter & cum effectu amoveatis, & expellatis; ac fructus redditus & proventus ex dicta Capellania, interim forſan provenientes percipiatis, & conſervetis; & poſtquam dictæ literæ vobis præſentatæ fuerint, poſſeſſionem dictæ Capellaniæ eidem Antonio Franciſco, ſeu ejus Procuratori legitimo tradatis, & relaxetis, fructuſque redditus & proventus præfatos per vos perceptos ſibi conſignetis, decernentes, ſtante reſervatione prædicta, propter præmiſſa aliquem ſpoliaſſe dici, ſeu cenſeri non poſſe, ac detentoribus prædictis actionem ſpolii non competere nec litem intentare, vel deſuper agere poſſe, neque quaſcumque proviſiones ſeu Commendas, præter Apoſtolicas, ut præfertur, ad colorandum ſpolium eis prodeſſe. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & diffiniri debere: irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attemptari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod dictus Antonius Franciſcus literas hujuſmodi infra ſex menſes a data præſentium expedire, & jura Cameræ ſolvere continuo teneatur, alioquin dictis ſex menſibus elapſis Capellania vacare cenſeatur eo ipſo.

Collatæ nuper, nondum literis expeditis.

Ne forte ab alio quovis invadatur

Interim capienda poſſeſſio, & ad tempus retinenda.

Niſi infra ſex menſes literæ expediantur, vacare cenſeatur.

Datum

(a) Calculatores, ſeu Ratiocinatores Cameræ tres ſaltem erant, ut tantæ rei, tamque multiplici pares eſſent: Bonellus autem eos inter princeps fortaſſe fuerit.

(b) Huc revocanda quæ diximus (*to. 2. pag.* 198.) Infra autem patefiet, quare nihil prætereamus eorum, quæ ſpectant ad hanc Eccleſiam: nam Pius IV. eam univit noſtræ Baſilicæ.

(c) Quanti tunc eſſent gratiæ expectativæ brevi interituræ vel hinc intelligis. Gratias omnes excludit præter expectativas.

(a) Boſii

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 7. Januarii 1557. Anno Secundo.

Attenta reſervatione & familiaritate facto verbo cum Sanctitate Sua poteſt expediri.

Ja. Card. Puteus.

Alexandrum Sfortiam ex Comitibus S. Floræ Canonicum Baſil. Vat. & Clericum Cameræ Apoſt. ob crimen læſæ Majeſtatis exulem, omnibuſque officiis & Beneficiis ſpoliatum reſtituit in integrum, abſolvit a cenſuris &c.

Ex lib. Officior. Pauli III. & IV. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1557. 8. Octobr.

Dilecto filio Alexandro Sfortiæ (*a*) ex Comitibus de Sancta Flora, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cameræ Apoſtolicæ Clerico, Familiari noſtro. Paulus Papa IV.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Clementiam Rom. Pontificis præmittit.

Romanus Pontifex fragilitatis humanæ miſericors, perſonarum Sibi, & Sedi Apoſtolicæ devotarum ſtatui favorabiliter conſulere conſuevit; ut eum devotius revereri ſtudeant, quo uberiorem illius clementiam & liberalitatem fuerint expertæ. Cum itaque alias tu, pro eo quod, ut tunc prætendebatur, certas tunc expreſſas triremes in Portu Terræ noſtræ Civitatis Vetulæ (*b*) exiſtentes armata manu, & per vim abduxeras, & remiges, alias galeotos, & alia bona in illis exiſtentia ſurripueras, & ſeu

Reatus Alexandri, & pœnæ inflictæ.

ex certis aliis tunc expreſſis cauſis per tunc almæ Urbis noſtræ Gubernatorem (*c*), Fiſci noſtri Procuratore inſtante, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, & viginti millium Ducatorum Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum, ac confiſcationis, privationis, & publicationis omnium & ſingulorum bonorum tuorum mobilium & immobilium, ac officiorum etiam Clericatus dictæ Cameræ, & beneficiorum, actionum etiam feudalium, ac totius ſtatus tui, & aliorum quorumcumque, ubicumque exiſtentium, tunc præſentium, & futurorum, inhabilitatiſque ad illa & alia in poſterum obtinenda, perpetuique exilii ab Urbe, ejuſque diſtrictu, ac Terris, Comitatibus, Locis & Caſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubjectis, indignationiſque & rebellionis, & ſeu aliis etiam tunc expreſſis pœnis, ad comparendum perſonaliter monitus, & ob non paritionem monitorio hujuſmodi, per eumdem Gubernatorem, ſententias & pœnas prædictas incurriſſe declaratus, & ſeu alias condemnatus fueris, & poſt declarationem & condemnationem hujuſmodi, dictum officium Clericatus per te antea obtentum, Venerabilibus Fratribus Annibali Avinionen. (*d*) primo, & deinde ex illius reſignatione Franciſco Senen. (*e*) Archi-

Ob ſpretum Monitorium Gubernatoris Urbis

(*a*) Boſii Comitis S. Floræ, & Conſtantiæ ſororis Petri Aloyſii Farneſii filius erat Alexander, ut Aſcanius Card. S. R. E. Camerarius, de quo ſupra (*pag. 5. not. a*) & Carolus Longobardiæ Prior, cujus mentio mox fiet. Familia nobilis Romana, quæ ex Inſubriæ Ducibus originem habuit, præ aliis viris inſignibus quos produxit, hoc noſtro Canonico jure gloriatur. Is enim brevi vexatus a Paulo IV. mox ab eodem reſtitutus in priſtinam dignitatem, longe majorem aſſequutus fuit a Pauli Succeſſore Pio IV. Parmenſem quippe Epiſc. eum elegit, voluitque ut Sac. Concilio Tridentino intereſſet. Poſtmodum an. 1556. Sacro Cardinalium Collegio adſcripſit. Quantam vero gloriam ſit adeptus ſub S. Pio V. & Gregorio XIII. qui honoribus eum cumularunt, ex hiſtoria peti oportet. Raynald. Ciacon. Ughell. in Epiſc. Parmen. &c.

(*b*) Hiſtoriam hujus rei lubet petere ex Panvinio Scriptore Synchrono in vita hujus Pontificis, quam fuſius deſcriptam habes, lector, apud Raynald. (*an. 1555. n. 72. & ſeqq.*) *Per ea tempora*, ait Panvin., *Carolo Sfortiæ Longobardiæ Priori Rex Francorum Henricus, quod is a Gallis deſciviſſet, duas per occaſionem triremes ademerat, quas haud ita multo poſt in Pyrgorum portu deprehenſas Alexander Caroli frater Cameræ Apoſtolicæ Clericus, nulla quod in Pontificis fide, & ditione eſſent, habita ratione, præpropere rebus neceſſariis collectis, ad Cajetam adduxit. Queſti ſunt Regii Miniſtri Romæ apud Pontificem. Ille ſuſpicatus non abſque fratris Cardinalis Camerarii voluntate, vel ſaltem conniventia factum, Cardinale gravioribus verbis, & minis exagitato, Joannem Franciſcum Latinum Volaterranum intimum Cardinalis Secretarium per eos dies a Cæſare reverſum in vincula conjecit. Hinc mutui odii, & ſimultatum origo manavit, quas Pontifex aliquot diebus poſt auxit, quum renunciatum ei eſſet quoſdam Cæſareæ factionis Regulos modo apud Cardinalem ipſum, modo apud M. Antonium Columnam clandeſtina colloquia contra ipſum habere; quodque ipſe Latinus Cardinalis omnium conſcius conſiliorum ſtatim a Comitiis ad Cæſarem miſſus eſſet, qui eum de tota Comitiorum ratione, & exitu, quod Cæſari parum probanda viderentur, diligenter doceret.* Quantum lucis hinc accipiant hæ literæ ipſe judica. Raynaldus præcipuam hanc fuiſſe cauſam belli inter Pontificem & Philippum II. exiſtimat.

(*c*) Is erat Scipio Rebiba Siculus acceptiſſimus Pontifici, cujus domeſticus fuerat ante Pontificatum: vir doctus, rerumque Eccleſiæ ſcientiſſimus. Fuit primum Amydanus Epiſcopus in partibus infidelium: deinde an. 1551. Muſulenſis, ſeu Motulenſis in Terra Hydrunti Antiſtes creatus, exeunte anno 1555. ex Gubernatore Urbis Cardinalium Collegio adſcribitur, & fit Archiep. Piſanus. Ciacon. Ughell. *to. 9. pag.* 161. Acta Conſiſtorialia ap. Raynald. eod. an. *num.* 71. *Romæ die Mercurii* 18. *menſis Decembris* 1555. *&c.*

(*d*) Hannibal Bozutus Neapolitanus, Protonotarius ſub Paulo tertio & ſub Julio pariter III. Avenionenſis Archiepiſcopus a Paulo IV. obtinuit Clericatum Cameræ quo noſtrum hunc Canonicum exuerat: tandem a Pio IV. an. 1565. menſium vix ſeptem Cardinalis eſt creatus.

(*e*) Hujus Archiepiſcopi cineres requieſcunt in noſtra Baſilica, & ſubjiciebantur ſepulchro Pii III. ab Auſtrali parte ejuſd. Baſil. prope januam antiqui Sacrarii. Alpharan. *tab. Ichnogr. num.* 81. Ughellus tradit 60. annos eum rexiſſe Eccleſiam Senenſem eſſetque ætatis deceſſiſſe Romæ an. 1588. Idem vero affirmans Bandinum ex Clerico Cameræ factum Archiepiſcopum an. 1529. errorem opinionis ſequi videtur: nam hæ literæ nos docent, quod Clericatus ablatus Sfortiæ, dimiſſuſque ab Hannibale, per Paulum IV. collatus fuit Franciſco Bandino Archiep. Senenſi.

(*a*) A con-

Digitized by Google

Archiepiſcopis per nos conceſſum, & aſſignatum fuerit. Nos ſtatui tuo cum abinde citra, a dicta Urbe ſemper exulaveris, & diverſa incommoda paſſus ſis, more pii patris conſulere volentes; Teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis alia præmiſſorum occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſuperius expreſſa, & quæcumque alia etiam eis graviora, etiam de neceſſitate exprimenda, per te commiſſa, exceſſus & delicta, etiam crimen læſæ Majeſtatis ſapientia, etiam in monitorio & declaratione, ac ſeu ſententia & proceſſu deſuper lata, & formato non expreſſa, quorum qualitates & circumſtantias, etiam ſi ſub generali expreſſione de jure, ſeu alias non venirent, præſentibus pro expreſſis haberi volumus; Tibi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium remittimus, teque, ac quoſcumque tuos ſocios & complices, vel de præmiſſis quomodolibet culpabiles, ab exceſſibus & delictis hujuſmodi, nec non excommunicationis & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & temporalibus, ac etiam corporis afflictivis a jure vel ab homine latis, quas præmiſſorum occaſione incurrerunt, etiam in utroque foro plenarie penitus & omnino, non ſolum generaliter ſed generaliſſime auctoritate & tenore prædictis abſolvimus, & totaliter liberamus: nec non omnem culpam, omneſque & ſingulos etiam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum, ac Sanctæ Mariæ de Claravalle de Flaſtra (*a*) Camerinen., & Sancti Savini Placentin., necnon Sancti Alberti de Butrio Terdonen., & Sanctiſſimæ Trinitatis Militen. Civitatum, & ſeu Diœceſ. Sancti Benedicti, ſeu Sancti Auguſtini, & ſeu aliorum Ordinum, ac quorumcumque aliorum Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, necnon Canonicatus & Præbendæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Prioratus Lombardiæ, Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, & quorumcumque aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura ſecularium & quorumvis ordinum regularium, cujuſcumque qualitatis exiſtentium, etiam ſi de jure patronatus etiam laicorum quomodolibet obtentorum, ac penſionum ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, nec non earum loco etiam omnium & ſingulorum fructuum, reddituum & proventuum ſimilium tibi aſſignatorum, & reſervatorum, ac quorumcumque regreſſuum acceſſuum & ingreſſuum, ac coadiutoriarum ad Monaſteria & beneficia Eccleſiaſtica, ut præfertur, qualificata, necnon quarumcumque aliarum gratiarum & jurium, ac Clericatus Cameræ hujuſmodi, & aliorum etiam Romanæ Curiæ officiorum, nec non bonorum, & ſtatuum etiam feudalium privationis pœnas, etiam alias quomodolibet incurſas, plenarie & pleniſſime tibi eiſdem auctoritate & tenore remittimus, & condonamus. Teque, quatenus opus ſit, ad Clericatus & alia officia hujuſmodi necnon antiquum locum, quem tam in dicta Camera, quam alias ubilibet ante præmiſſa habebas, & quem te habere & retinere volumus, necnon honores, famam, Patriam, privilegia, gratias facultates conceſſiones prærogativas immunitates excellentias præeminentias & jura quæcumque, ac ad dicta & quæcumque alia Monaſteria etiam Conſiſtorialia, ac Canonicatum & præbendam, necnon Prioratum hujuſmodi, & alia beneficia Eccleſiaſtica Secularia & Regularia, cujuſcumque qualitatis exiſtentia, per te antea obtenta etiam litigioſa, ac quaſcumque penſiones & fructus redditus & proventus Eccleſiaſticos, nec non regreſſus acceſſus & ingreſſus, & ſub eiſdem regreſſibus acceſſibus & ingreſſibus comprehenſa, & alia, in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competebat, & competit, ac quæcumque alia jura etiam Eccleſiaſtica tibi quomodolibet competentia, nec non ſtatum etiam feudalem, & bona quæcumque mobilia & immobilia, jura & actiones tam in dicta Urbe, quam extra eam conſiſtentia, etiam forſan confiſcata, non tamen Fiſco incorporata, & alia quæcumque etiam non expreſſa nec cognita, quæ tu habebas tenebas & poſſidebas, etiam cum poteſtate fructus redditus & proventus ac penſiones hujuſmodi tibi propterea debitos exigendi, & recuperandi, necnon in priſtinum & eum ſtatum, in quo ante præmiſſa quomodolibet eras, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi exceſſus & delicta ac alia prædicta minime commiſiſſes, & præmiſſa non emanaſſent auctoritate & tenore prædictis reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac reſtitutum repoſitum & plenarie ac pleniſſime reintegratum eſſe decernimus. Tecumque ſuper irregularitate per te præmiſſorum occaſione quomodolibet contracta, quodque

Eum abſolvit a Cenſuris &c. de more.

A crimine item læſæ Majeſtatis, & aliis criminibus una cum ſociis ſuis.

A confiſcatione bonor. & privatione Beneficior.

Ab Officior. Curiæ Rom. ſuſpenſione

Eum reſtituit auctorit. Apoſt. in ſtatum priſtinum

Ac ſi nullum omnino reatum commiſiſſet.

(*a*) A congerie iſta Monaſterior. & Beneficiorum facile quis colliget; quanta cum laude Pius IV. & Tridentini Concilii Patres diſciplinæ Beneficiariæ ſategerint.

(*a*) Acta

Ab irregularitate eum abſolvit

quodque ordinibus per te ſuſceptis uti, & ad alios te promoveri facere, ac in illis miniſtrare necnon tam quæ obtinebas & obtines, quam alia, quæ in futurum tibi quomodolibet conferri aut quovis titulo concedi contigerit, Monaſteria, & alia quæcumque quotcumque & qualiacumque cum cura & ſine cura, ſæcularia & regularia beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi illa alias etiam qualitercumque qualificata fuerint, & tu ad illa præſenteris & inſtituaris in eis, in titulum & commendam, recipere & retinere, ac jus tibi in illis, vel ad illa competens proſequi, & deductum deducere ac defendere, necnon quibuſvis tibi competentibus, & competituris privilegiis facultatibus conceſſionibus & indultis, ac etiam omnibus & ſingulis in quoſvis eventus regreſſibus, & acceſſibus, necnon regrediendi & accedendi facultatibus uti, & ſi illa evincat, litigioſa beneficia conſequi, ac ſimiliter retinere, necnon quoſcumque fructus redditus & proventus Eccleſiaſticos, ac penſiones annuas percipere, exigere & levare libere & licite valeas. Quodque in quibuſvis impetrationibus, proviſionibus præfectionibus diſpenſationibus Commendis facultatibus gratiis & indultis, nullam de abſolutione remiſſione & aliis præmiſſis mentionem facere tenearis, eiſdem auctoritate & tenore de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Tibique pariter indulgemus, ac omnem tam juris quam facti inhabilitatis & infamiæ maculam ſeu notam, præmiſſorum occaſione forſan contractam, & undecumque inſurgentem & provenientem tollimus, & penitus abolemus: necnon prædictos & quoſcumque alios proceſſus contra te, præmiſſorum occaſione, forſan ex officio vel alias quomodocumque formatos caſſamus annullamus & abolemus, caſſarique annullari irritari & aboleri, ac nullo unquam tempore de eis publicam vel privatam fidem fieri, aut eis in Judicio & extra adhiberi mandamus. Teque per nos & Succeſſores noſtros, aut Succeſſorum eorumdem officiales, ſeu quoſcumque alios in perſona vel bonis, prætextu præmiſſorum, nullatenus moleſtari inquietari ſeu perturbari poſſe, nec debere decernimus. Similiter quaſcumque proviſiones gratias & diſpoſitiones de ſtatu bonis Monaſteriis Beneficiis penſionibus fructibus juribus rebus, Canonicatu & præbenda ac Prioratu, & Clericatus aliiſque officiis prædictis quomodolibet & qualitercumque ac ex quavis etiam oneroſa cauſa vel occaſione prædictis, & quibuſvis aliis perſonis, etiam S. R. E. Cardinalibus, etiam per nos poſt monitorium prædictum, abſque tuo conſenſu, ſub quibuſvis tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam motu ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus factas & conceſſas, penitus & omnino caſſamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris vel momenti fore, ac præmiſſorum occaſione Monaſteria & Prioratum, ac Canonicatum & præbendam, aliaque beneficia, nec non Clericatus & alia officia ac fructus redditus & proventus & penſiones annuas, ac facultates hujuſmodi non vacaſſe, nec expiraſſe, ſeu extinctas eſſe, ac regreſſus acceſſus & ingreſſus ad illa etiam per ceſſum vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem tuam ſeu aliam vacationem, quibuſvis etiam ipſius Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus & ex quibuſvis cauſis conceſſos locum non habuiſſe, ſeu effectum ſortitos non fuiſſe, nec fore. Teque poſſeſſione Monaſteriorum beneficiorum & officiorum ac bonorum prædictorum, in qua ante dictum monitorium exiſtebas continuare, ſeu ſi tibi videbitur illam præſentium vigore abſque ſpolii ſeu attentatorum vitio libere apprehendere poſſe, ac præmiſſa de ſurreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu, aut alias quomodolibet impugnari non poſſe, ipſaſque præſentes literas ad probandum plene vel non plene omnia & ſingula præmiſſa ubique ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, nec probationem in contrarium admitti poſſe, & ſic in præmiſſis omnibus per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis etiam dicta Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi auctoritate & facultate, judicari & definiri debere: ac ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, irritum & inane decernimus & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, & de non tollendo jure quæſito aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, nec non conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis prædictis, & quibuſcumque aliis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & individua mentio habenda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum

In poſterum obtinendis Beneficiis &c. proſpicit.

Proceſſus omnes declarat irritos & annullat

Necnon Conſtitutiones quaſcumque contrarias.

In poſſeſſionem omnium amiſſor. reſtituit.

Quæcumque obſtantia removet.

tum eſſe, illaque adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die octavo Octobris 1557. Pontificatus noſtri anno tertio.

Jo. Barengus.

Collect. Hie. de Tarano.

Die 13. Octobris 1557. admiſſa & regiſtrata ex decreto Cameræ.

Hier. de Tarano.

Inſtituit feſtum Cathedræ Romanæ die 18. Januarii quotannis celebrandum in toto orbe Catholico.

Ex Regeſto XLVII. Bullar. Secretar. Pauli IV. pag. 417. apud Arch. Apoſt. Vatican.

AN. CH. 1557. *25. Decembr.*

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam (*a*)

Ineffabilis divinæ providentiæ altitudo, quæ nullis incluſa limitibus, cæleſtia pariter, & terrena diſponit, ſui recti cenſura judicii voluit, ut beatus Petrus Apoſtolorum Princeps, cui prius a Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto dictum fuerat: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; poſtquam Antiochiæ aliquandiu reſederat, Romam veniens, Cathedram in ea conſtitueret Epiſcopalem, eamque vigintiquinque annis regeret (*b*). Et demum Simonis Magi detectis fallaciis & eluſis præſtigiis, ipſoque Simone Mago ſuperato, idem Petrus, & cum eo glorioſus Coapoſtolus ſuus Paulus Vas electicnis Romanam Eccleſiam plantarunt, & ſuo ſanguine conſecrarunt, ut ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput exiſteret ſanctitatis: & ubi Gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morerentur, & quæ prius erat Magiſtra erroris, fieret Magiſtra veritatis, eſſetque ibi gens ſancta, populus electus, Civitas Sacerdotalis & Regia, & per ſacram beati Petri Cathedram ipſa Urbs Caput Orbis effecta, latius præſideret Religione divina, quam antea præſediſſet, dominatione terrena. Verum licet Urbs ipſa multo plus debeat eidem Petro, qui eam, per Cathedram Epiſcopalem in ea conſtructam, regnis cæleſtibus inſerendam condidit, quam illis quorum ſtudio prima Mœnium ſuorum fundamenta jacta fuerunt, ex quibus is, qui illi nomen dedit, fraterna eam cæde fœdavit; feſtivitatem tamen ipſius Cathedræ quæ juxta antiquiſſimorum Sanctorum Patrum (*c*) noſtrorum teſtimonium, quintodecimo Kalendas Februarii fuit, & in diverſis Orbis Chriſtiani, & præſertim Galliæ, & Hiſpaniæ (*d*) partibus, dicta die ſolemniter celebratur, minime obſervet; celebretque ſolum feſtivitatem Cathedræ Antiochenæ, quæ octavo Kalendas Maſtii, juxta eorumdem Patrum teſtimonium fuit: tanquam idem Salvator noſter, qui ſæpius infirma eligit, ut fortia quæque confundat, non reſpiciens imbecillitatem noſtram, Feſtivitatem Cathedræ, qua ipſe

Prærogativa Apoſtolor. Principis.

Fundatio Romanæ Eccleſiæ

Roma plus debet auctori Religionis quam Conditori ſuo

Feſtum Cathedræ unius Romæ celebratur.

(*a*) Acta Conſiſtorialia ap. Raynaldum (1557. *num.* 2.) hæc habent: *Secun.io loco Sua Sanctitas juſſit, perpetuis futuris temporibus per univerſum orbem Chriſtianum celebrari debere Cathedram S. Petri in die decima octava Januarii, qui etiam eſt dies S. Priſcæ, in qua prima ſeſſio fuit Beatiſſ. Petri in hac Alma Urbe, & volebat in hoc feſto omnes Indulgentias, & prærogativas concedere, non derogando per hoc alteri feſto, quod eſt 22. Februar. & hoc ad confuſionem Lutheranorum, qui negant, B. Petrum Romam unquam veniſſe, & ſuper hac re Bulla expeditur*: (*quæ proximo tantum anno manavit in ampliſſima forma.*) Acta pertinent ad diem Sabbati 23. Januar. Recte igitur Bullam non prodiiſſe poſteriori manu ſubjungitur, uſque ad annum ſeq. Ex iiſdem conſtat liquido, novam hanc eſſe inſtitutionem; non autem veteris ritus inſtaurationem.

(*b*) Non convenit inter Scriptores de victoriæ tempore, quam Petrus orans de Simone Mago reportavit. Baron. (an. 68. *num.* 16. & *ſeqq.*) tum rei veritatem comprobat, auctoritate Patrum; tum 24. anno Romanæ Sedis id eveniſſe docet; ita etiam Blanchin. ad Anaſt. tametſi Chronologiam a Baronio aliam ſequatur. Alii rem non negant; at tempus ſibi eſſe incompertum oſtendunt cum Ant. Pagio (*an.* 43. *n.* 3.) Paulus IV. autem tamquam de re jam comperta, atque explorata loquitur. Id certum: Simonem Magum S. Petro orante a dæmonibus derelictum inpræceps ruiſſe, vitamque impiam cum perpetua morte commutaſſe.

(*c*) Quos Patres hic memorat antiquiſſimos, ii ſunt Beda, Uſuardus &c. Martyrologos autem omnes deceptos eſſe additionibus ad genuinum Martyrologium Bedæ factis nono Eccleſiæ Sæculo late oſtendi in Diſſertatione de Cathedra Romana (*Anaſtas. to.* IV. *pag.* 152.) Rem hodie plurimis illuſtratem argumentis poſtea detectis. Quum autem nemo omnium opinioni meæ adverſetur, nonnulli in ſuis libris editis eam vulgaverint, aliique ſe jamdin ita ſenſiſſe contendant; nihil omnino addam. Ad Codd. autem MSS. & editos quod ſpectat, plures in noſtro Tabulario habemus, quos conſului, quum & ipſe Vaticano Clero adſcriptus fui; nullumque ex antiquis reperi aliud præferentem die 18. Januarii, quam S. Priſcæ. Vallicellanus præterea Codex Sacramentorum a Mabillonio inſpectus (*Itin. Ital. to.* 1. *pag.* 68.) Miſſam ſeu tres orationes ejuſdem Sanctæ Martyris exhibet eadem die: *Menſe Januario die XVIII. natalis S. Priſcæ.* Oratio *Da quæſumus &c.* Secr. *Hoſtia Domine &c.* Poſtcomm. *Quæſumus Domine &c.* Et infra menſe Febr. die 22. *Cathedra S. Petri Apoſtoli.* Oratio. *Deus qui &c.* Secr. *Eccleſiæ tuæ &c.* Poſtcomm. *Lætificet nos &c.* Quas quidem Miſſas coiviſſe, ac ſimul hodie legi in Miſſali Romano die 18. Januarii, S. Pauli etiam miſſa ſeu orationibus adjectis omnes norunt. Quæ magis, magiſque comprobant, Paulum IV. inſtituiſſe, non inſtauraſſe hoc feſtum, quod poſtea Succeſſores ad eam ſolemnitatem, quam noſtris oculis quotannis cernimus, evexerunt.

(*d*) Miſſale Mozarabum a Card. Ximenes editum an. 1500. *pag.* 288. habet: *In feſto Sanctæ Priſcæ Virginis, & Martyris. Omnia dicantur unius virginis.* Verſa autem pagina 312. menſis Februarii die 22. *In Cathedra S. Petri ad Miſſam Officium.* Benedicam te dicit Dominus &c. Quum autem in Miſſale iſtud S. Dominici, S. Franciſci, aliorumque feſta ſint inlata, eſt quid mirer, Hiſpanis etiam tribui feſtum Cathedræ die 18. Januarii.

(a) Hæc

ipſe Petrus Apoſtolus *Romæ primum ſedit* (*a*), noſtris temporibus celebrandam, ſeu potius antiquæ celebritati reſtituendam reſervaverit. Quamobrem conſiderantes, quod ſi in hac Urbe Cathedram Eccleſiæ Antiochenæ pie & ſolemniter veneramur, juſtum eſt etiam & conveniens, ut feſtivitatem Cathedræ, qua præfatus Apoſtolus *Romæ primum ſedit*, eo ſolemnius & magis pie celebremus, quo magis Urbs ipſa illi tenetur, & debet: non dedignantes etiam inferiores Eccleſias in hoc imitari (*b*), feſtivitatem Cathedræ qua idem beatus Petrus *Romæ primum ſedit* eadem die quintodecimo Kalendas Februarii, non ſolum in hac alma Urbe, verum etiam in univerſis Orbis Eccleſiis, etiam in quibus illa ad præſens celebratur, ſub duplici officio annis ſingulis, perpetuis futuris temporibus ſolemniter celebrari volumus, ſtatuimus, & mandamus, feſtivitati alterius Cathedræ, quæ dicta die octavo Kalendas Martii celebratur, nihil propter hoc detrahendo (*c*), ſed illam, juxta laudabilem hactenus ſuperinde obſervatam conſuetudinem, celebrari debere, decernendo. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis, ſtatuti, mandati, & decreti infringere &c. ſi quis autem &c.

Diſcrimen inter Cathedras Antioch. & Rom.

Utriuſque feſtum ſeorſim celebrandum ſtatuit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo, quinquageſimoſeptimo, octavo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Alphonſo Card. Carafæ Regenti Cameræ Apoſtolicæ demandat, ut Monitorio præmiſſo, excommunicet detentores Bonorum aliarumque rerum Baſilicæ, quas generaliter recenſet; eidemque Baſilicæ aſſerit.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 8. faſc. 270.

AN. CH. 1559. 13. *Maji.*

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio noſtro Alphonſo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Neapolitano, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Regenti (*d*), ſeu ejus Viceregenti, aut Locumtenenti; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Regens Cameræ Apoſt. officium novum.

Signi-

(*a*) Hæc verba quæ iterum, & tertio infra uſurpat, poſtea in Martyrologia ſunt relata: adeoque poſt Paulum IV. nulla dubitatio eſt, quin feſtum iſtud celebre eſſe cœperit. Conſule meam Diſſertat. nuper memoratam. Panvinius, qui florebat tum temporis, in vita Pauli IV. ait: *Diem feſtum Cathedræ S. Petri Apoſtoli, quando Romam primum venit, ad xv. Cal. Febr. qui antiquitus in Romana Eccleſia celebratur, jam exſolverat, reſtituit, Sacrorum Myſteriorum ſolemnia, quantum in ſe erat, augere cupiens.* Adeoque perſuaſum illi erat, die 18. Januarii Sanctum Petrum Romam veniſſe ut in Chronico affirmet: *S. Simon Petrus Bethſaidenſis Galilæus ſedit annos 24. Menſ. 5. dies 12.* At deleret opus erat Picturas vetuſtiſſimas Baſilicæ S. Pauli, Codiceſque omnes, & Catalogos, qui ſecum pugnaut.

(*b*) Eſt celebris S. Gregorii reſponſio ad Interrog. tertiam Auguſtini Anglor. Apoſtoli: (*Diſt. 12. c. novit*) & Concilior. Labb. *to. v. pag.* 1568. *ſive in Galliarum, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniſti, quod plus Omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicite eligas &c. non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca nobis amanda ſunt.* Cauones Conciliorum Provincialium, Localiumque aliorum quam multos amplexa eſt S. Sedes! Non igitur novum unius feſti ritum a Paulo IV. pertrahi ab Hiſpania & Gallia in univerſam Eccleſiam. Id plane novum declarari principium Romanæ Sedis auctoritate conſuetudinis Galliæ & Hiſpaniæ, quum Codices omnes & Catalogi ſecus doceant. Itaque feſtum Cathedræ Romanæ a Chriſti Vicario inſtitutum veneramur omnes, & perinde ac alia feſta quotannis celebramus. Non tamen idcirco ſententias, & documenta abjicimus, quæ Cathedræ Romanæ initium ſtatuunt die 25. Aprilis. Quin etiam gentes exteras unde in S. Sedem dimanavit hujuſmodi ritus, hortari non veremur, ut ſuam antiquitatem conſulant; quumque errorem ſuum certe detexerint; id nobiſcum ſtatuant, utriuſque feſtum Cathedræ Apoſtolica auctoritate nitens ſanctum eſſe, at neutrum, quo die celebratur, ullam hiſtoriæ opem ferre.

(*c*) In Conſtitutione fundameutali noſtri Ordinis Nicolaus III. feſtos dies recenſens (*to. 1. pag.* 586.) his verbis utitur *Cathedra S. Petri. Dominica Quinquageſimæ.* Ubi de Cathedra, quam dicimus Antiochenam eum loqui recte aduotavit noſter Philippus Dionyſius *not.* d. meamque ad Diſſertationem lectores remiſit. In Conſtitutionibus autem contractis *pag.* 57. ubi res eſt de diebus communibus per anni circulum ſemel legitur: *Cathedra S. Petri Romæ.* Iterumque: *Feſtum Cathedræ S. Petri.* Et in fine noſtri Ordinis Divini Officii *de diebus, in quibus Pontifex deſcendit ad Baſilicam,* recenſetur: *In primo Cathedra S. Petri ad Miſſam.* Iſto autem die fit Capella Papalis, celebratque aut ipſe Pontifex, aut unus ex Cardinalibus. Qui ſane honor antea debebatur Cathedræ 22. Febr. ut teſtatur Pamelius *c.* 23. *In Cathedra S. Petri nec ſermo, nec miſſa conſueverunt mandari. quia non ſunt ſecundum modernos: licet antiquitus conſuevit eſſe: Sed Dominus Urbanus Papa ſextus in primo anno, & in ſecundo anno* (1378. *& ſeq.*) *mandavit fieri. In primo fecit ſermonem Card. Gradenſis, in ſecundo fecit Card. Bonaventura de Padua Auguſtinenſis in Eccleſia S. Petri de Urbe, Urbano miſſam celebrante in S. Petro.* Ex Cæremoniali edito ab Archiepiſc. Corcyrenſi hujuſmodi argumenta non ſuppetunt. Nam *lib.* 3. *cap.* 12. nos monet conſuetudinis ſui temporis: quod nimirum miſſæ Pontificales *in quatuor, vel quinque, aut plures ſolennitates reſervantur. In Nativitate Domini; in Reſurrectione; in Pentecoſte; in Natalitiis Apoſtolorum Petri & Pauli, & in feſto omnium Sanctorum.* Sequenti autem capite teſtatur ſuis etiam-temporibus unam Cathedram agnoſci conſueviſſe: enumerans enim dies, quum Conſiſtorium non fiebat, poſt feſtum diem S. Agathæ 5. Febr. continuo ſubdit: *In Cathedra S. Petri.* Num poſt annos quadraginta, quum Paulus IV. hanc dabat Conſtitutionem, conſuetudo eadem Cæremonialis perſeveraret, ignoro. Illud certum ſcio, quod Feſto diei Cathedræ ab eodem Pontifice recens inſtituto 18. Januarii idem habetur honor, qui olim plurium ſpatio Seculorum eſt habitus feſto Cathedræ 22. Februarii. Quare illud ſuum *nihil propter hoc detrahendo* antiquæ Cathedræ, ſucceſſu caruit. Qui autem ſecus fieret? Nomina olim illa *Cathedra Romana* & *Antiochena* inſueta erant: nudumque illud *Cathedræ* agnoſcebatur. Ubi vero Paulus Romanam ab Antiochena disjunxit, jure Succeſſores primatum dederunt priori; majorique eam celebritate recoli voluerunt. Hactenus de Cathedra.

(*d*) Tria memoratu digna conſtituit Paulus anno 1558. ut referunt Acta Conſiſtor. apud Raynaldum (*num.* 24.) Primum ſanxit *die Lunæ 29. Novembr.* ut Auditor Cameræ Apoſtolicæ appellaretur Regens, qui e numero Cardinalium eſſet, quique adminiſtraret Auditoratum per perſonas ab ſe deputatas: talemque renunciavit Card. Alphonſum Antonii fratris ſui filium. Deinde eadem die Vicariatus Officium in Sacrum Collegium reduxit, primumque omnium Vicarium renunciavit Card. Rotarium. Poſtremo *die Martis 14. Decembris* declaravit Inquiſi-

torem

Querelæ Capituli contra detentores bonorum &c.

Significarunt nobis dilecti filii Capitulum & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii utriuſque ſexus diverſorum ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, etiam ex bonorum, & Eccleſiarum, ac Beneficiorum ad ipſam Baſilicam ſpectantium, ſeu eidem Baſilicæ ſubjectorum detentoribus, poſſeſſoribus, ac Caſalium, reddituum, & aliorum bonorum dictæ Baſilicæ cenſuariis, affictuariis, & aliis perſonis quos prorſus ignorant, cenſus, canones Eccleſiarum, & Beneficiorum, ad proprietatem, dominium, & collationem ipſorum ſignificantium quomodolibet pertinentium, ſeu ipſi Baſilicæ, & eiſdem ſignificantibus quomodolibet ſubjectorum, ac Caſalium, & aliorum bonorum ſtabilium, quorum proprietates dictæ Baſilicæ exiſtunt, per aliquot annos ſolvere non curando, ſeu negligendo, & bona, ac Eccleſias, & beneficia hujuſmodi abſque ipſorum ſignificantium collatione, vel literis detinendo, & in eis ſe intrudendo, ac inſtrumenta, Prothocolla, literas, ac privilegia, indulta, ac conceſſiones, donationes, elargitiones etiam a diverſis Romanis Pontificibus, & aliis emanata, & emanatas, ac ipſi Baſilicæ, & illius Eccleſiis, ac locis, aliiſque perſonis eidem Baſilicæ ſubjectis, conceſſas, & conceſſa, ac terminos, latera, ſive vera confinia cujuſcumque prædii ruſtici, vel urbani, domus, fundi, agri, ſeu poſſeſſionis ad proprietatem, & dominium præfatæ Baſilicæ, ſeu cujuſcumque Eccleſiæ illi quomodolibet ſubjectæ pertinentis, ac jura, juriſdictiones, legata, teſtamenta, codicillos, ultimas voluntates, emptionum, venditionum, & alios contractus, aliaſque ſcripturas publicas, & privatas, ac pecunias aliaque, res, & bona mobilia & immobilia cujuſvis generis, & qualitatis exiſtentia in executione, ſeu publicatione præſentium latius ſpecificanda, & nominanda ad proprietatem, & dominium dictæ Baſilicæ vel ad illam ac illi quomodolibet ſubjectas Eccleſias, & perſonas quovis donationis, vel relicti titulo, ſeu alio quovis modo ſpectantia, & pertinentia occultando, ac occupando, & alias indebite detinendo, & ipſis ſignificantibus tradere, & exhibere, ac veritatem deſuper ex auditu, aut certa ſcientia, vel alias quomodolibet ſcientes eiſdem ſignificantibus propalare, & revelare, ſeque examini ſubjicere non curando, quædam gravia communia damna pariter, & jacturas dictis ſignificantibus nequiter intulerunt, & ad id faciendum auxilium, conſilium, vel favorem doloſe præſtiterunt: necnon illa, ac decimas, fructus, redditus, proventus, terras, domos, poſſeſſiones, vineas, hortos, campos, prata, nemora ſilvas, arbores, arborum fructus, vini, bladi, olei, ordei, avenæ, ceræ, lini, lanæ, canapis, auri, argenti monetati, & non monetati quantitates, taſſeas, vaſa argentea, ænea, ſtanea, cuprea, ferrea, pannos lineos, laneos, ſericeos, veſtes, mantellos, tunicas, camiſeas, & nonnulla alia jocalia, lectos, culcitras, linteamina, & quæcumque alia domorum utenſilia; equos, jumenta, porcos, cæteraque animalia, libros, Prothocolla, inſtrumenta, teſtamenta, codicillos, donationes, contractus, quietantias, ſcripturas publicas, & privatas, ac nonnulla alia documenta, credita, & debita, legata, mutua, depoſita, jura, juriſdictiones, pecuniarum ſummas, aliaque res, & bona mobilia, & immobilia cujuſvis generis, & qualitatis ubilibet exiſtentia, & conſiſtentia, in executione, ſeu publicatione præſentium latius ſpecificanda, & nominanda ad dictam Baſilicam, & illi ſubjectas Eccleſias, loca, & beneficia, ac perſonas, necnon ipſos ſignificantes quomodolibet communiter ſpectantia, & pertinentia temere, & malitioſe occultare, & occulte detinere præſumpſerunt hactenus, & præſumunt in animarum ſuarum periculum, & ipſorum ſignificantium non modicum, ſed maximum detrimentum: ſuper quo ipſi ſignificantes Apoſtolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes, & ſingulos præmiſſorum occaſione damnorum illatores, auxiliique, conſilii, vel favoris præſtitores, ac decimarum, cenſuum, fructuum, terminorum, confinium, ſcripturarum, privilegiorum, literarum, pecuniarum, & aliorum jurium, rerum, & bonorum prædictorum etiam, ut præfertur, ſpecificandorum detentores, ſubtractores, occupatores, uſurpatores, defraudatores, veritatiſque ſuper præmiſſis celatores occultos, ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram populo, per te, vel alium, ſeu alios moneas, ut infra com-

Item contra uſurpatores & invaſores.

Et contra occultatores & occupatores

Occupata & occultata late enumerantur.

Pontifex demandat Regenti eorum recuperationem.

torem Majorem perpetuum Card. Alexandrinum (qui fuit poſtea S. Pius V.) decrevitque, ut ſemper ex eodem Sacro Collegio aſſumeretur. Idem Paulus auctor fuerat Tribunalis Inquiſitionis a Paulo III. inſtituti anno 1555. (Raynald. *n.* 21.) acerrimus enim hoſtis ſemper fuerat hæreticæ pravitatis. Magnum deinde habuit incrementum tertia hæc inſtitutio, poſtquam Sixtus V. primam ex quindecim Congregationibus ab ſe inſtitutis eſſe voluit. Vide Cohell. (*notit. Card. cap.* 15.) De altera Inſtitutione non eſt cur loquar. Urbis enim Vicarius nunquam eſſe deſiit Cardinalis, poſt inſtitutum prædictum Virgilium Card. Roſarium, qui hoc anno 1559. occubuit, habuitque Succeſſorem Hieronymum Card. Ruſticuccium. Secus eſt de Regente Cameræ Apoſtol. Novum quippe hunc Magiſtratum Pius IV. eodem hoc anno ſuccedens Paulo IV. extinxit, atque Auditorem inſtauravit. Quare Regentatus Cameræ, quem his literis primum audimus, vix anni unius, menſiumque aliquot ſpatio obtinuit.

(*a*) Ut

Monitorio nimirum præmiſſo competentem terminum, quem eis ad hoc duxeris præfigendum, ea dictis ſignificantibus a ſe debita reſtituant, & revelent, ac de eis plenam, & debitam ſatisfactionem impendant, &, ſi id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeris peremptorie præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferas, & eam facias ubi, quando, & quoties videris expedire, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter publicari. *Deinde excommunicationis lata ſententia.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, tertio Jdus Maji, Pontificatus noſtri anno quarto. (*a*)

Literæ executoriales præcedentis mandati.

Ex Autogr. Archivi Baſil. Vatic. capſ. 8. faſc. 270.

AN. CH. 1559. 2. Jun.

Alphonſus Caraſa miſeratione Divina S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Neapolitanus, S. R. E. Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Regens Judex, & Exequutor ad infraſcripta una cum quibuſdam aliis noſtris in hac parte collegis a dicta Sede ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis Electis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, Cuſtodibus tam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quam Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque in Urbe & ejus diſtrictu, ac alias ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, & fuerint præſentatæ ſalutem in Domino; immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ IV., ejuſque vera Bulla plumbea cum cordula canapis more Romanæ Curiæ impenden. bullatis; Sanas ſiquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ut in eis prima facie apparebat, Nobis pro parte Venerabilium, & egregiorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe principalium, præſentatas in eiſdem nominibus coram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentibus, nos cum ea, qua decet reverentia noveritis recepiſſe hujuſmodi ſub tenore: Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio noſtro Alphonſo &c. Significarunt nobis &c. *Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis & per nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte dilectorum Capituli, & Canonicorum debita cum inſtantia requiſiti, quatenus in exequutionem dictarum literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere dignaremur, juxta traditam, ſeu directam per eas a Sede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Alphonſus Cardinalis Judex, & exequutor præfatus attendentes, requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam: Volenteſque mandatum Apoſtolicum in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur; idcirco auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, & qua fungimur in hac parte, præfatas literas Apoſtolicas* & hunc noſtrum proceſſum, necnon mandata & monitiones, ac omnia & ſingula in eis contenta intimamus (*b*) *vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmiſſa in vos omnes & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet ferimus in his ſcriptis; ſi ea, quæ vobis in parte committimus, & mandamus, neglexeritis contumaciter adimplere, diſtricte præcipiendo mandamus quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium vobis*

Generalis & ſpecialis directio mandati.

Superiorum literarum Apoſtol. auctoritas.

Regens oratur a Capitulo, ut eas exequatur

Intimatio earumdem ſolemnis.

(*a*) Haſce Apoſtolicas literas tanti habuerunt majores noſtri; ut perpetuum grati animi monumentum in Sacrario Baſilicæ ſtatuam Pontifici erexerint cum hac inſcriptione in Tabula ænea.

MEMORIÆ ÆTERNÆ

PAULI IV. P. O. M.

Chriſtianæ legis Antiſtitis, Religionis
Vindicis, libertatis aſſertoris,
Sanctiſſimi, ac piiſſimi Principis,
Patris Patriæ Domini noſtri Clementiſſimi
Quod juſtiſſima ejus ſententia
Antiquatis Superiorum Principum
Decretis, Vaticanæ Baſilicæ
Veteris Patrimonii prædia,
Quæ temporum injuria
Injuſto imperio detinebantur
ſunt reſtituta.
Princeps ordo Canonicorum, omnibus
In Conſilio idem decernentibus
Decreto in tabulas relato,
Ac votis communiter ſuſceptis,
Communique ære collato
Ad augendam loci gratiam,
ſtatuam collocavit.
Quotannisque 10. Kal. Junii Chriſtiano
More eiuque Sacrificium
fieri cenſuit.
Eoque facto a Baſilicæ Vectigalium
Quæſtore, pecunia parata Baſilicanis,
Qui ſacris præſto fuerint
Pro Sacerdotii gradibus, viritim
dari conſtituit.

(*b*) Ut plena habeatur ſententia, ex aliis hujuſmodi literis editis *to.* 2. *pag.* 253. charactere rotundo ſupplevimus pauca hæc; linea quippe una hujus pergameneæ omnino periit: nec nobis divinandum in hujuſmodi Archetypis utut levis jactura, & facili negotio reparanda videatur.

(*a*) Motue

Tribus terminis ſex dierum ſpatium aſſignari mandat.

bis, ſeu alteri veſtrum pro parte ipſorum Capituli, & Canonicorum prædictorum principalium ſuper hoc fact. immediate ſequen. Ita tamen quod unus veſtrum alterum non expectet, nec unus pro alio, ſeu per alium ſe excuſet. Quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis, & ſingulis ſupradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, omnes, & ſingulos occultatores, detentores, uſurpatores cenſuum, fructuum, redditutum, proventuum, & aliorum bonorum in præinſertis literis Apoſtolicis deſignatorum ad dictos Capitulum, & Canonicos pertinentes, & ſpectantes auctoritate noſtra, immo verius Apoſtolica, palam, & publice in Eccleſiis, & locis, de quibus fueritis pro parte hæredum requiſiti, ubi, quando, & quoties expediens fuerit requiratur, & moneatur, quod nos etiam tenore præſentium requirimus, & monemus, pro ſecundo, tertio & peremptorio communiter, vel diviſim, eiſque nihilominus, & eorum cuilibet in ſolidum eiſdem auctoritate, & tenore præſentium requirimus, & monemus primo in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis infraſcriptis diſtricte præcipimus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium, poſt præſentationem, requiſitionem, ſeu notificationem hujuſmodi factam, & poſtquam præmiſſa ad eorum notitiam devenerint, immediate ſequen., quorum quindecim dierum pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus; omnia, & ſingula bona, & res in præmiſſis literis Apoſtolicis deſignat., ſpecificat. præfatis Capitulo, & Canonicis reſtituant, & occulta revelent, ut de ipſis plenariam, & debitam ſatisfactionem impendant.

Ipſe ſpatium longius 15. dierum aſſignat.

Quod ſi forte infra hujuſmodi quindecim dies omnia & ſingula, prout per nos mandatur, non adimpleverint, mandatiſque, & monitionibus noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis, non paruerint; tum præſertim in ipſos, & eorum quemlibet palam, & publice in Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis in loco (Eccleſiaſticis veſtris antedictis) excommunicatos publicandi, denuncietis, ac publicari & denunciari faciatis, prout etiam ex nunc prout ex tunc & e converſo, quindecim dierum canonica monitione præmiſſa, excommunicatos denuciamus, & denunciari, ſeu publicari volumus, & mandamus, etiam tamdiu donec, & quouſque ad ſatisfactionem condignam de præmiſſis eiſdem hæredibus devenerint, & beneficium abſolutionis ſuper hoc meruerint obtinere; abſolutionem vero omnium, & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias incurrerint, ſeu incurrerit, quoquomodo nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. Per proceſſum autem noſtrum hujuſmodi nolumus, nec intendimus, noſtris in aliquo præjudicare collegis, quominus ipſi, vel eorum alter, ſervato tamen hoc noſtro proceſſu, in hujuſmodi negotio procedere voluerint, prout eis, & eorum alteri viſum fuerit expedire: præfatas literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum hujuſmodi, ut omnia, & ſingula hujuſmodi negotium tangentia penes dictos Dominos Capitulum, & Canonicos principales remanere, & non per vos, aut aliquem veſtrum, ſeu quemcumque alium ipſis invitis & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri; contrarium vero facien. præfatis noſtris ſententiis, prout per nos latæ fuerunt, dicta canonica monitione præmiſſa, ipſo facto volumus ſubjacere. Mandamus harum copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus petentium quidem ſumptibus, & expenſis. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ſeu præſens publicum Inſtrumentum Proceſſum noſtrum hujuſmodi in ſe continens exinde fieri, & per Notarium publicum Archivii Romanæ Curiæ Scriptorem infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus, ſigilloque dicti Archivii juſſimus, & fecimus appenſione communiri.

Quibus elapſis ſententiam excommunic. proferre eos jubet.

Ipſi Regenti, aut Pontifici reſervata.

Mandat exemplum dari omnibus petentibus præcipit.

Datum Romæ in Ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono Indictione ſecunda, die vero prima menſis Junii, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ IV. anno quinto, præſentibus ibidem Dominis Didaco de Avila, & Claudio Corſelluto dicti Archivii Scriptoribus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Joannes Barginus Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domini Eccleſiæ Cameræ Apoſtolicæ Regentis Notarius ſubſcripſi.

Con-

Conſtitutiones Sixti IV. & Clementis VII. de bonis Baſilicæ non locandis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis eorumque affinibus, & conſanguineis innovat, & confirmat.

Ex Autogr. in Arch. Baſil. Vat. capſ. 5. faſc. 11. Item lib. B. pag. 184. & lib. I. pag. 107.

AN. CH. 1559. 12. *Aug.*

Baſilica Vatic. appellatur propria Pontificis.

MOtu proprio. Licet alias felicis recordationis Sixtus Papa IV. (*a*) Prædeceſſor noſter volens regimen noſtræ, tunc ſuæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe reformare, inter alia omnes, & ſingulas locationes, & conceſſiones, de pratis, tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis, capannis, hortis, domibus, non pro propria habitatione receptis, habitis, & retentis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, & de quibuſcumque aliis bonis, & rebus ad dictam Eccleſiam ſpectantibus quibuſvis Canonicis, ac Beneficiatis, & Clericis, quomodocumque, qualitercumque, & quandocumque, aut eorum conſanguineis in ſecundo gradu, familiaribus, ſeu ſervitoribus factas ex certa ſua ſcientia revocaverit, irritaverit, & annullaverit, mandans omnibus, & ſingulis illas, ſeu illa tenentibus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrerent, & diſtributionum quotidianarum perditionem, quas Camerarius ejuſdem Baſilicæ pro tempore, & tunc exiſtens, ſub eadem pœna deberet inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos hujuſmodi ſuis mandatis parentes diſtribuere, ac ducentorum Ducatorum auri, pro una Cameræ Apoſtolicæ, & pro alia medietatibus Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ, ſi contrafacerent, applicandorum, quatenus infra certum tunc expreſſum terminum deberent hujuſmodi, prata, tabernas, hoſpitia, nemora, ſilvas, capannas, hortos, vineas, domos, & alia bona expeditas, & vacuas, ſeu expedita, & vacua dimiſiſſe, ſeu relaxaſſe ſub diſpoſitione Capituli dictæ Baſilicæ, ſeu officialium ejuſdem, qui eaſdem, ſeu eadem utiliori modo locare tenerentur: qui vero ex dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis domos præfatas pro habitatione, ſeu reſidentia habebant, ſi tamen dictam locationem perſolvebant, & de ſex menſibus in ſex menſes in principio, quod ſi non facerent ſub eiſdem tamen pœnis ſimiliter eas dimitterent; impoſterum vero hujuſmodi locationes dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, aut familiaribus eorum fieri omnino inhibuerit ſub eiſdem pœnis, quas, tam locantes, quam conſentientes ipſo facto incurrerent, illaſque ex tunc, ſi fieri contingeret, irritas, & inanes eſſe voluerit. Et ſucceſſive piæ memoriæ Clemens Papa ſeptimus (*b*) etiam Prædeceſſor noſter revocationes, annullationes, & irritationes prædictas, Motu, & ſcientia ſimilibus innovaverit, ac omnes, & ſingulas locationes, & quocumque nomine cenſerentur conceſſiones de pratis, tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis, capannis, hortis, vineis, Caſalibus, & domibus, præterquam pro propria habitatione receptis, ac aliis quibuſcumque bonis ad dictam Baſilicam quomodolibet pertinentibus, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Baſilicæ hujuſmodi, aut eorum conſanguineis, & affinibus conjunctim, vel diviſim in ſecundo gradu, ſive familiaribus qualitercumque, & quomodocumque, ac quocumque tempore, in perpetuum vel ad tempus eatenus factas etiam revocaverit, caſſaverit, irritaverit, & annullaverit, ac ſimiles locationes de cætero fieri ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, & ſatisfactione prævia, illas facientes abſolvi non poſſent, ac infamiæ juris & facti, necnon quingentorum Ducatorum pro una Cameræ, & pro alia medietatibus Sacriſtiæ prædictis ipſo facto applicandis, etiam a conſentientibus, & votum præſtantibus, quotiens contrafacerent, incurrendis pœnis diſtrictius inhibuerit: ac voluerit, quod deinceps nulla locatio dictarum rerum cuique fieri poſſet, niſi in pleno Capitulo ejuſdem Baſilicæ, & quod tale Capitulum per unum diem ante cuilibet Canonico per Campanarium, vel alium ad id deputatum, intimari deberet, & expreſſa cauſa videlicet pro locatione talis rei, alias locationes faciendæ nullius eſſent roboris, vel momenti. Quodque locationes faciendæ ad tempus ultra triennium nullam obtinerent firmitatem, niſi illæ per idoneos teſtes in evidentem dictæ Baſilicæ utilitatem cedere coram Vicario dictæ Baſilicæ pro tempore legitime probatæ, & per eumdem Vicarium approbatæ forent, & forſan, tam Sixtus, quam Clemens Prædeceſſores

Sixti IV conſtitutio de hujuſm. locationib. & pœnis.

Canonici &c. non ſolventes locationem iiſdem pœnis ſubjacent.

Conſtitutio Clem. VII. de eadem re.

Gravioribus propoſitis pœnis

Ratio locandi in poſterum.

(*a*) Motus proprius Sixti IV. hic laudatus extat *to.* 2. *pag.* 229. Eſt autem cur mirer, Clementis etiam VII. ſimilem Motum proprium infra recenſeri, nulla prorſus mentione facta literarum ejuſdem generis, quas dedit Paulus III. anno 1541. quæ extant ſuperioris voluminis *pag.* 426. & quas haud ignorabat Julius III. ut conſtat ex ejus literis ſupra allatis *pag.* 23.

(*b*) Motus proprius Clementis VII. extat *to.* 2. *pag.* 380.

(*a*) Tam

deceſſores prædicti alias, & alia voluerint, mandaverint, & ordinaverint, prout in ſupplicationibus, ſeu ſcripturis eorum manu propria, & Motu proprio ſignatis, ac in libro Conſtitutionum (*a*) dictæ Baſilicæ regiſtratis, & deſcriptis plenius continetur. Nihilominus cum nihil tam provide geſtum, & ordinatum fuerit, quin tractu temporis malitia hominum, & facilitate Principum alteretur, ut ordinationes, & mandata Prædeceſſorum hujuſmodi eo firmius obſerventur, quo etiam noſtro fuerint munimine fulcita, eorumdem Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo omnes, & ſingulas revocationes, caſſationes, irritationes, & annullationes prædictas ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine innovamus: ac omnes, & ſingulas locationes, & conceſſiones de pratis, tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis, capannis, hortis, vineis, Caſalibus, domibus præterquam pro propria habitatione receptis, ac aliis quibuſcumque bonis ad eamdem Baſilicam quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus ejuſdem Baſilicæ Canonicis, etiam quacumque alia dignitate fulgentibus, Beneficiatis, & Clericis, aut eorum conſanguineis, & affinibus conjunctim, vel diviſim in ſecundo gradu, ſive familiaribus, ſeu eorum intuitu, aut ipſis procurantibus, ſeu ſe deſuper intromittentibus, vel interponentibus aliis quibuſcumque perſonis, etiam in confidentiam, aut ad ipſorum inſtantiam, vel alias qualitercumque, quomodocumque, & quocumque tempore in perpetuum, vel ad tempus hactenus factas, ac quoſcumque contractus deſuper ſub quacumque forma, & verborum expreſſionibus habitos, & celebratos, etiamſi juramento firmati, & quantumvis longa temporis præſcriptione, vel etiam auctoritate Apoſtolica robur ſumpſiſſe dici poſſint. Quorum omnium, ac veriores ordinationum, & mandatorum Prædeceſſorum prædictorum tenores, & formas, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis haberi, ſeu de verbo ad verbum exprimi, & inſeri poſſe volumus: Motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus auctoritate Apoſtolica reſcindimus, annullamus, caſſamus, & irritamus, ac viribus vacuamus, aliaſque, & inde ſecuta quæcumque irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, nec per illas jus aliquod alicui acquiſitum cenſeri, ac pro reſciſſis, irritis, caſſatis, & annullatis, ac nullis, & penitus infectis haberi, ipſoſque Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ac alios quoſcumque eorum detentores, ſeu poſſeſſores, cujuſcumque dignitatis, auctoritatis, & præeminentiæ fuerint, ad illa dictæ Baſilicæ, ejuſque Camerariis, ac Miniſtris abſque aliqua mora, aut juris, vel facti exceptione, aut replicatione, vel noſtræ hujus voluntatis dilatione, vel impedimento relaxandum, & vacua, & expedita dimittendum, & conſignandum teneri; & inſuper per nos intellecto, quod multæ perſonæ ex Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Baſilicæ hujuſmodi ſuorum ſalutis, & honoris immemores cæca cupiditate ducti diverſis mediis, & viis illicitis, ne perſonæ extraneæ hujuſmodi Caſalia, domos, & alia bona prædicta conducant, ſecrete impedire, aut ſaltem, ut illa vili pretio illis dentur, ad hoc ut poſtmodum ad ſuas, & ſociorum, ſeu complicum manus devenire poſſint procurare, & ad id perſonas interponere in animæ ſuæ periculum quotidie ſtudere non verentur; ſub pœnis prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero locationes præfatæ cæteris extraneis perſonis faciendæ, nonniſi in eodem Capitulo, ac modo, & forma præmiſſis, & non per voces, ſed per ſabas albas, & nigras, & alias, ut juris eſt, & eſſe debet, licet fortaſſe moris non ſit, nec ipſis Canonicis, aut Beneficiatis, vel conjunctis perſonis, vel amicis, nullo etiam prædicto modo fieri poſſint, ſeu fieri debeant, alias locationes ipſæ nullius ſint roboris, vel momenti, nullumque jus alicui tribuant, ac quod de illis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis prædictis faciendis ſermo in dicto Capitulo aliquo modo nullatenus haberi poſſit, quodque de hujuſmodi locationibus aliis perſonis faciendis, nonniſi Canonici prædicti ſe intromittere poſſint, alii vero, qui ſe de illis quoquomodo intromiſerint, ac ii, qui id propoſuerint, aut ſermonem habuerint de dictis locationibus prædictis Canonicis, & Beneficiatis, ac Clericis faciendis; necnon qui illas perſonis extraneis, mediis, & viis illicitis prædictis fieri procuraverint, eo ipſo ſententiam excommunicationis majoris, a qua nonniſi a nobis, ſeu a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo prævia reſtitutione, vel alia competenti ſatis-

Prædictas Conſtitutiones confirmandas putat.

Earum exemplo irritas ... abſque declarat locationes &c.

Eaſque omnes reſcindit.

Relaxari eaſdem jubet Camerariis, ac Miniſtris.

Doli aliqui deteguntur impedientium locationes extraneis fieri.

Excomm. eis interminatur reſervatam Romano Pontifice.

(*a*) Tam Sixtus IV. quam Clement VII. ſuas literas hac de re in librum Conſtitutionum referri juſſerant. Hinc autem luculenter diſcimus, eſſe factum. Non parvæ molis eum librum fuiſſe deprehendimus ex Conſtitutionum numero, quas hucuſque edidimus ad Canonicos, Beneficiatos, & Clericos pertinentes. Is tamen non extat; & qui Conſtitutionum nomine fuit evulgatus an: 1656. melius inſcriberetur *Nonnulla ex Conſtitutionibus &c.* quippe quarum ſex, aut ſeptem ſolat continet. Uberior eſt alius; quo capita Conſtitutionum continentur, & qui Pauli V. juſſu editus quotannis ab uno ex Capellanis legitur clara voce poſt ſecundas veſperas commemorationis S. Pauli die 25. Jan. coram tribus ordinibus Cleri Vaticani.

(*a*) Præ

Digitized by Google

ſatisfactione abſolvi poſſint, incurrant, ac illa innodati ſint, & eſſe cenſeantur, ac pœna quingentorum Ducatorum auri de Camera (*a*) Sacrario dictæ Baſilicæ irremiſſibiliter applicandorum plectantur; mandantes dilecto filio Alexandro S. Lanrentii in Damaſo Card. de Farneſio nuncup., S. R. E. Vicecancellario, ipſius Baſilicæ Archipresbytero, ſeu ejus in eadem Baſilica Vicario (*b*), ac omnibus, & ſingulis aliis, ad quos pertinet, & in futurum pertinebit, ut ipſi innovationi, reſciſſioni, revocationi, caſſationi, irritationi, & annullationi, ſtatuto, & ordinationi noſtris præfatis inhærentes, ad illorum, necnon omnium, & ſingulorum, tam in Motibus propriis dictorum Prædeceſſorum, quam noſtro contentarum pœnarum executionem, omni appellatione remota, etiam manu regia extrajudicialiter ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſed ſola veritate facti inſpecta, auctoritate noſtra procedat, ſeu procedant, & præmiſſa omnia ſub eiſdem pœnis inviolabiliter obſervari faciat, ſeu faciant cum effectu. Non obſtan. ſi opus ſit de non tollendo jure quæſito, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ, etiam juramento &c. roboratis ſtatutis &c., necnon privilegiis, indultis, derogationibus dictarum ſupplicationum a Sixto, & Clemente emanatarum, & a Nobis innovatarum, & literis Apoſtolicis illi, & prædictis Capitulo, necnon & dictis Conductoribus, & ſingularibus perſonis quibuſcumque ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque clauſulis, etiam talibus quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in eis contentis derogari poſſit, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis &c. quibus omnibus illorum tenores &c. hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volentes prætcrea, & expreſſe mandantes præſentes, quarum ſolam noſtram ſignaturam quoad omnia, & ſingula præmiſſa ſufficere, & ubique in judicio, & extra fidem facere, & juxta illarum tenorem judicari debere abſque aliqua literarum deſuper expeditione, quacumque regula, ſeu conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante, ſeu literas deſuper ſub quacumque data per eumdem Alexandrum Cardinalem, ſeu Vicarium pro tempore eligenda, etiam per Breve noſtrum expediri poſſe, ac illarum tanſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici munitis eamdem prorſus fidem ubique adhibendam fore, & adhiberi debere, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſeu literis deſuper pro tempore confectis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, ac irritum &c. Volumus, atque decernimus ad perpetuam rei memoriam inter conſtitutiones dictæ Baſilicæ deſcribi, & regiſtrari ac notari ad finem, ut quicumque Canonici, & cæteri cujuſcumque ordinis viri de novo ingredientes, & generaliter jurantes de obſervandis conſtitutionibus Baſilicæ ad hujus etiam conſtitutionis &c. obſervationem ejuſdem juramenti virtute aſtricti eſſe cenſeantur. (*c*)

Fiat Motu proprio J.

Præterea pœnam pecuniariam Sacriſtiæ applicandam.

Irremiſſibiliter obſervandum.

Privilegiis quibuſcumque derogat.

Auctoritas præſentium literarum.

Quas in fine Conſtitutionum adjungi præcipit.

Sub pœna excommunicationis Rom. Pontifici reſervatæ pro abſolutione, prohibet Archipresbyterum, Capitulum, ac quemvis alium commodare Paramenta, & Ornamenta Sacriſtiæ Baſilicæ Vatic., exceptis vaſis aureis & argenteis, cuiquam, præter quam Vicario, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis etiam extra Baſilicam (*d*).

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 8. faſc. 270.

AN. CH. incerto.

CUm, ſicut accepimus, Baſilica noſtra Principis Apoſtolorum de Urbe ob varia, & diverſa divina officia, quæ inibi quotidie peraguntur, pluribus, & diverſis paramentis, & ornamentis non modici ſumptus, ad divini cultus uſum indigeat, multique Prælati, & aliæ diverſæ perſonæ in eadem Urbe commorantes, Pluvialia,

Conſuetudo invaluerat commodandi ſacra indumenta.

(*a*) Præ aliis multis, quæ hic ſeverioris ingenii Pontifex adjunxit ad conſtituta per Sixtum & Clementem, hoc bene vertit Sacriſtiæ, male autem Cameræ; quæ medietatis tam ducentorum Sixti, quam quingentorum aureorum Clementis erat particeps. Paulus vero ſummam integram Sacriſtiæ applicandam ſancit.

(*b*) Federicus Fantutius Gaſparis filius nobilis Bononienſis: de quo infra.

(*c*) Quum hujuſmodi literis nulla utplurimum apponatur nota temporis; ne hic Motus proprius in incerto vagetur, illi eam præfigere oportuit, quæ exhibitionem præſefert factam Vicario, & Capitulo die 12. Auguſti Indict. 2. Pontif. anno 5. qui Characteres ſunt an. 1559. Exhibitio, quam ſequuta eſt admiſſio, dicitur facta *Epiſcopo Cariatenſi alias Fantucchio Vicario Generali Baſilicæ, & Capitulo*. Is ſcilicet Epiſcopus erat Federicus Fantutius nobilis Bononienſis, qui Geruntiæ & Cariati mediterranearum Citerioris Calabriæ urbium unitarum creatus erat Epiſcopus a Paulo IV. an. 1556. die quinta Julii ut tradit Ughellus (*to.* 8. *pag.* 503.) Sed ad ſuam Sedem pene incolis vacuam num-

vialia, Planetas, Tunicellas, aliaque dictæ Baſilicæ indumenta, paramenta, & ornamenta, tam pro Proceſſionibus, & Capellis Papalibus, quam aliis divinis Officiis, Eccleſiaſticiſque Cæremoniis, tam coram Perſona noſtra, quam etiam alibi celebrandis, & peragendis a dictæ Baſilicæ Canonicis, eorumque Miniſtris, ſæpiſſime in non modicum ejuſdem Baſilicæ detrimentum, & præjudicium, mutuo accipere conſueverint, ac propterea dicta paramenta, & ornamenta, in magnam dictæ Baſilicæ jacturam, in dies dilapidentur, & conſumantur; Nos, ejuſdem Baſilicæ, illiuſque Canonicorum, & Capituli indemnitati providere cupientes, Motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia; dilectis Filiis Alexandro Diacono Cardinali de Farneſio S. R. E. Vicecancellario, dictæ Baſilicæ Archipresbytero, ejuſque pro tempore Succeſſoribus, necnon Canonicis, & Capitulo, ac Sacriſtis, aliiſque Miniſtris, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus, diſtrictius inhibentes, ut de cætero, aliqua dictæ Baſilicæ cujuſcumque generis, & qualitatis paramenta, & indumenta (vaſis argentis, & aureis, quæ conteri, aut conſumi non poſſunt dumtaxat exceptis) quibuſcumque Prælatis, etiam noſtris Domeſticis aliiſque Perſonis cujuſcumque gradus, & conditionis, etiam ſi ſint S. R. E. Cardinales præterquam ejuſdem Baſilicæ Vicario, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, pro uſu perſonarum ſuarum tantum, etiam extra dictam Baſilicam, & præterquam pro uſu Eccleſiarum dictæ Baſilicæ ſubjectarum accommodare, ſeu mutuare quocumque modo, aut quovis quæſito vel ficto, vel non ficto colore audeant, vel præſumant. Quorum contrafacientium abſolutionem nobis, & Succeſſoribus noſtris Romm. Pontiff. dumtaxat reſervamus, præſentiſque noſtri Motus proprii ſolam ſignaturam, quæ in Archivio dictæ Baſilicæ regiſtrari abſque alia regiſtratura, regula quacumque contraria non obſtan. ſufficere, & illi fidem adhiberi volumus.

Non parvo cum detrimento Baſilicæ.

Id vetat fieri in poſterum ſub gravi pœna.

Ne ipſis quidem Card. exceptis.

Placet & ita Motu proprio mandamus. J.

PIUS IV.

Paulo IV. e vivis ſublato anno 1559. dici 18. Auguſti hora 21. Apoſtolica Sedes ſolito diutius vacavit (*a*). Ipſa nocte præcedente Nativitatem D. N. J. C. poſt menſes quatuor, ac dies ſeptem communi omnium Patrum conſenſu eligitur Joannes Angelus Medices Mediolanenſis (*b*) qui Pius IV. appellari voluit (*c*). Coronatus in Epiphania Domini, ſedit annos quinque, menſes undecim, dies quindecim. Die 9. Decembris anno 1565. occubuit mortem annos natus 66.

Corpus S. Bartholomæi Apoſtoli, aliaſque Sanctorum Reliquias in Vaticanam Baſilicam ſub Paulo IV. ob Tyberis inundationem tranſlatas, Eccleſiæ S. Bartholomæi in Inſula Tyberina reſtituendas decernit.

Ex Autogr. in Arch. Baſil. capſ. 5. faſc. 11.

AN. CH. 1560. *Menſe Julii.*

Motu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, de anno 1557. Eccleſia S. Bartholomæi in Inſula de Urbe vi fluminis, quod de illo anno fere univerſam Urbem Romam inundavit (*d*), notabilem ruinam tam ipſius Eccleſiæ, quam Monaſterii paſſa fuerit, adeo ut Fratres dictæ Eccleſiæ ab inde recedere coacti fuerint, & Eccleſia

Multa ex Tyberis inundatione damna.

quam videtur migraſſe: Nam Baſilicæ noſtræ Vicarii munere fungebatur an. 1559. ut conſtat ex his literis, & 1561. ſupremum diem obiit.

(*d*) Has literas omni prorſus charactere temporis carentes huc rejecimus: quippe quarum ætas parum neceſſaria eſt. Eædem vero teſtes ſunt locupletiſſimæ eximiæ ſupellectilis Sacrarii per illa etiam tempora.

(*a*) Panvinius Comitiis aderat, ut ipſe fatetur, *ſingula*, ajens, *quæ gerebantur contemplatus, cuncta oculis & auribus haud ſegniter perluſtravi*. Idem vero diuturnitatem comitiorum ſolito majorem & fatetur, & in diſcordiam Patrum rejicit. Alias cauſas videſis apud Raynald. (*an. 1559. num. 35. & ſeqq.*) Seditiones Pop. Rom. & ipſæ Comitiorum initia diſtulerunt: pactiones autem ſaluberrimæ, quæ apud eumdem Raynaldum leguntur, & ad quas ſacramento ſe obſtrinxerunt Cardinales, præcipua fuerunt cauſa tantæ moræ.

(*b*) Medicea ex nobiliſſima familia Florentina, cujus pars civilibus turbis profuga Mediolani conſtiterat. Verum ante Pontificatum extincto Joanne Jacobo Marchione Meleniani fratre ejus gloria militari clariſſimo, Medicea Mediolanenſis familia finem habuit in hoc Pontifice: cujus immortalis gloria eſt Sanctum Carolum Borromæum ex Margarita ſorore nepotem habuiſſe; & Concilium Tridentinum abſolviſſe.

(*c*) Farneſiis & ipſe erat addictus ut Paulus IV. Sacro enim Collegio adſcriptus fuerat a Paulo III. an. 1549. & Alexandro Farneſio una cum Carafis, Sfortia, & Guiſio agentibus ad ſummum Apoſtolatus faſtigium pervenit. Nihilominus ut conceptam ſuæ pietatis, & manſuetudinis opinionem confirmaret, Pii nomen ſibi aſcivit.

(*d*) Tanta quidem fuit ſubita hæc Tyberis inundatio, ut ne dum jacentia ac plana Urbis loca, ſed ſecura etiam impleverit. Ad ipſas S. Marcelli ac S. Marci plateas aquarum auctæ per-

Digitized by Google

Reliquias SS. ab Eccleſia Sancti Bartholomæi in Baſilicam Vaticanam tranſlatas,

Eccleſia, diruptis parietibus, undique aperta claudi non poterat; Et propterea fel. rec. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter, ne Reliquiæ Sanctorum, quæ in eadem Eccleſia erant, & venerabantur, ſine ſolita Eccleſiæ clauſura, & Fratrum cuſtodia inibi tunc remanerent, illas ad Baſilicam S. Petri de Urbe transferri fecit, & inibi in cuſtodiam dilectorum filiorum Canonicorum, & Capituli dictæ Baſilicæ per inventarium conſignatæ fuerunt, prout in publico Inſtrumento deſuper, ut dicitur, confecto contineri dicitur (*a*). Cumque poſtmodum Fratres præfati ex plurium fidelium eleemoſynis dictam Eccleſiam clauſerint, & inibi hodie conventualiter reſideant, dignum cenſentes quod Reliquiæ præfatæ eidem Eccleſiæ, in qua ab antiquiſſimo tempore a Chriſtifidelibus veneratæ fuerunt, reſtituantur, dictam Eccleſiam per dilectum filium Jacobum Cardinalem de Sabellis Vicarium noſtrum ad iſtum effectum viſitari fecimus, qui locum ubi dictæ Reliquiæ reſtitui, & cuſtodiri debeant in eadem Eccleſia deſignavit (*b*); Motu ſimili, & ex certa ſcientia eiſdem dilectis filiis Canonicis, & Capitulo dictæ Baſilicæ S. Petri per præſentes committimus, & mandamus, ut quotieſcumque pro parte dictorum Fratrum fuerint requiſiti, eaſdem Reliquias eis, ut præfertur, in cuſtodiam ſcilicet conſignatas, eiſdem Fratribus, & Conventui, ad Eccleſiam S. Bartholomæi proceſſionaliter, ut moris eſt, deferendas reſtituant, & conſignent. Decernentes, quod præſentium ſola ſignatura abſque alia regiſtratione, & data ſufficiat. Contrariis non obſtan. quibuſcumque (*c*).

Pontifex reſtituendas decernit.

Fiat motu proprio J.

Confirmat unionem certæ domus factam Sacriſtiæ ab Aurelio de Turre, ad quem ſpectabat, tanquam Beneficiatum pro penſione annua Scutorum 18. ſibi & ſuis Succeſſoribus in Beneficiatu duobus terminis perſolvenda.

Ex Autogr. Archivi Baſil. Vatic. capſ. 3. faſc. 258.

AN. CH. 1561. 10. *Jun.*

Domus Beneficiatui adſcripta

Beatiſſime Pater. Alias devotis S. V. Oratoribus Capitulo, & Canonicis Baſilicæ S. Petri de Urbe capitulariter congregatis, devotus veſter Aurelius de Turre (*d*) perpetuus Beneficiatus in Baſilica prædicta quamdam domum retro Chorum & prope Cameras, ſeu Stantias Sacriſtanorum ejuſdem Baſilicæ ſitam, & poſitam, ad eum ratione Beneficii Beneficiati nuncupati, quod in dicta Baſilica obtinet, tunc ſpectantem cum omnibus ejuſdem domus membris, & juribus Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ perpetuo univit, & incorporavit. Necnon dicti Oratores eidem Aurelio, &, ſi ipſe Beneficiatum hujuſmodi reſignaret, ejus immediato Succeſſori tantum, quamdiu Beneficiatum hujuſmodi obtinerent, loco penſionis, ſeu affictus, ſcuta decem, & octo monetæ, ad rationem decem Juliorum pro quolibet ſcuto annis ſingulis, duobus terminis, anticipata ſolutione more Romano, perſolvere promiſerunt. (*e*

Unitur Sacriſtiæ pro penſione annua 18. Scutor.

Reſervato

perveni t, referente Joanne Palatio *in vit. Pauli IV.*; hinc, ut Platinæ Continuator affirmat, per quaſcumque Urbis vias naviculæ ducebantur. Hoc Tyberis incrementum ſub Paulo IV. eo majus habitum eſt, quod an. 1530. Clementis VII. ætate contigiſſe fertur. Nec abludit præſens Pianum diploma, quod *Urbem fere univerſam* aquis obrutam commemorat. Nil mirum igitur, ſi in Eccleſiam S. Bartholomæi in Inſula Tyberina, ubi ex objecta Inſulæ mole fluminis impetus majori niſu contendit, tot damna fuerint illata. Horum ſeriem exhibet P. Caſimirus Ordinis Minorum in accurato Opere nuper edito an. 1744. cui titulus: *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e de i Conventi de' Frati Minori della Provincia Romana.* Diſſoluti Eccleſiæ parietes; fons Baptiſmatis dejectus, imo deperditus; Ara major everſa; Templi facies ſolo æquata. Fratribus abire coactis, Sanctorum Reliquiæ, quæ in Eccleſia ſervabantur, in Baſilicam noſtram tamquam in digniorem tutioremque locum tranſlatæ ſunt, ubi triennii ſpatio permanſerunt.

(*a*) Hocce Inſtrumentum una cum Sacrarum Reliquiarum indiculo, ut teſtatur Notarius Tegeronus infra nominandus, ſcripſit Stephanus Reiniſius Magiſtrorum Viarum Notarius, cujus acta in Archivo Capitolino ſervantur. Debuerat quidem Tegeronus indiculum illum, ſive Inventarium, ut ajunt, integrum attexere Inſtrumento, quod tunc edidit, quum a Capitulo S. Petri Sanctorum Reliquiæ redditæ ſunt, in propriam Eccleſiam deportandæ; id tamen omiſit, fortaſſe ex oblivione, quum in ipſo Inſtrumenti contextu polliceatur ſe Inventarium illud ad Inſtrumenti calcem exhibiturum. Ut ut vero ſit, nemo in dubium revocare poterit, quin eædem Reliquiæ, quæ Capituli Vaticani cuſtodiæ fuerant concreditæ, Fratribus memoratæ S. Bartholomæi Eccleſiæ redditæ fuerint.

(*b*) Hæc verba innuunt Sanctorum Reliquias in altiorem tutioremque locum fuiſſe tranſlatas, ne forte in poſterum ab exundante flumine facile impeterentur. Id vero de S. Bartholomæi corpore cum primis intelligendum. Quum enim ſub Templi pavimento in imo Confeſſionis loco pridem aſſervaretur medium inter duas columnas, quæ vel hodie ſuperſunt; veriſimile admodum eſt illud aut ſub oovo Altari, aut etiam in alia nobiliori Templi parte fuiſſe collocatum.

(*c*) Harum literarum epocham alioqui incertam, figimus menſe Julio 1560., quod die 27. ejuſdem menſis & anni, ut ex Tegeronis Inſtrumento liqoet, Sacrarum Reliquiarum reſtitutio facta dicatur. Quippe credere par eſt, Pontificium Diploma, inſtantibus Ordinis Minorum Fratribus editum, eiſdem impellentibus, quamprimum exequutioni fuiſſe mandatum.

(*d*) In libro Deſcendentiæ Canonicorum &c. habemus *pag. 326. Die 30. Maji* 1517. *Aurelius de Turre accepit poſſeſſionem Beneficiatus per reſignationem Evangeliſtæ de Signorinis. Obiit die 20. Januar.* 1568. Igitur anno quinto & quadrageſimo inſerviebat Baſilicæ; nomenque jubilationis inauditum.

(*e*) Conſuetudo adhuc obtinebat tam Canonicis, quam Beneficiatis Domicilia, aut etiam integras domos, præter emolumenta ex reditibus provenientia aſſignandi.

Reſervato tamen in præmiſſis S. V. beneplacito per dictos Oratores impetrando, & aliis prout in Inſtrumento deſuper confecto,

Capitulum petit confirmationem Apoſtol.

cujus tenorem &c. plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dicti Oratores cupiant præmiſſa pro illorum ſubſiſtentia firmiori S. V., & Sedis Apoſtolicæ patrocinio, & munimine roborari, ſupplicant igitur humiliter S. V. iidem Oratores, quatenus ejuſdem Sacriſtiæ utilitati, & commoditati in præmiſſis opportune providen. ipſoſque Oratores ſpecialis gratiæ favore proſequen. unionem, incorporationem, & promiſſionem prædict. necnon prout illas concernunt omnia, & ſingula in Inſtrumento deſuper confecto prædict. contenta, & inde ſequuta quæcumque confirmare, & approbare, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicere; Omneſque, & ſingulos tam juris,

Cum ſolennibus clauſulis conſuetis.

quam facti, & ſolennitatum, etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplere, ac illa perpetuo valida & efficacia fore, & eſſe, ipſoſque Oratores, ac Aurelium, & immediatum prædictum, alioſque ejus in eodem Beneficiato Succeſſores ad illorum obſervationem teneri, & ad id cogi debere; ac Capitulum, & Canonicos prædict. deſuper ullo unquam tempore moleſtari non poſſe, neque etiam debere. Et ita per quoſcumque Judices vel etiam Cauſarum veſtri Sacri Palatii Apoſtolici Auditores &c. ſublata &c. judicandum fore, ac irritum &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,

Et cum derogatione Conſtit. contrariis.

etiam ſi opus fuerit fel. rec. Pauli PP. II. & III. S. V. Prædeceſſorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque alienandi prohibitionibus, necnon ſtatutis &c. etiam juramento &c. roboratis; privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet contrariis conceſſis & innovatis. Quibus omnibus tenores &c. pro expreſſis haberi, latiſſime derogare placeat, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis. Fiat ut petitur J.

Summa capitum pro expeditione

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod dictorum Oratorum obſtan. & Inſtrumenti prædicti; & quarumcumque aliarum ſcripturarum ſuper præmiſſis confectarum tenores habeantur pro expreſſis ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint, & de confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra, quæ hic pro ſigillatim & ad partem repetitis habeantur, latiſſime exten. perpetuo in forma gratioſa. Et ſi videbitur, cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. & ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis arbitrio ſuo moderan. &c. cum poteſtate citandi, & inhibendi &c. aggravandi &c. invocato &c. auxilio brachii ſecularis, latiſſime exten. & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam nominum cognom. invocat. denominat. qualitat. nuncupat. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri, ac dicti inſtrumenti tenor, ſi videbitur, de verbo ad verbum, ſignis, & caracteribus omiſſis inſeri poſſit in literis, quæ per Breve S. V. expediri poſſint. Seu ſi eiſdem Oratoribus videbitur ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtan. Attento quod in Urbe, & quoad unionem de novo tantum.

Fiat J.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Jdus Junii Anno Secundo.

Antonium Cerrutum Commiſſarium Capituli, & ejuſdem ſubſtitutos Auctoritate Apoſtolica munit in tota Eccleſiaſtica Ditione.

Ex Archetyp. Brevium Pii IV. num. 284. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1561. 20. *Sept.*

PIus Papa IV. Univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, necnon quarumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum noſtrorum Gubernatoribus, Locatenentibus, & Officialibus quocumque nomine nuncupatis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Pauli IV. literarum executionem curant Canonici.

Cum, ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, dilectum filium Antonium Cerrutum eorum Commiſſarium vel Procuratorem ad exigendum & recuperandum nonnullos cenſus, & alia ipſorum Canonicorum & Capituli credita, & quædam etiam alia tunc expreſſa faciendum, cum poteſtate ſubſtituendi, per eorum patentes literas conſtituerinr, & deputaverint: Nos cupientes, ut idem Antonius commiſſum ſibi procuratorium officium facile & favorabiliter exequatur, univerſitati veſtræ, & cuilibet veſtrum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus, & mandamus;

Favorem obtinent Pontificis Commiſſar. d., & ſubſtit.

quatenus eidem Antonio, ac ſubſtituendis ab eo in hiis, ad quæ eorum mandata ſe extendent, favorabiliter juſtitia aſſiſtatis, & favores ac auxilia præbeatis opportuna.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1561. Anno Secundo. Card.

Digitized by Google

Card. Alexandro Farneſio Archipresbytero Baſil. Vatic. ejuſque Succeſſoribus in perpetuum confirmat, & inſtaurat plenam juriſdictionem, in quibuſcumque cauſis ad bona, & perſonas ejuſdem Baſilicæ ſpectantibus tam civilibus, quam criminalibus citra cauſas Sanguinis, & afflictivas corporum (*a*).

Ex Autogr. Arch. Baſil. capſ. 6. faſc. 12.

AN. CH. 1561. 22. *Sept.*

Pauli III. conceſſiones confirmari petitur.

MOtu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, dilectus filius noſter Alexander Sancti Laurentii in Damaſo S. R. E. Diaconus Cardinalis de Farneſio nuncupatus, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Archipresbyter, & dilecti filii ejuſdem Baſilicæ Canonici, Capitulum, & ſingulæ perſonæ præinſertos Motus proprios (*b*) omniaque Baſilicæ hujuſmodi privilegia pro illorum ſubſiſtentia firmiori, noſtro, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio, & munimine roborari deſiderent: Nos Alexandro Cardinali Archipresbytero, ac Capitulo, Canonicis, & perſonis Baſilicæ prædictæ ob ſingularem eorum erga nos, & Sedem Apoſtolicam devotionem, benigne annuere, ac eos ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, ac omnes, & ſingulas cauſas civiles, & beneficiales meras, & mixtas eccleſiaſticas, ſeu ſpirituales, & prophanas, necnon etiam criminales, citra tamen pœnam ſanguinis, & corporis afflictivam, tam inter Canonicos, & Capitulum præfatæ Baſilicæ, & alias quaſcumque perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, de & ſuper cenſibus, canonibus, penſionibus, reſponſionibus, & aliis quibuſcumque rebus, & bonis ad dictam Baſilicam ſpectan., vel jus, aut intereſſe præfatæ Baſilicæ quomodocumque, & qualitercumque concern. directe, vel indirecte, quod & inter ipſoſmet Canonicos, Beneficiatos, Clericos Capellanos, & Sacriſtanos, & alias ejuſdem Baſilicæ perſonas, ac alios præfatos, & alias quaſcumque perſonas fora, Collegia, univerſitates, ac communitates ſuper quibuſcumque bonis, & pecuniarum ſummis, rebuſque aliis quocumque nomine nuncupatis, & quomodocumque qualificatis, ad dictos Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ac quemlibet eorum, quomodolibet ſpectan. in genere, vel ſpecie coram quibuſcumque Romanæ Curiæ, ſeu aliis quibuſvis Judicibus, Locatenentibus, & Auditoribus etiam S. R. E. Cardinalibus, quomodolibet, & in quacumque inſtantia pendentes in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, ab eiſdem Judicibus &c. tenore præſentium auctoritate Apoſtolica Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia &c. ad nos advocantes, præinſertos Motus proprios, omniaque alia & ſingula privilegia, facultates, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, juriſdictiones, auctoritates prædictæ Baſilicæ, necnon ejuſdem Baſilicæ ſtilum, mores, conſuetudines, ſtatuta, indulta, & gratias, aliaque prædictæ Baſilicæ, ac Alexandro Cardinali Archipresbytero, necnon Capitulo & Canonicis prædictis etiam ſuper collatione quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum per prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in genere, vel ſpecie, & alias quomodolibet conceſſa, facta, edita, obſervata & uſu exiſtentia; ac deſuper ſignatas, ac confectas literas, motus proprios, ſupplicationes, inſtrumenta, & alias ſcripturas, in eis contenta, ac illorum vigore ſubſecuta, geſta & emanata quæcumque, auctoritate, motu & ſcientia ſimilibus, tenore præſentium, confirmamus, approbamus, & innovamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum defectus, ſi qui forſan intervenerint, in eiſdem, ſupplemus, ac ſingula præmiſſa, & in præinſertis, aliiſque motibus propriis, ſupplicationibus, literis, inſtrumentis, & ſcripturis Baſilicæ, Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis prædictis ut præfertur conceſſa, & inde ſecuta quæcumque valida, & efficacia fore, & eſſe ac perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere. Et ita per præfatos, & quoſcumque alios Judices &c. etiam cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata &c. judicari &c. debere irritumque &c. decernimus. Et nihilominus potiori pro cautela eadem omnia, & ſingula eiſdem auctoritate, motu, ſcientia & tenore, modo & forma, quibus conceſſa ſunt, de novo concedimus. Ac omnes, & ſingulas præfatas, ut præfertur, & alias quaſcumque cauſas, lites, quæſtiones, moleſtias, & differentias, ut præfertur, ac alias quomodolibet

Contenta in eiſd. declarantur

Juriſd. Archipresb. quam late pateat

Omnia confirmat Pius IV.

De more ſupplens omnes defectus &c.

Ac denuo illa concedens, ut firmiora ſint.

(*a*) De hujuſmodi auctoritate ante annos undeviginti conceſſa a Paulo III. eidem Archipresb. Conſule *to.* 2. *pag.* 441. *not.* 2.

(*b*) Laudati hic Motus proprii repetendi ex To. eodem 2. *pag.* 439. & 441.

(*a*) Ex

Cauſas omnes committit Archipresb. & ejus Vicario.

libet ſpecificatas, & qualificatas modo, & forma præmiſſis, & inter Canonicos, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, Capellanos & Sacriſtas Baſilicæ prædictæ, aliaſque perſonas motas, & movendas active, & paſſive eidem Alexandro Cardinali, & pro tempore exiſtenti Archipresbytero Baſilicæ prædictæ, illiuſque Vicario deputato, & deputando, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, & etiam ſi videbitur, quando opus fuerit, manu regia, alias juxta præinſertorum motuum propriorum tenorem, cum omnibus earum juriſdictionibus &c. audien., cognoſcen., deciden. fineque debito terminandas committimus, & mandamus cum poteſtate citan., & inhiben. &c. ac in eiſdem cauſis &c. & qualibet earum, juxta dictorum præinſertorum motuum propriorum tenorem procedendi, aliaque faciendi in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtilo Palatii, & Romanæ Curiæ, ceteriſque omnibus, quæ in præinſertis, & quibuſcumque aliis motibus propriis conceſſum fuit non obſtare, non obſtan. contrariis quibuſcumque ſtatutis &c. pro ſufficienter expreſſis haben., cum clauſulis opportunis.

Conſtitutionibus, cæteriſque contrariis derogat.

Fiat motu proprio J.

Summa capitum pro expedit.

Et cum abſolutione a cenſuris, ad effectum &c. & de confirmatione, approbatione, innovatione, adjectione, ſuppletione, decreto, nova conceſſione, commiſſione, mandato, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra, quæ hîc pro ſigillatim repetitis habeantur, perpetuo in forma gratioſa latiſſime exten., & ſi videbitur cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſuris &c. cum facultate aggravandi &c. invocato &c. ſecularis latiſſime exten. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam nominum cognition. judicum collitigan. ſtat. merit. invoc. denominat. annexor. qualitat. nuncupat., aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio & expreſſio fieri poſſit in literis per Breve noſtrum expedien., aut ſi melius videbitur, præſentis noſtri motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique etiam in Judicio fidem faciat quacumque regula, ſeu conſtitutione contraria non obſtantibus, & quoad cauſarum pendentias inter alias, quam ipſius Baſilicæ perſonas pro rebus Capitulum, & Beneficiatos Baſilicæ Sancti Petri hujuſmodi tangentibus dumtaxat, & quoad cauſas criminales, citra pœnam ſanguinis.

Fiat J.

Datum Romæ apud S. Petrum. x. Kal. Octobris Anno Secundo.

Galleſio Regard Canonico Baſil. Vatic. confert unam ex duabus Capellaniis ad Altare S. Petronillæ Juriſpatronat. Regis Francor. atque injungit dimiſſionem unius ex Canonicatibus, & Præbendis ejuſdem Baſilicæ, queis fruebatur.

Ex lib. XII. Diverſor, Pii IV. pag. 383. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1562. 11. *April.*

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Galleſio Regard (*a*) perpetuo Capellano ad Altare Sanctæ Petronillæ, ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe familiari noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

A meritis perſonalibus ordit.

Grata familiaritatis obſequia, quæ nobis hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, necnon vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes, ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodum una ex perpetuis Capellaniis ad Altare S. Petronillæ ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, quæ ut aſſeritur per cl. mem. Ludovicum Francorum Regem dum viveret fundata, & dotata, ac de jure patronatus pro tempore exiſtentis Francorum Regis exiſtit, & quam quondam Julius Mentebona (*b*) ad dictum Altare perpetuus Capellanus dum viveret obti-

Reſervatio Collation. ex Regg. Cancell.

Una ex 2. Capellaniis Sanctæ Petronillæ.

(*a*) Ex libro Deſcendentiæ Canonicor. &c. *pag.* 1. conſtat, Galleſium Regardum Pedemontanum fuiſſe Datarium Pii IV. & Epiſcopum Balneoregienſem. Ughellus *to.* 1. *pag.* 517. non recte appellat Galeatium Gegald Datarium Pii IV. Hunc autem factum eſſe Epiſcopum Balneoreg. Nicolao Verneey alias Vineo dimittente an. 1563. die 15. Octobr. atque eo munere ſe abdicaſſe 1568. ex Actis Conſiſtorialibus docet.

(*b*) De fundatione ac ceteris conſule quæ diximus (*To.* 2. *pag.* 259. *not.* c.) Julius Mentebona & ipſe erat Canonicus noſtræ Baſil. qui a Clemente VII. obtinuerat Canonicatum anno 1533. vacantem per obitum patrui ejus Joannis Baptiſtæ. Nunc alia lege vivitur.

(*a*) In

obtinebat, per obitum ejuſdem Julii, qui apud Sedem prædictam diem clauſit extremum, vacaverit & vacet ad præſens, nulluſque de illa, quatenus de jurepatronatus hujuſmodi non exiſtat, præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Nos tibi etiam continuo commenſali noſtro aſſerenti, te duos Canonicatus & duas præbendas (*a*) ejuſdem Baſilicæ ex diſpenſatione Apoſtolica inter alia obtinere, præmiſſorum obſequiorum & meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; Necnon omnia & ſingula alia beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, quæ etiam ex quibuſvis aliis diſpenſationibus Apoſtolicis, præterquam in dicta Baſilica, obtines, & expectas; necnon in quibus, & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, eorumque ac dictorum Canonicatuum, & præbendarum, fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Capellaniam vacantem prædictam, quæ ſine cura eſt, & cujus ac illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus octuaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum comunem extimationem, valorem annuum, ut etiam aſſeris, non excedunt; ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Julii, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacet; etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem præfatam legitime devoluta, ipſaque Capellania diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa: dummodo, ſi non de jurepatronatus, ejus diſpenſatio ad Nos hac vice pertineat, vel ſi de eodem jurepatronatus exiſtat tempore dat. præſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter jus quæſitum, & dilecti filii Andreæ Guillard chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Francorum Regis Chriſtianiſſimi ad nos Oratoris (*b*) ad hoc accedat aſſenſus, cum annexis hujuſmodi ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam providemus: decernentes, quatenus de dicto jure patronatus non ſit, prout eſt, ac attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum, aut ſi de eodem jurepatronatus exiſtat, ut præfertur, ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Theatin (*c*) & Feltren. (*d*) ac Amerin. (*e*) Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem poſſeſſionem Capellaniæ, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum amoto exinde, ſi dicta Capellania de jure patronatus non ſit, quolibet, vel ſi de illo exiſtat, ut præfertur, illicito detentore, facientes te, vel pro te Procuratorem prædictum ad Capellaniam hujuſmodi, ut eſt moris, admitti; tibique de illius & annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis

Confertur obtinenti duos Canonicatus Baſil. Vat.

Cum retentione omnium Beneficiorum

Annui reditus Capellaniæ 80. Ducat. de Cam.

Cum aſſenſu Oratoris Regis Francor.

Committitur de more poſſeſſio trib. Epiſcopis.

Obſtantia quæcumque removentur.

(*a*) In communi Carafarum caſu Antonius Carafa gentilis ſui Pauli IV. Cubicularius & Pincerna dejectus eſt Canonicatu noſtræ Baſilicæ à Pio IV. ignota ſibi ex cauſa, ut ait Grimaldus *lib. deſcenden. pag.* 170. Idemque agens de Galleſio Regardo *pag.* 1. *Accepit*, inquit, *poſſeſſionem die* 21. *Nov.* 1561. *Canonicatus vacantis per obitum Stephani de Bubalis cum diſpenſatione ad beneplacitum S. D. N. Pii IV. retinendi alium Canonicatum, quem obtinebat in dicta Baſilica per privationem D. Joannis Antonii Carafæ.* Novum ſane, atque antea inauditum in pluralitate Beneficiorum! duos ſimul Canonicatus uni poſſidendos concedi in noſtra Baſilica. At vide infra. Antonius autem Carafa indebitæ privationis præmium obtinuit a S. Pio V. qui anno 1563. non modo ad Canonicatum revocavit; ſed Sacro Cardd. Collegio eum adſcripſit. *Ciacon.*

(*b*) Locupletiſſimum incerti Juriſpatronatus argumentum.

(*c*) M. Antonium Maffeum Bernardini Cardinalis germanum fratrem Paulus III. Advocatum Conſiſtor. creavit, & Canonicum Lateranenſem; Julius III. Archiepiſcopum Theatinum inſtituit (Archiep. honore hanc Sedem cumulaverat Clem. VII.) an. 1553. Hinc vero ad præſtantiores honores tranſvectus, Baſilicæ Vaticanæ Canonicus factus fuit a S. Pio V. an. 1563. ut infra planum erit; ac demum Cardinalis Presbyter S. Vitalis. Ughellus *to.* 6. *pag.* 760. Ciacon. Grimald. *in Deſcend.*

(*d*) Philippus Maria Campegius Thomæ Patrui ex Coadjutore Succeſſor, unus ex Patribus Concilii Tridentini hoc anno reaſſumti. *Ughell.*

(*e*) Baldus Ferratinus Bartholomæi nepos, aliuſque Bartholomæi Patruus, qui poſt menſes quatuor ei ſucceſſit in Epiſcopali patria ſede Amerina, atque an. 1606. a Paulo V. Cardinalis ſenio gravis creatus infra duos menſes occubuit mortem. Spectatiſſimi omnes Canonici fuerunt noſtræ Baſilicæ æque honoribus, ac ſummis virtutibus conſpicui; de quibus jure ſum loquutus cum laude non uno in loco ſuperioris voluminis.

(*a*) Vide

vis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: Necnon Capellaniæ fundatione hujuſmodi (a), ac privilegiis, indultis & literis Apoſtolicis eidem Baſilicæ, & dilectis

Privilegiis Archipresb. Capituli, & Pop. Rom. derogat.

filiis noſtris Alexandro S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Farneſio nuncupato, S. R. E. Vicecancellario, dictæ Baſilicæ ex diſpenſatione Apoſtolica Archipresbytero, & Populo Romano, necnon ipſius Baſilicæ Capitulo ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus, etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; etiam ſi in eis, ac ſtatutis prædictis caveatur expreſſe, quod Capellania prædicta nulli conferri, nullusque illam obtinere, vel aſſequi poſſit, niſi certo in illis expreſſo modo qualificatus exiſtat, illaque, & alia bene-

Privilegior. Pop. Rom. ſumma.

ficia dictæ Urbis nullis aliis, quam Civibus Romanis, & originariorum Civium Romanorum filiis, & forſan alias certo modo etiam in illis expreſſo qualificatis, conferri nullatenus poſſint, & alias de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ collationes, proviſiones, & aliæ diſpoſitiones nullæ ſint: ac quod eiſdem fundationi, ſtatutis, privilegiis, indultis, & literis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo & forma ſimiliter in illis expreſſa, derogari poſſit. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus: quodque tu Civis Romanus, & originarii Civis Romani filius, & alias juxta

Item derogat anterioribus proviſionibus de eadem.

fundationem, ſtatuta, privilegia, indulta, & literas hujuſmodi, qualificatus non ſis, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, in dicta Urbe, ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint; etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum vel alias quomodolibet, ſit proceſſum. Quibus omnibus te in aſſecutione dictæ Capellaniæ volumus anteferri; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu ſi Alexandro Cardinali, & Capitulo prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum,

Aliiſque ſpecialibus privilegiis Archipr. & Capituli.

quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint. Quodque de hujuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Seu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum: dummodo in abſentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Eccleſiam ipſam acceſſeris corporaliter, illud præſtes. Nos enim

Poſſeſſionem per Procuratorem accipi poſſe concedit.

tecum, ut unacum dicta Capellania, ſi illam vigore præſentium aſſequaris, unum & unam ad ſex menſes a die habitæ per te dictæ Capellaniæ, pacificæ poſſeſſionis computandos dumtaxat, ac reliquum & reliquam ex Canonicatibus, & præbendis prædictis (b) quos malueris, quoad vixeris retinere libere & licite valeas, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac, ut præfertur, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus ſupradictis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, prædicta auctoritate Apoſtolica, earumdem tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Volumus autem, quod Capellania, & Canonicatus, & præ-

Unum ex Canonicat. dimittendum ſancit.

benda prædict. debitis propterea non fraudentur obſequiis; ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta: quodque tu infra dictos ſex menſes unum, & unam ex Canonicat. & præben. hujuſmodi, quos malueris dimittere omnino tenearis: alioquin dictis ſex menſibus elapſis, illum, & illam ex eiſdem Canonicat. & præben., quos primo aſſecutus fuiſti, vacare decernimus eo ipſo. Nulli

(a) Vide Bullam fundationis (*To. 2. pag. 259.*)

(b) Grimaldus in ſæpe laudato libro deſcendentiæ Canonicor. &c. utrumque Canonicatum retentum fuiſſe ait a Galeſio uſque ad an. 1564. tum vero dimiſſum ab eo eſſe quem ex privatione Antonii Carafæ habuerat: quare Pontifex illum contulit Julio Cæſari Columnæ.

(a) De

Nulli ergo &c. abſolutionis collationis, proviſionis, mandati, derogationis, diſpenſationis, voluntatis, & decretorum infringere &c. ſi quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio.

Indulgentiam Plenariam concedit univerſis, qui intererunt Miſſæ ſolemni in Baſilica Principis Apoſtolorum, vel Proceſſioni die Dom. 3. Januar. pro gratiarum actione ob victoriam inſignem contra Hugonotos in Galliis reportatam.

Ex Archetyp. Brevium Pii IV. an. 3. cod. 5. pag. 224. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1563. 1. Januarii.

Audita Romæ victoria Caroli IX. contra Hugonotos.

Indulgentiis parat fideles ad gratiar. actiones.

Opera injungit ad eum effectum

Faciliorem modum suppeditat infirmis, & impeditis.

Pius Papa IV. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quoniam audita victoria, quæ proximis diebus in Regno Galliæ a Chriſtianiſſimo Rege, & Catholicis adverſus hæreticos illius Regni, Hugonotos vulgo vocatos dextera Domini adjuvante parta fuit, (a) Omnipotenti Deo humiliter ſtatim gratias egimus; atque mox, re cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus communicata, decrevimus pias ſupplicationes in Alma Urbe noſtra eo nomine a nobis eſſe indicendas, & ab omnibus Chriſtifidelibus Domino Deo noſtro gratias pariter devote agendas eſſe. Ut autem ipſi Chriſtifideles eo purius, atque ferventius ad id peragendum, invitentur; quo ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus propterea noverint ſe refectos: nos de Omnipotentis Dei, cujus vices, meritis licet imparibus, gerimus in terris, miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus (b) firmum confitendi propoſitum habentibus, qui miſſæ ſolemni, quam in Baſilica Principis Apoſtolorum per unum ex dictis Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in die Dominico proxime futuro celebrari, vel proceſſioni etiam ſolemni, quam per ipſam Urbem eodem die fieri mandavimus, in toto, vel in parte devote interfuerint, & eidem Omnipotenti Deo pro eo, quod miſericordiam ſuam concedat, humili corde pias ac devotas gratias egerint, & pro animabus in eo prælio pro defenſione Catholicæ fidei defunctorum, necnon ut eos qui errorum tenebris involuti ſunt, ad veritatis lumen, & Catholicæ, & Sanctæ Eccleſiæ unitatem reducere pro ſua immenſa bonitate, atque pietate dignetur, devote oraverint, vel qui infirmitate aut alio legitimo detenti impedimento, celebrationi dictæ Miſſæ, vel aſſociandæ proceſſioni hujuſmodi intereſſe nequiverint, in domibus ſuis coram aliqua Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu beatæ Mariæ Virginis ejus genitricis imagine, pias pro præmiſſis preces effuderint, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 1. Januarii 1563. anno tertio.

Facul-

(a) De inſigni hac victoria, qua profligati hæretici, captuſque Condæus Princeps eorum Dux, uberrime Catherinus Davila *lib.* 3. ſummam ex Belcairo, & aliis vide ap. Raynald. an. 1562. *num.* 173. *& ſeqq.* Tantæ rei nuncium primi omnium accepere Concilii Tridentini Patres anno 1562. exeunte, qui ab ejuſdem initio tam ſanctum opus incipientes, ſex jam Seſſiones celebraverant. Die 28. Decembris a Legatis ceteriſque omnibus habita erat ſupplicatio pro felici exitu rei Catholicæ in Galliis: eademque abſoluta, ut Acta Concilii referunt, fauſtiſſimo accepto nuncio, ad Cathedralem pergunt omnes; ibique Hymnum *Te Deum* ſumma cum jubilatione decantant.

(b) Pia, & laudabilis conſuetudo ad pœnitentiam, cujus pars eſt confeſſio culparum, frequenter confugiendi nondum obtinebat. Concil. Trident. ſub Julio III. an. 1551. probarat, confirmaveratque Decretum Concilii Lateranenſis, *ut ſaltem ſemel in anno* Confeſſionis præceptum a Chriſtifidelibus impleretur, Quadrageſimali præſertim tempore, quemadmodum paſſim ſervabatur. (*Seſſ.* 14. *cap.* 5.) Huc autem reſpexiſſe Pium IV. hæ literæ oſtendunt. Non ſecus Pauli III. tempore an. 1547. Patres ejuſd. Concilii ſenſerant, ubi Decretum de Indulgentiis conceperunt contra vulgi falſam opinionem, per Indulgentias remitti culpam, & pœnam; En verba ipſa apud Raynald. (*an.* 1547. *num.* 68.) *In primis autem in Domino hortatur Epiſcopos, ut curent omnes, quibus prædicandi munus incumbit, ut populum quam diligenter admoneant, per Indulgentias non remitti culpam, ut quæſtores plerique cauponantes verbum Dei, falſo, & temerarie jactitant, ſed iis ſolum prodeſſe, qui ab omni peccato mortali liberi & immunes cum Deo in gratiam redierunt, quæ nonniſi per Sacramenta re, vel voto ſuſcepta fiunt.* Feliciori hac noſtra ætate perſuaſum eſt omnibus, non modo quod pœna tantum remittitur, ſed etiam quod cum Deo in gratiam redire oportet. Quamobrem SS. D. N. ubi an. 1749. univerſale Jubilæum pro an. ſeq. indixit, plenariam Indulgentiam, ſive, ut conceptis ejus verbis utar, *pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, remiſſionem, & veniam* conceſſit *Fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, ſacraque communione refectis*, qui præterea operibus injunctis vacaverint.

Facultatem concedit Card. Moniliano celebrandi Miſſæ Sacrificium ad altare Principis Apoſtolor. ob prædictam cauſam.

Ex lib. III. Diverſor. Pii IV. pag. 325. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1563. 1. Januarii.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Clementi Moniliano Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali de Aracœli nuncupato (*a*); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Formula conſueta hujuſmodi literarum.

Devotionis tuæ, quam ad nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam geris, magnitudo facit ut hiis, quæ ad augmentum ipſius tuæ devotionis cedere dignoſcuntur, quantum in Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Ut igitur prima Dominica Januarii in majori Altari Baſilicæ Principis Apoſtolorum (*b*) de Urbe Miſſam, & alia divina officia celebrare poſſis, tibi ipſa die pro hac vice dumtaxat Miſſam & alia divina officia hujuſmodi, etiam in præſentia noſtra, ſolemniter celebrandi, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque gratiis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia plenam, & liberam licentiam & facultatem concedimus pariter, & indulgemus (*c*). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Derogatio item conſueta.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXII., Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Supprimit, extinguit, applicat, & cum plena juriſdictione adnectit Menſæ Capitulari Prioratum S. Salvatoris in Sanctæ Balbinæ, & Monaſteria S. Martini, & Rufilli, S. Nazarii, & S. Petri li Coſati: eximitque Prioratum & Monaſteria a viſitatione Ordinariorum, & Abbatum, a quavis contributione, vel impoſitione, & a quacumque ſuperioritate tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 3. faſc. 258.

AN. CH. 1564. 20. Junii.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

**Ab eximia laude Baſilicæ exordium ducit*

In ſupereminenti dignitatis Apoſtolicæ ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia ſublimati, tametſi cunctarum orbis Eccleſiarum indemnitati beniгniter conſulere debeamus, Baſilicam tamen Principis Apoſtolorum de Urbe, tanquam nobis peculiarem, & quaſi domeſticam, in qua plerumque Sedes Apoſtolica, in ſuis neceſſitatibns præſens pecuniarum nacta eſt ſubſidium (*d*), ne pro rebus ſuis in ipſius Sedis beneficium bona fide diſtractis indignam patiatur jacturam, modis omnibus ſublevandam, ac ei de congrua ſuorum bonorum pro dicta Sedis ſubventione jampridem alienatorum recompenſa (*e*) providendum eſſe cenſemus; quod ut ex animi noſtri ſententia maturius

Ejus merita in S. Sedem extollit.

(*a*) Fr. Clemens Dolera Ligur in oppido Monilia natus, Ord. Minorum, Philoſophus, & Theologus præſtantiſſimus Presb. Card. S. Mariæ de Aracœli a Paulo IV. creatus erat an. 1557. Theologicis inſtitutionibus evulgatis ſatis notus.

(*b*) Auguſtinus Patritius, vulgo Marcellus &c. *lib.* 3. *cap.* 12. de hac re ita ſcriptum reliquit: *Advertendum tamen, quod nemini, neque Cardinali licet celebrare ſuper altare S. Petri, aut aliarum Eccleſiarum Patriarchalium Urbis, niſi ex diſpenſatione Apoſtolica; de qua debet conſtare per Bullas affigendas prope altare. Curet igitur Cardinalis, qui eſt ibi celebraturus, ut in tempore expediatur Bulla.* Ubi nota, quod S. Petri altaris exemplo cæterarum Patriarchalium Aræ Maximæ privilegio eodem utuntur.

(*c*) Si Joanni Franciſco Firmano Sacror. Rituum Magiſtro in Diar. ap. Raynald. (*an.* 1563. *num.* 1.) habeatur fides, inutiles fuerunt hæ literæ, quæcumque fuerit cauſa. *Die,* inquit, *Dominica, tertia Januarii Reverendiſſ. Card. de Aracœli celebravit Miſſam de Spiritu Sancto in Eccleſia S. Spiritus, præſentibus Cardinalibus, pro agendis gratiis Deo de victoria, quam Chriſtianiſſ. Rex Franciæ habuerat contra infideles, dictos vulgariter* li Ugonotti, *& dicta die omnes Religiones, & Clerus dictæ Urbis iverunt proceſſionaliter ad Baſilicam S. Petri.*

(*d*) Poſt direptionem Leoninæ Civitatis anno 1526. quæ Urbis teterrimam Borbonianam præceſſit, & de qua loquutus ſum in ſuperiori volumine; Clemens VII. ſubſidium habuit a Baſilica Vatic. 20. Mill. Ducator. ex alienatione Caſalium. (*To.* 2. *pag.* 281. *& ſeqq.*) Perinde Paulo III. an. 1542. Ducatorum 20. Millia Baſilica eadem præbuit, ne Caſalia illius multo plura, ſic volente Pontifice, alienarentur. Paulo etiam IV. bellum adverſus Philippum II. paranti mille, & quigenta Scuta ſuppeditavit (*To.* 2. *pag.* 420. *To.* 3. *pag.* 26.)

(*e*) Clementi VII. prædicta 20. Mill. Ducator. data erant mutua: needum quadraginta fere annis compenſatio ulla venerat. (*To.* 2. *pag.* 389.)

(*a*) *To.* 1.

Regul. in Cancellar. de more præmitit.

maturius procedat, operarias manus, quantum nobis ex alto permittitur, favorabiliter adhibemus. Dudum ſiquidem omnes dignitates, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud Sedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus; decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Cum itaque poſtmodum Prioratus Sancti Salvatoris in Eccleſia Monaſterii Sanctæ Balbinæ de Urbe (*a*), Sancti Auguſtini, vel alterius ordinis, qui forſan ſæcularis exiſtit, aut per Clericos ſæculares obtineri

Vacationes plures enumerat Monaſterior.

conſuevit, & quem dilectus filius Scipio de Mazzatoſtis Clericus Romanus, in titulum aut ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica in Commendam (*b*) nuper obtinebat, per liberam reſignationem dicti Scipionis de illo in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam apud dictam Sedem, vel idem Prioratus, ſi regularis ſit; ac Sancti Martini in Montibus Ciſtercien. Ordinis (*c*) Viterbien. Dioc. quod dilectus filius noſter Raynutius tituli Sancti Angeli Presbyter Cardinalis (*d*), & Sancti Petri li Coſati de Camerota (*e*), necnon Sancti Nazzarii forſan de Cuccaro (*f*) Sancti Benedicti, & ſeu alterius ordinis, Policaſtren. & Caputaquen. reſpective Dioc. quæ Alexander Epiſcopus Sabinen. Cardinalis de Farneſio nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, & Sancti

Quæ commendata erant.

Rufilli (*g*) Foripompilii Ordinis ejuſdem Sancti Benedicti Britonorien. Dioc. quod Alexander Ruffinus (*h*) Epiſcopus Melphien. Venerab. fratres noſtri ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in Commendam nuper obtinebant Monaſteria, ſeu quæ Sancti Petri, & Sancti Nazzarii Monaſteria nuper, tunc certo modo vacantia, dicto Alexandro Cardinali Apoſtolica auctoritate Commendata, ſeu commendari conceſſa fuerant Commendis Prioratus, ac Monaſteriorum, & ſeu illarum conceſſione hujuſmodi ex eo quod Scipio Raynutus, & Alexander Cardinales, ac Alexander Ruffinus Epiſcopus præfati illis etiam, forſan quoad ipſum Alexandrum Cardinalem literis Apoſtolicis deſuper non confectis, necnon omni juri ſibi, & eorum cuilibet, in eiſdem Prioratu, ac Monaſteriis, aut illorum regiminibus, & adminiſtrationibus, vel ad illa reſpective quomodolibet competen. eorumdem S. Petri, & S. Nazzarii Monaſteriorum regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſione, ſeu quaſi per ipſum Alexandrum Cardinalem forſan habita, vel non habita, hodie in dictis manibus ſponte, & libere ceſſerunt, pro obſervatione certæ ordinationis, & declarationis per Nos etiam hodie ſuper compoſitione, pacificatione, & concordia inter dilectos filios Canonicos, & Capitulum dictæ Baſilicæ, & certos Cives Romanos (*i*), ac forſan alios quoad lites, & controverſias inter eos ſuper certis caſalibus, & poſſeſſionibus Canonicorum, &

Commendatarios ipſos nominat,

Ceſſiones ab iiſdem libere factas;

(*a*) *To.* 1. *pag.* 81. *not.* b. *pag.* 88. *not.* o. & *pag.* 148. *not.* a. indicata fuit hæc Pii IV. compenſatio: ubi ratio reddebatur, cur ad *Sanctæ Balbinæ, Sancti Rufilli, & Sancti Martini in Montibus.* Monaſteria ſpectantes literæ identidem afferendæ eſſent, ut factum hucuſque eſt. Eccleſia S. Balbinæ antiquiſſima. In Cœmeterio Balbinæ ſepultam Sanctum Marcum quarto ſeculo adoleſcente Anaſt. tradit *Sect.* 41. Martinellus *Rom. Sac pag.* 76. a S. Gregorio Eccleſiam conſecratam, inſtauratamque a S. Leone III. affirmat, ubi Sanctæ Virginis Corpus quieſcere arbitratur. Sed noſtra ætate quum reperta eſſet ſub ara maxima Diaconiæ S. Mariæ in Domnica capſula Reliquiarum, ea Clementis XI. juſſu reſerata, plumbea lamella inventa eſt inſcripta *Corpus S. Balbinæ Virg.* quare Franc. Blanchin. (*Anaſt. to.* 3. *pag.* 34.) ſe vidiſſe teſtatur magnam partem oſſium Sanctæ hujus Virg. & Mart. Monaſterii fundatio recentior. Nam Clem. IV. (*to.* 1. *pag.* 148.) ſcribebat an. 1268. *Priori & Fratribus Sanctæ Balbinæ Ord. S. Guillelmi.* Sanctus ſiquidem VVillelmus Eremitarum hujuſmodi Ordinis inſtitutor an. 1157. ad cæleſtem patriam evolaverat (*Acta SS. To.* 3. *ad d.* 10. *Febr.* Henſchen. ibi *comm. præv.* Anton. Pag. 1136. *num.* 12. 1157. *num.* 6.) Vide etiam Franc. Pag. *Breviar. Pontif.* in Alex. IV. *num.* 21. & Honor. IV. *num.* 8. inde enim diſces, quo nitantur fundamento qui Eremitarum Congregationes alias S. Guillelmi, alias Joannis Boni, alias aliis nominibus nuncupatas ab Alexand. IV. ad unum Ord. & Regulam S. Auguſtini redactas affirmant anno 1256. Certe an. 1274. Concil. Lugdun. II. Patres (Labbe *Concil. to.* XI. *pag.* 989.) ita decernunt. *Carmelitarum, & Eremitarum S. Auguſtini Ordines, quorum inſtitutio dictum Concilium generale* (Lateran. II. c. 12.) *præceſſit, in ſuo ſtatu manere concedimus, donec de ipſis fuerit aliter ordinatum.* Eidem Eccleſiæ juxta viam Ardeatinam in Aventino, ubi olim erant Thermæ Antonini Caracallæ, ædificatæ, Salvatoris nomen acceſſit, juxta Martinellum, a ſacra illa imagine, quæ imminet majori aræ. Ab hoc autem anno juris eſſe cœpit noſtræ Baſilicæ.

(*b*) Ex Commendatarii familia Ricardus an. 1526. Caſalis Quatticioli emtor fuerat. Eidem Paulus III. anno 1545. (*To.* 2. *pag.* 442.) Prioratum hunc a Card. Farneſio dimiſſum commendarat. Quandonam Scipioni Commendatum fuerit, noſtris ex Documentis non conſtat.

(*c*) De Monaſterio S. Martini conſule Indicem in fine hujus voluminis.

(*d*) Petri Aloyſii fratrem Ranutium Manutius, Sigonius, Sadoletus, Bembus ſummopere commendant. Præcipue attendenda S. Caroli Borromæi laudatio ingens in Conſiſtorio 1564. 28. April. quum Ranutius Sede Ravennate dimiſſa Bononienſem obtinuit. De eodem Parmæ mortuo ſeq. anno Acta Conſiſtorial. (Raynald. 1565. *num.* 23.) Pium IV. dixiſſe ferunt, *ſuperioribus his annis multos deſiderari Cardinales, ſed in nullius eorum obitu graviorem jacturam feciſſe ſe, & Sedem Apoſtolicam quam in morte Card. S. Angeli.* Erat tum Pœnitentiarius major, Succeſſoremque habuit S. Carolum Borromæum.

(*e*) *Camerota* eſt unum ex 25. oppidis, ſeu locis Policaſtrenſis Diœceſis. Ughell. (*to.* 7. *pag.* 543.) *Caſati* Terra eſt duobus Mill. paſſuum a Camerota diſtans, & una cum *Lentiſcoſa* feudum unum faciunt Marchionalem. Paulo infra de his uberius.

(*f*) *Cuccarum* antiqua terra in Veliæ ruinis excitata a *Caſatis* octo mill. paſſ. diſtans in Diœceſi Caputaquen. vulgo *Capaccio.* Mox de utroque Monaſt. agens & de *Cuccaro* nonnihil feram.

(*g*) De hoc pariter Monaſterio Romandiolæ conſulendus Index, ut de S. Martini.

(*h*) In ſæpe laudato libro Grimaldi *Deſcendentia Canonicorum &c.* pag. 195. legitur Alexandrum Ruffinum Nobilem Romanum an. 1527. ſucceſſiſſe in Canonicatu Aſcanio Patruo. Quamobrem non recte Ughellus ſenio jam feſſum factum eſſe Canonicum docet an. 1574. Gregorio XIII. Pontifice. Quum igitur Marino Ruffino Pauli III. affini petenti datus eſt Coadjutor Alexander cum futura ſucceſſione anno 1548. viceſimo jam anno erat Canonicus. Melphienſem autem Eccleſiam qua Coadjutor, qua Antiſtes gubernavit uſque ad annum 1574. Tum vero eam dimiſit. Conſule *Ughellum.*

(*i*) Romanos hoſce Cives, atque alios, puta illorum hæredes ac ſucceſſores, qui anno 1526. emerunt Caſalia Baſilicæ

& Capituli præfatorum, quæ alias per eoſdem Canonicos, & Capitulum ex cauſa permutationis pro certis aliis caſalibus, quæ minime aſſequi potuerunt alienata extiterant, vertentes, concilianda, & ſtabilienda, motu proprio, ac ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine factæ, prout in aliis noſtris literis deſuper forſan confectis plenius continetur, Noſque ceſſiones ipſas duximus admittendas, ceſſantibus adhuc eis, quibus ante Commendas ipſas vacabant modis, vacare noſcantur, nullusque de dicto Prioratu, ſi ſæcularis exiſtat, præter Nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem annuum ſecundum communem extimationem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret, ad partes vocatis quorum intereſſet, & in quorum manibus prædictis idem Alexander Cardinalis cui alias, ut accepimus omnes, & ſinguli fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii S. Martini per eum quoad viveret, vel alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate percipiendi, & exigendi, levandi, & in ſuos uſus, & utilitatem, convertendi reſervati fuerant, cuique quod Scipione, & Raynutio Cardinale, ac Alexandro Ruffino Epiſcopo præfatis cedentibus, vel decedentibus, & ſeu in certos alios tunc expreſſos eventus liceret eidem Alexandro Cardinali ad Prioratum, & S. Martini, ac S. Ruffillii Monaſteria prædicta liberos habere regreſſum, ſeu acceſſum, & ingreſſum dicta dudum auctoritate indultum extiterat, juri,

Lites Capituli cum poſſeſſoribus Caſalium Baſilicæ.

Formulæ conſuetæ pro unionibus

Commendatarior. ceſſiones cuicumque juri

& facultati regrediendi, & ſeu accedendi, & ingrediendi hujuſmodi etiam hodie ſponte, & libere ceſſit; quique ſimiliter ejus ceſſionem hujuſmodi duximus admittendam; præfatos Canonicos, & Capitulum, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon fructuum, redituum, & proventuum Menſæ Capitularis dictæ Baſilicæ verum annuum valorem, ac unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & appropriationum quarumcumque dictæ Menſæ hactenus, necnon ordinationis, & declarationis, per Nos hodie ſic ut præmittitur factarum, ac litterarum, & aliarum ſcripturarum deſuper confectarum, & inde ſecutorum veriores tenores, necnon verum, & ultimum Monaſtariorum, & Prioratus prædictorum vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis haben. Motu ſimili non ad ipſorum Capituli, vel alicujus pro illis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus Sancti Martini, cujus ad quinquaginta, & Sancti Ruffillii, cujus etiam ad quinquaginta, ac S. Nazzarii cujus ad triginta tres cum uno tertio, & S. Petri li Coſati (*a*), cujus ad ſexaginta ſex florenos cum duobus tertiis, alterius ſimilis floreni in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur Monaſteria, & quæ forſan conventualis, vel alias regu-

Abſolutio Capituli a cenſuris &c.

Menſæ Capitularis reditum &c. tenores pro expreſſis habentur.

Monaſteriorum unionorum valor

Vaticanæ, & quos habes (*To. 2. pag. 383. & ſeqq.*) videlicet *Richardi de Mazatoſtis* qui emit Caſale Quarticioli; *Colæ*, ſeu Nicolai *Jacobatii*, & *Laurentii Dominici Jacobatii*, qui emerunt Caſale Petræ aureæ, & Monaſteriorum; *Cyriaci de Matthæis*, qui emit Caſale Silicis; *Petri Antonii de Matthæis*, qui Caſale Furni Saraceni cum medietate Muratellæ, & portione Campi Salini; *Coſmi de Cherico de Campagnano*, qui medietatem Caſalis *della Riccia*; *Jacobi Cincii*, qui Caſale Piſciatelli; ac demum *Jacobi*, *Franciſci*, & *Rochi de Cinciis*, qui emerunt Terras illas, queis nomen *Le pediche de Santo Tommo*. Horum omnium hæredes evictioni Capituli obnoxios reddidit Conſtitutio Pauli IV. quam edidimus *pag. 35. & ſeq.*

(*a*) Duo tantum Monaſteria *S. Petri Cuſatorum de Camerota*, & *S. Nazarii de Cuccaro*, hiſce in literis nominantur, utrumque in Lucaniæ, ſeu Principatus citerioris Salernitana Provincia, Policaſtrenſi in Diœceſi unum, alterum in Caputaquenſi. In primo tamen Indice Scripturarum Archivi noſtræ Baſilicæ *pag. 187.* adjungitur & *S. Nicolai*. Ughellus (*To. 7. pag. 543.*) duas novit Abbatias in Diœceſi Policaſtrenſi, quarum *altera S. Nicolai de Boſco unita Capitulo Principis Apoſtolorum Vaticanæ Baſilicæ, altera S. Joannis ad Pinam unita Capellæ Præſepis Sanctæ Mariæ Majoris*. In Diœceſi autem Caputaquenſi (*ibid. pag. 466.*) *Monaſterium S. Nazarii unitum Baſilicæ Vaticanæ .... item Eccleſia S. Nicolai Caſalis Abbatis Marci eidem Baſilicæ unita*. Quæ quidem ut cohæreant inter ſe, ſpectandus aliquantulum ſtatus præſens Juriſdictionis Capituli in Provincia eadem Salernitana. Juriſdictionem, ſeu Diœceſim Capitularem quinque omnino loca, ſeu oppida efficiunt *Boſcum*, & *Cuſati* Policaſtren. Diœceſis; *S. Nazarius*, *Eremita*, & *S. Nicolaus* Caputaquenſis. In Terra *Boſchi* eſt Palatium Abbatiale, & Eccleſia Curata S. Nicolai, quam Capitulum committit Oeconomo Curato. *Cuſatis* autem (quæ terra diſtat Boſco octo millia paſſuum) ſtadii unius ſpatio diſſita extat Eccleſia Abbatialis S. Petri, necnon Parochialis S. Marci Evangeliſtæ, quæ perinde œconomo curato committitur a Capitulo: præterea Eccleſiæ nonnullæ extra Terram, ad Abbatiam S. Petri Cuſatorum pertinentes, ut S. Mariæ Magdalenæ, & S. Blaſii Epiſcopi & Mart. in Terra *Camerotæ*; ac S. Juliani, & S. Antonii in Terra *Lentiſcoſæ*; & S. Mariæ in Palinuro in Portu ipſo conſtructa, quo Clerus Cuſatorum ſe confert proceſſionaliter feria ſecunda Paſchatis, miſſamque ibi ſolemniter celebrat. Hinc autem facili negotio aſſequimur, quod ad Monaſterium *S. Petri Cuſatorum* his literis expreſſum, Eccleſiæ prædictæ, aliæque plures hodie dirutæ cum territoriis, quæ juris ſunt Capituli, pertinebant; ac proinde Eccleſia etiam Parochialis S. Nicolai in Terra Boſchi a Monaſterio eodem pendebat. Quum autem Capitulum ædes Abbatiales, ubi Vicarius ejuſdem generalis reſidet, conſtituerit eadem in terra Boſchi; ibidemque juriſdictionem civilem, & mixtam exerceat; non vero, ut olim, Cuſatis: hinc eſt, quod Ughellus non S. Petri Cuſatorum, ſed S. Nicolai de Boſco unicam agnovit Abbatiam Policaſtrenſis Diœceſis. A veritate autem aberrare eum qui non unam, ſeu duas putat Abbatias in eadem Diœceſi, luculente oſtendunt hæ literæ Apoſtolicæ, necnon Inſtrumenti Tranſumtum Sixti V. anno primo, ſeu 1585. (*in Arch. Baſil. capſ. 17. faſc. 92.*) quod continet Poſſeſſionis Acta, quum Capitulum utramque Abbatiam debita cum ſolemnitate accepit, an. 1564. diebus 18. &

22. Novem.

regularis, aut ſæcularis inibi dignitas principalis exiſtit, & cujus ac illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ducentorum & quinquaginta ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, Prioratum prædict., ſive Prioratus præmiſſo, ſive alio, aut tam ille, quam Monaſteria prædicta quovis modo, vel ex

Eadem quocumque modo vacent, Vacantia

aliorum quorumcumque perſonis, ſeu per ſimilem Scipionis, & ſeu liberas aliorum quorumvis reſignationes, & ceſſiones de Prioratu, ac regiminibus, & adminiſtrationibus Monaſteriorum hujuſmodi in Rom. Cur. vel extra eam etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factas, aut Prioratus prædictus per conſtitutionem fel. rec. Joannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Execrabilis, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati, vel alias quomodocumque, & qualitercumque vacent, etiam ſi tanto tempore vacaverint quod Monaſteriorum proviſio, & Prioratus prædictorum collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones ad Sedem prædictam legitime devoluta, dictuſque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel quatenus per primodictam reſignationem vacet, alias generaliter reſervatus exiſtat, ac proviſio dictorum Monaſteriorum ex quavis cauſa ad Sedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, & de illis vel eorum aliquibus conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu de-

Cura etiam animar. jurisdictionali iis imminente

beat, necnon ad ipſum Prioratum conſueverit quis per electionem aſſumi, eique, ac dictis Monaſteriis cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ac ſuper eis, & ſeu dictorum Monaſteriorum regiminibus, & adminiſtrationibus prædictis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo, quatenus Prioratus per primodictam reſignationem ejus diſpoſitio ad Nos hac vice per-

Dummodo non ſit iis proviſum hoc eod. temp.

tineat, ſeu ſi alias vacet, tempore datæ præſentium in eo alicui ſpecialiter jus quæſitum, ac ipſis Monaſteriis de Abbate proviſum, aut illa aliis commendata canonice non ſint; necnon in ſingulis eiſdem Monaſteriis, & Prioratu eorum Conventuum ſi quis quomodocumque ſit, ac Abbatiales, Prioralem, cæteraſque dignitates, adminiſtrationes, & officia etiam clauſtralia, eorumque nomina invocationes, & titulos, ac tam in eiſdem Monaſteriis, & Prioratu, quam etiam in illis annexis, & ab eis dependentibus Prioratibus, Præpoſituris, cæteriſque beneficiis Eccleſiaſticis regularibus ordine, ac denique, omnem ſtatum eſſentiam, & dependentias, cæteraque inſignia, & veſtigia Monaſtica, & Regularia eadem

Omnia ſupprimit, & extinguit

auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ac eorum Eccleſias, & loca ad ſtatum ſæcularem reducimus, necnon omnia, & ſingula ipſorum ſic ſuppreſſorum, & extinctorum Monaſteriorum, & Prioratus, illiſque forſan annexorum, ac membrorum proprietates, poſſeſſiones, domos, ædificia, grangias, fructus, redditus, proventus, jura, juriſdictiones ſpirituales, & temporales, vaſſallos, & ſubditos alios, decimas, primitias, obventiones, cenſus, emolumenta, aliaque res, & bona quæcumque Menſæ Capitulari

Eaque applicat, & appropriat Capitulo.

Baſilicæ hujuſmodi eiſdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat ex nunc prædictis Canonicis, & Capitulo per ſe, ſeu alium, vel alios illorum omnium, & ſingulorum corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi propria auctoritate, & ſine vitio cujuſcumque ſpolii, & attemptatorum libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac hujuſmodi fructus, redditus, & proventus, jura, obven-

---

22 Novembris. De prima ſiquidem legitur: *in Abbatia S. Petri Caſalis Cuſatorum pertinentia Camerotæ*. De altero vero: *in Abbatia S. Nazarii pertinentiarum Terra Cuccari*. Cauſam potius inquirendam eſſe reor, quare Capitulum *Cuſatis Boſcum* Sedem Abbatialem tranſtulerit: neque aliam eſſe cenſeo, quam feudi Baronalis, ſeu Marchionalis inſtitutionem: quum enim *Cuſati*, *Camerota*, & *Lentiſcoſa* hujuſmodi feudum effecerint, antiqua illa juriſdictio civilis, & mixta quam Capitulum conſtat habuiſſe in Terra Cuſatorum, deſiit: quare Sedem ipſam Vicarii Capitularis alio transferre eidem libuit, cum priſca illa juriſdictione, quam libere exercet in Terra Boſchi.

De Monaſterio altero, tametſi tria oppida Abbatiam hodiernam conſtituant, multo planior res eſt. *S. Nazarii* oppidum octo millia paſſuum Cuſatis diſtans verſus occidentem, & in finibus Caputaquen. Diœceſis: antiqua terra Cuccari ex Veliæ ruinis emergens originem dedit huic oppido in illius Territorio paulatim excitato a Colonis, ut creditur, fundorum Monaſterii, cujus nomen retinet, juriſdictionis tamen Baronalis ab illa Cuccari ſeparatæ. Abbatialis Eccleſia eſt parochialis cum Vicecurato, qui deputatur a Capitulo. Alterum oppidum, quod melius appellaremus oppidulum, quippe in quo animæ ſunt ſolummodo 114. ſitum eſt in ima cujuſdam ſaltus parte, mille paſſibus verſus Boream a *S.* Nazario diſtans, eique nomen *Eremitæ*. Parva ibi eſt Eccleſia Parochialis ſub titulo *S. Nicolai de Tolentino* cum Curato, quem deputat Capitulum: eſtque illa ipſa Eccleſia, quæ indicatur ab Ughello. Niſi forte quis velit Eccleſiam illam Sancti Nicolai accipiendam pro vaſto illo Territorio juris S. Petri Cuſatorum, in antiquæ civitatis Molpæ hodie Centulæ ruinis, cui S. Nicolai nomen erat inditum ab antiqua & diruta Capella ejuſdem nominis. Et vero hodie etiam appellatur Caſale Sancti Nicolai tertium oppidulum ad hanc S. Nazarii Abbatiam pertinens. Tametſi exſtructum idem fuit longe poſt Ughellum ab una Familia *de Tomeis*, neque animas continet bene nonaginta. De eodem nonnihil huc afferam, utpote juriſdictionis Capituli. Declinante Seculo XVII. quidam Dominicus de Tomeis e terra Ancellaria in hoc ſolo Capituli ædificavit domum, procreatiſque filiis alias ſubinde domos adjunxit cum Capella in honorem S. Nicolai Deo dicata, ut miſſæ Sacrificium incolæ audirent, Sacramenta petentes e Terra Piſciotti tribus paſſuum millibus remota. Anno 1701. duo ex noſtris Canonicis Riccius, & Vareſius utramque Abbatiam viſitantes Caſale iſtud in ſolo Baſil. Vatic. excitatum ejuſdem juriſdictioni vindicarunt. Inde nata controverſia inter Capitulum & Caputaquenſem Epiſcopum Vincentium Corcionum, quo brevi decedente, Franciſcus Paulus Nicolai renunciavit liti, neque amplius turbavit quiſpiam Juriſdictionem ſpiritualem Capituli.

(*a*) Mura-

ventiones, & emolumenta in ſuos, dictæque Menſæ Capitularis uſus, & utilitatem convertere, ac eorumdem ſuppreſſorum Monaſteriorum, & Prioratus Eccleſias in ſpiritualibus, & temporalibus regere & adminiſtrare, illiſque, ſi id requirant, per Capellanum, ſeu Capellanos in divinis deſervire, & quibus animarum cura imminet illam per Vicarium, ſeu Vicarios idoneos ad eorumdem Canonicorum, & Capituli nutum ponendos, & amovendos exercere, aliaque onera illis incumbentia ſupportare, necnon omnia, & ſingula Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes, & officia, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, & regularia ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Abbatum, & Prioris pro tempore exiſtentium Monaſteriorum, & Prioratus ſuppreſſorum hujuſmodi communiter, vel diviſim quomodolibet pertinentia, quandocumque, & quotieſcumque illa deinceps in perpetuum vacare contigerit etiam ad inſtar perpetuorum ſimplicium beneficiorum Eccleſiaſticorum Beneficiatorum, & Clericatuum nuncupatorum in dicta Baſilica perſonis idoneis ſæcularibus libere conferre, & de illis etiam providere, ipſaſque perſonas ad illa præſentare, eligere, in eis inſtituere, electos confirmare, ac alias de illis plenarie diſponere, & inſuper quoſcumque Monaſteriorum eorumdem proprios, & legitimos regulares Conventus habentium Monachos, & Religioſos, ſi qui ſint, eis, quoad vixerint dumtaxat, congruam unde ſuſtentari poſſint portionem annuam aſſignando ad alia ſuorum ordinum regularia loca etiam invitos transferre, vel amandare, ac illos, ad ſe transferendum quacumque juris via compellere ordinariorum locorum, ſeu quorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita, & etiam eiſdem repugnantibus, vel invitis, ac ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, & approbationem hujuſmodi, utpote ratione caſalium per Canonicos, & Capitulum prædictos noſtra contemplatione ceſſorum, ac alias ex præmiſſis, & aliis juſtis, & rationabilibus cauſis nobis cognitis, de quibus plenam, & indubiam harum ſerie facimus fidem, & ad quarum juſtificationem, vel aliam probationem deſuper faciendam præfatos Canonicos, & Capitulum minime teneri, nec ulla ratione cogi, neque ob non verificationem, vel etiam falſitatem supranarratorum executionem, & effectum ſuppreſſionis, applicationis, aliarumque præmiſſorum, ac præſentium literarum quomodolibet impediri, ſeu differri poſſe volumus factas, ipſaſque ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, & præſentes literas ullo unquam tempore quovis quæſito colore, vel ingenio etiam ad Ordinariorum locorum Superiorum Ciſtercien., & aliorum Ordinum, aut aliorum quorumvis inſtantiam pro eo quod illas urgenti, juſtaque ratione, & majori utilitate poſtulante, ac alias ex legitimis, & rationabilibus cauſis factas fuiſſe minime conſtare poterit, aut ex quavis alia cauſa etiam juridica revocari, caſſari, retractari, vel alias eis in aliquo præjudicari, neque eas de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam quia Ciſtercien., & aliorum Ordinum Superiores, aut Monaſteriorum Fundatores, aliique, quorum intererat ad id vocati non fuerunt, vel forſan vocati, in totum, vel in partem conſentire recuſaverunt, notari, vel impugnari, neque cauſam, ſeu cauſas, propter quas illæ a nobis factæ ſunt, ut præfertur, coram locorum Ordinariis etiam, tanquam a Sede prædicta delegatis examinari, vel verificari debere, nec propterea, aut ex eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerunt, ut præfertur per ſurreptionem obtentas præſumi, ac proinde viribus carere, neque Eccleſiæ, aliaque loca ſuppreſſorum Monaſteriorum, & Prioratus hujuſmodi ab ipſis Ordinariis, vel Ciſtercien. aliorumve Ordinum prædictorum Superioribus viſitari, neque Conventum, aut Vicarios etiam perpetuos, vel temporales ibi per eos cum aſſignatione partis fructuum, reddituum, & proventuum deputari, minuſque ibidem quoad reparationes, & animarum curam, vel alias per eoſdem Ordinarios provideri, aut ipſos in illis alias quoquo modo intromittere poſſe ſe, ad eaſdem ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, præſenteſque literas, ſemper validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, ac dictis Canonicis, & Capitulo perpetuo ſuffragari, neque quempiam illas in judicio, vel extra quoquo modo impugnare, vel illis detrahere volentem aliquatenus audiri poſſe, illaſque vim validi, & efficacis contractus inter nos, & Sedem prædictam ex una, & Canonicos, & Capitulum prædictos partibus ex altera deſuper initi, ac etiam conciſtorialiter ſtipulati, & hinc inde jurati, veri, & non ficti, legiſque perpetuæ, & irrefragabilis obtinere decernimus: & inſuper eoſdem Canonicos, & Capitulum, quibus hujuſmodi gratia ex cauſa conceditur oneroſa a ſolutione, & contributione annatæ, etiam communium, & quindenniorum, aliorumque jurium Collegiis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & Officialium de Annatis participantium,

Onera injuncta Capitulo pro cura Spirituali.

Collationes omnium beneficior. eidem conceſſa.

Cum abſoluta poteſtate transferendi Monachos ad alia Monaſteria aſſignata eis congrua.

Suppreſſionis, extinctionis, & unionis validitas.

Exemtio ab Ordinariis & Superioribus Ordinum.

Vim validi contractus tribuit his literis.

pantium, & Cameræ Apoſtolicæ ratione Monaſteriorum, & Prioratus, vel fructuum, reddituum, & proventuum applicatorum eorumdem quomodocumque debitorum, necnon etiam a contributione ſubſidii charitativi, & triennalis, refectionis pontium, viarum, fluminum, aquæductuum, fortalitiorum, & aliarum impoſitionum quarumcumque deinceps in perpetuum, ac etiam ſupportatione quorumcumque Seminariorum, Clericorum, ac quarumcumque decimarum, ſubſidiorum etiam charitativorum, & onerum tam ordinariorum, quam extraordinariorum, & quavis cauſa etiam per nos, & Sedem prædictam, etiam pro defenſione dictæ Sedis, & quavis alia cauſa quantumcumque urgentiſſima, & neceſſaria impoſitorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, etiamſi in impoſitionibus hujuſmodi caveatur expreſſe, quod ſimiles exemptiones nemini ſuffragentur, ac ſimiliter ſuppreſſorum Monaſteriorum, & Prioratus Eccleſias, loca, perſonas, res, & bona quæcumque a Venerab. fratrum noſtrorum Viterbien. Britonorien. Policaſtren. & Caputaquen. Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Abbatum, & aliorum Superiorum Ciſtercien. & aliorum Ordinum prædictorum reſpective nunc, & pro tempore exiſtentium viſitatione, correctione, juriſdictione, & quavis alia ſuperioritate tam in ſpiritualibus, quam temporalibus Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac auctoritate, & tenore ſimilibus etiam perpetuo liberamus, abſolvimus, & eximimus, ac liberata, exempta, & immunia eſſe, neque ad aliquam ſolutionem, vel contributionem propterea faciendam teneri, nec cenſuris, vel Eccleſiaſticis, aut pecuniariis, ſeu aliis pœnis ad id compelli, poſſe pœnaſque, & cenſuras, ſi quas in eos propterea promulgari contigerit, nullas, & irritas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, judicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane etiam decernimus. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Muran. (a) & Viterbien. ac Caputaquen. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta Motu pari mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dd. Canonicorum, & Capituli, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio, ac etiam in adipiſcenda poſſeſſione, vel quaſi, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum, rerum, & aliorum bonorum Menſæ Capitulari applicatorum hujuſmodi aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Canonicis, & Capitulo prædictis a dilectis filiis vaſſallis, & aliis ſubditis eorumdem Monaſteriorum conſueta ſervitia, & jura ſibi ab eis debita integre exhiberi nec non Canonicos, & Capitulum alioſque prædictos ſuppreſſione, extinctione, applicatione, appropriatione, liberatione, abſolutione, exemptione, & decretis, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari, nec non eoſdem Canonicos & Capitulum, ſi eis videbitur, vel Procuratorem ſuum eorum nomine in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, juris percipiendi, exigendi, & habendi fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, aliaque res, & bona Monaſteriorum, ac Prioratus, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eiſdem, facientes illis de eiſdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis, integre reſponderi, nec permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præſentibus non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris remedia eadem auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo: nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus ſit auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, & aliis præmiſſis, nec non piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri etiam illa, qua cavetur, ne quis extra Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam

Capitulum eximit a quacumque contributione pro Monaſteriis unitis

Eademque Monaſteria a viſitatione &c. quorumcumque Superiorum

Eorum poſſeſſio committitur de more tribus Epiſcopis.

Qui bona & ſubditos ſu ſciant Capitulo.

Etiamſi per Procuratorem poſſeſſionem capiat.

Contrariis conſtitutionibus derogat.

(a) Muranus Epiſcopus, qui tum erat Phileſius Cittadinus Interamnas Cameræ Apoſtolicæ locumtenens, a Pio IV. promotus an. 1562. electuſque unus ex Cleri Romani reformatoribus, Collega tantum erat Policaſtrenſis, & Caputaquenſis Epiſcopor.; quorum in Diœceſibus Monaſteria erant. Muri enim civitas in Monte Baſilicatæ ſita eſt, nec quicquam ad illam attinebat de Monaſteriis.

(a) Lau-

unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a dicta Sede deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, ac aliis Apoſtolicis, & quibuſcumque Conciliaribus, nec non in quibuſvis Generalibus, & Provincialibus Conciliis editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Monaſteriorum Prioratus, & Ciſtercien. aliorumque Ordinum, ac Baſilicæ prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Monaſteriis, & Prioratui, ac Ciſtercien., aliiſque Ordinibus, ac Baſilicæ, & Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ prædictis, eorumque Superioribus Viſitatoribus, Conventibus, Capitulis, Congregationibus, & aliis perſonis, necnon dilecto filio noſtro Laurentio moderno, & pro tempore exiſtenti Cardinali ejuſdem Sanctæ Balbinæ Titulari (*a*) etiam contra tales ſuppreſſiones, applicationes, exemptiones, & bonorum alienationes, ac ſuper illis in priſtinum ſtatum reſtituendis, necnon Conventibus, & Monachis in ſimilia Monaſteria etiam ſuppreſſa, & extincta per eos etiam auctoritate Apoſtolica, & de facto etiam manu regia introducendis, ſeu reducendis, Monaſteriiſque alienatis in ſuo priſtino ſtatu reſtituendis, & ſimilibus ſuppreſſionibus, applicationibus, exemptionibus, diſpoſitionibus, & gratiis in aliquo per eos non admittendis, ſed eis pro nullis, & non conceſſis habendis, & reputandis, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel ſpecie, etiam ad Imperator., Regum, & aliorum inſtantiam etiam per recol. mem. Eugenium IV. Martinum V. Nicolaum etiam V. Calixtum III. Pium II. Sixtum etiam IV. Innocentium VIII. & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam etiam per modum ſtatuti perpetui, aut etiam contractus, ſeu quaſi, aut alias quomodolibet, & ex quibuſvis cauſis etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, vel ad eorum inſtantiam, ſeu motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conciſtorialiter, ac cum quibuſvis etiam efficaciſſimis, etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam iteratis vicibus in genere, & in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, & quocumque tempore etiam longiſſimo, & forſan immemorabili obſervatis, etiam ſi in eis, ac ſtatutis prædictis caveatur expreſſe, quod quæcumque ſuppreſſiones, & aliæ ſimiles diſpoſitiones de Monaſteriis ejuſdem Ciſtercien. Ordinis pro tempore vacantibus etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas etiam cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis etiam eiſdem ſtatutis, privilegiis, & indultis expreſſe derogantibus clauſulis pro tempore factæ nullius ſint roboris, vel momenti, Conventuſque Monaſteriorum, eorumdem hujuſmodi ſuppreſſionibus, & aliis ſimilibus diſpoſitionibus non obſtantibus ad electiones, & Superiores dicti Ciſtercien. Ordinis, ſeu eorum Commiſſarii ad confirmationes electionum pro tempore factarum, alias juxta regularia inſtituta, & laudabiles conſuetudines dicti Ciſtercien. Ordinis, ac privilegia, & indulta prædicta procedere poſſint, quodque Monaſteriis ipſis quomodocumque vacantibus per electionem Canonicam per Conventus eorumdem de perſonis ipſum Ciſtercien. Ordinem expreſſe profeſſis, & vocatis ipſius Ciſtercien. Ordinis Patribus Abbatibus faciendam, omni impedimento ceſſante provideri debeat, & eiſdem Conventibus eligere negligentibus jus providendi dictis Monaſteriis pro illa vice ad immediatos Patres Abbates devolvatur, ipſique Patres Abbates, & Conventus proviſionibus, & aliis diſpoſitionibus Apoſtolicis, ac literis derogatoriis hujuſmodi etiam quaſcumque cenſuras, & pœnas in ſe continen. parere minime teneantur. Quodque eiſdem ſtatutis, privilegiis, & indultis, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam derogatoriarum derogatorias, & inſolitas clauſulas in ſe continentes derogari, aut illorum effectus impediri non poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi hujuſmodi, derogatio conciſtorialiter facta, & per diverſas literas Patri Abbati pro tempore exiſtenti Monaſterii Ciſtercien. Cabilonen. (*b*) Diœceſis, & Capitulo Generali dicti Ciſtercienſis Ordinis, & Diffinitoribus ejuſdem Capituli etiam cum certi temporis intervallo intimata fuerit,

Perinde Privilegiis, & conſuetudinibus:

Card. Titulari non exceptio circa Prioratum S. Balbinæ.

Decretis item nonnullor. Pontificum.

Nulla attentis eorum ſolemnitate

Necnon Privilegiis Ciſtercienſis Ordinis

Quamvis derogari iiſdem nequeat niſi conſiſtorialiter &c.

(*a*) Laurentius Strozius Florentinus Philippi Strozii, & Claricis Medicea Leonis X. neptis filius a Paulo IV. creatus Cardinalis S. Balbinæ an. 1557.

(*b*) Ciſtercium in Diœceſi Cabillonenſi, quod a Ciſternis nomen ſortitum putant, Caput hujus Ordinis Benedictini, quem fundavit B. Robertus Abbas Moliſmenſis an. 1098. S. Benedicti Regulis propriiſque ſtatutis Monachos devinciens. (Nat. Alex. *Sec. XI. & XII. cap. 7. art. 8. n. 7.*

(*a*) In

fuerit, & ſi illis aliter derogari contingat, etiam cum eorum inſertione derogatio hujuſmodi niſi de conſenſu Abbatis pro tempore exiſtentis, & dilectorum filiorum Conventus Monaſterii Ciſtercii hujuſmodi facta fuerit nulli ſuffragetur, quodque clauſula implicitæ derogationis etiam in ſchedula Motus proprii appoſita, aliter quam ibi expreſſa eſt in literis extendi non poſſit. Quibus omnibus, eorum nihilominus tenores hujuſmodi in genere, & ſpecie ad effectum ſufficientis derogationis eorum, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, individue, & expreſſe, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe declaramus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus hujuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel legatorum ejus literas impetraverint etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque ad dictum Prioratum volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem dignitatum, vel beneficiorum aliorum, præjudicium generari, ſeu ſi vaſſallis, & ſubditis, ac locorum Ordinariis, & ordinum Superioribus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmndi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo quod S. Balbinæ, & aliæ dictorum ſuppreſſorum Monaſteriorum Eccleſiæ prædictæ debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, ſed earum onera in reliquis congrue ſupportentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, reductinnis, applicationis, approbationis, liberationis, abſolutionum, decretorum, exemptionis, mandati, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Obſtantia omnia pro expreſſis habet ut iuſtitias iis deroget;

Item derogat gratiis ſpecialibus, & generalibus ſuper faciendis proviſionibus.

Privilegiis quoque, & Indultis particularibus.

Cautum vult Divo noculitu & cura animarum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, xii. Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno quinto.

Extincta omni cauſa litium pro evictione Capituli ſuper Caſalibus alienatis, ac reſtituto antiquis emtoribus Caſali Monaſteriorum derogat quibuſcumque ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, & diſpoſitionibus de eodem factis poſt alienationem tempore Clem. VII. ad favorem Hortenſiæ Cinciæ, ut partem ejus Caſalis emere poſſit pro filiis ſuis, quorum Curatrix erat.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 40. faſc. 160.

AN. CH. 1564. 1. Septemb.

Caſalia Baſilica Vaticanæ.

PIus Papa Quartus. Motu proprio &c. Cum inter Caſalia, & tenimenta olim ad dilectos filios Cannnicos, & Capitulum Baſilicæ Sancti Petri in Vaticano Urbis Romæ, & eorum Menſam Capitularem, aut alias ſpectantia, & pertinentia, & tempore fel. mem. Clementis PP. VII. noſtri Prædeceſſoris ob urgentiſſimas neceſſitates ejuſdem Prædeceſſoris, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ (a) media quadam permutatione inita inter Canonicos, & Capitulum præfatos ex una, & bon. mem. Laurentium Puccium tunc S. R. E. Cardinalem de dictis Caſalibus & tenimentis cum Caſali Malleanæ (a)

Alienata propter neceſſitates S. Sedis.

(a) In hujuſmodi neceſſitatem induxerat Pontificem & S. Sedem prima direptio Urbis, ſeu mavis Civitatis Leoninæ. Alienatio enim Caſalium præivit teterrimam alteram Borbonianam.

(a) De

næ (*a*), & Caſali Vallis Inferni, ſeu alias nuncupatis ex altera partibus, per eumdem Laurentium Cardinalem ex voluntate, & ordinatione ejuſdem noſtri Prædeceſſoris diverſis temporibus alienata venditum, & alienatnm fuerit cuidam Nicolao Jacobatio Romano Civi (*b*) Caſale, & tenimentum Monaſteriorum, & Columnellæ vulgariter nuncupatum, ſitum in diſtrictu, & territorio Urbis Romæ in partibus Inſulæ, juxta ſuos notos fines, & poſt venditionem hujuſmodi fuerit per dictum Nicolaum emptorem, & ſucceſſive per Marcum Antonium, & Joannem Baptiſtam ipſius Nicolai filios, & hæredes tanquam eorum proprium poſſeſſum, & præfatus Joannes Baptiſta exiſtens debitor cujuſdam Roberti de Aricia Romani Civis, dederit eidem Roberto in ſolutum, & reſpective vendiderit triginta quinque jugera dicti Caſalis, quorum poſſeſſionem corporalem poſtea, auctore prætore, adepti fuerunt dilecti filii Camillus, & Jacobus filii, & hæredes dicti Roberti, qui deſuper contra Joannem Baptiſtam in Curia tunc cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris (*c*) litigaverunt, & Camillo, & Jacobo in triginta quinque jugerum, & dilectis filiis Tarquinio, & Martio Marci Antonii legitimis, & naturalibus filiis, & Joanni Baptiſtæ nepotibus, & eorumdem Marci Antonii, & Joannis Baptiſtæ hæredibus poſt obitum dictorum Marci Antonii, & Joannis Baptiſtæ in reſidui dicti Caſalis poſſeſſione exiſtentibus, tempore Pontificatus felic. rec. Papæ Pauli IV. itidem noſtri Prædeceſſoris, virtute cujuſdam novæ Conſtitutionis ab eodem Paulo Prædeceſſore ſuper reſciſſione alienationum bonorum Eccleſiaſticorum editæ mota fuerit lis, & controverſia in Curia prædicta Auditoris Cameræ per dictos Canonicos, & Capitulum Sancti Petri ſuper dicto Caſali Monaſteriorum, & Columnellæ contra Tarquinium, & Martium, & Camillum & Jacobum reſpective, prout etiam contra alios aliorum Caſalium præfatorum poſſeſſores, & inde ſecuta fuerit dictorum Caſalium evictio (*d*), etiam præſertim totius dicti Caſalis Monaſteriorum, & Columnellæ, & conſequenter dictorum triginta quinque jugerum per Camillum, & Jacobum præfatos poſſeſſorum; propter quam evictionem triginta quinque jugerum, præfati Tarquinius, & Martius reperiuntur præfatis Camillo, & Jacobo obligati in damnis, expenſis, & intereſſe propterea per dictos Camillum, & Jacobum paſſis, ad notabilem pecuniarum ſummam aſcendentibus. Poſtea vero præfato Paulo viam univerſæ carnis ingreſſo, cum ad ſummi Pontificatus apicem divina diſponente Clementia aſſumpti eſſemus, rationabilibus ex cauſis animum noſtrum moventibus, aliam novam ediderimus conſtitutionem, per quam dicti Pauli Conſtitutionem ad viam juris reduximus (*e*), & alias prout in dicta noſtra Conſtitutione latius continetur reformavimus, & appellationem, & reclamationem nomine dictorum, qui dictam Caſalium evictionem paſſi fuerant, a ſententiis cauſa dictorum Caſalium ab eodem Auditore Cameræ latorum & inde ſecutorum, ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & ad nos interpoſitarum; cauſas in Auditorio Rotæ venarabili Fratri Julio Oradino (*f*) Epiſcopo ſive electo Peruſino, uni ex dicti Auditorii Auditoribus, ſive locumtenentibus, audiendas, cognoſcendas, & pro juſtitia deciden., & terminand. commiſerimus. Quas quidem cauſas per certum tempus in dicto Auditorio, maximis cum partium hinc inde. litigantium laboribus, & diſpendio ventilatas, tandem ex legitimis cauſis ad nos avocaverimus, inſuperque avocaverimus a Canonicis, & Capitulo præfatis poſſeſſionem dictorum Caſalium evictorum, & præſertim totius dicti Caſalis Monaſteriorum, & Columnellæ & re plane & mature conſiderata & diſcuſa ad obviandum præfatis, & omnibus aliis litibus, quæſtionibus, & controverſiis, quæ ſuper dictis Caſalibus, & illorum occaſione inter Canonicos, & Capitulum Sancti Petri, & præfatos dictorum Caſalium evictionem paſſos, necnon hæredes dicti Laurentii Puccii Cardinalis dictorum Caſalium venditoris, & noſtram Came-

Venditio Caſalis Monaſter.

Ejuſdem pars alienata ab emtore ab contractum ut alienum.

Ex Pauli IV. Conſtitut. naſcitur lis Capituli de evictione.

Pius IV. Conſtitut. Pauli ad tramites juris vocat.

Cauſam Capituli committit Auditoribus Rotæ.

Eamdem Pontifex ad ſe avocaverat.

(*a*) De Caſali Manlianæ ſatis multa in ſuperiori Tomo, præcipue *pag. 383. & ſeq.* Caſalis autem *Vallis Inferni*, nulla mentio in literis Clementis VII. Tranſtiberinum ibiCaſale juris Card. Puccii, ſemper appellatur. Ex hiſce literis quænam compenſatio inſtituta eſſet Capitulo, nobis ſuppetit: Caſale Manlianæ, & Caſale, ſeu Caſalia Vallis inferni cum vineis fornacibus &c.

(*b*) *To. 2. pag. 382.* extat hujuſmodi venditio auctoritate Apoſtolica. His literis jus omne aufertur Capitulo ſuper Caſali Monaſteriorum: quod tandem anno 1607. ad Menſam Capitularem rediit ſeptemdecim Ducatorum millibus ac 700. exſolutis ut conſtat ex Actis Gargarii eodem anno die 30. Decembr.

(*c*) Monebam ſupra *pag. 35. & ſeq. not. d.* Pium IV., ſtatim atque aſcendit Petri Sedem, novum illum Magiſtratum Regentis Cameræ antiquaſſe, Auditoratu poſtliminio redeunte. Flavius Urſinus Mutanus tum Antiſtes ab eodem Pontifice renunciatus fuit Auditor, quem ſequenti anno 1561. Sacro Cardinalium Collegio adſcripſit. *Cobell. Ciac. Ughell.*

(*d*) Haud dubie per Conſtitutionem, quæ evictionis cauſa fuit, ipſæ illæ literæ indicantur Alphonſo Regenti Cameræ datæ contra poſſeſſores Caſalium &c. an. 1559. Neque enim ab juſto & æquo abhorret, Capitulum Baſilicæ Vaticanæ, ubi ſenſit, ſe omni ſpe dejectum compenſationis pro ſuis Caſalibus alienatis, evictionem objeciſſe emtoribus. Eas huc revoca *pag. 35. & ſeqq.*

(*e*) Extat in Bullario Rom. inter Bullas Pii IV. 104.

(*f*) Civis Peruſinus Juriſconſultus celeberrimus, legationibus quoque inſignis ad Romanos Pontifices, & ad Carolum V. vocatur electus, nam Februario menſe hujus anni declaratur Epiſcopus patriæ ſuæ, poſt menſes 18. ante inaugurationem, Card. Cornaro illam ceſſit Eccleſiam, maluitque Aulæ Romanæ prodeſſe Auditor Rotæ, qualis, a Julio III. jam declaratus, perſeveravit ad annum 1573. ſuæ vitæ mortalis ultimum. Ughell. *in Epiſc. Peruſin.*

(*a*) Nil

Cameram Apoſtolicam, & nonnullos alios ortæ fuerunt, & in poſterum oriri quomodolibet poſſent. Et ad ſublevandum omnes præfatos viciſſim litigantes ab ulterioribus laboribus, & diſpendiis, & ad rem hujuſmodi penitus componen. omnes, & ſingulas lites, cauſas, controverſias, & quæſtiones prædictas extinximus, & proviſionem fecimus, per quam Canonicis, & Capitulo Sancti Petri juxta prælibati Clementis VII. intentionem data fuit æquivalens recompenſa (*a*), & decretum, atque mandatum, ut Caſalia prædicta evicta iis, quibus evicta fuerunt per Cameram noſtram Apoſtolicam, ſive dilectum filium noſtrum, & Cameræ præfatæ Generalem Theſaurarium reſtituantur, atque alias, & aliter providimus, prout in literis in forma Motus proprii per nos editis ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum XII. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno quinto (*b*), ſeu alio veriori die latius continetur. Verum quia cauſa compoſitionis, & ſedationis litium, & controverſiarum prædictarum, quilibet ex prædictis dictam Caſalium evictionem paſſis, & quibus Caſalia reſtitui mandavimus, juxta formam inſtrumentorum inter eos, & Theſaurarium præfatum conficien., debet ſolvere certam ſummam pecuniarum, prout nonnulli ex eis, qui eorum Caſalia recuperaverunt jam perſolverunt, & præfati Tarquinius, & Martius pro recuperatione dicti Caſalis Monaſteriorum, & Columnellæ debent ſolvere ſummam Scutorum termille quingentorum, vel circa, computatis Juliis decem pro quolibet Scuto, & non habent modum ſummam ſolvendi, neque etiam præfatis Camillo, & Jacobo de damnis, expenſis, & intereſſe prædictis ſatisfaciendi facultatem, quia pecunias non habent, neque aliunde habere poſſunt, niſi vendant totum dictum Caſale aut illius partem, prout occaſio dederit, & ipſi Tarquinius, & Martius, & agentes pro eis maximam, & exactiſſimam adhibuerunt diligentiam in quærendo aliunde dictas pecunias, abſque eo quod dictum Caſale vendant, & non ſolum pecunias ad id neceſſarias aliunde invenire non putuerunt, quin etiam, neque partis, neque totius dicti Caſalis alium emptorem, qui eis meliorem obtulerit conditionem invenerunt, quam dilectam filiam Hortenſiam Cenciam (*c*) Romanam prædictorum Camilli & Jacobi matrem & curatricem, quæ pro eo, quod in dicto Caſali dicti ſui filii habent jus pro jugeribus triginta quinque prædictis, obtulit ſeparatim totum dictum Caſale pro dictis ſuis filiis emere pretio octoginta Scutorum pro quolibet Jugero, & cum nonnullis pactis, & conventionibus pro cautela tam venditorum, quam emptorum licitis tamen & honeſtis, & in Inſtrumento deſuper conficiendo apponendis. Et inter cætera cum pacto, quod debeat in primis a nobis obtineri opportuna derogatio quarumcumque ſubſtitutionum fideicommiſſorum, & diſpoſitionum factarum ſub dicto Caſali, & cauſa dicti Caſalis per quoſcumque anteceſſores, & auctores ipſorum Tarquinii, & Martii, & præſertim per dictum Marcum Antonium, & Joannem Baptiſtam, quorum alter, id eſt Marcus Antonius primo defunctus in ſuo teſtamento inſtituit ſibi hæredes univerſales præfatos Tarquinium, & Martium ejus filios, & illos, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus deceſſerint, ad invicem ſubſtituit, & ultimo ſine liberis præfatis decedenti ſubſtituit Joannem Baptiſtam fratrem ipſius Marci Antonii; Joanni Baptiſtæ præfato ſubſtituit Nicolaum Jacobatium juniorem nepotem ipſius Marci Antonii, ex quondam Laurentio fratre; Nicolao vero ſine liberis præfatis morienti ſubſtituit proximiores de domo, & familia Jacobatiorum, & alias, & aliter, prout in dicto ſuo teſtamento latius continetur, diſpoſuit. Alter vero, id eſt Joannes Baptiſta in ſuo teſtamento inſtituit ſibi hæredes univerſales præfatos Tarquinium, & Martium ejus nepotes, & illos ad invicem ſubſtituit, quibus morientibus ſine filiis legitimis, & naturalibus, voluit ſuccedere filios ſpurios, ſeu baſtardos maſculos: juſſit etiam, & mandavit, quod tam ejus nepotes, & hæredes præfati, quam eorum filii legitimi

Compenſationem æquivalentem dans Capit.

Caſalis Monaſteriorum poſſeſſores alienare iſtud coguntur

Quam debeſent tertium, ſcut. trium mill. quingentorum ſcut.

Hortenſia Cencia offert 80. ſcuta pro quolibet jugero.

Dummodo neceſſarias derogationes obtineat a Pontifice.

Propter alios aliosque hæredes inſtitutos.

(*a*) Nil melius oſtendet, num *recompenſa æquivalens* data fuerit Capitulo; quam Caſalium alienatorum comparatio cum iis, quæ a Pio IV. ante duos menſes Capitulum obtinuerat. Caſalia alienata venierant 20. millibus Ducatis auri de Camera; ac pro iis, quoad compenſatio fieret, mille Ducati quotannis Menſæ Capitulari ſolvebantur. (*To. 2. pag. 386. & ſeq.*) Compenſatio autem, quæ æquivalens appellatur, quanti eſſet, ex ipſis literis Pii IV juxta taxam librorum Cameræ ſic ſe habet: Prioratus S. Salvatoris in S. Balbinæ *Ducat.* 200. Monaſteria S. Martini *flor.* 50. S. Rufilli *flor.* 50. S. Petri Cuſatorum *flor.* 66. 2. *tert.* & S. Nazarii *flor.* 33. 1. *tert.* Hos vero florenos, qui ſunt omnino biſcentum, Ducatos aureos Cameræ decem Juliorum, ut tum numerabantur, conficiunt quadrigentos. Itaque pro mille Ducatis annui reditus, Menſa Capitularis ſexcentos tantum accepit. Non igitur æquivalens compenſatio videtur facta. Notari tamen debet, quod Taxæ libror. Cameralium plerumque ſtatum antiquum referunt: nec credibile eſt, æquivalentem compenſationem a Pontifice appellari, quæ talis vere non fuerit.

(*b*) Quas ſcilicet paulo antea edidimus *pag. 50. & ſeqq.*

(*c*) Puta uxorem Roberti de Aricia Civis Romani, qui ab Jacobatiis emerat 35. Jugera hujus Caſalis. Ejuſdem vero Caſalis Monaſteriorum & Columnellæ poſt annos tres, & quadraginta Menſa Capitularis jus omne & abſolutum dominium acquiſivit anno 1607. die 30. Decembris, perſolutis Scutis decem & ſeptem millibus, ſeptingentis, octoginta quinque, B. octodecim ad Julios decem pro Scuto Joanni Baptiſtæ de Aricia, conſentiente illius matre Victoria Capiſucchi de Aricia nobili Matrona Romana, & D. Laura Gaetana uxore, quæ cuicumque juri cedunt ſuper ipſo Caſali. De re autem pleniſſime conſtat ex Actis Gargarii *lib. 7. pag. 203. & ſeqq.* in noſtro Archivo.

legitimi & naturales, & naturales tantum non poſſint bona hæreditaria ipſius Joannis Baptiſtæ vendere, ſeu alienare, neminique pignori tradere ex quavis cauſa, neque poſſint illa obligare pro dote earumdem uxorum, quas ducerent, nec ad inſtantiam alicujus perſonæ. Quod ſi ipſi, vel alter ipſorum prænominatorum contrarium faceret, voluit, juſſit & mandavit, ut in bonis, & hæreditate ipſius Joannis Baptiſtæ ſuccedant germanæ ſorores dictorum ſuorum nepotum, & hæredum, quæ tunc temporis reperiantur nuptæ non autem moniales effectæ. Et adveniente caſu dictæ ſucceſſionis, & non extantibus dictis germanis ſororibus dictorum ſuorum nepotum, & hæredum nuptis, ut ſuper, ſuccedant filii maſculi legitimi, & naturales Nicolai Jacobatii ipſius Joannis Baptiſtæ nepotis, quibus filiis legitimis & naturalibus præfati Nicolai non extantibus, in bonis, & hæreditate prædict. ſuccedere debeat filius Joannis Laurentii Jacobatii, & dicto Dominico tunc forſan in humanis non exiſtente, filii legitimi, & naturales ipſius Dominici. Voluit etiam, quod hoc fideicommiſſum ſit, & eſſe debeat perpetuum, & uſque in infinitum & alias, & aliter prædictus Joannes Baptiſta, prout in dicto ſuo teſtamento latius continetur, diſpoſuit. Cumque ſtantibus evictione dicti Caſalis, & obligatione, quam habent dicti Tarquinius, & Martius erga dictos Camillum, & Jacobum ex facto dicti Joannis Baptiſtæ, qui expreſſam prohibitionem alienationis fecit, ac ſtantibus aliis præfatis, neceſſaria ſit dicti Caſalis venditio, cum alioqui præfati Tarquinius & Martius, & eorum deſcendentes, & alii virtute dictarum diſpoſitionum ad dictum Caſale vocati carerent Caſale, & pretio Caſalis, & omni emolumento, atque commodo fructuum, quod ex pretio, ſeu cauſa pretii dicti Caſalis haberi poſſit. Et propterea non extantibus teſtamentis, ſubſtitution. fideicommiſſis, diſpoſitionibus præfatis, & aliis quibuſcumque, licita ſit, & tuta dicti Caſalis venditio. Nihilominus Hortenſia præfata, non aliter dictum Caſale emere vult, niſi prius dicta derogatione obtenta. Nos itaque cupientes Tarquinii, & Martii præfatorum, & eorumdem deſcendentium, & aliorum ad dictum Caſale virtute dictarum diſpoſitionum vocatorum indemnitati, & commodo, & dictorum Camilli, & Jacobi filiorum, & hæredum Roberti, & eorum matris, & Curatricis emere volentium ſecuritati conſulere, & in præmiſſis omnibus opportune providere, Motu proprio, ex noſtra certa ſcientia, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & omnibus melioribus modo, via, cauſa, & forma, quibus validius, & efficacius poſſumus harum ſerie præfatos Tarquinium, & Martium, & Curatorem eis ad effectum faciendi dictam venditionem dicti Caſalis ſpecialiter deputatum, ſeu deputandum, necnon præfatos Hortenſiam, Camillum, & Jacobum, & quoſcumque alios, quos occaſione dictæ faciendæ venditionis abſolvere opus ſit, a cujuſcumque excommunicationis ſententiis, & quibuſcumque cenſuris Eccleſiaſticis ſi cuibus forte innodati ſint ad cautelam, & quatenus opus ſit ad effectum præſentium & pro validitate dictæ faciendæ venditionis dicti Caſalis in primis abſolventes, & abſolutos eſſe decernentes; præfatis Tarquinio, & Martio cum dicti ejus deputati, ſeu deputandi Curatoris, & duorum conſanguineorum proximiorum ipſorum Tarquinii, & Martii, ſi ii conſanguinei extant, & ſi illorum peritia haberi poterit, ſin autem, cum dicti ſolius Curatoris, cujus auctoritate, conſenſu, & approbatione, & cum alicujus Judicis ordinarii Romanæ Curiæ decreto dictum Caſale præfatis Camillo, & Jacobo, ſeu dictæ Hortenſiæ illorum Curatrici pretio præfato convento ad rationem Scutorum octoginta pro quolibet jugero terræ, computatis Juliis decem pro quolibet Scuto, & cum omnibus aliis pactis, & conventionibus viciſſim ineundis, alioqui licitis, & honeſtis, ſive antea, ſive poſtea, quam præfati Tarquinius & Martius dictum Caſale recuperaverint, & illius poſſeſſionem rehabuerint, vendendi, & alienandi, & præfatis Hortenſiæ Curatrici, & Camillo, & Jacobo emendi poteſtatem, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes, & declarantes venditionem, & alienationem dicti Caſalis, ſicut ſuperius dictum eſt faciendam, validam fore pro ipſis omnibus præfatis, atque pro omnibus eorum deſcendentibus, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque etiam per ſupradicta teſtamenta, ſubſtitutiones, fideicommiſſa, & quaſcumque alias diſpoſitiones ad dictum Caſale quomodolibet vocatis, ita quod nemini ex illis unquam liceat, prætextu, cauſa, & occaſione, & jure dictorum teſtamentorum, ſubſtitutionum, fideicommiſſorum, & diſpoſitionum adverſus hujuſmodi venditionem, & alienationem, quovis modo dicere, facere, vel venire, & dictos emptores, & illorum hæredes, & ſucceſſores quoſcumque propterea quomodolibet inquietare, vexare, moleſtare in judicio, vel extra judicium, & dictum Caſale petere, & vendicare, & ad illud recurſum habere. Volumus tamen, quod ſoluta quantitate præfata pecuniarum Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Theſaurario noſtro præfato, pro recuperatione dicti Caſalis, ut præfertur ſolvenda, & detractis, atque compenſatis

Fideicommiſſum Iacobatior. ſuper dicto Caſali.

Ejus tamen neceſſaria venditio.

Hortenſia emere illud renuit abſque derogatione.

Pontifex abſolutione de more præmiſſa

Concedit facultatem libere alienandi

Declarans ejus validitatem pro ſucceſſoribus.

ſatis inter ipſos venditores, & emptores in dicta facienda venditione, & emptione detrahendis, & compenſandis illud quod ex

Pacta, & conditiones venditionis.

præfatis dictæ venditionis ſupererit, ſi ſolvetur, ſeu de illo ſatisfiat per dictos empores in aliquo, ſeu aliquibus cenſu, ſive cenſibus, ſeu aliis annuis proventibus aſſignandis, & in ſolutum dandis cenſus, & proventus hujuſmodi pro dicti pretii reſiduo in ſolutum dandi debeant ſuccedere, atque ſuccedant in omnibus, & per omnia loca dicti Caſalis vendendi, & alienandi, & ſi cenſus, ſive proventus hujuſmodi forte ſint empti, vel acquiſiti cum facultate illi, vel illis, qui dictos cenſus ſive proventus vendiderint, dictos cenſus redimendi conceſſa, ſeu reſervata, & quandocumque cenſus ſive proventus hujuſmodi redimi contingat, tempore dictæ redemptionis pretium, ſive pecunia cenſuum, & proventuum prædictorum ſolvendæ, ſeu redimendæ, debeant inveſtiri, & collocari in alios cenſus, ſeu proventus annuos perpetuos, & abſque eo quod venditoribus illos redimendi facultas competat, emendos conſiſtentes, & imponendos in, & ſuper bonis ſtabilibus, ſitis hîc Romæ, vel extra, tamen intra diſtrictum, & territorium ejuſdem Urbis Romæ, & intra decem milliaria ab Urbe præfata; vel debeant inveſtiri, & collocari in ipſas res ſtabiles id eſt in prædia Urbana, vel ruſtica, ut ſupra ſita, & in perpetuum, & abſque pacto de redimendo emend. vel in annuos proventus ſive reditus montis fidei (a) Urbis Romæ in perpetuum, & abſque dicto pacto emendos, & pariter ſi dictum reſiduum dicti pretii dicti Caſalis a dictis emptoribus ſolvetur in pecunia numerata, hoc reſiduum debeat inveſtiri, & collocari vel in res ſtabiles, id eſt prædia ſupradicta, vel in cenſus, vel alios annuos proventus perpetuos ut ſupra, quæ prædia, cenſus, & proventus per illorum venditores, aut eorum hæredes, & ſucceſſores quoſcumque redimi nunquam poſſe, etiam in ſupradictos annuos proventus, ſive reditus montis fidei, ut ſupra emendos, & alias, prout præfatur, venditores, & emptores dicti Caſalis deſuper convenerint, & bona ſtabilia, ſive cenſus, & proventus hujuſmodi de dicto reſiduo pretii dicti Caſalis emendi ſuccedant, ut præfertur, loco dicti Caſalis in omnibus, & per omnia reſervato ſemper & competenti præfatis emptoribus dicti Caſalis pro eorum cautela jure ſpecialis hypothecæ & recurſus ſuper dictis rebus ſtabilibus, ſive cenſibus, ſive proventibus de dicto reſiduo pretio dicti Caſalis emendi

Quomodo ista vestiendum ſit quod ſupererit.

Jura emptoris explicata.

omni caſu quo ipſis emptoribus, ſive eorum hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque opus eſſet ob lites, controverſias, & moleſtias quaſcumque eis ſuper dicto Caſali, & cauſa dicti Caſalis inferendas contra dictos annuos cenſus, ſive proventus, ſive bona ſtabilia de dicto reſiduo pretii Caſalis emenda, habere recurſum pro evictione quæ ſupradicto Caſali contingeret, & pro obſervatione pactorum, & conventionum apponen. in dicti Caſalis venditione, præſertim cum, ut accepimus, præfati Tarquinius, & Martius non præſtent, neque habeant facultatem, & modum præſtan. dictis emptoribus fidejuſſores pro evictione dicti Caſalis, & pro obſervatione conventionum, & pactorum in ipſa venditione apponendorum, & uſquequo reſiduum pretii dicti Caſalis, ut præfertur, ſolvendi, vel præſertim dictorum cenſuum, ſive proventuum in ſolutum dandorum fuerit, ut præfertur, inveſtitum, & collocatum, debeat deponi, & manere in depoſitum penes hominem fide & facultatibus hîc Romæ idoneum ex communi ipſorum venditorum, & emptorum conſenſu eligendum, & quod dicti cenſus, ſive proventus, ſive bona ſtabilia de dicto reſiduo pretii Caſalis emenda, tam pro intereſſe, & cautela vocatorum ad ſubſtitutiones, fideicommiſſa, & diſpoſitiones prædictas, quam etiam pro cautela, & intereſſe dictorum emptorum dicti Caſalis, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, perpetuo ſint quovis modo, cauſa, & jure inalienabilia, & quæcumque alienatio, & diſpoſitio de illis fieret in præjudicium cautelarum & jurium prædictorum, ſit ipſo jure nulla, & pro penitus non facta habeatur, non obſtantibus ſupradictis, & quibuſcumque aliis teſtamentis, codicillis, ultimis voluntatibus, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, & diſpoſitionibus quibuſlibet ſuper dicto Caſali, & cauſa dicti Caſalis quomodocumque & qualitercumque, & per ſupradictos, & quoſcumque alios habentes cauſam a dicto Nicolao emptore, & poſt emptionem prædictam a dicto Laurentio Cardinali, ut præfertur, factam ſub quacumque forma, modo, jure, devolutione, caducitate, prohibitione, proviſione, & ſub quibuſcumque etiam arctiſſimis, & inſolitis atque derogatoriis, & irritatoriis derogatoriarum, & irritatoriarum derogatoriis, & irritatoriis clauſulis, & aliis quibuſcumque conditis, & factis. Et non obſtan. quibuſcumque legibus, conſtitutionibus, & ordinationibus civilibus, & Canonicis decretis, & ſtatutis, & novis reformationibus, & conſuetudinibus etiam Urbis Romæ

Cavetur pro evictione quæ forſan eveniret.

Bona ſtabilia emta de reſiduo pretii alienari non poſſint.

Obſtantibus diſpoſitionibus derogat.

(a) Montem Fidei a Clemente VII. inſtitutum fuiſſe jam notavi (*To.* 2. *pag.* 386. *not.* d)

(a) De

Perinde derogat legibus consuetudinibus & ſtatutis.

Romæ privilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis quibuſlibet etiam per nos, & quoſcumque prædeceſſores noſtros, & per quoſcumque alios, ad quos ſpectaverit editis promulgatis, approbatis, conceſſis, confirmatis, & innovatis etiam juramento, & quacumque alia firmitate roboratis, etiam ſub quibuſcumque clauſulis, & decretis annullativis, irritatoriis, & derogatoriis, & annullativar. & irritatoriar. & derogatoriar. annullativis irritatoriis, & derogatoriis, & aliis quantumvis arctiſſimis, & inſolitis etiamſi ejuſmodi ſint, de quibus ſpecialis, individua, & ad verbum eſſet hic mentio facienda, & quorum tenor forte eſſet hic ad verbum neceſſario inferendus etiamſi illis expreſſe cautum ſit, quod illis derogari non poſſit, & quod quoties illis derogari contingat, toties innovata cenſeantur, & aliis contrariis quibuſcumque. Quibus omnibus quoad effectum præſentium, & pro dictæ venditionis Caſalis faciendæ robore, & firmitate, & dictorum emptorum cautela (illis alias in ſuo robore permanſuris) ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Et quorum omnium, & ſingulorum prædictorum, & quorumcumque aliorum prænarratorum tenores, effectus, & veriores, & latiores ſpecificationes hic pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus. Sicque per quoſcumque Judices, & juſtitiam miniſtrantes præſentes, & futuros quocumque nomine nuncupatos, & quacumque auctoritate, & dignitate pollentes judicari, diffiniri, & fieri debere ſublata eiſdem aliter judicandi, diffiniendi, & faciendi poteſtate, & auctoritate, atque irritum, & inane quicquid per quoſcumque in contrarium fieri, & attentari contigerit fore, & eſſe decernentes. Volumus inſuper quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obſtante, attento quod in Urbe &c.

Generalis derogatio exprimitur.

Conſtitutio hæc vim legis acquirit.

Placet Motu proprio J.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Kalend. Septembris, anno quinto.

Canonicis Baſil. Vaticanæ permittit, ut incidant ligna, effodiant, extirpent &c. in ſilva vulgo *la ſelvaccia* ad Eccleſiam S. Ægidii Cornetanæ Civitatis pertinente, quæ ſcilicet eſt Membrum Abbatiæ S. Martini in Montibus, ſublata excommunicatione, qua per Alexandrum VI. quilibet vetabatur id facere.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 51. faſc. 76.

AN. CH. 1565. 18. Januarii.

DIlectis filiis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exponi nobis nuper feciſtis, quod cum dilecti filii Communitas, & homines Civitatis noſtræ Cornetanæ in ſuo generali Conſilio determinaverint omnia, & ſingula terrena, & bona ſua menſurare, & terminare, ſuiſque diſtinctis finibus limitare, ac ſuper his cataſtrum conficere, principiumque forſan huic rei dederint: Vos ſimiliter cupientes veſtram, & hujus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Menſæque veſtræ Capitularis, ac Abbatiæ S. Martini in montibus, olim Viterbien., nunc vero nullius Dioc. (*a*) cum omnibus ſuis membris eidem Menſæ dudum per nos, ex certis tunc expreſſis cauſis, de dilecti filii noſtri Raynutii tituli S. Angeli Presbyteri (*b*) tunc perpetui Commendatarii dictæ Abbatiæ, & cui fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque dictæ Abbatiæ reſervata, cuique regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad Abbatiam ipſam in certos eventus conceſſi Apoſtolica auctoritate antea fuerunt, & Venerabilis fratris noſtri Alexandri Epiſcopi Sabinen. Farneſii nuncupati, S. R. E. Cardinalium conſenſu eadem auctoritate perpetuo unitæ, ac quæ ipſius Abbatiæ membrum exiſtit Eccleſiæ S. Ægidii dictæ Civitatis, ſeu Dioc. Cornetan. conditionem efficere meliorem, ligna, ſtirpes, radices, cioccos nuncupatas, ac virgulta, & aliam ligneam cujuſcumque generis materiam, in Silva, ſeu loco *la Selvaccia* (*c*) nuncupato dictæ Cornetan. Dioc. ad ipſam Eccleſiam S. Ægidii pertinente, conſiſtentia incidere, effodere, extirpare, & ut vulgo dicitur *Smacchiare*, & allargare, ac locum hujuſ-

Capitulum ſurgit rerum ſpectant. ad ſuam Abbatiam Sancti Martini.

Eccl. S. Ægidii Corneti ad eamd. Abbatiam ſpectans.

(*a*) De Ranutio Card. Farneſio nuper mentio habita eſt *pag.* 51. *not.* d Cum plena juriſdictione ſpirituali adnexa erat Capitulo, hæc Abbatia, ut cæteræ, de quibus ſupra egimus, *pag. ead. not.* a

(*b*) Ad ea quæ paulo ante ajebam *præd. loco* adjiciam nonnihil ex Actis Conſiſtorialibus diei 7. Novemb. huj. an. 1565. quo Ranutius Parmæ obiit ſupremum diem 28. Octobris. Ea ſcilicet referunt, Pium IV. pateſeciſſe plurimum dolorem ſuum, *tum propter ejus nobilitatem, necnon affinitatem, & mutua benevolentiæ officia, quæ inter ipſos interceſſerant, tum propter ingenii magnitudinem, ſummam eloquentiam, Sanctam Religionem, mentem optimam, & reliquas virtutes, quæ illum Pontificatu maximo jam dignum reddiderant.* (Raynald. 1565. *num* 23.)

(*c*) Locus tria circiter millia paſſuum diſtans a Corneto verſus occidentem intra flumen Martam, & Aronem rivum ſupra antiquam viam Aureliam; quod Monaſterii S. Martini Membrum poſſidetur a Capitulo. De cæteris ad Monaſterium ſpectantibus ſuo loco dicam infra. Conſule Indicem.

(*a*) Fran-

hujuſmodi ad culturam, & ſemini recipiendo aptum reducere deſideratis. Sed quia a nonnullis aſſeritur fel rec. Alexandrum VI., ſeu alium Romanum Pontificem Prædeceſſorem noſtrum ad tunc Abbatis, ſeu Commendatarii dictæ Abbatiæ, vel alterius inſtantiam ſub excommunicationis ſententia prohibuiſſe, ne quiſpiam in poſterum cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis eſſet, ligna in eodem loco incidere, vel illius terrenum arare, & ad culturam reducere, ſeu arari, aut coli facere præſumeret, vel auderet (tametſi de hac ſententia non aliter conſtet) id vobis licere dubitatis abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui omnium & præſertim inclytæ Baſilicæ, ac veſtræ Menſæ prædictarum utilitati, atque commodo, quantum cum Deo poſſumus, libenter conſulimus; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictam (ſi quæ ſit) excommunicationis ſententiam penitus, & omnino tollentes, ac eam nullam, & invalidam, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe declarantes, & decernentes; vobis, ut arbores fructiferas, & alia ligna, ſtirpes, radices, cioccos nuncupatas, & virgulta, cæteramque ligneam cujuſvis generis materiam in dicto loco conſiſtentia incidere, & terrenum ipſum ad culturam reducere, & ad ſemen recipiendum aptare, necnon illud tam per vos, quam colonos, laboratores, affictuarios, & alias quaſcumque perſonas arare, & ſeminare, ſeu arari, & ſeminari facere, locumque ipſum, ac omnia, & ſingula alia terrena, loca, & bona in dicto territorio Cornetan. conſiſtentia ad præfatam Eccleſiam S. Ægidii ſpectantia, tam cum communitate prædictis, quam quibuſcumque privatis perſonis ejuſdem Civitatis Cornetan., & alterius cujuſcumque loci contigua, ſeu confinia menſurare, ac ſuis certis finibus & limitibus terminare, diſtinguere, & ab aliis ſeparare, ac incidi, reduci, aptari, menſurari, terminari, & diſtingui facere abſque ſententiæ prædictæ, aut cujuſvis alterius pœnæ incurſu libere, & licite valeatis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium indulgemus. Vobiſque plenam, liberam, & omnimodam in præmiſſis licentiam, poteſtatem, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur. Mandantes nihilominus Communitati, & hominibus prædictis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna, ut vobis ligna hujuſmodi ad effectum in eodem loco arandi, ſeminandi, & laborandi incidere permittant, & quantum in eis fuerit, vobis tam in loco hujuſmodi, quam aliis terris, & bonis in dicto Territorio exiſtentibus ad Eccleſiam S. Ægidii prædictam ſpectantibus, arandis, laborandis, & ſeminandis, ac etiam menſurandis, ſuiſque debitis finibus limitandis, & diſtinguendis auxilium, & favorem præſtent. Ac decernentes ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus Civitaten. (*a*), & Muran. (*b*), ac Maceraten. (*c*) Epiſcopis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra præmiſſa omnia inviolabiliter obſervari, non permittentes, vos deſuper per Communitatem prædictos, vel alios quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel impediri; Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præterea excommunicationis ſententia præmiſſa, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, de una & Concilii generalis de duobus dietis, dummodo quis vigore præſentium ultra tres dietas ad judicium non extrahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Civitatis, & Communitatis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica,

Excomm. pœna vetitum erat ligna incidere &c.

Pontifex eam excomm. tollit.

Deinde concedit, ut terram ad culturam reducant.

Venia licet non neceſſaria impetrata.

Demandat facultatem & defenſionem trib. Epp.

Obſtantia quæcumque removet.

(*a*) Franciſcus Alciatus Mediolanenſis Gentilis atque imitator Celeberrimi Andreæ Alciati, J. U. D. egregius a Pio IV. electus Succeſſor G:rardi Rambaldi anno 1562. & paucos poſt menſes ab his literis, Card. Diac. S. Mariæ in Porticu cum facultate adminiſtrandi Civitaten. Eccleſiam. Giac. Ughell. *To.* 8. *pag.* 274.

(*b*) De hoc paulo ante diximus *pag.* 55. *not.* a.

(*c*) Hieron. Melchiorius Recanatenſis unus ex Patribus Concil. Trid. poſtea Clericus Cam. Apoſtol. &c. Ad S. Mariæ ſuper Minervam legitur Epithaph. quod recitatur ab Ughello *to.* 2. *pag.* 744.

(*a*) Gene-

ſtolica, vel quavis firmitate âlia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis illis, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda vel aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque; Aut ſi Communitati prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo, ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Derogatio magis expreſſa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die xviiii. Januarii M. DLXV. Pontificatus noſtri anno ſexto.

S. PIUS V.

Poſtquam Pius IV. vita deceſſit die 9. Decembris an. 1565., duodetriceſimo die, 7. Januarii ſequentis anni, Divino potius quam humano conſilio, præter omnium expectationem (*a*) eligitur invitus, ac renuens Michael Ghiſlerius; (*b*) qui Pii V. nomen ſibi aſcivit (*c*). Coronari voluit die 17. ejuſdem menſis natali ſuo (*d*). Quumque annos 6. menſes 3. dies 24. ſediſſet, ad cœleſtem Patriam evolavit Calendis Maji an. 1572.

Michaeli Cacciaguerræ confert Canonicatum Baſil. Vatic. vacantem per reſignationem: ita tamen, ut Beneficiatum, & Capellaniam ejuſdem Baſilicæ dimittat: necnon Parochialem Eccleſiam in Diœceſi Ravennæ.

Ex Regeſto XXXII. Bullar. S. Pii V. pag. 66. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1566. 21. Jan.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Michaeli Cacciaguerræ (*e*) Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem &c. Cum itaque poſtmodum Canonicatus & præben. Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, per liberam reſignationem dilecti filii Chriſtophori Cacciaguerræ (*f*) Archidiaconi Eccle-

Amotitis prò ſenalib. ordine.

(*a*) Generalem S. Inquiſitionis Commiſſatium a Julio III. electum flagitante Joanne Petro Caraſa (poſtmodum Paulo Papa IV.) dum Frater erat Ordinis Prædicatorum: deinde ſingulari exemplo ſupremum Inquiſitorem perpetuum renunciatum a Paulo IV. quod ſane officium uni Pontifici ſervatur, quum prius Cardinalem S. Mariæ ſuper Minervam (novo creato titulo) eum feciſſet, Alexandrinum a patria Boſco prope Alexandriam appellatum: denique natura ſeverum, propoſiti tenacem, facilemque ad iracundiam Patrum omnium nemo Summum Pontificem electum iri ratus eſſet. S. Carolus Bottomæus aliique Patres in Card. Motonum, poſtea in Sirletum ſe convertetant: nec deerant alii maxime digni, qui ad Summi Pontificatus faſtigium eveherentur. At Divino afflante Spiritu, S. eodem Carolo, cæteriſque omnibus in Alexandrinum continuo verſis, non ſine admiratione, communi omnium ſuffragio, is eligitur.

(*b*) Nihil minus ambiens, nihilque magis averſans, quam ſupremam Eccleſiæ dignitatem, ægre admodum, jugibuſque amicorum precibus victus Pontificatum ſuſcepit. Perquam ſimile noſtra ætate exemplum vidimus in Fr. Vincentio Maria Urſino ejuſdem Ord. Prædicatorum, qui Benedictus XIII. eſt appellatus, & cujus eximiæ largitatis memor Capitulum, perinde ac Paulo IV. ſtatuam & inſcriptionem in Sacrario, perpetuum tanti beneficii monimentum poſuit. Quin etiam, ſi fides *Tiepolo* Venetæ Reip. apud S. Pium V. Oratori, utriuſque ingenium, ac plures in Pontificatu res geſtæ magnam habent affinitatem. Ex nonnullis, quæ opportune adnotabo, falſum non eſſe Tiepolum agnoſces.

(*c*) Annales Eccleſiæ, Scriptoreſque alii ab Ill. Fontanino laudati (*Cod. Canoniz. pag. 505.*) ampliſſimam virtutum omnium ſegetem cuique ſuppeditant ad legendum quæ ſibi opus ſunt. SS. D. N. Benedictus XIV. (*de Servor. Dei Beatif. & Beator. Canoniz. lib. 3. cap. 24. n. 20. pag. 347.*) grati animi virtutem admirans in S. Pontifice, plura ejus virtutis exempla affert, præcipue in Pauli IV. Affines Caraſas, quos proſtratos erexit; & in ejuſdem Pontificis Familiares, & Adminiſtros, quos reditibus & muneribus cumulavit. Pauli tamen nomine abſtinuit. Piique illud aſſumſit, tum ut vulgi opinionem averteret, putantis nimirum revixiſſe Paulum IV. in Alumno; tum quia Sanctus Carolus Pii IV. avunculi memoriam renovaturus, Gabutio teſte, a S. Pontifice petiit, ut Michaelis relicto nomine, tanquam Pontificibus inſueto, Pius appellaretur.

(*d*) Die 17. Januarii S. Antonio Abbati ſacro natus S. Pius an. 1505. Antonii nomen habuit in baptiſmate, Michael poſtea dictus ubi religionem Prædicatorum eſt amplexus. A Paulo IV. jam factus fuerat Epiſcopus Nepeſinus & Sutrinus anno 1556. quamobrem conſecratione non indigens, nec Dominica, nec ſolemnior dies, juxta Cæremoniale, expectanda erat.

(*e*) In libro Deſcendentiæ &c. notat Grimaldus, Michaelem iniiſſe poſſeſſionem Canonicatus reſignati a Patruo ejus Chriſtophoro, die 29. Junii, quæ eſt duodeviceſima poſt collationem. Nonnullas hujus S. Pontificis literas hujuſmodi viſum eſt hic afferre; ut, Tridentini Concilii decretis de Reformatione jam abſolutis, Diſciplinæ Beneficiariæ Documenta ſuppetant conferenda cum iis, quæ decreta eadem præceſſerunt.

(*f*) In Cathedrali Cæſenatenſi ab Urbani VI. temporibus excitatæ duæ ſunt Dignitates Præpoſitura, & Archidiaconatus. Chriſtophorus autem Civis Cæſenas alteram ex iis obtinens ſimul cum Canonicato S. Petri, nec reſidere utrobique valens, ut Concil. Trid. (*Seſſ. 6. cap. 2. de Reform. & alibi*) lege tenebatur, alterutrum dimitteret oportebat: quare is patriam ſuam Urbi præferens Canonicatui & Præbendæ ceſſit, dignitatem retinuit.

(*a*) De

Digitized by Google

Eccleſiæ Cæſenatenſis, & nuper ipſius Baſilicæ Canonico, de illis, quos tunc obtinebat in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacaverint & vacent ad præſens, nulluſque de illis, præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos tibi aſſerenti, te & dictum Chriſtophorum ex Civitate Cæſenatenſi oriundos exiſtere, ac etiam te perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, Beneficiatum nuncupatum, ac illi forſan annexam perpetuam ſine cura Capellaniam ſub invocatione eiuſdem S. Petri de Bronzo (a) nuncupati, in eadem Baſilica, necnon Parochialem Eccleſiam S. Andreæ Ravennatenſis Diœceſis, quorum inſimul, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus centum ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt; dictum vero Chriſtophorum Archidiaconatum Eccleſiæ Cæſenatenſis hujuſmodi, cujus ratione inibi reſidere tenetur, obtinere: præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis &c. Canonicatum, & præbendam præfatos, quorum & illis forſan annexorum fructus redditus & proventus centum ducatorum ſimilium, ſecundum eamdem extimationem, valorem annuum, ut etiam aſſeris, non excedunt; ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Chriſtophori, vel cujuſvis alterius, de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad Sedem eamdem legitime devoluta, ipſique Canonicatus & præbenda diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervati exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum annexis hujuſmodi, ac plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus: decernentes, prout eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Theatin. (b) ac Amerin. (c), & Narnien. (d) Epiſcopis mandamus; quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel Procuratorem tuum nomine tuo, in corporalem poſſeſſionem Canonicatus & præbendæ, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore; facientes, te, vel pro te Procuratorem prædictum, ad præbendam hujuſmodi in dicta Baſilica in Canonicum recipi; & in fratrem, ſtallo tibi in choro, & loco in Capitulo ipſius Baſilicæ cum dicti juris plenitudine aſſignatis, tibique de Canonicatus & præbendæ, ac annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi: Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus fel. recor. Bonifacii Papæ VIII., Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dilectis filiis Populo & Civibus Romanis originariis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia,

Beneficiatum & Capellaniam Baſilic. obtinenti, & Eccl. Parochialem

Canonicatum & præbendam confert in ead. Baſil.

Poſſeſſionem de more committit.

Obſtantia quæcumque removet.

(a) De hac Capellania dixi (*To. 2. pag. 361. not. a. & 392. not. a.*) Eamdem tum vidimus a Leone X. collatam an. 1515. Baptiſtæ Caſalio Canonico Lateranenſi; & an. 1527. a Clemente VII. Dominico de Thechis Capellano & familiari ſuo. Quare haud aſſequi mente poſſum, quænam ſit annexio illa, ſeu conjunctio cum beneficio ſimplici, Beneficiatu appellato: niſi forte, quod una cum Beneficiatu eam Michael diu poſſederit, falſa hæc opinio nata eſt. Cæterum Michaelem Cacciaguerra fuiſſe Beneficiatum teſtatur Grimaldus *pag.* 394. libri Deſcendentiæ Canonicor. &c. conceptis his verbis: *Michael Cacciaguerra die 21. Maji 1553. accepit poſſeſſ. Beneficiatus vacantis per obitum Dominici Capocil. Vir litigioſus valde Cacciaguerra. Pro minima quaque re litigabat. Duos item famulos Rhedarium, & pediſequum, & domi annoſam famulam tenebat. Diebus fere ſingulis hos duos ſervitores mutabat: adeo ut proceſſu temporis ſenſales famulorum hoc Schemate verterint: Cacciaguerra poteſt conſtare exercitum. Nam quadraginta annorum ſpatio, quibus ſemper dictos mutavit famulos, ſi nomina ſingulorum ſcripſiſſet, facile decem millium numerum exceſſiſſet.* Et continuo de Succeſſore agens, Michaelem eſſe electum Canonicum tradit a S. Pio V.

(b) Marcus Anton. Maffeus nobili ex familia Romana, frater Bernardini, de quo ſupra *pag. 20. not.* d) ejuſque Succeſſit in Archiep. Sede Teatina. At de eo paulo infra agendum erit: nam Canonicus S. Petri & ipſe eſt factus poſt biennium.

(c) Ferratina ex nobili familia Amerina Bartholomæus Baldi nepos, de quo ſupra (*pag. 47. not.* c) Canonicus & Vicarius noſtræ Baſilicæ: demum Cardinalis.

(d) Petrus Donatus Cæſius Romanus, cujus ſummæ laudes peti poſſunt ex inſcriptione in majori Capella S. Mariæ de Vallicella ſuper ejus tumulo, & ap. Ughell. *to. 1. pag.* 1021. & Ciacon. Eidem menſe ſequenti ſucceſſit Romulus Cæſius: namque Epiſcopatum dimiſit, ad majora, & graviora vocatus: poſtmodum Cardinalis creatus ab eodem S. Pontifice.

ſcientia, ac alias quomodolibet, & iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis; etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod Canonicatus & præbendæ dictæ Baſilicæ, & alia beneficia Eccleſiaſtica dictæ Urbis, ſolis Civibus Romanis, ac Civium Romanorum originariorum filiis, ac alias recto tunc expreſſo modo qualificatis, conferri poſſint, & alias de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ collationes, & proviſiones, ac quævis aliæ diſpoſitiones nullius ſint roboris, vel momenti.

Privilegiis pop. Rom. derogat.

Quodque eiſdem privilegiis, indultis, & literis nullatenus, aut niſi certis modo & forma in eis expreſſis derogari poſſit, & ſi illis alias derogari contingat, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus, etſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus: quodque tu Civis Romanus, & originarii Civis Romani filius, ac alias juxta privilegia, indulta, & literas hujuſmodi, qualificatus non ſis, contrariis quibuſcumque.

Diſciplina vetus nondum exciderat.

Aut ſi aliqui Apoſtolica præfata, vel alia quavis auctoritate in dicta Baſilica in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant; ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & præbendis ipſius Baſilicæ, ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus te in aſſecutione dictorum Canonicatus & præbendæ, volumus anteferri; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Canonicatuum, & præbendarum, vel beneficiorum aliorum, præjudicium generari: aut ſi pro tempore exiſtenti Archipresbytero, & dilectis filiis Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli; aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint.

Privilegiis Archipresb. & Canonicor. derogat.

Quodque de Canonicatibus, & præbendis ipſius Baſilicæ, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat; per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Seu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum; dummodo in abſentia tua per Procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeris corporaliter, illud præſtes.

Concedit, ut poſſeſſ. ineat per Procuratorem.

Nos enim, qui dudum inter alia voluimus, quod ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignaret aliquod beneficium, & poſtea infra viginti dies a die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos, ex ipſa infirmitate decederet, ac ipſum conferretur per reſignationem ſic factam, collatio hujuſmodi nulla eſſet, ipſumque beneficium nihilominus per obitum vacare cenſeretur, tibi, quod ſi forſan dictus Chriſtophorus, tempore reſignationis hujuſmodi, in aliqua infirmitate conſtitutus erat, ex qua ipſum infra dictos viginti dies decedere contingat, nihilominus collatio, & proviſio præfatæ validæ, & efficaces exiſtant, ipſique Canonicatus, & præbenda non per obitum, ſed per reſignationem hujuſmodi vacaſſe cenſeantur, poſteriori voluntate præfata, ac, ut præfertur, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus:

Per reſignationem collatum vult intelligi.

ac inſuper volumus, quod ex nunc per collationem, & proviſionem noſtram beneficium, & Capellania hujuſmodi omnino vacent (a), & vacare cenſeantur. Quodque infra duos menſes a die habitæ per te Canonicatus & præbendæ præfatorum, vigore præſentium poſſeſſionis, ſeu a tempore, quo per te ſteterit, quominus illam aſſequaris, computandos, illos, aut Parochialem Eccleſiam hujuſmodi quos malueris, alioquin eamdem Parochialem Eccleſiam, quam ex tunc dictis duobus menſibus vacare decerni-

Dummodo Beneficiatum & Capellaniam, atque Eccleſ. parochialem dimittat.

(a) Privilegia ſuperiori volumine attulimus, queis non ſolum Canonicis, ſed etiam Beneficiatis & Clericis plura ſimul Beneficia retinere permittitur. S. autem Pontifex una cum Beneficiatu, qui ob reſidentiam certe vacabat, Capellaniam quoque vacare decernens luculente oſtendit, tum temporis fuiſſe adnexam Beneficiatui.

(a) Bene-

cernimus, eo ipſo dimittere omnino teneatur. (a) Nulli ergo &c. abſolutionis, collationis, proviſionis, decreti, mandati, derogationis, indulti, & voluntatis &c. Si quis &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, tertio Idus Junii, Pontificatus noſtri anno Primo.

Beneficiatum Baſilicæ Vaticanæ dimiſſum a Michaele Cacciaguerra Canonico confert Matthæo Rapario familiari ſuo.

Ex Regeſto LXX. Bullar. S. Pii V. pag. 343. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1566. 15. Jun.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Matthæo Rapari Clerico, perpetuo beneficiato in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, familiari noſtro; (b) Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Grata familiaritatis obſequia &c., quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem &c. Cum itaque poſtmodum perpetuum ſimplex ſervitorium beneficium Eccleſiaſticum Beneficiatum nuncupatum (c) in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ex eo quod nos hodie, ſeu nuper, cum Canonicatum & præbendam dictæ Baſilicæ tunc per liberam reſignationem dilecti filii Chriſtophori Cacciaguerra, nuper ipſius Baſilicæ Canonici (d) de illis quos tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem prædictam vacantes, dilecto filio Michaeli etiam Cacciaguerra Clerico Cæſenatenſis Diœceſis, ipſius Baſilicæ Canonico Apoſtolica auctoritate contulerimus, & de illis etiam providerimus, decernentes, dictum beneficium, quod ipſe Michael tunc obtinebat, cum illi annexa perpetua Capellania ad Altare S. Petri de Bronzo nuncupati, ſubtus Organa ejuſdem Baſilicæ, collationem, & proviſionem hujuſmodi eo ipſo vacare (e), per decretum hujuſmodi apud Sedem eamdem vacaverit, & vacet ad præſens; nulluſque de illo, præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Nos tibi etiam continuo commenſali noſtro, qui, ut accepimus ex Civitate Cremonen. oriundus exiſtis, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis &c. Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate beneficium prædictum, cujus, & Capellaniæ prædictæ, ac forſan aliorum illi annexorum fructus, redditus, & proventus, octuaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt; ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, quem etiam ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Michaelis, vel cujuſvis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis occaſione collati, aut alias vacet; etiam ſi &c. ſpecialiter etiam ex eo, quod dictus Michael alicujus Romani Pontificis Prædeceſſoris noſtri familiaris, continuus commenſalis extitit, vel alias generaliter reſervatum exiſtat, & ſuper eo inter aliquos lis &c. cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus; decernentes &c. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Theatin., & Amerin., ac Narnien. Epiſcopis (f) &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis quoque, indultis,

Beneficiatus vacans per dimiſſionem Cacciaguerræ.

Una cum Capellania eidem annexa.

Confertur a Pontifice familiari ſuo.

Quemadmodum dimittens Familiaris fuerat Prædeceſſorum Pontiff.

(a) Beneficiatum illico vacaſſe mox patebit ex ſeqq. literis: Parochialem vero Eccleſiam, utpote ab Urbe diſſitam intra duos menſes dimittendam decernit, optione data; ut nempe aut Canonicatum & Præbendam S. Petri, aut parochialem Eccleſiam dimittat. Tantum habuerunt vindicem Concilii Tridentini decreta (*Seſſ. 24. cap. 17. de reform.*)

(b) Huc corrigendus venit Grimaldus, qui Mathiam Raparium hunc appellat. Ex eodem diſcimus *Coſmetam* hunc fuiſſe S. Pii V. dum erat in minoribus. Per græcam vero vocem quod officium illi tribuat, parum liquet. Ornator enim, ſeu exornator tam hominum, quam mulierum eſt Coſmeta. Addit Du-Cangius, *cujus circa cultum occupatur induſtria*. Quamobrem fortaſſe fuerit tonſor: at quocunque illiberali fungeretur officio ſummam potius benignitatem S. Pontificis mireris, quam Raparii commendes vitæ inſtitutum.

(c) Hæ literæ prætermitti facile potuiſſent; quum fere omnia conſtent ex ſuperioribus. At præſtare opinatus ſum, omiſſis formulis ne moleſtiam ingererem legenti, quidquid ſingulare mihi eſt viſum, non omittere.

(d) Hunc paulo ante ajebam Urbi patriam Cæſenam prætuliſſe.

(e) Nil melius comprobat, Beneficiatum & Capellaniam illi adnexam continuo vacaſſe, quam hæc collatio quatriduo tantum diſtans a collatione Canonicatus.

(f) De hiſce Epiſcopis conſule *not.* b. c. d ad ſuperiores literas. Poſſeſſionem autem Beneficiatus Raparius iniit die 21. Julii, ut notat Grimaldus.

dultis, & literis Apoſtolicis illi, ac venerabili fratri noſtro Alexandro Epiſcopo Tuſculan. Cardinali de Farneſio nuncupato, S. R. E. Vicecancellario, dictæque Baſilicæ Archipresbytero, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon ipſius Baſilicæ Capitulo, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus &c. & per alium, quam dictum Alexandrum Epiſcopum, ſeu de ejus conſenſu, conferri nullatenus poſſint, & alias de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ collationes, proviſiones, & aliæ diſpoſitiones nullæ ſint, ac quum eiſdem privilegiis, indultis, & literis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo & forma in illis expreſſis, derogari poſſit: quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis &c. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis &c. Quibus omnibus &c. ſeu ſi pro tempore exiſtenti Archipresbytero dictæ Baſilicæ, & Capitulo præfatis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum &c. Quodque de hujuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis &c. Nulli ergo &c. abſolutionis, collationis, proviſionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Privilegiis Archipresb. derogat.

Obſtantia quævis removet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, decimoſeptimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Joanni Olivæ Archiepiſc. Teatino Apoſtolicam auctoritatem delegat, ut viſitet Abbatias exemtas, eaſque ad contributionem compellat pro inſtituendo Seminario juxta formam a Concilio Tridentino traditam.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 70. Faſc. 233.

AN. CH. 1568. 21. Febr.

VEnerabili Fratri Joanni (*a*) Archiep. Teatin. Pius PP. V. Venerabilis frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Abbates Monaſterior. exemtos ab Ordinar.

Cum, ſicut accepimus, dilecti filii S. Joannis in Venere, & Villæ B. Mariæ, ac S. Clementis in Piſcaria; necnon Beatæ Mariæ, & S. Stephani de Arbone; & Sancti Angeli in Cornacchiano (*b*) necnon S. Martini (*c*), & S. Salvatoris de Majella (*d*), & B. Mariæ in Palatio, necnon Sanctorum Viti, & Salvi Teatin., ſeu nullius Dioeceſis, alias tamen Teatin. Abbatiarum Abbates, ſeu Commendatarii prætextu nonnullarum exemptionum a juriſdictione quorumcumque Ordinariorum locorum, alias eis a Sede Apoſtolica conceſſarum, aſſerentes, ſe Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectos eſſe, ab ullis, & præſertim in his, quæ ad curam Sacramentalem animarum pertinent, nunquam viſitari conſueverint, quo fit, ut aliquibus ex eis delinquendi occaſio præbeatur: Nos qui ſublatis cunctis delinquendi occaſionibus quibuſvis ſcandalis obviare, ac ſaluti cunctorum, quantum cum Domino poſſumus, conſulere ſincero deſideramus effectu: Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino habemus fiduciam, per præſentes committimus, & mandamus, ut tu, tanquam a nobis, & Sede Apoſtolica in hac parte delegatus, prædictas, & quaſcumque alias Abbatias, in quibus non viget regularis obſervantia, infra tuam Dioec. conſiſtentes, earumque loca, Abbates, & Commendatarios, ac perſonas animarum curam exercentes, in dicta Dioec. conſtitutos, tam in capite, quam in membris, etiam conſtito tibi de eorum exemptionibus, ubi autem regularis viget obſervantia, vel ſuos Abbates habent, circa ea, quæ curam Sacramentalem animarum tantum concernunt, auctoritate noſtra viſites, ac quæ in eis juxta decreta Sacri Concilii Tridentini reformanda cognoveris reformes, necnon de illis, ac omnibus

Idcirco nunquam viſitari ſolitos

Subjicit viſitationi Archiep. Teatini.

(*a*) Joannem Olivam Peruſinum J. U. D. celeberrimum, virtutum fama motus S. Pontifex paulo ante, die nimirum 11. Januar. creaverat Archiepiſcopum Teatinum. Ughell. *to.* 6. *pag.* 761.

(*b*) De hiſce Abbatiis Ughellus *to.* 6. *pag.* 672. *Plures*, inquit, *fuerunt Abbatiæ inſignes: quarum maxima eſt S. Clementis de Peſcara, quæ etſi in Pinnenſi Diœceſi fundata fuerit a Ludovico II. Imperatore* (infra *pag.* 681. de ea fuſius) *a ſummis tamen Pontificibus Teatinæ aliquando tribuitur, donec nullius declarata, Ro. Pont. immediate ſubjecta facta eſt: S. Joannis in Venere vetuſtiſſima temporibus S. Bened. fundata celebris aliquando fuit: ſic & S. Maria de Arabona Ord. Ciſterc. quæ cum aliis aliquot a S. Sede commendantur.*

(*c*) Huc revocanda quæ habentur (*To.* 1. *pag.* 44. *not.* a. b. *pag.* 106. *not.* a.) Abbatiam S. Martini de Fara, ſeu de Valle utroque enim nomine appellatur, Nicolaus V. Menſæ Capitulari adjunxit an. 1451. Vide ejus Bullam (*To.* 2. *pag.* 134. & *ſeqq.*) Inde enim ſuppetent exemtio Abbatiæ ex Ordinario, & Juriſd. Capituli.

(*d*) Dedimus *pag.* 1. hujus voluminis literas Pauli III. expeditas a Julio III. itemque *pag.* 19. Julii ejuſdem alias literas Apoſtolicas, queis Abbatia hæc cum plena juriſdictione unitur Menſæ Capitulari.

(*a*) Conci-

nibus, & ſingulis, quæ ad viſitationis officium, ut præfertur, pertinent, cognoſcas, aliaque facias, & exerceas, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & inſuper eoſdem Abbates, & Commendatarios ad contributionem onerum pro Seminario puerorum in Civitate Theatin. juxta formam dicti Concilii per te propediem inſtituendo (*a*), juris, & aliis remediis opportunis etiam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas dicta auctoritate cogas & compellas, ſuper quibus omnibus plenam tibi auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem. Diſtrictius inhibentes univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac quibuſvis aliis, ne quovis prætextu, etiam ratione auctoritatis, aut in vim decretorum Concilii hujuſmodi faciant, quominus tu libere poſſis viſitare. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Abbatiarum hujuſmodi, & ordinum, quorum exiſtunt, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis, Abbatiis, Ordinibus, Abbatibus & Conventibus præfatis, & quibuſvis aliis in genere, vel ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam motu ſimili conceſſis, etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua mentio habenda foret, tenores illorum, acſi de verbo ad verbum inſererentur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Abbatibus, & Conventibus præfatis, & quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Ad contribuendum pro Seminario vult compelli.

Quidquid viſitationem impedire poſſet prævertit.

Obſtantia omnia removet.

Privilegiis quibuſcumque derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxi. Februarii MDLXVIII. Pontificatus noſtri anno tertio.

M. Antonio Maffeo Archiep. Teatino Commendat Canonicatum Baſilicæ Principis Apoſtolorum; ſupportatis tamen ejus oneribus: licet Datariatus officio impediretur; quin reſideret.

Ex Regeſto LXXII. Bullar. S. Pii V. pag. 122. ap. Archiv. Apoſt. Vatic. *

AN. CH. 1568. 29. *Jul.*

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Marco Antonio Maffeo (*b*) Archiepiſcopo Theatin.; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Merita perſonalia de more recenſentur.

Perſonam tuam nobis & Apoſtolicæ Sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia proſequentes, illa tibi favorabiliter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Dudum ſiquidem &c. Cum itaque poſtmodum Canonicatus & Præbenda dictæ Baſilicæ, quos quondam Achilles Maffeus (*c*) ipſius Baſilicæ Canonicus, dum viveret; obtinebat, per obitum ejuſdem Achillis, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, vacaverint, & vacent ad præſens, nulluſque &c. Nos tibi etiam Datario, & Prælato Domeſtico noſtro, cui alias, cum tu regimini & adminiſtrationi Eccleſiæ Theatin., cui tunc præeras, in manibus noſtris ſponte & libere ceſſiſſes, noſque ceſſionem hujuſmodi admittentes, præfatæ Eccleſiæ per ceſſionem hujuſmodi tunc vacanti, de perſona venerabilis fratris noſtri Joannis Archipi-

Canonicatum vacantem in Curia.

(*a*) Concilium Tridentinum ſub Pio IV. anno 1563. *Seſſ.* 23. *cap.* 18. *de reform.* normam ſuppeditarat Epiſcopis, Metropolitanis &c. pro inſtituendis Seminariis, quæ in iis ſingulis erigi oportere decrevit, ad informandam juventutem. Vide quæ de hac re conſtituerat pro Anglicanæ eccleſiæ reformatione unus ex primis ejuſd. Concilii Præſidibus Reginaldus Polus (Labbe *Concil. to.* 14. *pag.* 1753. *Decr.* 11.) Idem Archiep. Oliva non modo Seminarium inſtituit; ſed Clero ad veterem diſciplinam revocato, populum quoque ad Chriſtianam pietatem informavit juxta ejuſd. Concilii leges. Ughell. *ubi ſup.*

(*b*) Hunc paulo ante memoravimus (*pag.* 65. *not.* b) Multis inſignem dignitatibus virum celebrant Ughell. (*in Archiep. Teat.*) & Ciacon *ad loc.* Et nos nonnihil attulimus (*p.* 47. *not.* c.) Non parvi id quidem faciendum, nec leviter prætereundum: Sanctum videlicet hunc Pontificem a ſuis Prædeceſſoribus nullatenus recedentem, digniorem Lateranenſi Eccleſia Baſilicam Vaticanam declaraſſe, Canonicum Lateranenſem ad Vaticanum Canonicatum transferendo. Id noſtra etiam ætate factum videmus a Sanctiſſ. D. N. Benedicto XIV. qui an. 1741. Joſephum Mariam Archiepiſcopum Damaſcenum nobili ex familia Florentina Ferona, Canonicum Lateranenſem tranſtulit ad Baſilicam Vaticanam; in cujus Canonicorum inclyto cœtu floret Præfectus Sac. Cong. Epiſcopor. & Regularium. Maffeus autem erat Datarius, & Archiepiſcopali munere per Suffraganeum functus erat uſque ad hunc annum.

(*c*) M. Antonii frater erat: quo e vivis ſublato, idem Archiepiſcopus tum Teatinus, & Datarius Sancti Pontificis Canonicatum, & Præbendam obtinuit, quorum poſſeſſionem iniit die 29. Julii, decimo poſt collationem: nec dimiſit niſi menſe octavodecimo, poſtquam Sac. Cardd. Collegio adſcriptus fuerat. Grimald. (*Defend. pag.* 43.) Neque unum hoc exemplum Canonicatus in Commendam collati ab hoc S. Pontifice contra

epiſcopi Theatin. (*a*) Apoſtolica auctoritate providiſſemus, ipſumque illi in Archiepiſcopum præfeciſſemus, & paſtorem; nomen & denominationem Archiepiſcopi Theatini, ita ut, quoad viveres, te Archiepiſcopum Theatinum nominare, & ab aliis nominari facere poſſes, dicta auctoritate reſervavimus, conceſſimus, & aſſignavimus: ut ſtatum tuum, juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeres, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excomunicationis &c. Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Canonicatum & præbendam prædictos, quorum & illis forſan annexorum fructus redditus & proventus centum ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Achillis, vel cujuſvis alterius de illis in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vel alias quomodocumque & qualitercumque, ac ex quocumque capite vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint &c. cum annexorum hujuſmodi, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi per te, quoad vixeris, etiam una cum omnibus & ſingulis Monaſteriis, cœteriſque beneficiis Eccleſiaſticis cum Cura & ſine Cura, ſæcularibus, & quorumvis ordinum regularibus, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum & Commendam, ac alias obtines, & in poſterum obtinebis, necnon quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, loco penſionum annuarum, ac penſionibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus tibi reſervatis, & aſſignatis, ac reſervandis & aſſignandis, quos & quas ex ſimilibus diſpenſationibus Apoſtolicis percipis, & percipies in futurum, tenendos, regendos, & gubernandos; ita quod liceat tibi, debitis, & conſuetis dictorum Canonicatus, & Præbendæ ſupportatis oneribus (*b*), de reſiduis illorum fructibus, redditibus, & proventibus diſponere, & ordinare, ſicut illos in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt: alienatione tamen quorumcumque illorum bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium, tibi penitus interdicta; Apoſtolica auctoritate prædicta Commendamus. Decernentes, prout eſt, irritum & inane &c. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Amerin. (*c*) & Caſtren. (*d*) ac Balneoregien. (*e*) Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum &c. facientes te, vel pro te procuratorem prædictum, ad Præbendam hujuſmodi, ut eſt moris, admitti, tibique de illorum, ac annexorum &c. Non obſtantibus &c. contrariis quibuſcumque (*f*). Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, ſeu Commendis (*g*) ſibi faciendis de Canonicatibus, & Præbendis ipſius Baſilicæ, ſpeciales &c. nulli valeat provideri ſeu Commenda fieri per literas Apoſtolicas non facientes plenam &c. Et de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo, quod propter noſtram Commendam, hujuſmodi dicti Canonicatus, & Præbendæ debitis non fraudentur obſequiis; ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo &c. abſolutionis, Commendæ, decreti, mandati, & voluntatis infringere &c.

Confert in Commendam Archiep. Teatino.

Cum retentione Monaſterior. ac beneficiorum aliorum ac Penſionum.

Modo onera Canonicat. ſupportet.

Obſtantia omnia removet.

Onera ſupportanda iterum injunguntur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, quarto decimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

Came-

contra Baſilicæ Conſtitutiones, moremque Majorum, ſuppetit ex Archivo Apoſt. Vatic. Nobis tamen hoc unum eſt ſatis, ut Sancti ejuſdem Pontificis ingenium, Sanctitati morum nullatenus adverſans, opportune pateat.

(*a*) Joannem Olivam Peruſinum J. U. D. celeberrimum, de quo in præcedentibus literis. Notandum hoc loco, quod M. Antonius, ut teſtatur Ughellus, in Archiepiſcopatu non ſedit, aliis Romæ fungens Officiis pro S. Sede; ſed eo miſerat Suffraganeum Franciſcum Monaldum Archiepiſcopum Tarſenſem infelici vitæ exitu celebrem. Maffeus autem Archiepiſcopatum dimiſit ineunte hoc anno 1568. nomen retinens Archiep. Teatini ut patet ex his literis.

(*b*) Nota, quod licet Canonicatum ei contulerit non in titulum, ſed Commendam; tamen ab oneribus Canonicalibus eum non eximit. Quæ cujuſmodi ſint, ex plurimis literis Apoſtolicis tum editis, tum edendis liquet. Conſule Indicem.

(*c*) Bartholom. Ferratinus poſtmodum noſter Canonicus, de quo ſupra. (*pag.* 47. *not.* c.

(*d*) Hieronymus Machabæus & ipſe Canonicus S. Petri ab anno 1545. ex ceſſione Nicolai de Fliſco; *Grimald.* Haud ita multo poſt has literas Epiſcopatum dimiſit. *Ughell:*

(*e*) Fr. Ubertus Locatus Placentinus Ord. Præd. S. Officii Commiſſarius, ſub S. Pio V. qui quatuor abhinc menſibus Epiſcopum eum elegerat. Vide Ughell. (*to.* 1. *pag.* 517.)

(*f*) Tota ea formula ſpectans ad Privilegia Pop. Rom. prætermittitur in his literis, utpote ocioſa, quum Maffea Familia ſit nobilis Romana, ut dixi ſupra. *pag.* 65. *not.* b.

(*g*) Tam rara inveniuntur exempla Canonicatuum Commendatorum in noſtra Baſilica, ut miraturus eſſet lector S. hunc Pontificem ſemel & iterum Canonicatus, & Præbendas commendaſſe: niſi mutato conſilio omiſiſſem Commendam alteram hujus ſimilem Alexandro Sfortiæ factam poſt biennium; ne moleſtiam lectori oggererem hoc Documentorum genere.

(*a*) Tem.

Camerarios & cæteros Officiales Baſilicæ a divinis Officiis abſentes punctandos, niſi conſtet, illa ipſa hora, & die occupatos pro negotiis Baſilicæ. Quidquid iis remittitur a remittente, detrahendum, dupli pœnam incurrentibus iiſdem Camerariis &c. Omne autem convertendum in utilitatem Sacriſtiæ.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Capſ. 7. Faſc. 269. & lib. B. fol. 183 lib. I. fol. 189.

AN. CH. 1569. 2. Martii.

Statuta & Constitut. Baſil confirmat.

Exemtionem Camerariorum a Choro improbat.

Notandos a Punctatoribus mandat.

MOtu proprio &c. Cum in omnibus Eccleſiis oporteat Divina officia abſque Miniſtrorum Eccleſiaſticorum diminutione celebrari, illud in primis curandum eſt, ut in primariis Eccleſiis, & Baſilicis Urbis noſtræ, quæ cæteris exemplo eſſe debent, ſedulo obſervetur. Quocirca nos ex certa ſcientia noſtra decretis, & conſtitutionibus, quæ ad ſervitii Chori frequentiam pertinent, his noſtris non contrariis in ſuo robore manentibus, uti manere volumus; revocamus, & abolemus omnem, & quamcumque immunitatem, atque exemptionem, ſive ſtatutum forſan ſuper hoc editum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alias roboratum, ſive Privilegium Apoſtolicum antehac quomodocumque conceſſum, ſive conſuetudinem immemorabilem, quantocumque tempore obſervatam, quod Camerarii Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & aliis Officiis pro eiſdem Capitulo, & Baſilica incumbentes, licet horis Canonicis Diurnis, atque Nocturnis, & Miſſæ ſacrificio in Choro unacum cœteris non interſint; nihilominus proventus, & diſtributiones omnes æque atque præſentes & intereſſentes, integre percipiant. Statuimuſque, & ordinamus, ut poſthac quicumque, ſive Canonici, ſive Beneficiati, ſive Clerici dictæ Baſilicæ, etiam Epiſcopali Dignitate præditi, tam præſentes, quam futuri, ſive Camerariatus, ſive aliud officium Capitulare, aut alias aliud munus gerentes, qui divinis officiis, ut ſupra, in Choro præſentes, cum aliis, juxta noſtri Vicarii de expreſſo mandato noſtro præſcriptum, quod omnino in omnibus inviolatum ſervari volumus, non interfuerint, ut abſentes ab deficientium obſervatoribus, qui Punctatores appellantur, omnino adnotentur, ac redditibus, diſtributionibus, & emolumentis omnibus præſentibus debitis prorſus careant, neque ullam excuſationem, etiam pro beneficio Eccleſiæ, vel Capituli propoſitam prætendere, aut ea juvari poſſint, niſi in officio conſtituti re ipſa neceſſariam operam ſuam perſonalem pro rebus, & negotiis dicti Capituli eo die, vel ea hora præſtiterint, quam prius, aut ſaltem ſequenti die punctatoribus ſignificabunt, ut cauſa impedimenti hujuſmodi poſtea cognita Archipreſbyteri, ſeu ejus Vicarii judicio comprobetur. Sed nec Capitulum, nec omnino ullus particularis quicquam talibus abſentibus, ſive alio quocumque modo, vel cauſa remittat, aut quævis inter ipſos colluſio intercedat, ut præſentis noſtræ conſtitutionis vim & effectum effugiant, neque Punctatores in adnotanda quoquo pacto abſentia deficiant, neque ullam in eo fraudem admittant. Quicumque ſecus fecerint, eo ipſo ex ſingulis tantum, & ejus duplum de ſuis proventibus, & emolumentis detrahatur, quantum cuivis abſenti conſtiterit fuiſſe remiſſum, quod tamen recipiens ſuum non faciat, ſed & illud omne, & aliud, quod ſic ab aliis prædictis detrahetur, in uſu Sacriſtiæ dictæ Baſilicæ omnino convertatur (*b*). Jubemus igitur prædictos Archipresbyterum, & Vicarium, eiſque diſtrictius injungimus, ut quiſque pro ſe prædicta omnia, & ſingula, juxta ipſius præſcripti, & præſentium tenorem, etiam per ſubtractionem diſtributionum, & aliorum proventuum, ac etiam amotionem ab officio hujuſmodi Camerariatus omni, & quacumque appellatione neglecta, & mora ceſſante exequatur; Contradictores per prædictas, & alias, quas uterlibet viderit, pœnas, cœteraque juris, & facti remedia opportuna compeſcendo; invocato &c. Secularis &c. Non obſtantibus pædictis, ac etiam aliis dictæ Baſilicæ ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non Privilegiis, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſvis clauſulis irritantibus, & aliis decretis quotieſcumque & ex quibuſcumque cauſis conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus &c. etiamſi de illis &c. tenores &c. ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Ac volumus, & mandamus præſentes

Niſi ea ipſa hora impediti fuerint, nil iis remittendum

Pœna dupli contrafacientib. propoſita.

Obſtantia quævis removet.

(*a*) Temporis nota, quam appoſui non indicat diem ipſum, quum dabatur Motus proprius; ſed tempus deſignat, quum Simon Tegeronus Notarius Capituli eum confereos cum ſuo Archetypo, de verbo ad verbum cum eo concordare invenit, fidemque propria manu ſubſcriptam adjunxit.

(*b*) Inter Capita Conſtitutionum quæ obtinent in noſtra Baſilica *num.* 23. *pag.* 15. & *ſeq.* totum hoc caput recenſetur. Paulus etiam quintus, ut ſuo loco videbimus, id confirmat; & inter prædicta Capita Conſtitutionum *pag.* 17. *num.* 25. Paulo V. adſcribitur quod S. Pius V. multo antea ſtatuerat de abſentia Canonicorum, aliorumque Officialium: tametſi brevibus verbis & Paulus id confirmet.

(*a*) Otho

entes in Archivio præfati Capituli ad perpetuam rei memoriam deſcribi, & præſentium ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique tam in Judicio, quam extra illud fidem facere pœnæ centum ducatorum auri de Camera Sacriſtiæ præfatæ applicandorum eo ipſo ex detractatione ſuorum fructuum incurrendæ ſubjicientes quoſcumque eas, quandocumque, aut quomodocumque celantes, vel quovis quæſito colore impedientes, & procurantes ne obſerventur, aut executioni mandentur, regula noſtra ſuper hoc edita, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Placet Motu Proprio M.

Othoni Epiſcopo Albanen. Card. de Auguſta concedit facultatem celebrandi Miſſam in majori altari Baſilicæ S. Petri fer. 2. majoris hebdomadæ.

Ex Regeſto LXXV. Bullar. S. Pii V. pag. 213. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1569. 3. April.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri noſtro Othoni Epiſcopo Albanen., Cardinali de Auguſta nuncupato; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Formula conſueta hujuſmodi Literarum.

Devotionis, quam ad nos & Sanctam Romanam Eccleſiam geris, magnitudo facit, ut his quæ ad augmentum ipſius tuæ devotionis (*a*) cedere dignoſcuntur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Ut igitur proxima die Lunæ, videlicet quarta hujus menſis, quæ eſt feria ſecunda majoris hebdomadæ, in majori Altari Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Miſſam, & alia divina officia celebrare poſſis, Fraternitati tuæ ipſa die, pro hac vice dumtaxat, Miſſam, & alia Divina officia hujuſmodi etiam in præſentia noſtra, ſolemniter celebrandi: conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium de ſpeciali gratia plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus pariter, & indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Derogatio pariter conſueta.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, tertio nonas Aprilis Pontificatus noſtri anno quarto.

Eccleſiam Lateranenſem & ejus Clerum præferri debere Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & illius Clero, juxta Decretum Franciſci Sarmento Auditoris Rotæ: nefaſque eſſe ab hac ſententia provocare, aut reclamare (*b*).

Ex Tab. Marmorea in Porticu ante ingreſſ. Tribunæ S. Joan. Later. ap. Raſpon. l. 1. c. 4. p. 18.

AN. CH. 1569. 21. Decembr.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad æternam rei memorjam.

Infirma ævi conditio ſæpe efficit, ut res vel maxime perſpicuæ, & memorabiles perplexi erroris caligine ſenſim obductæ, in gravia diſcrimina prolabantur. Quo

(*a*) Otho Truſches ſeu Truchſes, Civis & Epiſcopus Auguſtanas, qui etiam Truchesius appellatur a Scriptoribus, & in Epitaphio S. Mariæ de Anima, ubi ejus cineres requieſcunt. Ughellus (*in Epiſc. Præneſt.*) id Epitaphium meritis tanti viri laudibus impar appellat, & quidem jure. Nam præſtantibus tot virtutibus, præcipue pietate ac ſumma prudentia, atque experientia rerum floruit apud Paulum III. qui purpura eum ornavit, & Succeſſores uſque ad an. 1573. quum Romæ deceſſit; necnon apud Carolum V. & Ferdinandum Augg. ut Jovius, cæterique ejus ævi Scriptores immenſis eum elogiis proſequantur. Vide Ciacon. Ughell. & Raynaldum; præcipue *anno* 1550. *num.* 21. & 1553. *num.* 39. ubi præclaras ejus laudes ex Julii III. literis deprehendes.

(*b*) Hac præſertim in re Catholicos cum hæreticis convenire teſtatur Card. Bellarminus (*de Rom. Pont. lib. 4. cap. 11.*) *Poſſe Pontificem, etiam ut Pontificem & cum ſuo cœtu Conſiliariorum, vel cum generali Concilio errare in Controverſiis facti particularibus, quæ ex informatione, teſtimoniiſque hominum præcipue pendent.* Hinc eſt, quod S. Pontifex pietate in Deum, & in Dei Miniſtros caritate incenſus, acerrimas inter duo inſignia Capitula controverſias de præcedentia ita compoſuit; ut nec Gregorii XI. conſtitutioni, nec Deciſioni Romanæ Rotæ penitus inhæſerit: ſed Apoſtolica auctoritate utens Vaticano Capitulo facultatem litigandi perpetuo ademerit, & Lateranenſi jus præcedendi conceſſerit. Hujuſmodi decretum ſancte adeo coluerunt Majores noſtri, noſque ipſi tam religioſe obſervamus, ac veremur, ut a centum octoginta amplius annis Clerus Lateranenſis, nemine prorſus adverſante ſuo privilegio utatur in proceſſionibus, aliave qualibet occaſione. Satis enim illis nobiſque eſt, Romanam Rotam fateri tectamque eſſe voluiſſe prærogativam Baſilicæ Vaticanæ (*To. 2. p. 21. not. a.*) ipſumque Gregor. XI. biennio non bene elapſo a ſua Conſtitutione, cum ſuis Prædeceſſoribus, Succeſſoribuſque faſſum eſſe, quod a Vaticana Baſilica *aliæ Eccleſiæ Urbis, & Orbis debent exemplum laudabilis imitationis recipere.* (*To. 2. pag. 25. ibique not. c.*)

(*a*) De

Varia vices Eccl. Lateran.

Quo genere affecta Sacroſancta Eccleſia noſtra Lateranenſis (*a*) poſt tot inſignes ruinas, quæ ei tenebroſis illis ſeculis acciderant, quibus plerique omnes Romani Pontifices aut religionis ſtudio, aut componendæ pacis gratia, aut bellorum periculo longe ab Urbe, ſæpe etiam in Galliis, agebant; de ſumma quoque juris ſui atque honoris prærogativa perperam laboravit. Etenim longo poſt intervallo, quam fel. rec. Leo Papa IV. parta de Saracenis ſpectabili victoria, urbem ſui nominis, præſidiumque ad Vaticanum ſtatuerat, quum reduces deinceps Pontifices in aliis, atque aliis Urbis Eccleſiis, uti cuique tutum, aut commodum erat, conſiderent, prædicta Eccleſia ex tam multis direptionibus quaſi ſolitudine facta, Sacerdotes Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum parilis vetuſtatis gloria (*b*), tum nominis dignitate illuſtres atque inſignes ab ea rerum commutatione prædictum ſibi jus niſi ſunt vendicare. Quam rem non ferens Gregorius Papa XI. qui etiam num Avenione ſedebat, ut omnem dubitationem eximeret declaravit, & definivit, prædictam Eccleſiam Lateranenſem præcipuam Sedem ſuam, dictæ Baſilicæ, ac cæterarum omnium Urbis & Orbis Eccleſiarum maximum ſupra illas omnes locum tenere. Sed dicti Sacerdotes tranſlato inde prorſus Pontificum domicilio elatiores, quandocumque res tulit, audentius inſtiterunt, donec Pius Papa IV. Anteceſſor noſter merito commotus, quod in Cleri conventu, & ſupplicationibus acres turbæ intercederent, moleſtæque diſceſſiones fierent (*c*), huic tandem controverſiæ finem conſtituere volens, cauſam univerſam dilecto filio Magiſtro Franciſco Sarmento cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori commiſit audiendam, & omni appellatione præciſa, penitus terminandam. Qui vocatis utrimque Capitulis, in ipſa cauſa rite procedens, definitiva ſententia ex communi aliorum dicti Palatii Auditorum conſilio nuper prolata declaravit; jus præcedendi, & prærogativam honoris, locique nobilioris ac ſupremi etiam ſupra Canonicos, Beneficiatos, Clerum, & perſonas prædictæ Baſilicæ, in

Pontifices deveniente redeuntes instabili numquam ſede

Gregorii XI. definitio & contentio inter Clerum Vat. & Lateranenſ.

Cauſa definitur pro Lateranenſi in S. Rotæ Auditorio.

(*a*) De Lateranorum ædibus ante Magnum Conſtantinum, deque iis a Fauſta Auguſta poſſeſſis, quum idem Imperator S. Silveſtro Pontifici illas elargitus circa annum 323. in Baſilicam Salvatoris ipſemet convertit, ſatis luculenter Ciampin. *de Sacr. ædif. cap.* 2. Ad rem noſtram nihil aliud ſpectat, quam Baſilicæ hujus ætas, conferenda ſcilicet cum tempore fundationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum. Hanc vero ſi ſpectemus Dedicationis diem hodieque celebrem 18. Novembr. poſteriorem Lateranenſi novem, aut decem diebus comperiemus, cujus dedicatio die nona ejuſdem menſis celebratur. Secus, ſi hiſtoriam, & Patres audiamus. Liber Pontificalis de S. Anacleto loquens: *Hic*, inquit, *memoriam B. Petri conſtruxit, & compoſuit, dum Presbyter factus fuiſſet a B. Petro, ſeu alia loca, ubi Epiſcopi reconderentur ſepulturæ, ubi autem & ipſe ſepultus eſt, juxta Corpus B. Petri 3. Id. Julii.* Sacram hanc ædem *Martyrii*, *Confeſſionis*, *Memoriæ*, & *Tropæi* nominibus Patres celebrant: Optat. Milev. *lib.* 2. Auguſtin. *in Pſalm.* 44. 65. 140. *De Civit. Dei lib.* 22. *cap.* 10. Præ iis audiendus Cajus Teologus apud Euſebium (*lib.* 2. *c.* 24.) qui florebat in fine ſecundi Seculi: *Ego Apoſtolorum Tropæa perſpicue poſſum oſtendere. Nam ſi lubet in Vaticanum proficiſci, aut in viam quæ Oſtienſis dicitur te conferre, tropæa eorum, qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone, & virtute ſtabilierunt, invenies.* Plura videlis apud Baron. (*an.* 69. *num.* 19. & *ſeqq.*) Hinc autem evidens tibi cauſa ſuppetit, cur Gregorius XI., Romana Rota, & S. Pius V. ubi Vaticano Clerum Lateranenſem præferendum ſtatuerunt, Sanctitati, ac dignitati Vaticanæ Baſilicæ nihil detractum voluerunt. Et de Gregorio quidem, ac Romana Rota jam vidimus; de Sancto autem Pio V. paulo infra palam erit. Poſt fundatas e Conſtantino Baſilicas Patres omnes, præter Cajum, ſcripſere: nec tamen eorum ullus Vaticanam Lateranenſi poſthabuit. Prudentius, qui utriuſque meminit, ſit inſtar omnium *lib.* 1. *contra Symmachum.*

Aut Vaticano tumulum ſub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes,
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes.
Unde Sacrum referat Regali Chriſmate ſignum.

Sequentibus Seculis tum Sacroſanctum Salvatoris nomen, tum continua Pontificum Sedes, tum denique Imperatoria fundatio (præſertim ſuppoſitis tot Opuſculis emergentibus) extra mœnianam D. Petri Baſilicam Lateranenſi poſthabendam perſuaſerunt. Huc acceſſit (obliterata fere origine ſacræ ædis tot Sanctorum Pontificum exuviis prope Corpus S. Petri, illuſtris, ac Magnum Conſtantinum annis pluſquam biſcentum præeuntis) opinio conſtans, Lateranenſem Eccleſiam fundatione omnes cæteras Urbis & Orbis anteire. Nec vulgaris ea quidem opinio fuit: ipſi enim Pontifices in eam venerant: *Convocato*, ait Nicolaus I. Michaeli Aug. (*ep.* 7.) *multarum provinciarum Occidentalium regionum Sanctiſſimorum Epiſcoporum cœtu, & collecta S. Synodo in Eccleſia Dei, ubi B. Petrus Apoſtolorum Princeps corpore floret, & virtutibus emicat; deinde propter frigidiorem locum in Eccleſia Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Conſtantiniana, & quæ prima in toto terrarum orbe conſtructa eſt.* Teſtimonia hujuſmodi alia non deſunt: mihi vero brevitati ſtudenti erit inſtar omnium illud unum Anaſtaſii IV. Hic anno 1154. Canonicis Regularibus Ord. S. Auguſtini ab Alexandro II. inſtitutis in Baſilica Lateranenſi, & a Paſchali II. confirmatis an. 1106. vetera privilegia inſtaurans, noviſque eos cumulans, immediate ſubjicit Romano Pontifici: *Sancimus*, inquit, *ut eadem Eccleſia, tanquam principalis, mater, & domina omnino libera ſit, & nulli penitus, niſi ſoli Romano Pontifici ſit ſubjecta.* Deinde mandat Cardinalibus Epiſcopis Hebdomadariis, ut ſua quiſque hebdomada *de obſervantia Regulæ cum Fratribus ipſius loci* inquirant, ne exemtio a quibuſvis Superioribus, diſſolutionis cauſa ſit.

Nec vero prærogativa dumtaxat nominis a Seculo Eccleſiæ XI. ad XIII. inſignem comperies Lateranenſem Eccleſiam. Romani enim Ordines integerrimi teſtes, ubi de Sacris proceſſionibus agunt, Lateranenſis præcedentiæ argumenta tibi videbuntur præſeferre. Et ſane Ordo conſcriptus a Benedicto Canonico tempore Innocentii II. qui ad Petri Cathedram aſcendit anno 1130. (*Muſ. Ital. to.* 2. *pag.* 146.) in Litaniis Majoribus: *Primicerius*, ait, *cum Schola poſt Dominum Papam tenens Pallium cum læva, primum incipit Antiphonam*, Domine Dominus noſter: *deinde Lateranum eamdem antiphonam: poſtea S. Maria Major: in quarto loco S. Petrus.* Ordo alius poſterior, quem Cencius Camerarius (Pontifex factus an. 1216. Honorius III. eſt appellatus) deſcripſit, (*Ibid. pag.* 203.) de eadem proceſſione ſic loquitur: *Cruce S. Laurentii foris murum præcedente, & deinde cruce Sanctæ Mariæ Majoris, quæ de conſuetudine diei talis ad Eccleſiam Lateranenſem debet afferri: tertio fertur Crux ejuſdem Eccleſiæ Lateranenſis. Poſt has vero Crux quotidiana Domini Papæ . . . . uſque ad locum, qui Parion nuncupatur, cruce S. Petri, quæ de conſuetudine ipſa die apud S. Marcum debet afferri, poſt Crucem S. Laurentii, & ante Crucem S. Mariæ Majoris in ordine procedente.* At rem attentius inſpiciat: compertum plane erit, atque explicatum, pietatis, quam præcedentiæ tum rationem eſſe habitam; dignitatem nempe earum, queis Baſilicæ dedicatæ erant, ſpectatam fuiſſe; non autem earumdem merita. Secus enim Sancti Petri Baſilica præceſſiſſet S. Mariam Majorem. Ex utroque igitur Ordine antiquum illum morem addiſcimus, *Salvatorem*, *Mariam*, *Petrum*, *Laurentium* in Proceſſionibus diſponendi. Quod ſi Baſilicarum majorem, minoremve dignitatem ex eodem Ordine Camerarii (*Ibid. pag.* 206.) ex eadem videlicet antiquitate lubet petere, Presbyterii elargitionem attendas oportet: *Dantur in primis S. Petro viginti ſol. S. Joanni Lateranenſi ſex ſol. S. Virgini Mariæ Majori quinque ſol. S. Laurentio foris murum quinque ſol.* Cætera argumenta longe illuſtriora ex Bullario no-

in proceſſionibus ſolennibus, & decretis, cæteriſque omnibus actis publicis, & privatis; ad Canonicos, Beneficiatos, & Clerum dictæ Eccleſiæ Lateranenſis omnino pertinere. Quin etiam, perpetuo ſilentio his rebus impoſito, res judicata ita executioni mandata eſt, ut habitis poſtea Cleri conventibus ac ſupplicationibus Sacerdotes omnes prædictæ Eccleſiæ Lateranenſis ſupremum ibi locum etiam ſupra omnem Clerum dictæ Baſilicæ reipſa obtinuerint. Quocirca nos prædicti juris ſtudio, hanc ſententiam atque declarationem & definitionem, & literas prædicti Gregorii Papæ hac de re ſtatuentes, & quæcumque in literis ipſis continentur, Motu proprio, certaque quam habemus prædictorum omnium ſcientia, autoritate Apoſtolica approbamus, & confirmamus; atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplemus omnes & quoſcumque juris & facti defectus, ſiqui in proceſſu & actibus reperiantur ineſſe, & uti ipſe Gregorius Papa optimo jure fecit, itidem definimus, jubemuſque, Capitulum & Sacerdotes, perſonaſque omnes dictæ Baſilicæ, ubique ſemper ſententiæ & definitioni parere. Statuentes, ut nulla omnino ipſorum provocatio, & teſtificatio, vel reclamatio, ſive in judicium producta, ſive clam interjecta præterita & futura noceat, nec prorſus vim habeat, materiamve denuo tribuat litigandi. Præcipimus igitur, atque interdicimus eiſdem, ne poſthac quicquam audeant

Sententiam in rem judicatam tranſiiſſe ait Pontifex.

Gregorii XI. exemplo idem decernit pro Lateran.

ſtro ſuppetent, quæ ſcilicet petas ex Indice. Unius hic Bullæ Nicolai V. principium exhibeo, quippe quæ data fuit tempore minus ignorantiæ tenebris obvoluto, quum Pontifices proceſſionibus adeſſe deſierant, motæque erant controverſiæ de præcedentia antiquis ignotæ, extatque (*To. 2. pag. 123.*) *Quanto Baſilica Apoſtolorum Principis Cæleſtis Regni Clavigeri alias urbis & orbis Eccleſias ſpecialis dignitatis privilegio antecellit, tanto illam a nobis, utpote Eccleſiarum Caput, & Matrem, ac Sedem propriam Apoſtolicæ dignitatis &c.* Profecto Nicolaum V. una cum tot aliis Pontificibus, ut patet ex hoc noſtro Bullario, ſentientem, contra quam Gregorius XI. omnium primus Avenione ſenſit, video dignitatem Baſilicæ Vaticanæ aſſerere, non antiquitatem. Propterea facili negotio aſſequor, cur Romana Rota in Cauſa præcedentiæ decreverit pro Lateranenſi Baſilica, licet digniorem fateretur Vaticanam. Fundationem quippe repetens a Magni Conſtantini ævo, Matrem, ſeu *Matricem*, ut vocant, Lateranenſem Eccleſiam eſſe intellexit ex inibi cœpta, continuataque tot ſeculis Sede Pontificis. Incerto ſiquidem perſecutionum tempore Sedem certam ſtabilemque Pontificis in Romana Eccleſia quis uſquam deprehendit? Sic dignitate majori Vaticanæ non imminuta, antiquitas major prælata fuit.

(*b*) Sancto Pontifici Theologo doctiſſimo ſuam objicit doctrinam Mabillonius in rebus facti (*Muſ. Ital. to. 2. comm. præv. cap. 4.*) quam haud dubiam eſſe demonſtrant literæ Apoſtolicæ tomi primi hujus Bullarii: *Primis*, inquit, *novem Eccleſiæ ſeculis vara in Urbe, & forte nulla præterquam in Baſilica Vaticana Clericorum Collegia erant . . . Baſilicæ S. Petri ſeculo nono Miniſtri id eſt Clerici jam addicti erant, quos Amalarius ſe interrogaſſe dicit in præfatione altera ad libros de Eccleſ. Offic. quas orationes ſoliti eſſent celebrare ante Epiſtolam miſſæ per dies feſtos.* Verba Amalarii extant alterius præfationis initio in quatuor libros de Eccleſiaſtico Off. ad Ludov. Pium; & ſunt hujuſmodi: *Poſtquam ſcripſi libellum, qui a parvitate mea vocatur de Eccleſiaſtico officio, veni Romam, interrogavique Miniſtros Eccleſiæ Sancti Petri, quas orationes ſoliti eſſent celebrare ante Epiſtolam Miſſæ per dies feſtos, in quibus duas ſolemnitates celebramus, ſicuti eſt in Nativitate Domini ad Miſſam ſecundam de nocte, in qua continetur duplex officium in Sacramentario &c. Reſponſum eſt mihi unam tantum.* Et, quod perpetuæ gloriæ erit Canonicis S. Petri, ſe accepiſſe ait quæ dicturus eſt, *a Romana Sede.* In Eccleſia Lateranenſi Canonicos Regulares fuiſſe primum inſtitutos ab Alexandro II. Seculo XI. declinante omnes norunt; Panvinius autem & Raſponus id luculenter docent. Iidemque teſtes ſunt locupletiſſimi, Canonicos Seculares inſtitutos eſſe a Bonifacio VIII. exeunte Seculo XIII. centum circiter ac viginti annis poſt amplificatum numerum Canonicorum, & creatos triginta Beneficiatos in Baſilica Vatic. a Nicolao III. De inſtabili eorum ſede nunc Secularibus, nunc Regularibus poſtliminio redeuntibus dixi alibi. (*To. 2. pag. 21. not. a.*) Ex Diario autem Stephani Infeſſuræ, publicæ jam lucis facto inter Scriptores rerum Italicarum *to. 3. Par. II.* pauca afferre juvat, quæ Canonicorum Eccleſiæ Lateranenſis vices patefacient a Panvinio etiam & Raſpono (*lib. 2. cap. 1. pag. 93.*) enarratas. „ Dell'anno Domini 1440 di Maggio, la fe-
„ ſta del Corpo di Criſto li Fraticelli di Santo Joanni volevano
„ portare lo Corpo di Criſto, e li Canonici non volevano, per-
„ che lo volevano portare eſſi. Per queſta caſione fu levato lo
„ tumulto, e furon cacciati da Santo Joanni a furore di popolo,
„ e furono cacciati colle pietre, e quelli Fraticelli ſi difendeva-
„ no molto bene; e per queſta caſione andarono da Papa Eugenio
„ e parte ne rimaſe nel Palazzo, e allo Papa li ſeppe molto rio,
„ e però comandò allo Patriarca, e allo Caſtellano, che fuſſero
„ rimeſſi li Fraticelli in Santo Joanni, e furono ad accompagnar-
„ li li Conſervatori, e 26. Caporioni. E in quel tempo erano
„ Conſervatori Rienzo Mancini, Peconello de Cecchino, e Co-
„ la Margano.

Seculares tunc primum expulſi poſt Bonifacii VIII. inſtitutionem. Anno 1455. in Nicolai V. interpontificio Regulares e converſo ejecti tumultuante populo: quare Callixtus III. Seculares reſtituit: quos tamen novem poſt annos Paulus II. eliminavit an. 1464. Rem tradit idem Infeſſura: „ A dì 5. di Novembre
„ lo dì di S. Leonardo lo Papa andò a Santo Joanni Laterano, e
„ doi dì ſequenti, che fo a dì 17. rimiſe li Fraticelli in Santo
„ Joanni, e alli Canonici aſſegnò quella ſala, che va allo Salva-
„ tore, e dopo ordinò, che allo giuramento, che fanno li Romani,
„ quando jurano l'Officio, intra l'altre coſe prometteſſero, e
„ juraſſero, che mai non ſi trovaſſino per niun modo a cacciare li
„ detti Fraticelli, ne a preſtare auſilio a chi li cacciaſſi. Secus evenit; nam Paulo mortem oppetente conſueta vis adhibita. Eruptet Sixtus IV. Succeſſor anno 1471. Seculares reſtituit novoque tumultui viam omnem clauſit collocatis Regularibus in S. Mariæ de Pace anno 1483. nec deinceps turbæ ullæ evenerunt.

Ab anno igitur 1471. Canonici Seculares poſtliminio redeuntes cum novo illo jure, quod in Baſilica S. Laurentii ad S. Sanctor. obtinuerant a Paulo II., & quo uſi ſunt deinceps, hodieque utuntur duas Cruces &c. præferentes, ſumma ſemper tranquillitate ſunt fruiti, ita ut, ſi demſeris *vetuſtatis gloriam*, quam Sanctus Pius V. gratis illis tribuit, *nomine & dignitate illuſtres, atque inſignes* perinde ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonici deinceps fuerint; atque hoc S. Pii V. Privilegio Majores iſtis ſunt declarati, perpetuo indicto ſilentio Vaticanis, ne ulla ex parte lites, & diſſidia exorirentur.

(*c*) Quandoquam Pius IV. cauſam hanc diſcutiendam commiſerit Rom. Rotæ haud quærendum cenſeo. At ſerius ocyus id fecerit; anno 1560. ſuam Bullam de Convocatione Concilii Tridentini mandat, *ut in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi tunc, cum in eis populus, ut Miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palam clara voce . . . . recitetur.* Unde infertur digniorem tum eſſe habitam Baſilicam Vaticanam Eccleſia Lateranenſi. Quidnam de Clero eſſet, ubertime edocemur a Demetrio Guaſellio, teſte minus dubio (*lib. 1. fol. 410.* cujus acta extant in noſtro Archivo: *Notandum eſt*, inquit, *quod ubi Lancea ex Conſtantinopoli a Principe Turcarum anno 8. Innocent. VIII. in urbem miſſa, & extra portam populi e Narnia Reverendiſſimo Domino Juliano Card. S. Petri ad Vincula deferente, & in manibus Summi Pontificis flexis genibus porrigente, tota Curia proceſſionaliter & Clero Romano obviam proficiſcente mane in feſto Aſcenſionis, voluit Summus Pontifex, quod Canonici & Capitulum S. Petri juxta ſe irent, & omnes alios præcederent, & ſic factum fuit, me Demetrio præſente, & vidente. Canonici vero S. Joannis Lateranenſis noluerunt venire. In Eccleſia S. Jacobi eundo ad populum ſteterunt, expectantes ſententiam Pontificis de eorum loco. Qui reſpondit, velle Capitulum S. Petri præferri omnibus aliis, & ſi nolunt venire, quod ſtent: ſic ſtat noſtra voluntas. Similiter, & pari modo fecerat Pius Papa II. in portando Caput Apoſtoli Sancti Andreæ ex Peloponneſo Narniam a Deſpoto Moreæ advectum fieri voluit: videlicet ut Capitulum S. Petri juxta ſe proceſſionaliter iret, & omnibus aliis præferretur: & ſic fuit, & eſt actum, & fieri debet.* Pius II. ad Petri Cathedram aſcendit annis pluſquam octoginta poſt Gregorium XI. Innocentius autem VIII. pluſquam centum. Hæc vero mirum in modum confirmant, quæ omnes Pontifices Gregorii Succeſſores uſque ad S. Pium V. ipſeque S. Pius digniorem ſemper habuerint Principis Apoſtolorum Baſilicam, ut vidimus, noſtriſque manibus tetigimus.

(*a*) Hic-

audeant ſuſcitare. Quicumque ſive univerſi ſive ſinguli contrafacere nitentur, eos Canonicatu, præbenda, dignitate, beneficio, & officio privamus, privatoſque, & ad futura inhabiles declaramus eo ipſo. Decernentes, ſic in his, & omnibus aliis ſupradictis per eoſdem Judices, & quoſvis alios, omni & quacumque aliter judicandi, & interpretandi facultate penitus adempta, ubique judicari debere, ac irritum & inane quidquid ſecus per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentes in Cancellariæ Apoſtolicæ libro, Quinterno appellato, deſcribantur; ipſarumque exempla Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam omnino fidem in Judicio, & extra illud ubique locorum faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, definitionis, juſſionis, ſtatuti, præcepti, interdicti, decreti, privationis, declarationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Pœna in contra ſentientes veteris ſuſcitatores.

Litterarum exemplis auctoritatem impertit

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569. duodecimo Kalen. Januarii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Tranſumtum duorum Brevium S. Pii V. ſuper diſtractione, ſive alienatione Bonorum Monaſterii S. Martini in Montibus Viterbien. & Conventuum S. Mariæ ad Gradus, & S. Mariæ ad Quercum Ord. Prædicator.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 14. faſc. 63.

In Nomine Domini Amen. Noverint univerſi, hoc præſens publicum tranſumptum inſpecturi, quod nos Scribonius Criſtallinus Firmanus U. J. D. Illuſtriſs. & Reveren. D. Hieronymi Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſc. Raguſin. (a), *& Epiſc. Viterbien., & Tuſcanen.* (b), *Vicarius generalis habuimus, vidimus, & diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas SS. D. N. Pii Papæ V. ſub annulo Piſcatoris ſignatas, & omnimoda ſuſpitione caren. quarum quidem litterarum tenores, alteræ erant iſtæ.*

AN. CH. 1570. 6. Martij

Pius Papa V. Venerabilis Frater, ſeu dilecte fili (c); Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum ſicut afferunt dilecti filii Canonici, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Conventus & Fratres Sanctæ Mariæ ad gradus (d), & *della Cerqua* (e) Ordinis S. Dominici Viterbien. Civitatis, ſeu Diœc. nonnulla bona ad Abbatiam Sancti Martini in Montibus Viterbien. dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sedis Apoſtolicæ auctoritate unitam, annexam, & incorporatam, necnon etiam ad Monaſterium, & Eccleſias prædictas S. Mariæ ad gradus, & *della Cerqua* ſpectent, & pertineant, quæ retroactis temporibus, tam in emphyteoſim perpetuam, quam alias quovis modo, etiam uſque ad tertiam generationem, vel aliud tempus male, nulliter, vel in præjudicium ipſarum Eccleſiarum alienata fuerint, quorum nonnulla recuperationis effectum, alia vero confirmationem Apoſtolicam expoſcunt; Nos, quorum eſt ſuper his noſtræ vigilantiæ curam adhibere, tibi omnia, & ſingula bona ad eadem

Alienationes nonnullas perperam factas

Partim confirmandas, partim recuperandas

(a) Hieronymus Matthæuccius Archiep. Raguſin. poſtea Sarnenſis Epiſcopus, Viterbienſem Eccleſiam eſt aſſequutus anno 1594. tenuitque ad 1609. Inſtrumentum autem hoc pertinens ad 1601. idcirco a nobis hic editur, ne Apoſtolicæ binæ literæ inſertæ a ſua Sede vagentur.

(b) Quamquam ſeculo duodecimo exeunte adoleſcenti Sedi Viterbienſi unita fuerint diruta. Civitatum Bleræ, Centumcellarum, & Tuſcaniæ jura, ut cum Ughello ajebam in Diſſertat. de Concilio Lateran. (*cap. 3. n. 13.*) Tuſcaniæ tamen unioe, quæ & Tuſcanella appellatur, tanquam dignioris mentio eſt: hæc autem noſtra etiam ætate eumdem honorem ſervat in Taxa librorum Cameræ Apoſt. in Actis Conſiſtorial. & in Expeditionibus Apoſtolicis.

(c) Ad Joannem Franciſcum Card. Gambarum Viterbien. Epiſcopum, & ejus Vicarium generalem literæ inſcribuntur. *Ciacon. Ughell.*

(d) Conventum S. Mariæ ad Gradus Ord. Præd. extra Civitatem Viterbii unum ſcilicet ex Monaſteriis, quæ maxime nitent, antiquitate, & Fundatione commendabile, ipſius Sancti Dominici ævo fundavit medio ſeculo XIII. Raynerius Capoccius Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, quum eſſet Viterbii patriæ ſuæ Epiſcopus, & Rector Patrimonii S. Petri. Eodem S. Dominico familiariter utebatur, ejuſque Ordinem tum gliſcentem fovit, tanquam univerſæ Eccleſiæ ſaluberrimum: in ſomnis autem, ut fertur, admonitus iſti Ordini excitavit Sacram ædem, de qua loquimur, licet morte præventus non abſolverit. Ibidem quieſcunt ejus Cineres cum Epitaphio, quod legitur apud Ughellum (*To. 1. pag. 1410.*) Ciſtercienſem Ordinem ir profeſſus fuerat extra Urbem in Monaſterio Trium fontium. Quare & Cœnobium S. Martini in Ciminis Montibus pene collapſum reædificavit, dotavitque. Ughelius idem prænarratis (*pag. ſeq.*) quæ ad Monaſterii originem, dignitatem, vices pertinent, Raynerium affirmat Fundatoris prope laudem tuliſſe, *qui etiam invidioſis divitiis locupletavit*. Num autem recte aſſerat, poſt Monaſterii unionem factam Capitulo, quod ſuo tempore *ab Innoc. X. recompenſatis Canonicis, atque ſuppreſſa Abbatiali dignitate in Principatum Pamphiliæ gentis adlectum, circumdatum muris Caſtrum evaſit*, expendemus ſuo loco.

(e) Monaſterium S. Mariæ ad Quercum mille paſſus Viterbio diſtans, duobus amplius ſeculis recentius eſt altero S. Mariæ ad Gradus: quippe quod pii homines fundaverunt Petro Franciſco Viterbienſi Epiſcopo permittente, qui anno 1460. ad eam Sedem a Pio II. evectus fuit.

dem Abbatias, Monaſteria, & Eccleſias reſpective ſpectantia quovis quæſito colore, titulo, vel ingenio, & ſub prætextu conceſſionis, vel confirmationis Apoſtolicæ in emphyteoſim perpetuam, ſeu aliud tempus, vel alias in Abbatiarum Monaſteriorum, ac Eccleſiarum prædictarum detrimentum, ac præjudicium, ſeu læſionem, ſeu alias abſque noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito alienata, ſeu diſtracta, vel potius uſurpata, ac literas,& ſcripturas quaſcumque deſuper confectas revidendi, & recognoſcendi & quæ male, nulliter, & indebite, ac ſolemnitatibus non ſervatis, alienata fuiſſe repereris, jure medio recuperan., & ad priſtinum jus, & proprietatem dictorum Abbatiæ, Monaſterior. & Eccleſiarum reducen., necnon quaſcumque alienationes eorumdem bonorum deſuper factas, quas ſimiliter in ipſarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum evidentes utilitates, & forſan ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito factas fuiſſe repereris, prout juris fuerit, perinde ac ſi illarum confirmationem per literas ſpeciales in forma, ſi ineviden. expedit. tibi direxiſſemus confirmandi, & approbandi quæcumque dubia, lites, vel controverſias ſuper illis, vel circa, & quomodolibet ſuborta, & quæ oriri contigerit, judicialiter, vocatis tamen & auditis bonorum, & terrarum hujuſmodi poſſeſſoribus, & aliis, qui fuerint evocandi, diſcutiendi, examinandi, & prout juris fuerit, ac unica ſententia appellatione remota terminandi, & decidendi, ac deſuper ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta procedendi, omnibuſque, & quibuſcumque renovationibus locationum, & inveſtiturarum emphyteoticis quomodolibet factis eamdemmet prorſus fidem, quæ ipſiſmet primis locationibus, conceſſionibus, & inveſtituris perbiberetur adhibere, eaſdemque recognitiones, declarationes, & renovationes eumdem effectum operari, quem operarentur circa præmiſſa omnia ipſæmet primæ conceſſiones ac inveſtituræ decurſæ, necnon omnes, & quaſcunque perſonas a quibus Abbatiæ, Monaſteria, & Eccleſiæ prædictæ ſunt in poſſeſſione, vel quaſi, aliquid rerum bonorum, quæ poſſident, percipiendi, & exigendi ad ſuos titulos, & quo jure bona dictæ ſolutioni & oneri obnoxia poſſident, & detinent, in judicio, prout juris fuerit docens, & demoſtrans, ac exhibens, & ſi magis de Canonicor., & Capituli, ac etiam eorumdem Monaſteriorum, & Eccleſiarum juribus videbitur, eoſdem bonorum prædictorum detentores, & poſſeſſores, ratione bonorum præfatorum, quorum ratione cenſus, canones, livella, reſponſiones, aut quodvis aliud gravamen, & onus ſolvunt, & eorum occaſione ſupportant ad conficien., & denuo celebran., & ſtipulan. inſtrumenta inveſtiturarum, & conceſſionum, ſeu recognitionum eorundem bonorum cum eiſdem Canonicis, & Capitulo, & reſpective Conventibus, & Fratribus prædictis prout juris fuerit cogendi & compellendi, & per eorumdem, & aliorum quorumcumque inſtrumentorum ratione earumdem Abbatiæ, Monaſteriorum, & Eccleſiarum deſuper cum quibuſvis perſonis conficiendorum quemcunque, ſeu quoſcumque Notarios eiſdem Canonicis, & Capitulo, ac Conventui, & Fratribus reſpective placitos eligendi, & deputandi omni exceptione & contradictione poſtpoſita, licentiam, & facultatem concedendi, Contradictores quoslibet, & Rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, & auxilium brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi poteſtatem, facultatem, & auctoritatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus. Non obſtan. quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda foret, illorumque tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, ac expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Diligenter diſcuti jubet:

Et confirmari eas quæ rite inveniuntur facta

Cum eadem auctoritate, ac ſi primum fierent conceſſiones &c.

Quam quidem auctoritatem ipſe largitur.

Contrariis quibuſcumque conſtitutionibus &c. derogans.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die ſexta Martii MDLXX. Pontificatus noſtri anno quinto. C. Glorierius. *A Foris vero* Venerab. Fr. Epiſcopo Viterbien. ſeu ejus in ſpiritualib. Vicario generali. *Alteræ vero erant iſtæ.*

AN. CH. 1571. 27. Octobr.

Pius Papa V. Venerabilis Frater, ſeu dilecte fili; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet alias nos per quaſdam noſtras in forma Brevis confectas literas diſcretioni veſtræ, omnes, & ſingulas alienationes quorumcunque bonorum, Eccleſiaſticorum ad Abbatiam

Abbatiam nuncupatam S. Martini in Montibus Viterbien. Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Apoſtolica auctoritate unitam, annexam, & incorporatam ſpectantium & pertinentium revidendi, necnon eas, quæ male nulliter, & indebite in præjudicium, ſeu læſionem dictorum Monaſteriorum, ſeu domorum, ac ſolemnitatibus non ſervatis facta reperirentur, juris medio ad priſtinum jus, & proprietatem Monaſterii hujuſmodi reducendi; quæ vero in evidentem illius utilitatem, ſeu ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito factæ eſſent, confirman., & approban., aliaque faciendi, dicendi, & gerendi facultatem conceſſerimus, prout in illis plenius continetur. Cum tamen nuper acceperimus dilectos filios, Capitulum dictæ Baſilicæ provide conſiderantes, quod, ſi ad dictarum literarum totalem exequution. procederetur, hoc non ſine gravi illius Populi Viterbien., dictorumque Capituli diſpendio, ac pauperum perſonarum indigentium jactura fieri poſſet, miſericordia motos, a recuperatione bonorum prædictorum via juris facienda cum his dumtaxat, qui a ſuis perpetuis alienationib. ſine ſtrepitu judicii recedere, & illas ad tempus per te ſtatuendum reducere voluerint, abſtinere decreviſſe; ſique eis cum perſonis prædictis concordandi licentia concederetur, hoc, & ipſorum intentioni circa recuperationem prædictam non obſtare, & partes ipſæ aliqua temporis longinquitate allectæ libentius ad illa dimittendum adduci omnino poſſent. Hac itaque conſideratione adducti, ſperanteſque hac via electa utriſque ſatis opportune conſultum iri, literarum veſtrarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, eorumdem Capituli nobis ſuper hoc porrectis ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus tu frater Epiſcope, vel fili Vicarie vocatis omnibus, quorum intereſt, de præſentibus te diligenter informes, & ſi per informationem eamdem ita eſſe repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, eiſdem Capitulo, ut bona prædicta ſic alienata, facta tamen per illorum detemptores efficaci obligatione de illis realiter, & cum effectu, finito in totum tempore, Monaſterio prædicto reſtituendis, eiſdem, quibus illa ad præſens alienata reperiuntur ad brevius, quoad fieri poterit, dummodo tamen perpetuum non ſit, tempus relocandi, ſeu perpetuitatem prædictam ad per te ſtatuendum tempus, reducendi, nec non, ſi ita Monaſterii prædicti evidens utilitas exegerit, bona, quæ eorum aliqui poſſederint cum aliis Eccleſiaſticis bonis eidem Monaſterio minus commodis, permutandi, illaque ſimiliter ad tempus & non perpetuo concedendi, ac quoſcumque deſuper neceſſarios, & opportunos contractus faciendi, & celebrandi licentiam concedere: illaque poſtquam facta fuerint cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & cautelis approbare, omneſque & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcunque etiam ſubſtantialium forſan omiſſarum defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplere, eaque valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus, ac ab omnibus, quos illa concernunt inviolabiliter obſervari, & ad illorum obſervationem partes ipſas quibuſvis ſententiis, cenſuris, & pœnis cogi, & compelli poſſe decernere, auctoritate noſtra cures. Nos enim vobis & veſtrum cuilibet, dummodo in evidentem utilitatem ipſius Monaſterii, ſeu Abbatiæ cedant præmiſſa omnia, & ſingula in illis, & circa ea neceſſaria quomodolibet, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi plenam, & liberam facultatem concedimus per præſentes. Non obſtantibus literis felic. rec. Symmachi (a), & Pauli II. & Pauli IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & male alienatis recuperandis, ac piæ mem. Bonifatii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Conciliis generalibus de duabus dietis; dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non extrahatur, & aliis Apoſtolicis nec non Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Monaſterii, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Monaſterii, ac Ordinis, necnon Baſilicæ, eorumque Superioribus, Capitulo, ac perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis etiam Motu proprio & conciſtorialiter conceſſis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores

Facultas ſuperior. literar. repetitur.

Deinde mutatur in melius.

Ut nempe per viam concordiæ alienata reſtituantur.

Renovatis nempe ad tempus conceſſionib.

Modo in utilitatem Monaſt. cedant.

Obſtantia quæcumque removet.

(a) Pontifex, ni fallor, Synodum Romanam quartam ſub Symmacho hîc laudat quam a Gratiano contractam, ſeu in Epitomem redactam habemus (12. *qu.* 2. *cap.* 20. & 21.) Odoacris enim lex, *qua bona Eccleſiæ non neceſſaria diſtrahi, & in uſus pios converti mandabat, quaque prædia Eccleſiaſtica alienari prohibebat*; ut notat Binius (Labb. *Concil. to.* 4. *pag.* 1339.) utpote quæ a competente legiſlatore non profecta, anſam dedit Pontifici, & Patribus, ut declararent, conſtituerentque, quid de alienatione bonorum Eccleſiæ tenendum eſſet; quod & fecerunt in ea Synodo.

nores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ceterum præſentes has noſtras literas hiis nullo modo prodeſſe volumus, qui ſimilibus reductionibus conſentire noluerint, ſed in illos tanquam contumaces juxta priorum literarum noſtrarum continentiam, & tenorem omni mora, & dilatione poſtpoſitis per te procedi debere omnino declaramus.

Privilegiis etiam derogat.

Renuentes concordiam hæ literæ non comprehendunt

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxvii. Octobris MDLXXI. Pontificatus noſtri anno ſexto.

C. Glorierius.

Foris d. Breve. Venerab. Frat. Epiſcopo Viterbien., ſeu dilecto filio ejus in ſpiritualibus Vicario Generali.

Quibus quidem literis diligenter inſpectis ad requiſitionem Reverendiſs. Canonicorum dictæ Baſilicæ per infraſcriptum Notarium publicum Curiæ Epiſc. prædict. Viterbien. Cancellarium ipſas exemplari mandavimus, tranſumi, ac in publicam formam redigi, decernen., & volen., ut huic tranſumpto publico, ſive exemplo plena fides deinceps adhibeatur ubilibet fuerit oport. fidem faciat, illique ſtetur, ac ſi originales literæ prædictæ apparerent, quibus omnibus, & ſingulis auctoritatem noſtram ordinariam interpoſuimus, & decret., & ad ampliorem evidentiam præmiſſorum ſignum Vicariatus officii præſentibus duximus apponen. Datum Viterbii ex Palatio Epiſc. Anno a Nativitate Domini milleſimo ſexenteſimo primo Indictione XIV. die vigeſima menſis Martii Pontific. SS. D. N. D. Clementis divina providentia PP. octavi Anno ſui Pontificatus decimo præſentibus DD. Camillo Paſſarino Laico Firmano, & Antonio Francino Capranicen. teſtibus habitis vocat. rog. Et ego Cletus Cerrinus Terræ Capranicæ Sutrinæ Diœc. pub. Dei gratia, Apoſtolica auctoritate in Arch. Rom. Cur. deſcrip., & ut ſupra ad hæc deputat. Notarius & in præſent. ejuſdem Curiæ Epiſc. Viterbien. Cancellar., quia ſupradictas literas Apoſtolicas de mandato ejuſd. R. P. D. Vicarii Generalis exemplavi & copiavi ex propriis originalibus in eadem Curia cuſtodit. Idcirco in hanc publicam formam redegi rogat. & requiſit. in fide præmiſſor. &c.

Mandat Archipresbytero Baſilicæ, & ejus Vicario pro tempore, ut Inſignia Baſilicæ, Clavium nempe pendentium cum Mitra Pontificia, quibuſvis domibus, aliiſque ædificiis apponi faciant auctoritate Apoſtolica, ubi forſan deſint, ad aſſerendum jus, & dominium ejuſdem Baſilicæ.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 5. faſc. 263.

AN. CH. 1570. 22. Jul.

MOtu proprio &c. Cum inſignis Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ac dilecti filii illius Canonici, & Capitulum quamplurimas domos & ædificia tam in Urbe, quam extra eam, ſub illius Baſilicæ proprietate, & directo dominio exiſten. ſeu eidem Baſilicæ, vel dictis Canonicis, & Capitulo aliquid ipſarum domorum, & ædificiorum occaſione reſpondentes, & reſpondentia, habere dignoſcantur, & dictarum domorum & ædificiorum nonnullæ, & nonnulla ſuper earum, & eorum facie in pariete verſus viam publicam correſpondente habeant Arma, ſeu Inſignia dictæ Baſilicæ, quæ ſunt Claves pendentes cum Mitra in marmore, vel alio lapide ſculpta, in ſignum directi dominii, & proprietatis; aliquæ vero, & aliqua, talia Arma ſeu Inſignia non habeant, illarumque, & illorum poſſeſſores, ſeu eorum nonnulli, ut accepimus, hujuſmodi Arma, ſeu Inſignia in ipſis domibus, & ædificiis illa non habentes, apponere & tenere velle recuſent, aut talem armorum & inſignium dictorum appoſitionem, & affixionem in longum protrahant non abſque gravi Baſilicæ prædictæ & illius jurium detrimento, & præjudicio: Nos qui ſingularum Eccleſiarum, præſertim in hac alma Urbe exiſtentium, & maxime dictæ Baſilicæ (a), quæ Beato Petro Apoſtolorum Principi dicata eſt, jura, actiones, & bona perpetuo illæſa, & intacta remanere, & conſervari totis exoptamus affectibus, eidem Baſilicæ S. Petri, & illius, ac dictorum

Inſignia Baſilicæ in domor. & ædificior. facie

Non, ubique locorum exiſtentia

Ut Jura ejuſd. illæſa ſemper maneant,

(a) En tibi argumentum locuples præſtantiæ Baſilicæ Vaticanæ, quam idem ille S. Pontifex agnoſcit, & fatetur, qui ſuperiori anno avertendis controverſiis, & diſputationibus inter utrumque Clerum Vaticanum, & Lateranenſem: *quis illorum videretur eſſe major*: hunc illi præferendum ſanxit. Sequentes literæ locupletius aliud ſuppeditabunt.

(a) In

dictorum Canonicorum & Capituli indemnitati, & jurium conſervationi, prout par eſt, & quantum cum Deo poſſumus, ex noſtri paſtoralis officii debito conſulentes, & alias in præmiſſis opportune providere volentes; Motu ſimili &c., & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium Ven. Fratri noſtro Alexandro Epiſcopo Tuſculano S. R. E. Card. Farneſio nuncupato, qui Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ S. Petri in titulum & Commendam ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica obtinet, & pro tempore exiſtenti ejuſdem Baſilicæ Archipresbytero, ſeu Archipresbyteratum ipſum, ut præfertur, aut aliis quomodolibet pro tempore obtinentibus, vel ejus Vicario nunc & pro tempore exiſtenti, Apoſtolica auctoritate perpetuo committimus, & mandamus, eique plenam deſuper licentiam, poteſtatem, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur, quatenus omnes, & ſingulos, ac quaſcunque utriuſque ſexus perſonas, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ac tam laicas atque Eccleſiaſticas, necnon tam ſeculares quam quorumvis Ordinum, etiam mendicantium Regulares, ac etiam quavis auctoritate fungentes, necnon etiam quacunque etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel majori dignitate præfulgentes, ſeu etiam Cardinalatus honore fungentes, ac tam in Urbe, & Curia Romana, quam ubilibet exiſten. quaſcunque & quæcumque domos, ædificia, vineas, poſſeſſiones, & alia quæcumque bona ſtabilia, tam in dicta Urbe illiuſque diſtrictu, quam extra conſiſtentia, ſub directo dominio, & proprietate dictæ Baſilicæ S. Petri de Urbe exiſtentia, vel eidem Baſilicæ aliquid pro ipſiſmet domibus, ædificiis, vineis, poſſeſſionibus, & bonis reſpondentia, nunc, & pro tempore in perpetuum quomodolibet poſſidentes, omnibus, & quibuſcunque juris & facti viis, & remediis, ac etiam ſub pecuniariis, ac pignorum ſubtractione, ſubhaſtatione & venditione, aliiſque bonorum diſtrictivis pœnis, & in juris ſubſidium, etiam excommunicationis etiam majoris latæ ſententiæ, ac ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis, ipſius Alexandri Cardinalis, & pro tempore Archipresbyteri, vel ejus, ſeu illius Vicarii, nunc & pro tempore exiſtentis arbitrio imponen. moderan. & applican. ad dicta arma ſeu inſignia ipſius Baſilicæ S. Petri in marmore ſeu lapide ſculpta, in & ſuper dictis domibus, & quibuſcumque aliis ædificiis, & fabricis tam in Urbe quam extra, & ubique locorum poſſeſſionibus, vineis, & prædiis, aliiſque bonis ruralibus exiſten., & in earundem domorum, & aliorum ædificiorum

Archipresbyteris, & Vicariis perpetuo mandat,

Ut omnes cujuſcumque dignitatis perſonas compellant

Ad apponenda marmore aut lapide ſculpta in locis juris Baſil.

prædictorum faciebus & frontiſpiciis in vias publicas correſpondentibus, & loco eminenti, ac tali quo de facili perſpici, & cognoſci poſſint, infra terminum eis per Alexandrum Card. aut pro tempore Archipresb. ſeu Vicarium prædictum ejus arbitrio pro tempore ſtatutis, ſeu aſſignatis, aut ſtatuendis vel aſſignandis, etiam unica tantum citatione ſeu monitione perſonaliter, ſeu domi ſolitæ earum habitationis, & per unum ex mandatariis Curiæ noſtræ Urbis Vicarii, prout in aliis cauſis dictæ Baſilicæ S. Petri & ejus Menſæ Capitularis fieri conſuevit, faciendæ & exequendæ procedendo, realiter & cum effectu ponenda, & affigenda, omni & quacumque appellatione etiam non frivola, omnique recurſu poſtpoſitis penitus, & remotis ac ceſſantibus, necnon etiam manu regia procedendo, tam in judicio, quam extra judicium auctoritate noſtra perpetuo cogat, & compellat, aut cogi, & compelli mandet, & faciat cum poteſtate dictas perſonas, omneſque, & ſingulos ſua communiter vel diviſim quomodolibet intereſſe putantes & in dicto decreto vel executione citationis præſentium vigore decernendæ nominandos, in Rom. Curia vel etiam extra eam ubique locorum etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu vel ab inde receſſu, aut latitatione citandos, eiſque, necnon quibuſvis Judicibus, & perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus quavis auctoritate fungentibus & functuris, etiam ſimili edicto, ac etiam ſub Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam pecuniariis, aliiſque pœnis arbitrio ſuo imponendis & moderandis, inhibendi, & in eventum non paritionis &c. declarandi, aggravandi &c. auxiliumque brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi, necnon ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, procedendi, omniaque alia, & ſingula alia faciendi, dicendi, gerendi, mandandi, & exercendi in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna in præmiſſis, ac ſi opus ſit de una, & duabus dietis, dummodo non ultra tres, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, Provincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſpecialibus, & generalibus, necnon etiam juramento roboratis ſtatutis &c. privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis &c. in contrarium quomodolibet conceſſis, etiam motu proprio &c. ac Conſiſtorialiter &c. & quatenus opus ſit, Regula noſtra de jure quæſito non tollendo; quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. eorum tenores &c. latiſſime hac vice derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat ut petitur. M. Et

Unica citatione, aut monitione præmiſſa

Auct. Apoſtol. procedendo

Nullis omnino contrariis Conſtitutionibus obſtantibus.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effect. &c. & de commiſſione, mandato, impartitione, conceſſione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra, perpetuo in forma gratioſa, & cum decreto, quod præſentis noſtri motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra; Regula contraria non obſtante.

Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum undecimo Kal. Auguſti Anno quinto.

Præbendam Theologalem inſtituit in Baſil. Vatic. juxta formam a Concilio Tridentino præſcriptam, eamque ſimul cum Canonicatu confert Magiſtro Sacri Palatii, & Succeſſoribus: ita tamen ut veri ſint Canonici oneribuſque atque honoribus fungantur, ut Baſilicæ Conſtitutiones præcipiunt.

Ex Regeſto LXXVII. Diverſor. pag. 281. num. 2011. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1570. 10. Aug.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In eminenti militantis Eccleſiæ ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia conſtituti, licet Eccleſiarum quarumlibet decori, & venuſtati, ac perſonarum in illis divinis laudibus inſiſtentium animarum ſaluti conſulere debeamus; ad Baſilicam præſertim Beati Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, tanquam nobis peculiarem & domeſticam, noſtræ conſiderationis aciem extendere: Nos convenit ut circa illius ſtatum, & decorem, providamque Canonicatuum, & præbendarum inibi inſtitutorum directionem, & ad ea, per quæ eadem Baſilica perſonarum utilium, ad divini nominis gloriam, & animarum ſalutem opportunis fulciatur præſidiis, Officii noſtri partes, prout rerum & temporum neceſſitas exigit, propenſius impartiamur. Cum itaque juxta antiquam & laudabilem conſuetudinem, ac etiam ſacri Concilii Tridentini diſpoſitionem, in qualibet Cathedrali Eccleſia (*a*) una præbenda Theologalis inſtituenda ſit; Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret, ad partes vocatis quorum intereſſet, attendentes divi Thomæ, qui Theologiæ, & Ordinis Prædicatorum Profeſſor fuit, doctrinam Theologicam ab Eccleſia Catholica receptam aliis Magiſtris tutam & ſecuram exiſtere, ac præbendam Theologalem hujuſmodi in dicta Baſilica alicui alteri, quam Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici, qui doctrinam prædictam profitetur, quique ex Ordine Prædicatorum hujuſmodi ſemper eligi ſolet, ſecurius & commodius conferri & aſſignari non poſſe: idcirco Baſilicæ prædictæ, illiuſque perſonis percommodum, valdeque utile, & neceſſarium eſſe cenſentes, ut unam Theologalem præbendam in dicta Baſilica inſtituamus, illamque Officio Magiſtri Palatii hujuſmodi adſcribamus, quo facilius Magiſter dicti Palatii pro tempore exiſtens perſonis Baſilicæ, & Palatii (*b*) hujuſmodi doctrina, & opera ſua, ac ſacrarum literarum & doctrinæ ejuſdem divi Thomæ interpretatione, & lectura prodeſſe, ac onera Officii hujuſmodi ſibi pro tempore incumbentia facilius perferre, commodiuſque ſuſtentari poſſit; Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, Canonicatum & præbendam dictæ Baſilicæ, quorum, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus centum Ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut accepimus non excedunt, ſi vacant ad præſens, aut cum primum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam amiſſionem alicujus ex Canonicis ejuſdem Baſilicæ, aut alias quovis modo, & ex cujuſcumque perſona etiam apud

Vatic. Baſilicæ præſtantia.

In ead. inſtituit præbendam Theologalem tanquam in Cathedrali.

Eamdem confert Magiſtro S. Palatii.

Una cum Canonicatu dictæ Baſilicæ.

(*a*) In Conciliis Lateran. III. & IV. id conſtitutum fuerat: proindeque Tridentinum non novum condit decretum, ſed priſca inſtaurat, & amplificat. Vide Thomaſſin. (*De Beneſ. I. lib. 2. c. 10. n. 1. & 2.*) Verba autem Tridentini (*Seſſ. 5. de reform. c. 1.*) ſunt hujuſmodi: *Præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non ſit ad eum uſum ipſo facto perpetuo conſtituta & deputata intelligatur.* Ita Concilium decernit de Cathedralibus. Sanctus autem Pontifex maxime incumbens ad eorum obſervantiam, a ſua Cathedrali in Urbe initium ſumit, a Baſilica Principis Apoſtolorum. Iſta non indigent commentariis: perſpicua per ſe ſunt. Aut nulla utitur Cathedrali Romanus Pontifex, aut Cathedralis eſt Vaticana Baſilica ex ſententia ejuſdem S. Pontificis qui Lateranenſi Baſilicæ primatum ſuperiori anno conceſſit, ut perpetuas illius Cleri contentiones omnino tolleret.

(*b*) Magnum hinc accipit incrementum Præbenda Theologalis Baſilicæ Vaticanæ: etenim Palatinus cum Vaticano Clero ab uno eodemque Doctore informandus decernitur, qui Canonicalem præbendam percipiat ex Menſa Capitulari. Eadem haud ita multo poſt anno videlicet 1573. ad cœtum Canonicorum rediit, qui viris doctiſſimis, præſtantiſſimiſque Theologis ſemper floruit. SS. D. N. Benedictus XIV. dum erat Canonicus, eam Præbendam obtinuit, eaque ſummo cum plauſu perfunctum eſſe ſeniores inter noſtros mihi teſtatur: quod facile quis intelligat ex tam multis ab eo ſcriptis libris, præſertim ex doctiſſimarum inſtitutionum volumine, dum erat Archiepiſcopus Bononien-

(*a*) Tho.

apud Sedem Apoſtolicam, etiam Commenda illorum ceſſante, ſi Commendati, aut unione diſſoluta, ſi uniti fuerint, ac Commenda ſeu unio hujuſmodi de illis apud Sedem prædictam vacantibus, aut alias facta extiterit, ac etiam hujuſmodi Canonicatuum, & præbendarum reſervatione, per conſtitutionem noſtram ſuper hoc editam, facta, aut alias ceſſante; non tamen per reſignationem vacare contigerit: etiamſi illi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias ratione familiaritatis, continuæ commenſalitatis noſtræ, aut Prædeceſſorum, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ſeu S. R. E. Cardinalium, aut per Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, & alias Conſtitutiones Apoſtolicas editas, & edendas, aut alias ex quavis cauſa, qualiſcumque ſit, & undecumque reſultet, generaliter reſervati, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecti, ac Sacerdotales Diaconales, vel Subdiaconales exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus baberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum annexis hujuſmodi, & plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, officio Magiſtri Palatii hujuſmodi ex nunc prout ex tunc, & e contra, cum oneribus in decretis Concilii Tridentini hujuſmodi expreſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus: ita quod liceat dilecto filio Thomæ Manrique (*a*) dicti Ordinis Profeſſori, & Magiſtro in Theologia moderno, & pro tempore exiſtenti Magiſtro Palatii hujuſmodi, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Canonicatus & præbendæ prædictorum, ſi vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, ac annexorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum, per ſe, vel alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate libere apprehendere, & in eadem Baſilica, uti illius Canonicus reſidere, & ſtallum in Choro, ac locum & vocem activam, & paſſivam in Capitulo (*b*), Proceſſionibus, ac ceteris locis, & actibus publicis, & privatis ipſius Baſilicæ habere, dictorumque Canonicatus, & præbendæ fructus, redditus, & proventus,

Modo non vacet per reſignationem.

Perpetuo unit juxta Decretum Concilii Trid.

Cum omnibus honoribus Canonicis reliquis competentio.

obventiones, diſtributiones, emolumenta, ac jura omnia ordinaria, & extraordinaria percipere, exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem, ac ſuſtentationem convertere, ceteraque omnia, quæ ad Canonicum dictæ Baſilicæ pertinent, facere, exigere, & exercere, cujuſvis licentia, aut conſenſu deſuper minime requiſito. Diſtrictius inhibentes dilectis filiis Archipresbytero, ac Capitulo, & pro tempore exiſtenti Hebdomadario Canonico ejuſdem Baſilicæ, ac alii, vel aliis, ad quos hujuſmodi reſervationibus ceſſantibus collatio, proviſio, & quæcumque alia diſpoſitio eorumdem Canonicatus, & præbendæ communiter, vel diviſim pertinet, ac pertinebit quomodolibet in futurum, ne in Canonicatu & præbenda præfatis vacantibus, vel vacaturis, ſeſe intromittere, vel interponere audeant, ſeu præſumant; aut alias dictum Thomam Manrique, & pro tempore exiſtentem Palatii hujuſmodi Magiſtrum deſuper quomodolibet moleſtare, impedire, vel perturbare. Decernentes quoque, ex nunc plenum jus ipſis officio, & Magiſtro in vacantibus, vel vacaturis Canonicatu & præbenda hujuſmodi acquiſitum eſſe, ipſumque Thomam & pro tempore exiſtentem Palatii Magiſtrum hujuſmodi ſolam illorum fructuum perceptionem expectare, ac regulis noſtris de non tollendo cuiquam jure quæſito, ac de annali, & trienniali poſſeſſore, omnibuſque earum partibus, ceteriſque juribus & beneficiis quibus diutim poſſeſſores pacifici utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poſſent, & deberent, pariter, uti, potiri, & gaudere poſſe, & debere, ac præſentes literas etiam temporibus ſucceſſorum omnium dicti Thomæ Manrique, donec plenarium effectum ſortitæ ſint, valere; & ſi in primo effectum ſortiri nequiverint, illas in ſecundo loco, & deinceps quocumque tempore, in vacantibus Canonicatu, & præbenda ejuſdem Baſilicæ conſequi debere, ac quaſcumque collationes, proviſiones, præſentationes, ſeu alias diſpoſitiones de vacantibus, ſeu vacaturis Canonicatu & præbenda Baſilicæ hujuſmodi, etiam per nos, & dictam

Collatoribus Canonicatuum vetans ne ſe ingerant.

Ac decernens jus quæſitum & Magiſtro & officio.

Pro Canonicatu primo vacaturo.

(*a*) Thomas Manriquez Theologus Hiſpanus a S. Pontifice conſtitutus jam erat Doctor & Magiſter Aulicorum Palatii. Quare Victorellus (*ad Ciacon.*) *Ocium*, inquit, *ab Aula repulit, Aulicoſque omnes Magiſtrum Sacri Palatii Pontificio juſſu, ter in hebdomada, ſacras literas explicantem audire præcepit.* Eidem, niſi in Urbe, quin etiam in ipſa Baſilica præſtans aliquis Theologus repertus eſſet, præbenda Canonicalis ad prædictum munus exercendum, jure tribuebatur: Concilii enim Trid. Decreto Canonicus Cathedralium, certave alia perſona non fuerat deſignata. At Canonicatum cum omnibus oneribus Fratri Ord. Prædicatorum conceſſiſſe id penitus novum, atque inauditum, & cum Baſilicæ noſtræ Conſtitutionibus aperte pugnans.

(*b*) Ex his penitus intelligas Magiſtrum S. Palatii verum Canonicum eſſe factum. Grimaldus (*lib. 1. Deſcend. pag.* 188.) majorem rei lucem affert: nam poſſeſſionem ab eo initam eſſe tradit Canonicatus vacantis per obitum Tiberii Capoferrei ab his literis menſe ſeptimo, die nimirum 25. Febr. an. 1571. quod conſtat ex Rog. Janutii Notarii *fol.* 45. Quid vero? Continuo poſt S. Pontificis mortem Gregorius XIII. ejus Succeſſor antiquavit hujuſmodi perpetuum Canonicatum Magiſtrorum Sacri Palatii. Nam Thoma Manriquez obeunte ſuum diem 21. Januarii 1573. Gregorius XIII. ipſis Cal. Martii *revocavit, & annullavit juſtis de cauſis animum ſuum moventibus* Apoſtolicae has literae; ſtatuitque, ut *Clerico Romano Seculari in facultate Theologica Doctori concederetur.* Ita in *lib. Inſtrumentor.* Simonis Tepetoni *lib.* 4. *fol.* 145. Rutilius autem Benzonius Romanus die 22. ejuſd. menſis Martii accepit poſſeſſ. Canonicatus, & præbendæ Theologalis vacan. per obitum Fr. Thomæ Manriquez Grimald. *ibid.* Opportune proferentur literæ ipſæ Greg. XIII. & ſeries Canonicorum, qui eam Præbendam obtinuerunt.

diſtam Sedem, aut Archipresbyterum, Capitulum, & Hebdomadarium, ſeu alium, vel alios præfatos pro tempore factas, viribus & effectu omnino carere, ac nullas & invalidas exiſtere, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum poſſidendi titulum tribui poſſe, ipſaſque præſentes ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam ſpecificam, & ſpecialem earumdem præſentium mentionem facientibus, minime comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum etiam ſub quacumque data, per Thomam Manrique, ac pro tempore exiſtentem Magiſtrum Palatii hujuſmodi eligenda, reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas, ſicque noſtræ incommutabilis voluntatis eſſe, ipſaſque unionem, annexionem, & incorporationem, præſenteſque literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, ſeu impugnari poſſe, minuſque cauſam, ſeu cauſas propter quas factæ ſint, coram aliquo verificari debere, nec propterea, aut etiam ex eo quod intereſſe putantes, vocati non fuerint, vel in id non conſenſerint, aut ipſa Baſilica Cathedralis non ſit, per ſubreptionem obtentas, præſum, aut viribus propterea carere. Sicque per quoſcumque Judices etiam cauſarum dicti Palatii Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa & inſtantia judicari, & diffiniri debere. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Amerin. (*a*) & Maceraten. (*b*) Epiſcopis ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori generali (*c*) per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Thomæ Manrique, & pro tempore exiſtentis Magiſtri Palatii hujuſmodi, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Thomam Manrique, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum Palatii hujuſmodi præmiſſis omnibus, & ſingulis pacifice frui, & gaudere: Non permittentes, eum deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus legitimis ſuper hoc habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas, ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus priori voluntate noſtra præfata, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, nec non felic. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Baſilicæ, & Archipresbytero, ac Capitulo, & Hebdomadario præfatis, necnon dilectis filiis Populo Romano, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu & ſcientia ſimilibus, etiam iteratis vicibus, etiam per nos conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus inter alia caveri dicitur expreſſe, quod Canonicatus, & præbendæ, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica dictæ Urbis, aliis, quam Civibus Romanis, & originariorum Civium Romanorum filiis, & forſan alias certo modo qualificatis, conferri non poſſint, & aliter etiam de illis per Sedem præfatam factæ collationes, & aliæ diſpoſitiones nullæ ſint; quodque iiſdem privilegiis, & indultis nullatenus, aut nonniſi modo & forma in illis expreſſis, derogari poſſit, & ſi illis aliter derogari contingat, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus; quodque Thomas Manrique non eſt, & pro tempore exiſtens Magiſter Palatii hujuſmodi non erit

Anterior. quamcumque collationem irritat

Exceptione omni majores has literas declarat.

Poſſeſſionem de more committit, cum neceſſar. facultatib.

Conſtitutionibus contrariis derogat.

Omnia Privilegia præſertim Pop. Rom. enumerat,

Iiſque ſingulis pro hac vice derogat.

(*a*) De Bartholomæo Ferratino jam ſatis multa in ſuperioribus.

(*b*) Hieron.Melchiorius: quem laudatiſſimum virum memoravi ſupra *pag. 63. not. c*

(*c*) Nunc primum invenias adhibitum hujuſmodi in rebus Auditorem Cameræ. At quemadmodum ſingularis eſt collatio iſta Canonicatus; ita majorem exquiri oportuit auctoritatem, quam antea.

(*a*) Huc

erit forſan Civis Romanus, ac originarii Civis Romani filius, & alias, juxta privilegia & indulta præfata qualificatus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui Apoſtolica præfata, vel alia quavis auctoritate in dicta Baſilica in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant. Seu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus, & præbendis ipſius Baſilicæ ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint: etiamſi per eas ad inhibitionem, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſequuta quæcumque, necnon omnes, & ſingulas gratias expectativas, ſpeciales vel generales, etiam mentales reſervationes ſimiles, vel diſſimiles uniones, annexiones, incorporationes, coadjutorias, non tamen de conſenſu præventiones, ac providendi, reſervandi, uniendi, annectendi, & incorporandi, præveniendi, & alias, non tamen regrediendi, & accedendi facultates, & mandata, ac alia privilegia, indulta, & literas Apoſtolicas in favorem quarumcumque perſonarum, etiam familiarium noſtrorum, continuorum commenſalium, etiam antiquorum, & deſcriptorum, & dictæ Curiæ Officialium, & aliorum cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ, etiam Cardinalatus honore fulgentium, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu & ſcientia ſimilibus per nos, vel Sedem præfatam, aut alias quomodolibet conceſſa hactenus, & in poſterum concedenda: quorum omnium vim & effectum, tenores eorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad hoc, omnino eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate ſuſpendimus, & in hujuſmodi vacatione effectum ſortiri non poſſe, nec debere decernimus, illis quoque ſpecialiter, & expreſſe derogamus, donec præſentes ſuum plenarium, & omnimodum conſecutæ fuerint, & conſequentur effectum, ad dictos Canonicatum & præbendam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Canonicatuum, & præbendarum, ſeu Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuſvis aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus, quorucummque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem præfatas dicti Canonicatus, & præbenda debitis non fraudentur obſequiis, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta. Seu ſi idem Thomas, & pro tempore exiſtens Palatii Magiſter hujuſmodi præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum: dummodo in abſentia ſua per Procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſerit, corporaliter illud præſtet. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, mandati, ſuſpenſionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Cuivis Canonico recepto aut recipiendo vult præferri,

Cujuſcumque conditionis ac dignitatis exiſtat.

Obſtantia quæcumque removet.

Onera tamen Canonicatus ferenda decernit.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, quarto Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

Concedit facultatem Capitulo conceſſiones, & locationes domorum extendendi ac prorogandi, & domos non locatas locandi uſque ad tertiam generationem, & nominationem; Caſalia etiam & alia bona ad novennium locandi, ut ſolvere poſſit Decimas ſibi contingentes pro ſubſidio adverſus Turcas.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 5. faſc. 263.

AN. CH. 1570. 3. Octob.

Baſil. Vatic. oppreſſa ære alieno.

Motu proprio &c. Cum, ſicut nobis plene innotuit, Dilecti Filii Canonici, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac eorum Menſa Capitularis variis, & diverſis oneribus, & debitis, ac plurimo ære alieno gravati reperiantur, tum quia diverſis temporibus Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubvenerint (a), tum

(a) Huc revocanda quæ ajebam pag. 50. not. d

tum etiam quia pro Seminario juxta formam Concilii Tridentini in Alma Urbe inſtituto videlicet ſummam mille & trecentorum ſcutorum annuatim (*a*), necnon pro reparationibus Eccleſiarum, & proviſionibus Vicariorum perpetuorum, ac ſolutionibus pro ædificatione Turrium (*b*) quæ in regione maritima fabricantur, necnon reparatione, & aptatione viarum maximos ſumptus in dies præſtare, & ſubire cogantur, ultra domorum ſuarum demolitiones, & everſiones, quas tum pro plateis, tum viis novis in Urbe paſſi ſunt, & patiuntur, amiſſa etiam & deperdita certi Terreni quantitate, cujus & domorum ipſarum, ſeu majoris partis illarum pretium eis nunquam ſolutum fuit unde ipſi multa, & gravia damna, & intereſſe in dies ſuſtinent, eorumque redditus deteriorantur; cumque impoſitis per nos nuper decimis ſuper Beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus, & quotidianis diſtributionibus pro ſubventione contra Infideles, ſi eaſdem decimas dictæ Menſæ Capitulari prædictæ Baſilicæ contingentes, ex ejuſdem Menſæ introitibus detrahi oportet, redditus, & proventus eorumdem Canonicorum, & Capituli plurimum minuerentur. (*c*) Quod prævidentes Canonici, & Capitulum præfati, ne eorum redditus etiam plus diminui contingat eo, quod diminuta ſunt; ſummopere deſiderant ſibi per nos aliqua ratione conſuli, prout ex voto ſuccedet, ſi infra dicta eis concedantur. Nos igitur in præmiſſis opportune ſibi providere, ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, Motu ſimili &c. & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Canonicis, & Capitulo, ut omnes, & ſingulas, & quaſcumque domorum ipſius Capituli, ſeu Menſæ Capitularis quæ ad vitam, & primam, & ſecundam generationem, & nominationem incluſive & reſpective quibuſcumque perſonis quomodolibet factæ reperiuntur, uſque ad tertiam generationem, & nominationem reſpective abſque cenſus annui, qui de præſenti ſolvitur, diminutione, & cum alicujus donativi, ſeu intraturæ in decimarum prædictarum ſubventione converten., receptione prorogare, ſeu etiam de novo concedere, & locare, necnon etiam quaſcumque domos ejuſdem Capituli, ſeu Menſæ non conceſſas, vel finita illarum conceſſione ſimiliter quibuſcumque perſonis ad vitam, ac etiam ad primam, & ſecundam, ac uſque ad tertiam generationem, & nominationem incluſive cum ſolito, vel alio honeſto cenſu annuo, ac etiam alicujus donationis, vel intraturæ, ut præfertur acceptatione concedere pariter, & locare, ac etiam ſimiliter quoſcumque fictus quorumcumque Caſalium, & aliorum bonorum ejuſdem Capituli, ſeu Menſæ Capitularis quomodolibet, & ad quodcumque tempus factos uſque ad novennium, vel infra, abſque ſoliti fictus annui diminutione, & pariter cum alicujus donationis vel intraturæ, ut præfertur, receptione prorogare, vel etiam de novo concedere, ſeu etiam ſimiles fictus, non tamen ultra novennium noviter facere, necnon inſtrumentum ſeu inſtrumenta publica deſuper in quacumque valida forma conficere, & celebrare libere, & licite poſſint, & valeant. Quæ poſtquam facti, & facta fuerint, ex nunc prout ex tunc & contra Apoſtolica auctoritate confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, prout ex nunc &c. illos, & illa etiam cum opportuna juris, & facti defectuum, ſi qui forſan intervenerint, quomodolibet in eiſdem ſuppletione confirmamus, & approbamus, Apoſtolica auctoritate concedimus, & indulgemus, ac plenam licentiam, & liberam facultatem impartimur. Sicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices &c. ſublata &c. judicari &c. debere, irritumque &c. decernimus de gratia ſpeciali non obſtan. præmiſſis, ac fel. record. Pauli II. & Pauli IV. Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & alienatis recuperandis, ac quibuſvis Apoſtolicis univerſalibus proviſionibuſque, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus ſpecialibus, & generalibus, ac etiam juramento roboratis, ſtatutis &c. privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis &c. in contrarium quomodolibet conceſſis &c. quibus omnibus etiam ſi de illis &c. eorum ten. latiſſime hac vice derogamus, ceteriſque contrariis

Singillatim enumerat gravamina actualis Baſilicæ.

Quæ vix patiebantur ullam accessionem;

Concedit, ut locationes faciant ad tert. generationem

Necnon jam factas ſimiliter prorogent;

Quas in antecessum probat rataſque habet

Derogat Conſtitutionib. & privilegiis contrariis.

(*a*) Acta Conſiſtorialia an. 1564. ap. Raynald. (*num.* 53.) referunt, quod Pius IV. abſoluto ſub finem præced. anni Concilio Trid. Epiſcopis præbiturus exemplum XIV. *April. Sanctiſſimus fecit verbum de Seminario, monendo Reverendiſſ. Dominos Deputatos, ut ejus executionem maturarent. Itemque* XXVII. *Julii dixit, curam ejus datam illis de Societate Jeſu, & Sanctitatem Suam ſolviſſe portionem ſuam, & mandavit Reverendiſſ. Vicario, ut curaret, quod alii ſolverent.* Taxam omnium ſummam Baſilicæ Vatic. impoſitam fuiſſe aliunde conſtat: idque æquum erat, quippe quam Pontifices, tanquam Cathedralem ſuam reſpiciebant, ut nuper vidimus in literis S. Pii V. Anno demum 1636. Urbanus VIII. quadringenta Scuta inde detraxit, quæ Seminario noſtro Vaticano tum erecto adjudicavit, ut patet ex ejus Bulla, quæ incipit: *Quoniam ad Agrum Domini* 25. Octob. Pont. XIV. & quam ſuo loco afferemus cum neceſſariis notis.

(*b*) Nil ſane utilius ad Pontificiæ Ditionis defenſionem, quam Turres in Maritima ora diſpoſitæ. Sanctus autem Pontifex, quæcumque cauſa eſſet, arcem quoque curaverat excitari in oppido *Caſtelfranco* nuncupato in finibus agri Bononienſis verſus Mutinam: quam Gregorius XIII. vix Pontifex creatus ſolo æquari mandavit. Maffei *Annal. Greg. XIII. lib.* 1. *pag.* 18.

(*c*) Poſt enumerata tot menſæ Capitularis incommoda, quis non credetet, petituros Canonicos, ac Pontificem conceſſurum levamen aliquod, ne gravioribus obrueretur incommodis? Secus eſt. Utrimque ſtudetur præſenti utilitati, quæ poſteritati malorum afferat incrementum. Literæ per ſe loquuntur.

(*a*) Huc

trariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis &c.

Fiat ut petitur M.

Summar. pro expeditione.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effect. &c. Et quod domorum, & bonorum prædictorum ſituationes, confines, qualitates, quantitates, vocabula, denominationes, ac veri etiam annui valores, necnon locationes, & conceſſiones &c. prædicti tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto vel parte nbilibet exprimi poſſint, & de conceſſione indulto &c. confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra in forma gratioſa, cum decreto deſuper opportuno quod fictus Caſalium conceſſiones, extenſiones, prorogationes, & locationes hujuſmodi ex nunc, prout ex tunc, & e contra, poſtquam facti, & factæ fuerint, ipſo jure confirmati & confirmatæ ſint, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios &c. in quavis cauſa, & inſtantia judicari &c. debeat, ſublata &c. irritum quoque &c. latiſſime exten.

Et quod præſentis noſtri Motus propri ſola ſignatura ſufficiat & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obſtan.

Fiat M.

Datum Romæ apud S. Petrum quinto nonas Octobris anno quinto.

Declarat, Societatem Calzettariorum excidiſſe ab omni jure ſuper Eccleſia S. Catharinæ de Rota, ejuſque adnexis, totumque ad Capitulum rediiſſe ob violatum ab eadem Societate pactum de non alienando &c. abſque expreſſo conſenſu Capituli.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. capſ. 12. faſc. 20.

AN.CH. 1570. 29. Octob.

Capitul. dedit in Emph. SocietatiCalzettarior. Eccl. S. Cathar. de Rota, &c.

Certis tamen pactis & conditionibus.

MOtu proprio &c. Cum ſicut accepimus Canonici, & Capitulum Baſilicæ Sancti Petri de Urbe alias dederint, & conceſſerint in curam regimen, & adminiſtrationem perpetuam, parochialem Eccleſiam Sanctæ Catharinæ (*a*) in Catinaria Regionis Arenulæ, dictæ Baſilicæ, & ejus menſæ capitulari Sedis Apoſtolicæ auctoritate perpetuo unitam, annexam, & incorporatam, Societati calzettariorum (*b*) de Urbe, ſub invocatione, & denominatione Sancti Antonii de Padua: & inſuper eidem ſocietati in emphyteuſim perpetuam locaverint, & conceſſerint unam dictæ Parochialis Eccleſiæ domum tunc in plures domunculas diviſam, & inſimul unitam una cum ſolo, ſeu terreno juxta domunculas & Eccleſiam præfatam poſito, cum omnibus, & ſingulis dictarum domuncularum, & Terreni juribus pro annuo canone ducatorum quadraginta quinque de carolenis, unica tantum ſolutione in medietate menſis Novembris cujuslibet anni ſolven., cum diverſis pactis, & conditionibus, & inter cætera cum pacto, quod prædicta ſocietas non poſſet, neque deberet dictas domunculas, vel alteram earum, neque melioramenta in eis, vel earum altera facta, ſeu fienda, ad quamcumq. ſummam aſcendentia alicui alteri perſonæ, loco, Collegio, Univerſitati, Confrater., vel alteri pio loco alienare, alienationis largiſſimo modo ſumpto vocabulo, abſque expreſſo conſenſu dictorum Canonicorum, & Capituli; alias in eventum, in quem dictas domunculas, & melioramenta in eis facta, & exiſten., ſeu fienda prædicta Societas alienaret; ipſo jure, & ipſo facto ſtatim caderet ab omni jure, & actione ſuper dicta Eccleſia & domunculis, cum juribus, & pertinentiis earumdem univerſis ſibi competen. & ad ipſos Canonicos, & Capitulum ſtatim devolutæ, & reverſæ eſſe intelligerentur, cum omnibus & ſingulis melioramentis in eis, & earum qualibet factis, quantumcumque magnis, & exceſſivis ad lucrum, & utilitatem dictæ Baſilicæ, & in præfato, & alio quocumque caſu caducitatis, & devolution. dictæ Eccleſiæ, & domorum, liceret dictis Canonicis, & Capitulo, ſive agen. pro eis eorum propria auctoritate, & ſine alicujus Judicis, vel Curiæ declaratione ſive mandato Eccleſiam & domos præfatas intrandi, & de eis ſe inveſtien. & facien., & diſponen. pro libito voluntatis, tanquam de re propria; dictaque ſocietas pacto hujuſmodi expreſſe contravenien., terrenum & domos, ſeu domunculas præfatas, ac melioramenta ſuper eis facta, diverſis perſonis, prædictis Canonicis & Capitulo inſciis, & irrequiſitis, alienavit, & diverſimode diſtraxit, obidque dicti Canonici, & Capitulum excluſa dicta ſocietate, præfatæ Eccleſiæ poſſeſſionem acceperunt, & etiam earum domorum, & melioramentorum quorumcumque devo-

Quibus violatis caderet ſuo jure.

De facto ea violavit, cecidit que jure ſuo.

(*a*) Huc revocanda quæ habentur (*To.2.pag.352.not.c.*)

(*b*) Hujuſmodi conceſſionis Inſtrumentum Rogatum a Notario Spina extat in Archivo noſtræ Baſilicæ (*Capſ. 27. faſc. 115.*) datum anno 1531. Ind. IV. die 14. Nov. Pontificatus Clem. VII. anno VIII. ita ut quadrageſimo abhinc anno hæc conceſſio facta fuerit.

(*a*) Tam

devolutionem, & caducitatem acceptarunt. Volenteſque modo dictarum domorum a pluribus, ac diverſis perſonis a dicta Societate mediate, vel immediate cauſam habentibus poſſeſſarum, ſeu detentarum, & occupatarum, etiam poſſeſſionem ingredi propria auctoritate abſque Judicis decreto, in vim pacti in dicto inſtrumento cum præfata Societate conventi: & quia de jure ad hoc, ut talis poſſeſſio teneat, & per eam emphyteotæ ab ea excludantur, requiritur, quod ipſi emphyteotæ vel eorum inquilini, aut ſubinquilini, ac bona, & maſſaritiæ domus incontinenti non ſolum extra domum ejici, & expelli debeant, uſque in viam publicam, verum etiam a facie domus, ſeu domorum, cujus, ſeu quarum poſſeſſio accipitur; ita ut ipſis excluſis pro dictis Canonicis & Capitulo libera, & vacua poſſeſſio remaneat. Cumque nimis durum ſit, tales emphyteotas, & præfatarum domorum dominos, & poſſeſſores, ſeu detentores, vel eorum inquilinos, aut ſubinquilinos ſic ejicere una cum bonis, & maſſaritiis domus, cum non ita de facili alias domos ad habitandum invenire poſſent: idcirco ne gratia, & miſericordia dictorum Canonicorum, & Capituli præfatæ poſſeſſiones in dubium revocentur, & de earum validitate unquam dubitari contingat, ac alias in præmiſſis, pro noſtri paſtoralis officii debito opportune providere, ipſoſque Canonicos, & Capitulum etiam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes; Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Canonicis, & Capitulo, vel eorum procuratoribus & agentibus, ut in apprehen. poſſeſſ. dict. domorum, ſi illarum emphyteotæ, & domini vel eorum inquilini, aut ſubinquilini, dictos Canonicos & Capitulum in dominos & poſſeſſores recognoſcere voluerint, ſeu eiſdem Canonicis, & Capitulo penſionem ſolvere promiſerint, & ſe obligaverint ſtante tali recognitione, ſeu obligatione, ſi, & quatenus ipſis Canonicis, & Capitulo videtur, præfatos Emphyteotas, & dominos, vel eorum inquilinos, aut ſubinquilinos ac bona, & maſſaritias domorum expellere, & ejicere minime teneantur, & nihilominus poſſeſſionem ejuſmodi ſic abſque Emphyteotarum, & dominorum, vel eorum inquilinorum, aut ſubinquilinorum, & bonorum, ac maſſaritiarum domorum ejectione, & expulſione capiendæ, mediante dicta recognitione, ſeu promiſſione validæ, & efficaces exiſtant, & eſſe cenſeantur, ac Canonicis, & Capitulo præfatis ſuffragentur, etiam perinde acſi tales poſſeſſiones cum ejectione, & expulſione dictorum Emphyteotarum, vel eorum inquilinorum, aut ſubinquilinorum, ac bonorum, & maſſaritiarum hujuſmodi uſque in viam publicam, & etiam a facie domorum præfatarum, apprehenſæ fuiſſent, & eſſent, nec propterea eiſdem Canonicis, & Capitulo de nullitate ſeu invaliditate dictæ poſſeſſionis ſic capiendæ, aut quod prædictam recognitionem, ſeu promiſſionem per dictos Emphyteotas, & dominos, vel eorum inquilinos, aut ſubinquilinos factam domini, ſeu Emphyteotæ ipſi non fuerint, nec cenſeantur a ſua poſſeſſione ejecti, vel quod per eamdem recognitionem, ſeu obligationem inquilinorum ſeu ſubinquilinorum ipſi inquilini, ſeu ſubinquilini non potuerint, neque poſſint dominos, & Emphyteotas præfatos ſua poſſeſſione privare, vel illorum poſſeſſionem intervertere, aut alio quocumque defectu prædictæ poſſeſſionis dari, apponi vel allegari, aut objici poſſint in Judicio, vel extra judicium Apoſtolica auctoritate perpetuo concedimus, & indulgemus: & nihilominus tales poſſeſſiones abſque dictorum Emphyteotarum, & dominorum, vel eorum inquilinorum aut ſubinquilinorum, & bonorum, ac maſſaritiarum earumdem domorum ejectione, & expulſione per Canonicos, & Capitulum præfatos, vel illorum procuratores, ſeu agentes capiendas, in quibus dicta inquilinorum, vel ſubinquilinorum recognitio, ſeu obligatio in ipſorum Canonicorum, & Capituli favorem intervenerint, validas, & efficaces eſſe, ac perpetuo fore perinde etiam, ac ſi ipſi Emphyteotæ, & domini, vel eorum inquilini, ſeu ſubinquilini cum rebus & bonis, ac maſſaritiis præfatarum domorum abſque neceſſariis &c. uſque in viam publicam, & etiam a facie earumdem domorum, quarum poſſeſſio per eoſdem Canonicos, & Capitulum, vel eorum procuratores, & agentes capietur, ejicerentur, & expellerentur taliſque defectus, ut præfertur objici, & de nullitate &c. talis poſſeſſionis dici, ſeu dari nullatenus poſſit, eadem Apoſtolica auctoritate declaramus, illoſque, & inde ſecuta, & ſubſequenda quæcumque perpetuo confirmamus, & approbamus, necnon dictum defectum opportune, & ſufficienter perpetuo ſupplemus, ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices & etiam noſtri Palatii cauſarum Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata &c. judicari &c. debere irritumque &c. decernimus de gratia ſpeciali: non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, Univerſalibus, provincialibus, & Synodalibus conſtitution. & ordinanion. ſpecialibus, & generalibus, necnon etiam Urbis, & quarumcumque aliarum Civitatum, Terrarum, locorum, & Regnorum, ac Regionum, ſtatutiſque etiam municipalibus etiam juramento roboratis, ac

Capitulum poſſeſſion. inire vult omnium ſic devolutor.

Idque ſine dejectione inquilinor. ac rerum

Quare Pontifex eam poſſeſſ. vel damſire domus (?) ernit.

Abſque dejectione & expulſione:

Dummodo recognoſcantur Canonici veri domini

Obſtantia quæcumque removet.

ac legibus tam Pontificiis, & Imperialibus, & præſertim L. *Peregre*, *§. quibus ff. de acquir. poſſeſſ. &* L. *fin.* C. *de acq. poſſeſſ.* cum ſuis matheriis (*a*), quam Regiis, Ducalibus, vel aliis, necnon ſacris Canonibus, & juri communi &c. privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam irritan., necnon etiam motu proprio &c. & conſiſtorialiter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis &c. quibus omnibus, etiamſi de illis &c. quorum tenores &c. latiſſime hac vice derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & inſuper &c. præſentem noſtrum motum proprium, & conſtitutionem vim perpetuæ legis habere decernimus, eamdemque vim, & efficaciam obtinere, quemadmodum ſi in corpore juris incluſum reperiretur.

Privilegiis quibuſcumque vim adimit

Fiat ut petitur. M.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effect. &c. & quod domorum, & bonorum prædictorum ſituationes, confines, qualitates, quantitates, vocabula, denominationes, & etiam veri annui valores, necnon conceſſionum, & alienationum præfatarum tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto vel in parte exprimi poſſint, & de conceſſione, indulto, declaratione, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra perpetuo, & in forma gratioſa, ac ad perpetuam rei memoriam, & cum opportuna, ſi videbitur, executorum deputatione, qui aſſiſtant &c., etiam ſub cenſuris &c. cum facultate aggravandi invocato &c. ſecularis cum derogatione dictarum latiſſime exten., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fructus &c. nominum, cognominum invocat. denominat. &c. annex. qualitat. nuncupat. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis ſimul, vel ad partem etiam per Breve noſtrum expedien. ſeu ſi præfatis Canonicis, & Capitulo melius videbitur, ſola præſentium ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obſtan. attento quod in Urbe.

Breviar. pro expeditione

Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Kal. Novembris anno quinto.

Domus conceſſæ in Emphyteuſim Friderico Comiti Aronæ ac Virginiæ Ruvereæ uxori, ad tertiam generationem, aut nominationem iis decedentibus abſque liberis & ſine nominatione poſſeſſio rediit ad Capitulum. Quam ut capiat abſque expulſione hæredum, Inquilinorum &c. concedit S. Pontifex, eamque poſſeſſionem firmam & validam futuram eſſe declarat.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 12. faſc. 20.

AN. CH. 1571. 25. Octob.

MOtu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, Canonici, & Capitulum Baſilicæ Sancti Petri de Urbe alias in emphyteuſim conceſſerint, & locaverint bo. me. Federico Borromæo Comiti Aronæ (*b*), ac Virginiæ Feltriæ de Ruerea (*c*) ejus uxori ad tertiam ipſorum Comitis Federici & Virginiæ generationem maſculinam, videlicet pro ſeipſis, eorumque filiis, & nepotibus maſculis ex eis per directam & maſculinam lineam tantum deſcenden. & caſu, quo filios maſculos legitimos, & naturales non haberent, ad vitam unius perſonæ per ipſos nominandæ, & ad vitam unius alterius perſonæ per perſonam nominatam nominandæ; adeo quod dicta nominatio duas alias vitas ultra vitam ipſorum Comitis Federici, & Virginiæ non excederet, videlicet quamdam domum dictæ Baſilicæ poſitam in conſpectu Palatii Archipresbyteratus præfatæ Baſil. S. Petri, cui ab uno eſt domus præbenda Canonicalis (*d*) Vincentii Caſalis ejuſdem Baſilicæ Canonici, ab alio, & retro viæ publicæ, & juxta alios veriores confines pro annuo canone

Conceſſio facta in Emphyteuſin Frider. Boromæo & uxori

Cujuſdam domus prope Baſilicam

(*a*) Tam hic, quam in binis aliis literis hujus generis poſt L. *fin.* C. *de acquir. poſſ.* adjungitur: cum ſuis Matheriis, voce ſemper aſpirata. Nec mihi aliud ſibi volunt, niſi cum ſuis Gloſſis. *Mathera, Matheria, & Matherium* Du-Cangio ipſi ignotæ voces ſunt: neque hinc lucis quidpiam acquirunt. Nihilominus mihi inquam ſunt Gloſſæ in Apoſtolicis hiſce literis, ac delenda aſpiratio eſſet. At quia iterum, & tertio ita factum inveni, religio fuit litterulam unam proſcribere.

(*b*) Commendabilem hunc reddit S. Carolus Borromæus ejus frater, cui eſt præmortuus, ut docent hæ literæ.

(*c*) Filia Guidonis Ubaldi Ducis Urbini Franciſci Mariæ filii: quam Aronæ Comes Fridericus uxorem duxerat an. 1560. Pii IV. avunculi ſui altero, quum paucis ante menſibus maximum illud Sacri Collegii decus Carolus 23. ætatis annum agens Cardinalis creatus eſſet.

(*d*) Hæc non pugnant cum iis, quæ ad Sixti IV. literas adnotavi. (*To. 2. pag. 195.*) quin etiam ea magis magiſque comprobant. Aut enim ex domo aliqua, aut ex Eccleſia, Beneficio, Capellania &c. quidpiam proveniret extra Maſſam communem, Præbenda appellabatur. Alicui etiam Domus ipſa, Præbenda fuerit, ut hinc argui poteſt, necnon ex Cataſtro Domorum Burgi per Grimaldum ſumma cum diligentia confecto. In eo ſiquidem plures

canone ſcut. quindecim mon. ad julios decem pro ſcuto ſolven. anno quolibet unica ſolutione in quolibet feſto omnium Sanct., pactoque, & obligatione exponen. in neceſſariis melioramentis dictæ domus ſummam ſcut. ſexcentor. monetæ infra terminum trium annorum tunc proxime decurren. & etiam cum pacto, quod in omni, & quocumque caſu, & eventu devolutione & conceſſione ac locatione hujuſmodi quocumque tempore, & ex quacumque perſona finita, dicta domus cum omnibus, & ſingulis melioramentis præfatis, tam conventis, quam ultra conventis, etiam ad quamcumque ſummam aſcenden. ad dictam Baſilicam, & præfatos Canonicos, & Capitulum ipſo facto ad lucrum, & utilitatem ipſius Baſilicæ devolverentur, abſque ſpe quidquam repeten. liceretque eiſdem Canonicis, & Capitulo præfatæ domus cum omnibus melioramentis præfatis poſſeſſion. capere propria auctoritate ſine vitio ſpolii & attentatorum, & abſque alia declaratione, aut Judicis licentia, decreto, vel mandatq, & de illa ac illis diſponere pro libito voluntatis; præfatique Comes Federicus & Virginia unus poſt alterum, dictis melioramentis non confectis, ſine filiis maſculis, & non facta aliqua nominatione ab humanis deceſſerint, propter quorum obitum domus præfata una cum omnibus melioramentis, ſi quæ in ea extant, ad eamdem Baſilicam,

Pacta Conventa pro ejuſmodi conceſſione

Uterque moritur nulla facta nominatione.

& ejus menſam Capitularem devoluta fuit; propter quod Canonici, & Capitulum eorumdem domûs, & melioramentorum devolutionem acceptarunt. Volenteſque modo præfati Canonici, & Capitulum dictæ domus poſſeſſion. ingredi propria auctoritate, abſque Judicis decreto, vel mandato, in vim pacti in dicto inſtrumento cum præfatis Comite Federico & Virginia, ſeu aliis eorum nomine conventi, etiam non attento proceſſu formato contra Oratorem Ducis Urbini dictæ bo. me. Virginæ Patris, & hæred. etiam in præfata domo habitan. ſeu illam pro ejus uſu, & commoditatibus retinen. ſuper decreto mandati de aſſocian. dictos Canonicos & Capitulum in poſſieſſione dictæ domus (a), & quia de jure, ad hoc ut talis poſſeſſio teneat, ac per eam heredes prædictorum Comitis Federici, & Virginiæ vel alii dictam domum habitan. retinen. aut etiam dictæ domus inquilini, vel ſubinquilini ab ea excludantur, requiritur, quod ipſi hæredes, vel alii dictam domum habitan. ſeu retinen. aut inquilini vel ſubinquilini, ac bona, & maſſaritiæ domus incontinenti non ſolum extra domum eiici, & expelli debeant uſque in viam publicam, verum etiam a facie dictæ domus; ita ut ipſis excluſis pro dictis Canonicis, & Capitulo libera, ac vacua poſſeſſio remaneat. Cumque nimis durum ſit tales hæredes, vel domum præ-

Capitulum devolutæ domus poſſeſſ. intre a. vel.

Sed citra ejectionem & expulſionem &c.

plures reperiuntur hujuſmodi domus cum ſucceſſione Canonicorum, qui eas pro Præbenda obtinuerunt. Quandoque enim locatæ aliis reperiuntur, majori minorive locationis reditu in Præbendati utilitatem cedente. De hac præſertim, quæ eſt *num. xxxv. pag.* 70. plura indicata leguntur, unde omne dubium amovetur. E. g. *Anno* 1562. *retroceſſio dictæ domus per B. Carolum Card. Borromæum Epiſcopo Comenſi:* Tegeron. *lib.* 2 *fol.* 35. *Anno* 1569. *Poſſeſſio per Vincentium Caſalium.* Tegeron. *lib.* 3. *fol.* 12. Qui ſcilicet Vincentius Caſalius noſter Canonicus tanquam Præbendam eam poſſedit, ut Auctor eſt S. Pius V.

(a) Quamquam domus iſta in laudato volumine Grimaldi *num. xxxvi. pag.* 80. hodie non extat; quippe quam oportuit excindere cum aliis multis præcedenti ſeculo, quum dextrum brachium auguſtæ porticus Fori Vaticani ædificari cœptum fuit: tamen illius antiquitas, dignitaſque mihi dignæ viſæ ſunt, quæ Bullarii noſtri lacunam expleant. Ad antiquitatem quod attinet; in Cataſtro prædicto Domorum Burgi, ex Inſtrumentis Notatiorum, aliiſque integræ fidei Documentis confecto Grimaldus præ multis hæc habet ad rem noſtram: *Hæc domus dicta fuit cum ſigno Bubali, & Domus Columnata, ſita olim in Parochia S. Mariæ Virginiorum nunc Parochiæ S. Petri.* Quæ ſequuntur, ſerio animadverti velim ab iis, qui S. Pii V. more cum Canonicis Vaticanæ Baſilicæ honore antiquitatis Lateranenſes certare putant: nam 130. annis ante Lateranenſium inſtitutionem Vaticanos eſſe illuſtres deprehendent: *Anno* 1170. ait Grimaldus, *Pontificatus Alexandri Papæ III. anno* xi. *menſis Aprilis die* 12. *Obicio Diaconus, & Yconomus Venerabilis Canonicæ S. Petri, conſentientibus aliis Canonicis, renovavit Stephano Petri Joannis de Pampano locationem totius portionis de Sinino ſuper Claucam, . . . quæ per tempus aquam ducit poſitam in capite gradus S. Petri inter hos fines . . . cum reſervatione ligandi funes in eo Sinino in feſtivitate S. Petri ad pendendas Candelas &c.* Petrus Mallius Canonicus S. Petri florens eodem tempore huic rei teſtis accedit: *Extenditur,* inquiens, *unus magnus funis a porticalo, quod eſt ſuper gradus marmoreum, uſque ad domum Petri Joannis de Pampano, in qua de jure debet ligar. ſecundum tenorem locationis: & ſuſpenduntur in eo* xviii. *Candela.* Obſcura illa vox *Sinini* tenebroſior occurrit in Gloſſario mediæ & infimæ latinitatis. Ex Chronico enim Farfenſi apud Muratorium, ubi *opere Sinino* legitur, conjectura ducta, *Sininus & Cœmentitius* idem valent. Mihi quidem *domus Columnata* nomen aliunde illi inditum, quam a *Sinino*, haud videtur: quum præcipue videam a Grimaldo ipſo deſcribi *cit. loc. Domum terrineam, & diſcopertam cum porticu columnata & diſcoperta.* Quare eam partem domus, quæ imminebat cryptæ, ſeu cloacæ pluribus columnis incubuiſſe arbitror, ad alligandum eum funem aptiſſimis; neque eam quidem modicam, quippe quam Canonici ſeorſim a cæteris partibus locare conſueverunt: nec multum laboro, ſi vocem illam novam & barbaram *Sinini* interpretari melius nequeo.

Quod vero ad dignitatem pertinet, Inquilinos hæc domus habuit valde illuſtres. Nam ſeculo ſextodecimo ineunte Franciſcus de Ruvere, quum fuit electus Epiſcopus Militenſis (Julii II. ex fratre nepos) ex pacto locationis nominavit ad eamdem domum Camerini Ducem. Quam uſque ad annum 1536. poſſedit Catharina Cibo vidua Joannis Mariæ Ducis Camerini. Tum vero, quia Guido Baldus de Ruvere ante biennium uxorem duxerat Catharinæ filiam unicam Juliam, Varaniſque eripuerat illum Ducatum; nec Pauli III. imperiis parens, Herculi Varano reſtituere illum voluerat: Pontifex eam domum fiſco addictam conceſſit eidem Herculi in perpetuum. At Capitulum, ne Baſilicæ jura læderentur, domum eidem conceſſit ad tertiam generationem ſub annuo Canone Scut. 15. ut ex Inſtrumento Franciſci Spinæ *lib.* 1. *fol.* 289. Et poſt annos decem Paulo eodem III. Pontifice an. 1546. *Capitulum,* ait Grimald., *relaxavit poſſeſſionem Juliæ de Varano Duciſſæ Urbini.* Spina *lib.* 1. *fol.* 289. Ac denique poſt annos 15. anno videlicet 1561. Friderici Aronæ Comitis & Virginiæ (de Varano eam vocat Grimaldus utpote Juliæ de Varano filiam) petitionem extenſionis locationis ad tertium genus affert Fabius Jannatius *fol.* 6. & ſequenti anno factam locationem pro Scut. 15. ac mille pro Meliotamentis conſtat ex Inſtrumento Tegeroni *l.* 2. *fol.* 6. Cætera tum liquent ex his literis, tum ex Declaratione devolutionis ex defectu generationis, & nominationis ap. eumd. Tegeron. *lib.* 4. *fol.* 9. Tandem domum Vicarius Curatus perpetuus Baſilicæ incolebat ab anno 1661. quum fuit excisa ut paulo ante ajebam, Alexandro VII. Pontifice.

(a) Præmi-

præfatam habitan. ſeu retinen. vel etiam ejuſdem domus inquilinos, aut ſubinquilinos ſic ejicere una cum bonis, & maſſaritiis in ea exiſten. cum non ita de facili alias domos ad habitan. & bona, & maſſaritias collocan. invenire poſſint. Idcirco ne gratia, & miſericordia dictorum Canonicorum, & Capituli, præfata poſſeſſio in dubium refricentur, & de ejus validitate unquam dubitari contingat, ac alias in præmiſſis pro noſtri Paſtoralis officii debito opportune povidere, ipſoſque Canonicos, & Capitulum etiam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volen. Motu ſimili & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Canonicis, & Capitulo, vel eorum procuratoribus & agen. ut in apprehenſione poſſeſſion. dictæ domus, vel antea, ſeu poſt illam habitan. vel alias retinen.; etiamſi in ea non habitaverint, aut etiam, ut præfertur, illius inquilini, vel ſubinquilini dictos Canonicos, & Capitulum in dominos, & poſſeſſores recognoſcere voluerint, ſeu eiſdem Canonicis, & Capitulo ſolvere promiſerint, & ſe obligaverint ſtan. tali recognitione, ſeu obligatione, ſi, & quatenus ipſis Canonicis, & Capitulo videbitur, præfatos hæredes, vel in dicta domo habitan. ſeu illam retinen. aut illius inquilinos, vel ſubinquilinos, ac bona & maſſaritias domus expellere, & ejicere minime teneantur. Et nihilominus poſſeſſio ejuſmodi ſic abſque hæredum, vel in dicta domo habitantium, ſeu alias illam retinentium vel eius inquilinorum, aut ſubinquilinorum, & maſſaritiarum ejectione, & expulſione, capienda, mediante dicta recognitione, ſeu promiſſione, valida & efficax exiſtat, & eſſe cenſeatur, ac Canonicis, & Capitulo ſuffragetur etiam perinde, ac ſi talis poſſeſſio cum ejectione, & expulſione hæred. habitantium, vel domum præfatam retinentium ſeu inquilinorum, vel ſubinquilinorum, & bonorum, ac maſſaritiarnm hujuſmodi uſque in viam publicam, & etiam a facie domus præfatæ apprehenſa fuiſſet, & eſſet; nec propterea eiſdem Canonicis, & Capitulo de nullitate ſeu invaliditate dictæ poſſeſſionis ſic capiendæ, aut quod per dictam recognitionem, ſeu promiſſionem per dictos hæredes, vel habitantes, ſeu præfatam domum retinentes, aut etiam illius inquilinos, vel ſubinquilinos factam ipſi hæredes, vel domum præfatam habitantes, vel retinentes, aut inquilini, vel ſubinquilini, ſeu alii quicumque jus aliquod ſuper eadem domo forſan prætendentes, vel retinentes, non fuerint, nec cenſeantur a ſua poſſeſſione ejecti, vel quod per eamdem recognitionem ſeu obligationem in præfata domo habitantium ſeu eam retinentium, vel illius inquilinorum aut ſubinquilinorum ipſi habitantes, ſeu retinentes, vel alias inquilini, aut ſubinquilini non potuerint, neque poſſint præfatos hæredes, vel alios quoſcumque ſe dominos, ſeu poſſeſſores prætendentes ſua poſſeſſione privare, vel illorum poſſeſſionem intervertere, aut alius quicumque defectus prædictæ poſſeſſionis dari, opponi, vel allegari, aut objici poſſit in judicio, vel extra judicium, Apoſtolica auctoritate perpetuo concedimus, & indulgemus. Et nihilominus talem poſſeſſionem abſque dictorum hæredum, vel habitantium, ſeu eamdem domum retinentium aut etiam inquilinorum, vel ſubinquilinorum, & aliorum qunrumcumque, & bonorum, ac maſſaritiarum ejuſdem domus ejectione, & expulſione per Canonicos, & Capitulum præfatos, vel illorum procuratores, ſeu agentes capiendam in quibus dict. habitantium, vel dictam domum retinentium, ſeu inquilinorum, vel ſubinquilinorum recognitio, ſeu obligatio in ipſorum Canonicorum, & Capituli favorem intervenetint, validam, & efficacem eſſe, & perpetuo fore perinde etiam, ac ſi ipſi hæredes, vel præfatam domum retinentes, aut inquilini, vel ſubinquilini cum rebus, ac bonis, & maſſaritiis ejuſdem domus, aliiſque neceſſariis uſque in viam publicam, & etiam a facie ejuſdem domus, cuius poſſeſſio per eoſdem Canonicos, & Capitulum, vel eorum procuratores, & agentes capietur, ejicerentur, & expellerentur, taliſque defectus ut præfertur objici, & de nullitate &c. talis poſſeſſion. dici, ſeu dari nullatenus poſſit eadem auctotate Apoſtolica declaramus, illoſque, & inde ſequuta, & ſequen. quæcumque perpetuo confirmamus, & approbamus, necnon dictum defectum opportune, & ſufficienter perpetuo ſupplemus. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices etiam noſtri Palatii cauſarum Auditores, & S. R. Eccleſiæ Cardinalis, ſublata &c. judicari debere irritumque &c. decernimus de gratia ſpeciali. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus conſtitution. & ordination. ſpecialibus, & generalibus; necnon etiam Urbis, & quarumcumque aliarum Civitatum terrarum, locorum, & Regnorum, ac regionum, ſtatutiſque etiam municipalibus etiam juramento roboratis, & legibus tam Pontificiis, & Imperalibus, & præſertim. L. *Peregre §. quibus, ff. de acquir. poſſ.* & L. *fin. C. de acqu. poſſ.* cum ſuis matheriis, quam regiis, ducalibus, vel aliis &c. necnon ſacris Canonibus, & jure communi, privilegiis quoque Indultis, & lite-

Quod Apoſtol. auctoritate conceditur.

Poſſeſſio eadem vel ita declaratur.

Cavetur ne objici poſſit invaliditas.

Rata ac firma eadem poſſeſſio habetur.

Taliſque habenda decernitur in judicio, & extra.

& literis Apoſtolicis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam irritan. Motu proprio &c. & conſiſtoraliter ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis &c. quibus omnibus etiamſi de illis &c. quorum tenores &c. latiſſime hac vice derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis. Et inſuper præſentem motum proprium, & conſtitutionem vim perpetuæ legis habere decernimus, eamdemque vim, & efficaciam obtinere quemadmodum ſi in corpore juris incluſum reperiretur.

Contrariis quibuſcumque derogatur.

Fiat Motu Proprio. M.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod domus præfatæ ſituation. qualitat. quantitat. vocabula denominationes, & etiam veri annui valores necnon conceſſion. & alienation præfat. tenores habeantur pro expreſſis ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint, & de conceſſione, Indulto, declaratione, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra perpetuo, & in forma gratioſa, & ad perpetuam rei memoriam, & cum opportuna ſi videbitur exequutorum deputatione qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſuris &c. cum facultate aggravan. invocato &c. ſecularis cum derogation. dietarum, non tamen trium, latiſſime extenden. & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fruct. & nominum, cognominum invoc. denomination. annexor. qualitat. nuncupat. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris ſimul vel ad partem etiam per Breve noſtrum expedien. ſeu ſi præfatis Canonicis, & Capitulo melius videbitur ſola præſentium ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obſtan. attento quod in Urbe.

Summar. pro expeditione.

Fiat. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, octavo Kal. Novembris anno ſexto.

Inſtituit Vicarios Curatos perpetuos in Baſilicis Lateranenſi, & Vaticana; necnon in Collegiatis S. Mariæ in via lata, S. Mariæ Tranſtiberim, S. Laurentii in Damaſo, S. Marci, Sancti Angeli in foro Piſcium, S. Quirici in Montibus, S. Nicolai in Carcere, atque in Eccleſiis S. Blaſii della pagnotta, & S. Catharinæ de Rota, & S. Pantaleonis.

Ex Bullario Romano.

AN. CHR. 1571. 5. Novemb.

MOtu proprio, &c. Et ſi omnibus univerſi Orbis Ecleſiis divina diſpoſitione præſidemus: propius tamen Eccleſiarum Urbis cura nos tangit, ac de illis potiſſimum, quibus animarum cura imminet, ſolliciti ſumus, utque illa in eis congrue excerceatur, quantum cum Deo poſſumus, ſedulo providemus. Unde nos attente conſiderantes, quod Baſilica S. Joannis Lateran. & Principis Apoſtolorum de Urbe (*a*): item Sanctæ Mariæ in Via Lata, & ejuſdem Sanctæ Mariæ Tranſtiberim: & ſancti Laurentii in Damaſo, & S. Marci, & Sancti Angeli in foro piſcium, necnon Sancti Quirici in Montibus, & S. Nicolai in Carcere Collegiatæ; nec non S. Blaſii della pagnotta, & Sanctæ Catharinæ della Rota nuncupatæ, quæ ejuſdem Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Sancti Pantaleonis, quæ Eccleſiæ S. Euſtachii menſis Capitularibus perpetuo unitæ ſunt Parochiales Eccleſiæ ejuſdem Urbis curam animarum, & ſatis amplas Parochias habent, quodque animarum cura ab iis, ad quos ea communiter ſpectat, ſæpe negligi ſolet. Idcirco expediens imo & neceſſarium fore duximus, ut in ſingulis Baſilicis, & Eccleſiis prædictis ſinguli Vicarii perpetui congrua fructuum, & proventuum portione, qua honeſte ſuſtentari valeant eis aſſignata; prout in Sacro Concilio Tridentino (*b*); & alias a nobis per noſtras litteras ſtatutum eſt, ponantur, & deputentur, qui animarum curam hujuſmodi eo diligentius, ac vigilantius gerant, quo magis eam proprie ad ſe pertinere & ſibi incumbere noverint. Quapropter, & ejuſdem Concilii, & noſtris hujuſmodi ſtatutis inhærentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcien-

Curæ animarum in Baſilicis, & Eccleſiis neglectæ

Juxta Concil. Trid. decretum proſpicitur.

(*a*) Præeminentiæ recens conceſſæ Capitulo Lateranenſi ratio illud exigit, ut contra morem Majorum Eccleſia Lateran. præcedat Baſilicam Vaticanam.

(*b*) *Seſſ. VII. cap. 7. de reform. ſeſſ. 25. cap. 16. de ref.*

(*a*) Alter

ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in ſingulis ex Baſilicis, & Eccleſiis prædictis, ſingulas Vicarias perpetuas pro ſingulis Vicariis perpetuis, qui curam animarum Baſilicis & Eccleſiis reſpective incumbente gerere, ac Sacramenta Eccleſiaſtica ibi miniſtrare Miſſas celebrare, & alia juxta providam ordinationem pro tempore exiſten. in Urbe Vicarii noſtri in ſpiritualibus Generalis ejuſque aſſignanda onera ſubire debeat, ad nominationem dictorum filiorum Capituli cujuslibet ex eiſdem Baſilicis, & Eccleſiis, quæ nominatio ſit ex numero approbatorum ab eodem Vicario prævio illorum axamine coram examinatoribus ad id in ipſa Urbe deputatis per dictos Vicarium, ſeu Vicarii Viceſgerentem inſtituen. ponen. & deputan. perpetuo erigimus, & conſtituimus ſinguliſque Vicariis hujuſmodi ſingulas portiones, videlicet, in qualibet Baſilicarum prædictarum centum & viginti, in Sancti Blaſii vero ſeptuaginta, in Sanctæ Catharinæ ſexaginta, in S. Pantaleonis aliorum ſexaginta, in S. Mariæ in Via lata octuaginta, in ejuſdem Sanctæ Mariæ Transtiberim aliorum octuaginta, in Sancti Laurentii centum, in Sancti Angeli ſexaginta, in Sancti Quirici quinquaginta, in Sancti Nicolai Eccleſiis prædictis ſimiliter quinquaginta ſcutorum monetæ annuatim ex fructibus, redditibus, & proventibus earumdem Baſilicarum, & Eccleſiarum eiſdem Vicariis per Capitula Baſilicarum, & Eccleſiarum, in quibus Vicariæ hujuſmodi conſiſtunt, vel quarum Menſis Capitularibus Eccleſiæ ipſæ unitæ ſunt, ut præfertur, quorum Capitulorum ad hæc expreſſus accedit aſſenſus, pro una in Sancti Joannis Baptiſtæ, & altera medietatibus portionum hujuſmodi in Domini noſtri Jesu Chriſti Nativitatum Feſtivitatibus integre perſolven.

Creantur Vicarii curati perpetui in iiſdem.

Eorumdem emolumenta definiuntur.

Item omnia, & ſingula emolumenta, & obventiones, quæ ratione exercitii curæ & adminiſtrationis Sacramentorum hujuſmodi, ac officiorum funeralium, quæ ipſa die humationis cadaverum celebrabuntur, non autem ratione anniverſariorum, ad ipſas Eccleſias, & Baſilicas in poſterum pertinebunt, per ipſos Vicarios propria auctoritate percipien. exigen. & levandi, ac in ſuos uſus, & utilitatem converten. & convertenda loco penſionum annuarum pro congrua ipſorum Vicarior. ſuſtentatione perpetuo aſſignamus, & applicamus; Mandantes Motu ſimili tenore præſentium Dilecto Filio noſtro Jacobo tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin Presbytero Cardinali Sabello (a) nuncupato noſtro in Alma Urbe Vicario in ſpiritualibus Generali, quatenus per ſe, vel alium ſeu alios dictos Vicarios ad nominationem, & inſtitutionem hujuſmodi in Vicariarum prædictarum poſſeſſionem corporalem inducat auctoritate noſtra, & defendat inductos, amotis ab illis quibuslibet illicitis detentoribus, ac faciens ſingulis eiſdem Vicariis de portionibus eis debitis prædictis integre reſponderi, eoſque portionum ipſarum, necnon emolumentorum, & obventionum eis ſupra aſſignatorum perceptione, & perceptionis pacifica poſſeſſione ſeu quaſi pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quavis occaſione indebite moleſtari præmiſſaque omnia, & ſingula efficaciter adimpleri; & ab omnibus inviolabiliter obſervari curet, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcen. non obſtante noſtra qua ſtatuimus, & ordinavimus, & declaravimus non majorem centum, nec minorem quinquaginta ſcutorum annuorum ſumma, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis, Vicariis perpetuis ex præfato Concilio erigen. omnino aſſignari; niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicarum, & Eccleſiarum præfatarum etiam juramento, &c. privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis Baſilicis, & Eccleſiis præfatis earumque Capitulis, Archipresbyteris; Titularibus Cardinalibus, & perſonis, ac dilectis filiis Po. Rom. de non conferen. beneficiis dictæ Urbis aliis, quam originariis, &c. ac quibuſvis aliis in genere vel in ſpecie, & alias in contrarium quomodolibet, etiam per Leonem X. & alios Rom. Pontifices etiam pluries conceſſis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores &c. latiſſime derogamus, cæteriſque, contrariis quibuſcumque.

Quæ ad eoſdem, & quæ ad Baſilicas & Eccleſias pertineant.

Vicariatum poſſeſſio demandatur Vicario Card.

Obſtantia quæcumque removentur.

Fiat Motu Proprio M.

Et cum abſolutione a cenſ. ad effectum, &c. & de erectione conſtitutione aſſignatione, & applicatione mandato, ac derogatione aliiſque præmiſſis, quæ hîc, pro ſufficienter repetitis habeantur ad partem etiam ſeparatim, & in una nulla facta mentione, ac aliis, & quod ſola ſignatura prædicti noſtri Motus proprii ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra illud, non obſtan. quibuſcumque.

Breviar. pro expeditione.

Fiat M.

Datum Romæ apud S. Petrum nonis Novembris anno ſexto.

(a) Alter Vicarius Urbis ex Sacro Collegio, qui Card. Virgilio Roſario an. 1559. defuncto ſucceſſit, quum Pius IV. eſſet Pontifex. *Ciac. Ugbell.* in Epiſc. Benevent.

Concedit facultatem Capitulo & aliis creandi cenſus cum Fratribus Carmelitis ſuper pretio Scutor. 700. pro domo quadam demolienda in ædificatione novæ Eccleſiæ S. Mariæ Tranſpontinæ pro ſexennio; quo elapſo eam ſummam exigendam decernit, atque inveſtiendam ſuper re aliqua ſtabili ad ejuſdem Capituli & aliorum utilitatem.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 12. faſc. 20.

1571. 19 Decemb.

Solum locatum ad fabricandum in utilit. Baſil.

Domus inibi ædificata & alienata.

Pro pretio ſcut. 800.

Cum conſenſu Capituli.

Eadem conceſſa alii ad tertiam gener. aut. nominat.

Neceſſario vendita ad demoliendum.

Motu proprio &c. Cum alias dilecti filii Canonici, & Capitulum Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe locaverint, & conceſſerint in emphyteoſim perpetuam quondam Magiſtro Ludovico quondam Franciſci de Carpo fabrolignario, ſeu lectigario in Burgo dictæ Baſilicæ commoranti quoddam terrenum ejuſdem Baſilicæ, & illius Menſæ Capitularis ſitum in Burgo S. Petri in via recta Alexandrina prope Eccleſiam Beatæ Mariæ Tranſpontinæ de novo in dicta via Alexandrina conſtrui cœptam (a) juxta ſuos confines, pro annuo canone juliorum duorum pro qualibet canna terreni in totum conſtituen. Scuta duodecim monetæ de juliis decem pro Scuto, & B. 92. ſolven. unica ſolutione in Calendis menſis Octobris cum permiſſione & obligatione unam ſeu plures domos ſuper dicto terreno habitabiles conſtruendi, & fabricandi, & vigore dictæ conceſſionis prædictus Magiſter Ludovicus varia & diverſa melioramenta in dicto terreno fecerit, & in eodem habitabilem, & condecentem domum cum Apothecis & aliis ejuſdem membris in duas habitationes diviſam, ejus propriis ſumptibus conſtruxerit, ſeu conſtrui fecerit, & poſtea vitam cum morte commutaverit, ejuſque filii poſt ejus obitum vendiderint, & alienaverint dilectis filiis Priori, & Fratribus, ſeu Conventui Monaſterii S. Honofrii de urbe unam ex dictis domibus, ſeu habitation. reſpicien. verſus Palatium S. Petri videlicet partem illam, quæ habet portam magnam cum toto introitu, cum muro communi exiſten. ad manum dextram dicti introitus a terra uſque ad cœlum, & progredien. per directam lineam per curtile dictæ domus uſque ad ſepem communem cum Annibale Carpentario dimittendo ad manum dextram reliquam partem curtilis alterius partis domus eorumdem venditorum & id pro pretio & pretii nomine Scut. octingentorum mon. de juliis decem pro Scuto, & hujuſmodi venditioni, ac jurium ceſſioni prædicti Canonici & Capitulum dictæ Baſilicæ conceſſerint, eorumque, & dicti Capituli conſenſum pariter, & aſſenſum præſtiterint; deinde vero præfati Prior, & Fratres, ſeu Conventus S. Honofrii domum prædictam conceſſerint, & alienaverint Magiſtro Marco quondam Antonii Martini Madez Muratori ad tertiam ipſius Magiſtri Marci generationem ab ipſo Marco inchoan., & in defectu generation. poſt ipſum Magiſtrum Marcum, pro Paulo q. Joannis alias Mancini nepote ipſius Magiſtri Marci ex quondam Joanne alias Mancino fratre dum vixit ipſius Magiſtri Marci, qui ſuccederet loco ſuæ ſecundæ generation. & loco tertiæ generation. hujuſmodi Magiſtri Marci ſuccederent filii maſculi dicti Pauli ſi haberet, ſin autem, dictus Paulus haberet facultatem nominandi perſonam, quam vellet maſculinam, vel fæmininam, quæ poſt mortem ipſius Pauli ſuccederet loco tertiæ generationis, & caſu quo dictus Paulus prædecederet dicto Magiſtro Marco, idem Magiſter Marcus poſſet aliam perſonam nominare loco dicti Pauli, quæ ſuccederet modo, & forma quibus dictus Paulus ſuccedere potuiſſet, ſi ſupervixiſſet, & alias prout in pluribus, & diverſis inſtrumentis ſuper præmiſſis reſpective confectis plenius continetur, quorum tenores hîc pro ſufficienter inſertis haberi volumus, domuſque prædicta ſuperius deſignata in dicta nova Eccleſia incorporanda veniat, ac propterea dictæ partes videlicet Canonici & Capitulum prædictæ Baſilicæ S. Petri Prior & Fratres S. Honofrii, & Magiſter Marcus venditionem domus hujuſmodi evitare nequeuntes ſtante maxime uſu ad quem deſtinata reperitur, illam per æſtimatores & peritos communiter electos extimari fecerint, prout extimata fuit in totum tam utili, quam directo dominio inſimul comprehenſis, ad Scuta mille ducenta quadraginta quatuor, & hujuſmodi extimatione facta prædicti Prior & Fratres S. Mariæ Tranſpontinæ, pro habenda

(a) Ampla, pulchraque hæc Eccleſia ædificari cœpta erat an. 1566. Martinell. *Rom. Sac. pag.* 246.

(b) Con-

benda dicta domo ad effectum illam demoliendi, & ſuper illius ſolo prædictam novam Eccleſiam fabrican., ſeu jam fabricari cœptam ampliandi obtulerint eiſdem Canonicis, & Capitulo, ac Priori, & Fratribus S. Honofrii, necnon Magiſtro Marco velle dicta Scuta mille ducenta quadraginta quatuor ad quæ, ut præfertur, domus ipſa extimata fuit, ſolvere hoc modo, videlicet in pecunia numerata Scuta quingenta, & quadraginta quatuor monetæ de juliis decem pro Scuto, & cum plures pecunias in promptu non habeant, pro reſiduo velle imponere & conſtituere ſuper domibus, & bonis eorum Religionis annuum cenſum Scut. triginta monetæ cum facultate illum liberan. ac etiam obligatione ſortem plene reſtituen. in termino ſex annorum proxime futurorum, ac alias, ut infra, ſi ſibi ad id noſtra & Sedis Apoſtolicæ licentia ſuffragetur, & facultas concedatur. Nos in præmiſſis opportune providere, ac tam Priorem, & Fratres S. Mariæ Tranſpontinæ quam Capitulum, & Canonicos S. Petri necnon Priorem, & Fratres, ſeu Conventum S. Honofrii, ac Magiſtrum Marcum præfat. ſpiritualibus favoribus, & gratiis perſequi volen. motu ſimili & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Capitulo & Canonicis S. Petri necnon Priori & Fratribus, ſeu Conventui S. Honofrii, ac Magiſtro Marco præfatis ut dictam eorum domum reſpective cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis dictis Priori, & Fratribus S. Mariæ Tranſpontinæ, ut præfertur, & ad effectum præmiſſum ac alias modis, & formis hinc inde convenien. in perpetuum vendere, & alienare, ipſis vero Priori, & Fratribus S. Mariæ ut illam emere, & acquirere, necnon etiam ut præfertur demoliri, & incorporare, ac inſuper eiſdem Priori, & Fratribus S. Mariæ pro reſiduo ſolution. & ſatisfaction. prædictis emptionis hujuſmodi domus, videlicet pro Scutis ſeptingentis monetæ reſtan. cenſum annuum Scut. triginta monetæ & de ſemeſtri in ſemeſtre pro rata, & in fine cujuſlibet ſemeſtris ſolven. ad annos ſex, tantum, & non ultra duratur. tam ſuper domibus, & vineis quam aliis quibuſcumque bonis ſtabilibus dicti Monaſterii, ſeu Conventus. S. Mariæ Tranſpontinæ, & quolibet ipſorum imponere conſtituere, & aſſignare illumque ſic impoſitum conſtitutum, & aſſignatum Capitulo, & Canonicis S. Petri, ac Priori, & Fratribus S. Honofrii, necnon Magiſtro Marco præfatis reſpective ſalvo, & reſervato jure quandocumque, & alias

Æſtimata ſcutor. mille & 244. quorum 544. ſolvantur.

Pro reliquis 700. creatur cenſus ad ſex annos.

Cujus fructus ſcuta annua 30.

ut infra redimendi, necnon etiam cum pacto quod in eventum, in quem domus unitæ aut alia bona, ſuper quibus in ſpecie dictus cenſus, ut præfertur, impoſitus fuit, ullo unquam tempore propter Burgi, ſeu Caſtri S. Angeli Fortalitium, aut alias reſpective demoliantur, ſeu a quacumque perſona, & quavis occaſione, & cauſa evincantur in toto, vel in parte; tunc, & eo caſu devolutus cenſus cenſeatur, & ſic impoſitus, conſtitutus, venditus, & aſſignatus ipſo jure, & facto ſuper quibuſcumque aliis ſpecialibus bonis ſtabilibus arbitrio partium ſpecifican. in Urbe, & ejus territorio ſeu diſtrictu exiſten. ac alias cum pactis conventionibus conditi-on. modis, & formis hinc inde convenien. ea lege quod ipſe Prior & Fratres, ſeu conventus Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ nunc & pro tempore exiſtentes dictum annuum cenſum infra terminum dictorum ſex annorum proxime futurorum pro eodemmet pretio ſcutorum ſeptingentorum prævia intimatione & notificatione duorum Menſium præcedentium facien. ipſis Capitulo & Canonicis Sancti Petri, ac Priori, & Fratribus ſeu conventui S. Honofrii dictoque magiſtro Marco omnino redimere teneantur. Mandantes dicto noſtro Urbis Vicario generali ſive ejus Viceſg. nunc & pro tempore exiſten. quatenus dictis ſex annis elapſis, & reſtitutione eorumdem ſeptingentorum ſcutorum non facta, ex officio eodem conventum, & Fratres Tranſpontinæ ad cum effectu ſolven. & reſtituen. eiſdem Canonicis & Capitulo conventui, & Fratribus Sancti Honofrii, & dicto magiſtro Marco dictam ſummam ſcutorum ſeptingentorum monetæ, & dictus conventus bona a dicto onere cenſus liberan. etiam per pignoris caption. & bonorum tam mobilium, quam immobilium eiuſdem conventus, & religion. vendition. & alienation. & alia opportuna juris remedia cogat, & compellat: in reliquis vero debeant ſervari aliæ qualitates, & condition. in bulla noſtra ſuper cenſibus ſub datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ, 1568. quarto decimo kal. Februarii Pontificatus noſtri anno tertio emanata (*a*) volumus autem quod tam dicta ſcuta quingenta quadraginta quatuor nunc, ut præfertur, quam alia ſcut. ſeptingenta per præfatos Canonicos, & Capitulum, conventum, & fratres Sancti Honofrii, ac dictum magiſtrum Marcum ſucceſſive in dictis ſex annis vel etiam illis elapſis, reſpective recipien. & exigen. ſtatim poſtquam recepta, & exacta fuerint unanimi conſenſu inveſtiantur in aliqua alia-

re

Fundo ejus cenſus proſpicitur.

Sexennio elapſo redimendus cenſus.

Summa omnis a Capitulo & c. inveſtienda in bonis ſtabil.

(*a*) Conſtitut. 79. *Bullar. pag.* 275.

(*a*) Con-

re ſtabili, quæ ſtet, & ſtare debeat in omnibus, & per omnia loco dictæ domus demoliendæ, necnon eiſdem modo, & forma, ac, cum eiſdem pactis condition. permiſſion. obligation. clauſulis, & cautelis, & caducitatis, & devolution. in omnes caſus, & eventus in inſtrumento location, & conceſſion. rerreni ſuper quo domus prædicta fabricata exiſtit, alias ut prætertur per eoſdem Capitulum & Canonicos dicto quondam Ludovico Lectigario factæ latius expreſſis, quarum pecuniarum cenſus, & bonorum ex eis emendorum fructus ſint dicti magiſtri Marci & poſtea eorumdem Conuentus, & Fratrum Sancti Honofrii præfatorum eorum conceſſion. durantibus, & interim ipſi teneantur ſingulis annis præf. integrum annuum Canonem ſcutorum octo, vel circa monetæ eiſdem Capitulo, & Canonicis ſolvere, & ſatisfacere omni mora, & exceptione ceſſantibus &c. necnon denique cum pactis &c. obligationibus, aliiſque clauſulis hinc inde convenien. vendere alienare, & aſſignare; necnon partibus ipſis, ut iſtrumentum ſeu inſtrumenta publica in quacumque valida forma conficere, & celebrare aliaque in præmiſſis & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere & exercere libere & licite poſſint & valeant Apoſtolica auctoritate concedimus, & indulgemus, ac plenam licentiam & liberam facultatem impertimur; necnon etiam præmiſſa omnia, & ſingula poſtquam facta fuerint, ex nunc prout ex tunc, & e contra confirmamus, & approbamus ſupplen. omnes, & ſingulos tam juris, quam facti & etiam ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, & quoſcumque alios defectus, ſi qui forſan intervenerint, vel interveniant quomodolibet in eiſdem ac præſentes de ſubreption. vel obreption. ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, ſeu alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus unquam poſſe ſicque in præmiſſis, & ſuprad. omnibus, & ſingulis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices & Rotæ Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos &c. ſublata &c. judicari debere, irritumque &c. decernimus & declaramus: diſtrictius inhiben &c. latiſſime exten. Non obſtan. præmiſſis, necnon fel. rec. Symmachi (a), & Pauli II. ac Pauli IV., & quorumcumque aliorum Romm. Pontt. Prædeceſſ. noſtrorum, ac etiam noſtris de rebus Eccl. non alien. & alienatis recuperan. necnon etiam ſuper forma creandi cenſus, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, univerſalibus, provincialibuſque, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus ſpecialibus, & generalibus necnon etiam Baſilicæ Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum, etiam juramento &c. roboratis ſtatutis &c. legibus &c. privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis, etiam illis & præfatis ac aliis illorum Superioribus, & perſonis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. etiam motu proprio &c. & conſiſtorialiter, ac aliis in contrarium quomodolibet conceſſis &c. quibus omnibus, etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. latiſſime hac vice derogamus ceteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Canon annus ſcutor. octo ſolvendus Capitulo.

Neceſſaria Inſtrumenta conficiendi auctoritas conceſſa.

Contrariis conſtitutionib. derogatur.

Perinde privilegiis quibuſcumque.

Fiat Motu proprio M.

Summarium pro expeditione.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod domus ſeu, domorum ſituation. confines qualitates, quantitates vocabula denomination., & veri etiam annui valores necnon inſtrumentorum, & bullæ prædict. ac aliarum ſcripturarum quarumcumque necnon præmiſſorum omnium, & aliorum neceſſariorum etiam veriores, & toti tenores, ac dat. cum inde ſecutis habeantur pro expreſſis, & inſertis, ſeu in toto, vel in parte exprimi & etiam de verbo ad verbum inſeri poſſint, & de conceſſione indulto, impertitione, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, inhibitione, derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra perpetuo & in forma gratioſa, & cum opportuna ſi videbitur executor. deputatione, qui aſſiſtant &c. & ſub cenſuris &c. cum facultate aggravandi &c. invocato &c. ſecularis cum derogatione dictarum latiſſime exten. & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam fructus nominum, & cognominum invoc. denominat. annexorum qualitat. nuncupat. ordin. dependen. aliorumque neceſſarior. major, & verior ſpecificatio & expreſſio fieri poſſit in literis ſimul, vel ad præſentem, etiam per Breve noſtrum aut officium contradictarum, vel minoris gratiæ expedien. ſeu ſi melius videbitur ſola præſentium ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, ac extra, regula contraria non obſtan.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quartodecimo Kal. Januarii anno ſexto.

Unam

(a) Conſule quæ ajebam nuper ad aliam hujus S. Pontificis Conſtitutionem *pag. 77. not. a*

(a) Per-

Unam ex quatuor Capellaniis Innocentianis confert Franciſco Guicciardino.

AN. CHR. 1571. 22. *Decemb.*

Ex Regeſto LVI. Bullar. S. Pii V. pag. 89. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Franciſco Guicciardino (*a*) perpetuo Capellano ad Altare Beatæ Mariæ Virginis de Conventu (*b*) forſan nuncupatum, ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

A meritis perſonalibus orditur.

Vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem &c. Cum itaque poſtmodum una ex quatuor perpetuis Capellaniis ad Altare Beatæ Mariæ Virginis de Conventu forſan nuncupatæ, ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe & per fel. rec. Alexandrum Papam Sextum Prædeceſſorem noſtrum, juxta mandatum, & ordinationem piæ mem. Innocentii Papæ Octavi etiam Prædeceſſoris noſtri erectis, & inſtitutis, quam quondam Hieronymus Vitalis perpetuus Capellanus ad dictum Altare dum viveret obtinebat, per obitum ejuſdem Hieronymi, qui apud Sedem præfatam diem clauſit extremum, apud Sedem præfatam vacaverit, & vacet ad præſens, nullusque de illa præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis &c. necnon quaſcumque collationes, proviſiones, & alias diſpoſitiones de dicta Capellania, ut præfertur, vacante, aut præſentationes ad illam, ſeu inſtitutiones in eadem etiam per dilectos filios noſtros Aloyſium S. Marci Cornelium(*c*), & Carolum S. Praxedis Borromæum (*d*), ac Alphonſum S. Cæciliæ titulorum Jeſualdum (*e*), nuncupatos Præsbyteros Cardinales, reſpective, ſeu quemlibet eorum, aut quoſcumque alios quavis etiam Apoſtolica vel ordinaria, aut alia auctoritate, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, vel alias quomodolibet factas, & ex nunc prout ex tunc, & e contra, poſtquam factæ fuerint, de cetero faciendas, revocantes & annullantes, effectumque ſortiri, aut in dicta Capellania ſic vacante locum ſibi vendicare non poſſe, neque debere decernentes; Motu proprio &c. Capellaniam præfatam quæ ſine cura eſt, ac cujus & illi forſan annexorum fructus redditus & proventus quinquaginta ducatorum auri de Camera (*f*), ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut accepimus, non excedant; ſive præmiſſo &c. diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias etiam, ex eo quod dictus Hieronymus illam obtinens fel. mem. Pauli Papæ Tertii ſimiliter Prædeceſſoris noſtri familiaris, continuus commenſalis extitit, generaliter reſervata exiſtat &c. providemus: decernentes, illam tibi collatam & de illa ita proviſum eſſe; ut quævis aliæ collationes, proviſiones, & diſpoſitiones de illa, ſeu præſentationes ad illam, & inſtitutiones in ea, ut præfertur, factæ, & faciendæ nullatenus impediant, vel impedire poſſint, quominus ipſius Capellaniæ poſſeſſionem realem, & actualem, omnibus detentoribus abſque ſpolii & attemptatorum vitio exinde expulſis, apprehendere libere & licite poſſis; necnon præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de ſurreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus vel controverſiam vocari ullatenus poſſe, & ita incommutabilis voluntatis noſtræ exiſtere, ſicque per quoſcumque Judices & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere: necnon,

Capellania vacans in Curia.

Confertur a Pontifice privilegiis collatorum non obſtantibus.

Annus valor Capellaniæ ejuſdem.

Collationis hujus validitas declaratur.

(*a*) Percelebre Guicciardini nomen revocat in mentem Franciſcum ex eadem inclyta familia ante annos 30. e vivis ereptum hiſtoricorum Italiæ noſtræ facile principem.

(*b*) Huc revocanda quæ ſunt allata *to.* 2. *pag.* 291. *not.* c. Quare autem *de Conventu* appelletur Oratorium iſtud docet Ciampin. *de Sacr. ædif. to.* 1. *pag.* 62. ex Alpharano *n.* 39. *Eo quia,* inquiens, *ante ipſum Canonicorum chorus ligneo, rudique artificio compactus jacebat.*

(*c*) Quartus hic Card. Corneliæ inclytæ familiæ Venetæ quieſcit in S. Mariæ Cruciferorum prope fontem Trivii cum hac inſcriptione: *D. O. M. Aloyſio Cornel. Veneto tt. S. Marci presb. Card. S. R. E. Camerario. Vix. a.* 67. *m* 2. *d.* 27. *obiit* VI. *Id. Maji* 1584. Petramellar. & Filiuc. ap. Ciacon.

(*d*) S. hujus Archiep. Mediolanenſis eximiæ laudes ſatis notæ. Mediolani jam pridem degebat: namque anno hoc ineunte Humiliator. Ordo extinctus fuerat a S. Pontif. ob ſcelus inſigne ab Hieronymo Donato vulgo *Farina* ejuſd. Ordinis perpetratum die 26. Octob. 1569. in S. Archiepiſcopum orationi vacantem. Quare Collatio ad eum pertinere non poterat, juxta Bullam Fundationis (*To.* 2. *pag.* 292.) nihilominus tres Titulares recenſentur ad majorem cautelam.

(*e*) Et de hoc Ill. Archiep. Compſano, qui ſeq. an. 1572. Eccleſiam illam dimiſit, affirmari idem poteſt. Vide *Ughell.* & *Ciacon.*

(*f*) Supra vidimus *pag.* 11. Ducat. 45. annuos: quod iterum affirmatur *pag.* 28. quinque nunc Ducatis auctum valorem annuum audimus.

non, prout eſt irritum & innane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attemptari. Quocirca Venerabili fratri noſtro Patriarchæ Hieroſolymitano, ac dilectis filiis Jacobo Herculano, ac Octaviano Cittadini, Canonicis dictæ Baſilicæ per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum &c. Non obſtantibus &c. & quibuſvis aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, ac dictæ Capellaniæ fundatione, qua caveri dicitur expreſſe, quod illius, & aliarum Capellaniarum præfatarum, illarum vacatione etiam apud Sedem præfatam, collatio, proviſio, & omnimoda alia diſpoſitio, plenumque jus illas conferendi, pro tempore exiſtentibus S. Marci, & S. Praxedis, ac S. Cæciliæ titulorum hujuſmodi Præsbyteris Cardinalibus, ſi in dicta Curia tempore vacationis hujuſmodi præſentes, aut extra, aut prope eamdem Curiam in locis infra duas dietas ab illa non diſtantibus fuerint, & ſi eorum alterum aliter, quam ut præfertur, ab ipſa Curia abeſſe contigerit, tunc alteri Cardinali adſenti in eadem Curia dumtaxat, & ſi illi ambo ab illa aliter, quam ut præfertur abſentes fuerint, tunc pro tempore exiſtenti ejuſdem tituli S. Cæciliæ Presbytero Cardinali dumtaxat, & alias ſub certis modo & forma tunc expreſſis conceſſæ, & reſervatæ ſint, necnon dictæ Baſilicæ juramento &c. quibus omnibus, & fundationi præfatæ, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus &c. Seu ſi pro tempore exiſtentibus S. Marci, & S. Praxedis, ac S. Cæciliæ titulorum Præsbyteris Cardinalibus, ac præfatis Archipresbytero & Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim &c. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, revocationis, annullationis, collationis, proviſionis, decreti, mandati, voluntatis, & derogationis infringere &c. Si quis autem &c.

Poſſeſſio de more committitur.

Diſpoſitioni Fundatoris derogatur.

Quacumque obſtanti amoventur.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, undecimo Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Concedit Capitulo, ut poſſeſſionem ineat aliquot domorum, & vineæ, abſque dejectione bonorum &c. in viam publicam juxta U. J. leges, & conſuetudines, quibus derogat.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. capſ. 12. faſc. 20.

AN. CHR. 1572. 17. Mart.

Motu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, nonnullæ domus ſub directo dominio, & proprietate Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe exiſten. una videlicet in Regione Tranſtyberim alias per Capitulum dictæ Baſilicæ locata, & conceſſa quondam Joanni Calabrenſi; altera vero prope campum Sanctum alias locata quondam Franciſco alias Franciſchino Tybicini, & altera in via Julia detenta a Martia Angelina, necnon vinea Baptiſtæ pagani merciarii poſita extra Portam Caſtri Sancti Angeli, quæ quidem domus, & vinea, tum ob finitam lineam, tum etiam reſpective ob non ſolution. Canonis per triennium & ultra, ad eamdem Baſilicam, & ejus menſam Capitularem devolutæ fuerunt, & dilecti filii Canonici & Capitulum ejuſdem Baſilicæ, earumdem domorum, & vineæ, ac melioramentorum in eis exiſten. devolution. acceptarunt: volenteſque modo præfati Canonici, & Capitulum dictarum domorum, & vineæ poſſeſſion. ingredi propria auctoritate, abſque Judicis decreto, vel mandato, & quia de jure ad hoc ut talis poſſeſſio teneat, ac per eam ipſi emphyteotæ, vel alii dictas domos, & vineam retinen. & reſpective habitan. aut etiam earumdem domorum, & vineæ inquilini, vel ſubinquilini, ac reſpective affictuarii ab eis excludantur, requiritur, quod ipſi Emphyteotæ, vel alii præfati, ac bona & maſſaritiæ incontinenti non ſolum extra domos, & vineam ejici & expelli debeant, uſque in viam publicam; verum etiam a facie earumdem domorum, & vineæ, quarum poſſeſſio capietur, ita ut ipſis excluſis, prædictis Canonicis, & Capitulo libera, ac vacua poſſeſſio remaneat: Cumque nimis durum ſit, dictos Emphyteotas, vel domos, ac vineam præfatam habitan. & reſpective retinen. vel etiam earumdem domorum & vineæ inquilinos, & ſubinquilinos, ac reſpective affictuarios ſic ejicere una cum bonis, & maſſaritiis in eis exiſtentibus, cum non ita de facili alias domos ad habitan. & bona, ac maſſaritias collocand. invenire poſſint; idcirco ne gratia, & miſericordia dictorum Canonicorum, & Capituli, præfata poſſeſſio in dubium refricetur, & de ejus validitate unquam dubitari contingat, ac alias in præmiſſis, pro noſtri paſtoralis officii debito, opportune providere, ipſoſque Canonicos, & Capitulum etiam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volen. Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis

Quædam domus & vinea ad capitul. devoluta.

Capitulum poſſeſſ. inire canund. cupit

Abſque expulſione perſonarum ac rerum.

poteſtatis plenitudine eiſdem Canonicis & Capitulo, vel eorum procuratoribus, & agentibus, ut in apprehenſione poſſeſſion. dictarum domorum, & vineæ, vel antea, ſeu poſt ipſi Emphyteotæ, vel illas habitantes vel alias retinen. aut etiam, ut præfertur, illarum inquilini, & ſubinquilini, vel reſpective affictuarii dictos Canonicos, & Capitulum in dominos, & poſſeſſores recognoſcere voluerint, ſeu eiſdem Canonicis, & Capitulo penſionem, ac reſpective affictum ſolvere promiſerint, & ſe obligaverint, ſtante tali recognitione ſeu obligatione, ſi, & quatenus ipſis Canonicis, & Capitulo videbitur, præfatos Emphyteotas, vel in dictis domibus, & vinea habitan. ſeu illas retinen. aut illarum inquilinos, vel ſubinquilinos, aut reſpective affictuarios ac bona, & maſſaritias expellere, & ejicere minime teneantur: & nihilominus poſſeſſio hujuſmodi, ſic abſque ipſorum Emphyteotarum, vel in dictis domibus & vinea habitantium ſeu alias illa retinentium, vel earum inquilinorum, & ſubinquilinorum, affictuariorum, ac bonorum, ac maſſaritiarum ejectione, & expulſione capienda mediante dicta recognitione, ſeu promiſſione, valida, & efficax exiſtat, & eſſe cenſeatur, ac Canonicis, & Capitulo ſuffragetur, & perinde ac ſi talis poſſeſſio cum ejectione, & expulſione Emphyteotarum, vel habitantium, ſeu domos, & vineam præfatam retinen. ſeu inquilinorum, vel ſubinquilinorum, ac reſpective affictuariorum, ac bonorum, & maſſaritiarum ejuſmodi uſque in viam publicam, & etiam a facie domorum præfatarum, apprehenſa fuiſſet, & eſſet, nec propterea eiſdem Canonicis, & Capitulo de nullitate, ſeu invaliditate dictæ poſſeſſion. ſic capiendæ, aut quod per dictam recognitionem, ſeu promiſſionem per dictos Emphyteotas, vel habitan. ſeu retinen. aut etiam earumdem domorum, & vineæ inquilinos, vel ſubinquilinos aut affictuarios fact. ipſi vel alii quicumque ſuper dictis domibus, & vinea jus aliquod forſan prætenden. non fuerint, nec cenſeantur a ſua poſſeſſione ejecti, vel quod per eamdem promiſſionem, ſeu obligation. ipſi habitan. vel retinen. aut etiam inquilini, vel ſubinquilini, aut affictuarii reſpective non potuerint, neque poſſint præfatos Emphyteotas, vel alios quoſcumque ſe dominos, ſeu poſſeſſores prætenden. ſua poſſeſſion. privare, vel illorum poſſeſſion. intervertere, aut alius quicumque defectns præfatæ poſſeſſion. dari, opponi, vel allegari, aut objici poſſit in judicio, vel extra judicium, Apoſtolica auctoritate perpetuo concedimus, & indulgemus. Et nihilominus talem poſſeſſionem, abſque dictorum Emphyteotarum, vel habitan. ſeu eaſdem domos, & vineam reſpective retinentium, aut etiam inquilinorum, vel ſubinquilinorum, aut reſpective affictuariorum, & aliorum quorumcumque, ac bonorum, & maſſaritiarum Præfatarum expulſione, & ejectione per Canonicos, & Capitulum præfatos, vel illorum procuratores, ſeu agen. capien. in quibus dicta recognitio, ſeu obligatio ipſorum Emphyteotarum, vel aliorum præfatorum in ipſorum Canonicorum & Capituli favorem intervenerit, validam, & efficacem eſſe, ac perpetuo fore, perinde etiam, ac ſi ipſi Emphyteotæ vel domos, & vineam præfatam retinen. aut inquilini, vel ſubinquilini, ſeu reſpective affictuarii cum rebus, bonis, ac maſſaritiis earumdem domorum, & vineæ, aliiſque neceſſariis uſque in viam publicam, & etiam a facie earumdem domorum, & vineæ, quarum poſſeſſio per eoſdem Canonicos, & Capitulum capietur, ejicerentur, & expellerentur, taliſque defectus ut præfertur objici, & de nullitate &c. talis poſſeſſion. dici, ſeu dari nullatenus poſſit, eadem auctoritate Apoſtolica, declaramus, illoſque, & inde ſecuta, & ſequenda quæcumque perpetuo confirmamus, & approbamus; necnon dictum defectum opportune, & ſufficienter perpetuo ſupplemus. Sicque &c. Quibus omnibus etiamſi de illis &c. quorum tenores &c. latiſſime hac vice derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis. Et inſuper præſentem noſtrum Motum proprium, & conſtitution. vim perpetuæ legis habere decernimus, eamdemque vim & efficaciam obtinere quemadmodum ſi in corpore juris incluſum reperiretur.

Modo eas poſſidentes ſolvere promittant Capitulo.

Quæ acc. capt. valida declaratur.

Nullus item defectus objici poſſit.

Perinde ac ſequuta eſſet expulſio, &c.

Sequitur derogatio generalis.

Fiat Motu proprio. M.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. Et quod domorum præfatarum, & vineæ ſituation. &c.

Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſextodecimo Kal. Aprilis, anno ſeptimo.

GREGORIUS XIII.

Poſt felicem S. Pii V. Romani Pontificis obitum, Cardinales conclave ingreſſi, nulla mora interpoſita, hoc eſt die altero (a) Cardinalem Hugonem Boncompagnum Bononienſem in ejus locum ſufficiunt. Die 13. Maji 1572. contigit electio, ac die 25. ejuſdem menſis, recurrente Sacro Pentecoſtes die, ſequuta eſt coronatio. Novo Pontifici, qui Gregorii nomen ſibi delegit, Gregorii XIII. nomen impoſitum. Sedit in Petri Cathedra annos duodecim, menſes decem, dies 28. Obiit 10. Aprilis 1585.

Cenſum in ſumma ſcutorum 350. a Capitulo Baſilicæ S. Petri impoſitum, ut controverſia quæ inter ipſum Capitulum, & Æmilium de Lenis fervebat, extingueretur, approbat, & confirmat.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

AN. CHR. 1572. 19. Septemb.

BEatiſſime Pater. De anno 1514. Devoti Sanctitatis Veſtræ Oratores Canonici, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, in emphiteuſin perpetuam, & in perpetuum locaverunt, & conceſſerunt Juliano de Lenis Civi Romano ſeniori certum petium Terreni poſitum in Regione Pontis in Parochia Sancti Blaſii della Pagnotta, dictæ Baſilicæ auctoritate Apoſtolica annexa, unita, & incorporata, juxta ab uno latere Palatium per fe: re: Julium Papam ſecundum conſtrui cœptum, Via publica median. retro flumen Tiberis, ante via publica Julia nuncupata, pro annuo Canone octuaginta quinque ducatorum de Carlenis, ad rationem decem Carlenorum monetæ veteris in bona moneta, unica tantum ſolutione fien. in feſto Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, cum pacto quod dictus Julianus teneretur ſuper dicto Terreno ſua propria pecunia domos habitabiles conſtruere, ſeu conſtrui facere, aliiſque pluribus & diverſis pactis, condition., promiſſion., obligation., clauſulis, & cauthelis etiam devolution., & caducitatis dicti Terreni, & melioramentorum quorumcumque in eo exiſtentium, ob non ſolutionem Canonis per triennium continuum, & in certis aliis caſibus, & eventibus in inſtrumento dictæ locationis latius expreſſis; vigore dictæ locationis prædictus Julianus ſenior nonnullas domunculas cum apothecis ſuper dicto terreno conſtruere cœperit, & ſic nonnulla melioramenta in eo fieri fecerit, quibus imperfectis, de anno 1530. ſeu alio veriori tempore, condito prius per eum teſtamento, in quo, inter cetera in eo diſpoſita juſſit, & mandavit, quod Emilio Leno ejus filio naturali daretur uxor, & ſi ipſe Emilius haberet filios maſculos, ad effectum domum ſuam conſervandi, eoſdem filios maſculos ex prædicto Emilio ut præfertur naſcituros, ſibi univerſales hæredes inſtituit, eodemque teſtamento aliter non mutato, vitam cum morte commutavit, ſuperſtite ſibi prædicto Emilio, qui matrimonium cum Hieronyma de Statis contraxit, ex qua filium maſculum habuit nomine Julianum juniorem, contra quem, tamquam univerſalem hæredem dicti Juliani ſenioris ejus avi, de anno 1533. prædicti Canonici & Capitulum, citato dicto Emilio tanquam ejus Patre, & legitimo adminiſtratore coram tunc Vicario Urbis, ſeu ejus tunc in civilibus Locumtenen., ſub prætextu quod Canones prædicti per triennium ſoluti non fuiſſent, mandatum obtinuerunt, cujus vigore, ejuſdem Terreni, & melioramentorum ſuper eo exiſtentium, & per præfatum quondam Julianum ſeniorem factorum, ſub prætextu quod ad dictam Baſilicam, illiuſque menſam capitularem devoluta fuiſſent, poſſeſſionem ingreſſi & adepti fuerunt; mortuiſque prædicta Hieronyma, & prædicto Juliano juniore, dictus Emilius matrimonium contraxit cum Catherina Criſpa, ex qua alterum filium maſculum ſuſcepit etiam nomine Julianum noviſſimum nuncupatum, nepotem, & ex teſtamento hæredem prædicti quondam Juliani ſenioris, eademque poſſeſſione prædicto Emilio intimata, & prævia etiam judiciali interpellatione eidem Emilio Patri, & Adminiſtratori prædicto, ex parte eorumdem Canonicorum & Capituli facta, an vellet iterum ab ipſis Canonicis, & Capitulo in emphiteuſin conducere, & habere Terre-

Prima bonorum locatio.

Ejus conditiones.

Ædificio inchoato, emphyteutæ mors, ac Teſtamentum.

Hæres inſtitutus nubit, & filium procreat.

Litis occaſio.

(a) Jo: Petrus Maffæi in Gregorii XIII. Annalibus, quos nuper edidit Joannes Coquelines, Gregorii Pontificis electionem tertia die poſt conclavis ingreſſum peractam cenſet. Repugnant tamen Scriptores quamplurimi, qui altero conclavis die id contigiſſe fatentur. Omnem tamen, ut putamus, controverſiam dirimit Joannes Molinæus, qui in Oratione ad Gregorium XIII. habita, & Bononiæ impreſſa an. 1573. illud in Gregorio commendat, quod primo Comitiorum die ſummus Eccleſiæ Pontifex fuerit renunciatus. Sic enim Pontificem alloquitur: *Neque enim hoc loci tacendum eſt, quod Patres tutelares, Eccleſiæ Senatus, primo die, quo ad eligendum Pontificem convenerant, & in conclave ſe abdiderant, te ſtatim Summum Pontificem & Eccleſiæ Paſtorem ac Patriæ Patrem læti ac geſtientes ſalutarunt.*

(a Is

Terrenum, & melioramenta prædicta, deberet coram eis comparere, & conditiones ſuas offerre, alias ipſi Canonici, & Capitulum volebant Terrenum, & melioramenta prædicta alteri cuicumque perſonæ ſimiliter locare & concedere; ipſoque Emilio non comparente, & nihil declarante, Canonici & Capitulum prædicti Terrenum, & melioramenta prædicta Antonio Sangallo (*a*) in Emphiteuſim perpetuam locarunt & conceſſerunt pro annuo canone ſcutorum ſexaginta trium, & bajocchorum ſeptuaginta quinque, pluribuſque etiam adjectis pactis de exponen., & fabrican. in eodem Terreno, & melioramentis prædictis, aliaque plura faciendo, prout in Inſtrumento dictæ locationis, & conceſſionis de anno 1542. confect. & rogat. latius continetur (*b*); quorum omnium Inſtrumentorum, & ſcripturarum, ac Proceſſus, & aliorum prædictorum tenores &c. placeat Sanctitati Veſtræ hic pro ſufficienter inſertis, & expreſſis habere. Qui quidem Antonius Sangallus ſuper Terreno, & melioramentis prædictis varia, & quamplura etiam notabilia melioramenta fecit, & accrevit ad notabilem ſummam aſcenden. (*c*), eoque tandem vita functo, ejus hæredes, ſeu ab eis cauſam haben., Terrenum, & quæcumque melioramenta ſuper eo exiſtentia, juraque & actiones ſuper eis quomodolibet competen, accedente eorumdem Canonicorum, & Capituli conſenſu, vendiderunt, & conceſſerunt Joanni Riccio Tituli Sancti Vitalis S. R. E. Presbytero Cardinali de Monte Politiano nuncupato (*d*), precio, & pactis inter eos conventis, qui poſtea ſuper eiſdem Terreno, melioramentis, & fabricis, & aliis domibus, Palatium in eam quæ nunc apparet formam conſtruxit. Quo perfecto, & in eam quæ exiſtit formam redacto (*e*), de anno 1464. ſeu alio veriori tempore, dictus Julianus noviſſimus prædicti Emilii filius, & dicti quondam Juliani ſenioris nepos, & hæres, coram tunc exiſten. Auditore Cameræ Apoſtolicæ, ſeu ejus in Civilibus Locumtenen., primo via monitorii, deinde vigore commiſſionis ſuper dictis melioramentis per dictum quondam Julianum ſeniorem ſuper dicto Terreno factis, illorumque ſatisfactione, & etiam forſan immiſſione in poſſeſſionem, etiam fortaſſe ex remedio L. finalis de edicto divi Adriani tollen., contra dictum Cardinalem judicium introduxit, & etiam ſuccubuit, ac ſententiam contra reportavit, a qua, pro ejus parte appellatum, & appellationis cauſa Julio Cardino Rotæ Decano comiſſa fuit, coram quo plures actus facti, pluraque jura, & Teſtes examinati, ac reſpective producti fuerunt, & coram eo plures annos pependit, eaque ſic indeciſa penden. prædictus Julianus noviſſimus ab humanis deceſſit, ſuperſtite ſibi prædicto Emilio ejus patre, ac hærede univerſali, qui illius hæreditatem adivit, bonorumque poſſeſſionem cœpit, quam uſque in hodiernum diem continuavit, & continuat, & in dicta cauſa tamquam hæres prædictus contra eundem Cardinalem, ac eoſdem Canonicos, & Capitulum, qui litem prædictam in ſe ſuſceperunt, plures actus fecerit. Stantibuſque dictæ cauſæ dubiis, & difficultatibus, etiam medio, & interventu ejuſdem Julii Cardini Decani prædicti, Canonici, & Capitulum ex una, & dictus Emilius parte ex altera, ſuper dictis Litibus & cauſis inter ſe tranſigerunt, & concordarunt cum præſentia, & interventu præfati Illmi, & Rmi D. Cardinalis, ex cauſaque tranſactionis hujuſmodi, prædicti Illmus, & Rmus Cardinalis ex ſua liberalitate, & pro dicta tranſactione, & concordia effectuanda, ac Canonici, & Capitulum

Domus ac melioramenta alteri emphyteutæ locantur.

Eiusdem Domus venditio favore Cardinalis Riccii.

Nova lis fervet.

Partes concordiam ineunt.

(*a*) Is fuit Juliani a S. Gallo celeberrimi architecti pronepos ex Bartholomæo Picconio Juliani nepote. Adeas Vaſarum.

(*b*) Inſtrumentum hocce confecit Franciſcus Spina die 13. Februarii 1542. Hujus Notarii acta extant in Archivio Baſilicæ.

(*c*) Juliano igitur, de quo ſupra, domus hæc, quæ mox in ampliſſimum Palatium evaſit, ſuum magna ex parte debet incrementum. Quippe ædificium a prioribus emphyteutis inœceptum vix ulli erat uſui; ideoque in altera pactione cum Juliano habita, eadem cenſus quotannis perſolvendi ratio ac menſura ſervata eſt. Siquidem perinde valent 85. Ducati carlenorum ex vi prioris contractus præſtandi, ac ſcuta 63. & obol. 75. quæ, mutato pecuniæ nomine non etiam pretio, alteri emphyteutæ Juliano taxantur.

(*d*) Joannes Riccius a Iulio III. in Cardinalium Collegium relatus, *a Monte Politiano* ubi ortum duxerat, ſive potius ab Epiſcopatu quem in Patria inſtituendum curaverat, cognomen ſortitus eſt. Ejus quippe opera an. 1561. ſub Pio IV. Montis Politiani Eccleſia in Cathedralem, Oppidum in Civitatem evaſit. Recentis Eccleſiæ adminiſtratio eidem Cardinali demandata eſt, de quo Ughellus. Familia eadem Riccia illuſtrium Virorum ferax, etiam noſtra ætate enumerat Franciſcum Riccium, quem, ob diuturnum in quamplurimis Eccleſiæ negociis ſumma cum laude tractandis experimentum, Benedictus XIV. in Cardinalium numerum cooptavit. Nec ſilentio prætereundus Petrus Riccius Baſilicæ noſtræ Canonicus, cujus prudentiæ ac dexteritati multa in Romana Curia negocia adminiſtranda tribuuntur.

(*e*) Innuit Palatium ſatis magnificum, quod hodie in via Julia prope S. Blaſii Eccleſiam poſſidet nobilis Familia de Sacchettis. Hoc nempe ædificium in Baſilicæ Vaticanæ area extructum, ab anno 1514. ſua, humiliora tamen, repetit initia; a Juliano Sangallo auctarium & incrementum; a Cardinali Riccio amplitudinem longe præſtantiorem. A Familia de Ricciis a. 1576. in Tiberium Ceulum jure venditionis, ſtatuto viginti ſex millium ſcutorum pretio, pertranſiit. Alios Domus hæc novit Dominos, nimirum familiam de Aquaviva, ac poſtremo aliam de Sacchettis, a qua, ut præmonuimus, adhuc poſſidetur. Illud vero notatu dignum eſt, hoc idem Palatium canonis oneri ſubeſſe, quod Baſilicæ S. Petri memorata de Sacchettis Familia perſolvit. Etſi enim in ea Palatii parte quæ ad meridiem porrigitur, lapis fuerit ſuperpoſitus, qui jam tum ab anno 1555. domum a canonis penſitatione immunem dicat, ſucceſſu tamen temporis, veteris ædificii limitibus latius protenſis, & domibus quæ adjacebant occupatis, domibus inquam Baſilicæ Vaticanæ proprietati ſubjectis, nova domorum acceſſio, canonis, qui domibus inerat, onus intulit.

lum eidem Emilio ſummam quingentorum ſcutorum monetæ pro prædictis melioramentis, juribuſque, & actionibus quibuſcumque, quæ dictus Emilius ſuper illis, & Terreno prædicto dicto q. Juliano ſeniori per dictos Canonicos, & Capitulum ut præfertur locato, competere prætendebat, median. infraſcript. cenſuum impoſitione perſolverunt, videlicet

A Julio Riccio, & Capitulo S. Petri cenſus impoſitus.

Julius Riccius ejuſdem Illmi Cardinalis nepos ex fratre, etiam de ipſius Illmi Cardinalis conſenſu & voluntate, annuum perpetuum cenſum ſcutorum duodecim monetæ pro ſumma ſcutorum centum quinquaginta ſimilium, ſuper caſale nuncupato Caſtiglione poſito in partibus Tranſtiberinis juxta Caſale Tagliata, & alia confinia; pro reliquis vero ſcutis 350. ſimilibus, Canonici Procuratores & deputati a Capitulo, & qui nomine Capituli tranſactionem hujuſmodi fecerunt, alium annuum perpetuum cenſum ſcutorum viginti octo monetæ, & ſic ad rationem octo ſimilium pro quolibet centenario, ſuper caſale Mazalupi dictæ Baſilicæ poſitum in partibus Tranſtiberinis, juxta bona Hoſpitalis S. Spiritus, bona Hæredum Joannis de Nepe, & alia ſua confinia, in favorem dicti Emilii reſpectivè impoſuerunt, & conſtituerunt, dictoſque annuos cenſus eidem Emilio perſolvere promiſerunt de ſemeſtre in ſemeſtri, & in fine cujuslibet ſemeſtris pro rata, ea lege, & pacto,

Qua lege.

quod liceat Canonicis, & Capitulo ac Julio prædictis dictos annuos Cenſus ſuper dictis Caſalibus ut ſupra reſpective impoſitos, & conſtitutos, ſemper, & quandocumque voluerint, etiam poſt lapſum centum & plurium annorum redimere, & recuperare pro eodem quo ſupra pretio, videlicet pro parte dicti Julii pro pretio ſcutorum 150 monetæ, & pro parte Canonicorum & Capituli pro reliquis ſcutis 350. ſimilibus, & hoc prævia intimatione duorum menſium ipſi Emilio, vel ejus hæredibus & ſucceſſoribus facienda: ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, etiam Rotæ Auditores &c. ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos &c. ſublata &c judicari &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali. Præ-

Aliæ viciſſim a collitigantibus ſtatutæ conditiones.

fatuſque Emilius ex cauſa tranſactionis ejuſmodi, ceſſit juri & Liti, & cauſæ prædictis, & de evictione jurium per eum ceſſorum in forma promiſit, pacto adjecto, quod in eventum alicujus evictionis eorumdem jurium, dicta cenſuum impoſitio, & conſtitutio, eo ipſo extincta eſſe cenſeatur, & ad eorumdem cenſuum ſolutionem ulterius ipſi Julius, ac Canonici & Capitulum minime teneantur; & quod ſi nllo unquam tempore Julius, ac Canonici, & Capitulum prædicti vellent caſalia prædicta a dictis annuis cenſibus liberare, & pecunias ipſi Emilio ſolvere, & ſatisfacere, ac prædictos annuos cenſus redimere, tali caſu ipſe Emilius, ejuſque hæredes & ſucceſſores teneantur præſtare idoneam cautionem de evictione jurium ceſſorum, conſenſu præſtando, lite ſuſcipien., duplo precio rei evictæ, ac damnis, expenſis, & intereſſe. Quæ omnia prædicta ſub reſervationem beneplaciti S. V. ab ipſis partibus facta fuerunt; poſteaque Canonici, & Capitulum prædicti etiam capitulariter congregati, tranſactionem, & cenſus impoſitiones, & conſtitutiones prædictas, omniaque in illorum Inſtrumento contenta ratificarunt, & approbarunt, & alias, prout in ſingulis Inſtrumentis, & ſcripturis præfatis deſuper celebratis etiam juramento firmatis, quorum etiam tenores hic pro ſufficienter inſertis, & expreſſis babere placeat. Cupientes devoti Sanctitatis Veſtræ Oratores Canonici, & Capitulum, ac Julius prædict.

Petitur Pontificis aſſenſus, & confirmatio.

tranſactiones, & Cenſuum impoſitiones prædictas, ac omnia, & ſingula in illius Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis ſuper inde confectis deſcripta, & contenta, ſuum effectum ſortiri, & conſequi debere, ac perpetuo obſervari, ad Sanctitatem Veſtram recurrunt, illi humiliter ſupplicantes quatenus dignetur tranſactionem, concordiam, Cenſuum impoſitiones, ac alia prædicta, ipſaque Inſtrumenta deſuper confecta, ac pro ut præmiſſa concernunt, omnia, & ſingula in illis contenta & deſcripta, ac inde ſequuta quæcumque rata, & grata habere, illaque omnia, & ſingula approbare, & confirmare, ac Sedis Apoſtolicæ munimine roborare, omneſque, & ſingulos etiam quarumcumque tam accidentalium, quam ſubſtantialium ſolemnitatum, quæ de jure, vel conſuetudine alias forſan intervenire debuiſſent, & deberent, forſan omiſſarum, necnon etiam

Ac etiam, ut ſi qui ſint defectus, tollat.

quod in ipſis cenſuum impoſitionibus pecunia numerata juxta tenorem Bullæ per fel. rec. Pium Quintum Prædeceſſorem San. V. ſuper forma creandi cenſus.... non intervenerit, alioſque juris, & facti defectus qui forſan intervenerunt in eiſdem, ſupplere, validaſque, & efficaces, ac valida, & efficacia eſſe, ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere, perinde ac ſi in ipſa ſtipulatione dicti contractus, tranſaction. & impoſition. cenſuum prædictorum ipſa numerata pecunia interveniſſet, ac pro eorumdem cenſuum emption., & vendition. effectualiter ſoluta extitiſſet, decernere, & declarare, ac illa omnia, & ſingula per partes prædictas hinc inde inviolabiter obſervari debere, & invitos ad illarum obſervationem cogi, conſtringi, & compelli poſſe, non obſtan.

Contraria amoveat.

juramento prædicto, præmiſſis omnibus & ſingulis, nec non conſtitutionibus, & ordinatio-

natiooibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus Baſilicæ, & Capituli, nec non juramento &c. firmatis ſtatutis, nec non fe: re: Symachi, Pauli ſecundi, Pauli Quarti, Pii Quarti, & Quinti, & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum S. V. Prædeceſſorum de rebus Eccleſiæ non alienan. aliiſque Privilegiis, & Indultis latiſſime extenden. & præſertim dicta Bulla Pii Quinti, ut præfertur, ſuper forma creandi cenſus edita, quorum tenores &c. ceteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque. Quibus omnibus &c. hac vice dumtaxat latiſſime derogare placeat cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Pontifex annuit.

Fiat, ut petitur. V.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c., & quod dictorum Canonicorum, & Capituli, ac aliarum prædictarum partium obſtan., ac Inſtrumentorum prædictorum, & quarumcumque aliarum ſcripturarum ſuper præmiſſis confectarum tenores habeantur pro expreſſis, vel in toto, vel in parte exprimi poſſint, etiam de confirmatione, approbatione, adjectiooe, ſupplletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra, quæ hic pro ſigillatim, & ad partem repetitis habeantur latiſſime extenden. perpetuo in forma gratioſa, etiam, ſi videbitur, cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis arbitrio ſuo moderan. cum poteſtate citandi, inhibendi, aggravandi &c. Invocato &c. Auxilio brachii ſecularis latiſſime extenden. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam nominum, cognominum, invoc. &c. denominat. qualitat. nuncupat. aliorumque neceſſariorum major & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſet, ac dicti Iſtrumenti, ſeu Inſtrumentorum, & aliarum ſcripturarum quarumcumque tenor, ſi videbitur, de verbo ad verbum ſignis & characteribus omiſſis inſeri poſſint.

Aliæ adjiciuntur clauſulæ.

Fiat V.

Pontifex iterum ſubſcribit.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Tertiodecimo Kal. Octobris anno Primo.

Duo Baſilicæ Vaticanæ Altaria, alterum Mortuorum, S. Gregorii alterum, Privilegio donantur perpetuo pro Defunctis.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1575. 1. Februar.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium ſaluti paterna charitate iotenti, inter tam multa pietatis officia, quæ Nos pro munere noſtro convenit exercere, ſacra interdum loca ampliore privilegio inſignimus, ut inde Fidelium Defunctorum ſalus valeat uberius provenire. Augeſcente nimirum quotidie magis Chriſtifidelium religione ad Altare Mortuorum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ubi Sacrificium Miſſæ pro Animarum in Chriſto quieſcentium expiatione ab antiquo perficitur (*a*), tantus ea de cauſa numerus Sacerdotum, uno eodemque tempore ſæpenumero concurrit, ut omnes ſtatis horis ibi commode celebrare non poſſint. Ad hoc præterea accedit quod Altare ipſum jamdiu vetuſtum, & carioſum propediem deſtruetur, ut quamprimum in præſtantiorem formam reſtituatur. Nos, ne, dum illud reficitur, tam ſalutiferum opus apud dictam Baſilicam deficiat, neve, illo perfecto, prædicta incommoditas efficiat, ut animarum ſaluti minus, vel certe ſerius conſulatur, Auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties deinceps in perpetuum, ſive ad Altare Sancti Gregorii ſitum in Capella Sancti Andreæ Apoſtoli in dicta Baſilica (*b*), ſive fioito opere prædicto, ad prædictum Altare Mortuorum Miſſa celebrabitur pro anima cujuſcumque fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad utrumvis Altare id factum fuerit, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ Indulgentiam cooſequatur (*c*), quatenus Domin

In Altari Mortuorum frequentior Miſſarum numerus.

Altari S. Gregorii Altare Privilegio pro Defunctis donatur.

(*a*) Altare Mortuorum intellige inter Ravennianam Argenteamque portam extructum, de quo Alpharanus ſub n. 48. Quia vero ex hiſce Gregorii Pontificis verbis docemur Miſſæ ſacrificium a priſcis temporibus in hoc Altari fuiſſe peractum, & Sacerdotes quamplurimos eo acceſſiſſe ut ſacrum obirent, nemo prudens dubitaverit quin Ara iſthæc peculiari quodam Privilegio pro Defunctis fuerit antiquitus inſignita.

(*b*) In Sacellum S. Gregorio I. dicatum Pius II. nova marmorum acceſſione facta, ac eleganti Ciborio deſuper extructo, S. Andreæ Apoſtoli caput intulit. Hinc ab Apoſtoli nomine novum Sacello cognomen acceſſit, ſervato tamen veteri titulo Altaris *S. Gregorii*, quum in eo S. Pontificis oſſa clauderentur.

(*c*) En ſumma Pontificis in Defunctorum animas beneficentia. Altari mortuorum Plenariam, eamque perpetuam Indulgentiam largitur; ac præterea idem Beneficium ad S. Gregorii Aram extendit. Neque vero hic ſiſtit ſedola Pontificis cura. Illud inſuper addidit, ut pari Indulgentia fidelium animæ juventur, eſto Quadrageſimali tempore Miſſa ſub ritu *de Requiem* non celebretur. Novimus alios Romanos Pontifices, ac præ ceteris Alexandrum VII. in ſua Conſtitutione quæ incipit *Creditæ nobis*, edita 22. Januarii 1667. decreviſſe, ut quoties Miſſa *de Requiem* aut Dominico die, aut feſto duplici recurrente, recitari nequeat, locus adhuc ſit Privilegio per Miſſam alio ſub ritu, qui cum officio conveniat, celebratam. At Privilegium protendi etiam ad dies Quadrageſimæ, in quibus Miſſa de Feria dicitur, quum Miſſa de Requiem recitari jure poſſit, nemo Pontificum, quem noverim, hactenus conceſſit, ſi Baſilicam Vaticanam excipias. Id vero Gregorio placuit, ut e ſequenti libello patet, cujus Autographum in Archivo noſtro clauditur Capſ. 1. Faſc. 254.

BEA.

mini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo (*a*), Kal. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno primo.

Rutilio Benzono Sac. Theologiæ Magiſtro Canonicatum & præbendam Theologalem in Vaticana Baſilica confert, revocans S. Pii V. Conſtitutionem, quæ id muneris ac dignitatis Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro perpetuo conceſſerat.

Ex Actis Notarii Tegeroni Lib. IV. fol. 145.

AN. CHR. 1571. 1. Martii.

Rutilii Benzoni laus.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Rutilio Benzono Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Magiſtro in Theologia, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Literarum ſcientia, vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnes Canonicatus, & præbendas apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantes, & inantea vacaturas collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Canonicatus, & præbenda Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe olim Officio Magiſtri Palatii Apoſtolici perpetuo uniti, annexi & incorporati (*b*), ex eo quod nos Officio prædicto per obitum quondam Thomæ Manriques dum viveret dicti Palatii Magiſtri, apud ſedem Apoſtolicam defuncti vacante, certis rationabilibus cauſis adducti, unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi motu proprio ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, perpetuo diſſolvimus (*c*) & per diſſolutionem hujuſmodi apud Sedem Apoſtolicam vacaverint, & vacent ad præſens, nulluſque de illis, præter nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione ac decreto obſiſtentibus ſupradictis; Nos tib Presbytero Roman. qui præpoſitis ad concurſum edictis pro dictis Canonicatu & præbenda per nos in Theologales uni Magiſtro, aut licentiato in Theologia, qui munus legendi apud dictam Baſilicam obire debeat, in eadem Baſilica inſtitutis, quos nunc & inpoſterum Magiſtro ſeu licentiato prædicto, & ad eam docendam idoneo conferri debere ſtatuimus, & ordinavimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, per dilectos filios examinatores ad id in dicta Urbe conſtitutos, rigoroſo examine præcedente, ad profiteudum Theologiam, & ad Canonicatum, & præbendam Teologales hujuſmodi obtinendum, nullis aliis comparentibus, examinatus, & idoneus repertus fuiſti &c. præmiſſorum meritorum tuorum intuitu primodictos Canonicatum & præbendam &c. cum annexis hujuſmodi, ac plenitudine juris Canonici, necnon omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus. Decernentes &c. non obſtant. &c. Nulli ergo &c. Datum

S. Pii V. Conſtitutio de Præbenda Theologali revocatur.

Benzonus examine probatus in Theologum eligitur.

BEATISSIMO PADRE.

Si ſupplica V. S. voglia concedere, che le Meſſe della feria di tutta la Quadrageſima, & de' Santi doppi, & Domeniche di tutto l' Anno, celebrate in qualſivoglia de' duoi Altari Privilegiati di S. Pietro in Vaticano per li Defonti, abbino il medemo privilegio, che le Meſſe di requie celebrate in detti Altari per conſolazione di molti Signori, e Prelati, che per loro divozione vengono ad aſcoltar Meſſa in S. Pietro, e ſi ſodisfanno della Meſſa corrente, maſſime in ſimili giorni, per decoro della Chieſa, per beneficio dell' Anime de' Defonti, ed acciò li poveri Sacerdoti deputati a ſodisfare le Meſſe votive di detta Chieſa, non ſiano coſtretti a dir ogni giorno Meſſa da morti, o frandare l'intenzione de' Fedeli, che offeriſcono elemoſine per ſuffragio de' Morti. Che ſi riputarà per grazia ſingolare, e non ſi mancarà pregare per la longa, e felice vita di Voſtra Santità.

Noſtro Signore ſi contenta. D. Toledo.

(*a*) Anni ab Incarnatione pro more numerantur. Nos a Januario ordimur; hinc annum 1573. ſub initium Conſtitutionis obſignavimus.

(*b*) Conſule Pianam Conſtitutionem, quam ſupra retulimus hoc eod. Tom. III. pag. 80.

(*c*) Providas haſce Gregorii XIII. literas diu conquiſitas nondum reperire licuit. Ex hac tamen Bulla, quam hic conſulto inſeruimus, ſatis patet novam hac in re œconomiam a Gregorio Pontifice invectam; & optimo quidem conſilio. Non enim Baſilicæ Vaticanæ florentiſſimo, ac in ſcientiis boniſque artibus periti ſſimo Clero ſatis conſultum videbatur, ſi ex Regularium cœtu evocaretur, qui juxta Tridentinæ Synodi Decretum Theologicas lectiones in Vaticano Templo publice ediceret. Poſtquam Thomas Manriqueſius Sac. Apoſtolici Palatii Magiſter fato conceſſit, novus ex Romano Clero Canonicus invectus eſt. Eo vita functo, alii ſcientia, eruditione, ac dignitate conſpicui delecti ſunt, quorum ſeriem ad noſtra uſque tempora hic ultro ſubjicimus.

Thomam Manriques ex inclyto Prædicatorum Ordine excipit

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno primo (a).

Canonicis Baſilicæ Vaticanæ, quos a cenſuris & pœnis propter bonorum alienationes contra formam Literarum Apoſtolicarum pridem factas abſolvit, jus tribuit, ut venditioni domorum, quæ ſolo Baſilicæ inædificatæ fuerant, aſſenſum præbeant.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

AN. CHR. 1576. 5. Januar.

Sixti IV Sanctio de non locandis Baſilicæ Bonis conſanguineis, affinibus, aut familiaribus.

BEatiſſime Pater. Exponitur humiliter pro parte devotorum illius Oratorum Canonicorum, & Capituli principis Apoſtolorum de Urbe, quod poſtquam alias fel. rec. Sixtus Quartus inter alia omnes & ſingulas locationes, & conceſſiones de Pratis, Tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis capanis, hortis, domibus non propria habitatione receptis, habitis, & retentis, & de quibuſcumque aliis rebus, & bonis ad præfatam Baſilicam ſpectan. quibuſvis Canonicis, Benefitiatis, & Clericis Beneficiatis, ejuſdem Baſilicæ, aut eorum conſanguineis in ſecundo gradu, familiaribus, ſive ſervitoribus quomodocumque, qualitercumque, & quandocumque facta revocaverat, irritaverat, & annullaverat, mandan. omnibus & ſingulis illas, ſeu illa tenen. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quas ipſo facto incurrerent, & diſtributionum quotidianarum amiſſion., quas Camerarius illius Baſilicæ tunc, & pro tempore exiſtens, ſub eadam pœna deberet in Canonicos, Beneficiatos, & Clericos hujuſmodi ſuis mandatis paren. diſtribuere, ac CC. ducator. auri pro una Cameræ Apoſtolicæ, & alia medietatibus Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ, ſi contrafacerent, applican., quatenus infra certum expreſſum terminum deberent hujuſmodi Prata, Tabernas, hoſpitia, nemora, ſilvas, capanas, hortos, vineas, domos, & alia bona expeditas, & vacuas, ſeu expedita,

Pœna a Sixto impoſita.

cipit *Rutilius Benzonus* Nobilis Romanus, mox Lauretanæ ac Recanatenſis Eccleſiæ Epiſcopus renunciatus a Sixto V. an. 1586. Multa de ejus laudibus prodit Ughellus, qui tamen reticet præclarum munus quo in Baſilica Vaticana Benzonus functus eſt plurium annorum ſpatio.

Anno eodem 1586. die 24. Decembris ſuffectus eſt *Marius Alterius*, ex Actis Notarii Quintiliani Gargarii *lib. 9. pag. 227.*

Sequitur *Jo: Baptiſta Alterius* Canonicatu & Theologali præbenda decoratus die 14. Julii 1613. Ab Urbano VIII. an. 1624. ad Camerinenſem Eccleſiam vocatus, Canonicatum exuit. Variis in Eccleſia muneribus multa cum laude peractis, ab eodem Pontifice Urbano an. 1643. inter Purpuratos Eccleſiam Patres relatus eſt.

Jo: Baptiſta Alterio ad Camertinam Eccleſiam vix translato, *Auguſtinus Oregius* illi ſucceſſor deſignatur die 27. Februarii 1624. Tanti viri pietatem, caſtimoniam, ſummamque ſcientiarum peritiam Urban. VIII. IV. Kal. Decembris 1633. teſtatam voluit, quum Oregium tot nominibus clarum, in ſacrum Cardinalium Collegium cooptavit.

Canonicatum a Patruo Auguſtino dimiſſum Bartholomæus Oregius Urbani VIII. cubicularius ac eleemoſynarius accepit die 29. Novemb. 1633. Itaque uno eodemque die Auguſtinum Sacra Purpura, Bartholomæum Theologalis Præbenda decoravit. *Ita Grimald. in Ser. Canonicor. Baſil. Vatic.*

Bartholomæo vita functo, *Marius Albritius* (ex Diario Culignani Cæremoniarum Magiſtri) die 30. Maji 1669. in ejus locum ſucceſſit. Erat is jam tum ab an. 1657. Baſilicæ Vaticanæ Canonicus; nova tamen poſt Collegæ obitum in eum translata dignitas, ob ſcientiarum, & cum primis Theologicæ facultatis peritiam. Oneri tamen ac honori ceſſit an. 1674. ad Neocæſareenſem Archiepiſcopatum evectus, atque ad Cæſarem nuncius deſignatus. Nec dum Legationis munere expleto, a Clemente X. inter S. R. E. Presbyteros Cardinales adſcitus eſt.

Canonicatus ac Theologale munus ab Albritio dimiſſum, *Franciſco Marino* Januenſi ac Amaſiæ Archiepiſcopo, die 9. Junii 1674. collatum fuit. Id patet ex Canonicorum ſerie in Archivo noſtro peculiari Volumine conſcripta pag. 189. Perperam igitur in nuperis ad Ughellum additamentis ad Epiſcopos Tiburtinos legimus, Marium Albritium ineunte anno 1671. & Neocæſareenſem Archiepiſcopum fuiſſe iunctum, & tunc primum Legationem apud Cæſarem exequendam ſuſcepiſſe.

Ulyſſes Joſephus Gozzadinus ex nobili vetuſtaque Bononienſi familia, anno 1693. die vero 18. Januarii Canonicatum cui Franciſcus Marinus nuncium miſerat, ac Theologalem Præbendam illi conjunctam adiit. Quot quantæque fuerint egregii illius animi dotes, vel ex eo licet colligere, ut cætera brevitatis ſtudio prætercam, quod ſummo jure a Clemente XI. die 15. Auguſti 1709. Sacra Purpura donatus eſt.

Hac dignitate aucto Gozzadino, *Hannibali Albano* Clementis XI. ex Fratre Nepoti, pridem, hoc eſt ab anno 1702. Baſilicæ noſtræ Canonico, Theologalis Præbenda obtigit die 18. Aprilis 1709., Culignano teſte in Diariis. Hoc munus ad ann. 1712. præclare geſſit, ac tum tandem dimiſit, quum poſt diutinum probati moris experimentum, a Patruo ad Sacram Purpuram vocatus eſt. Quem Baſilica noſtra Canonicum novit, modo Archipresbyterum in ſe amantiſſimum æque ac munificentiſſimum colit.

Canonici ac Theologi munus *Proſpero Lambertino*, mox S. R. E. Cardinali ampliſſimo, nunc ſupremo Eccleſiæ Pontifici an. eodem 1712. 9. Octobris delatum eſt. Vir ſane, ſi univerſam ejus vitæ ſeriem percurras, commendatiſſimus. Etenim iis, quos ante Purpuram duxit, annis, innumera quæ in urbe Roma ac in bonum Eccleſiæ obivit munia, ſumma cum laude, integritate, ac fide perfecit. Inter Purpuratos Patres adſcriptus, Anconitanam Eccleſiam, & Bononienſem Archiepiſcopatum iis inſtructus dotibus quæ Evangelicum Paſtorem ornant, adminiſtravit. Scriptis, verbo, & exemplo alienæ ſaluti totus incumbens. In ſummo Eccleſiæ univerſæ regimine, quot quantaque cum ſcientiæ, tum pietatis, ac ſaluberrimi gubernii argumenta præbeat, norunt ac fatentur omnes, etiam exteræ nationes, ii quoque, qui in Eccleſiam Romanam infenſo feruntur animo.

Qui Lambertinum inter Cardinales retulit Benedictus XIII., idem in *Nicolaum Xaverium Sancta Maria* Apoſtolici cubiculi tum Præſidem, ac Cyrenenſem Epiſcopum, Canonici ac Theologi munus tranſtulit an. 1727. Kal. Februarii. Poſtremus hic in Theologorum ſerie Canonicus hodie numeratur, quem vitæ probitas, ac aſſiduæ in Baſilicam curæ ſatis commendant.

Ex memorato Canonicorum numero perſpicuum eſt, Baſilicæ Vaticanæ Theologos e Clero ſeculari delectos, præcipuos fuiſſe viros, ſcientia, integritate, ac dignitate conſpicuos.

(a) Communem ſupputandi annos a Januario menſe rationem ſequuti, annum inſcribimus 1573. Ex quo fit ut primus Pontificatus Gregorii annus, qui alioquin in menſem Martium 1572. rejici non poteſt, bene cohæreat.

(a) Sixti

ta, & vacua dimiſiſſe ſeu relaxaſſe ſub diſpoſitione Capituli dictæ Baſilicæ, ſeu officialium ejuſdem, qui eaſdem, ſeu eadem utiliori modo locare tenerentur. Impoſterum vero hujuſmodi locationes dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, aut con ſanguineis, vel familiaribus eorum omnino fieri inhibuerat ſub eiſdem pœnis, quas tam locantes, quam conſentientes ipſo facto incurrerent, illaſque ex tunc, ſi fieri contingeret, irritas & inanes eſſe voluerat; & ſucceſſive piæ me.

Par Clementis VII. Conſtitutio.

Clemens VII revocation., annullation. irritation. prædictas innovaverat, ac omnes, & ſingulas location. etiam quocumque nomine cenſerentur, ac conceſſion. de pratis, Tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis, capanis, hortis, vineis, caſalibus, & domibus, præterquam pro propria habitatione receptis, & aliis quibuſcumque bonis ad dictam Baſilicam quomodolibet pertinen., ejuſdem Baſilicæ Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, aut eorum conſanguineis & affinibus conjunctim, vel diviſim in ſecundo gradu, ac familiaribus qualitercumque, quomodocumque, & quocumque tempore in perpetuum, vel ad tempus eatenus factas etiam revocaverat, caſſaverat, irritaverat, & annullaverat, ac ſimiles locationes de cætero fieri

Aliæ a Pontifice videntur pœnæ

ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, ac ſatisfactione prævia, illas facien. abſolvi non poſſint, ac infamiæ juris, & facti, necnon 500. ducat. pro una Cameræ, & alia medietatibus Sacriſtiæ prædictis ipſo facto applican., etiam a conſentien., & votum præſtan., quoties contra facerent, incurren. pœnis diſtrictius inhibuerat, ac voluerat quod deinceps nulla locatio dictarum rerum unquam fieri poſſit niſi in pleno Capitulo ejuſdem Baſilicæ, & quod tale Capitulum per unum diem ante cuilibet Canonico per Campanarium, vel alium ad id deputatum intimari deberet, & expreſſa cauſa, videlicet pro locatione talis rei, alias location. facien. nullius eſſent roboris, vel momenti; quodque locationes faciendæ ad tempus, ultra triennium nullam obtinerent firmitatem, niſi illæ per idoneos teſtes in evidentem ipſius Baſilicæ utilitatem cedere coram Vicario dictæ Baſilicæ pro tempore legitime probatæ, & per eundem Vicarium dictæ Baſilicæ approbatæ forent.

Eadem Pauli III. œconomia.

Poſtea fel.rec. Paulus III.intellecta lite & cauſa inter dictos Canonicos & Capitulum, ac forſan alios ex una, & Beneficiatos, & Clericos ejuſdem Baſilicæ parte ex altera tunc verten. ſuper invaliditate, ſeu reſciſſione location. Caſalium, & bonorum dictæ Baſilicæ bo: me: Baldo Farratino tunc Epiſcopo Liparen., & Chriſtopharo Cincio ejuſdem Baſilicæ Canonicis, ſeu forſan aliis perſonis eorum forſan intuitu, & contemplatione fact. contra formam, & tenorem dictarum literarum in forma Motus proprii Sixti, & Clementis, & aliorum Prædeceſſorum ſuorum, & in eis contenta quæcumque cum opportuna juris & facti, ſi opus eſſet, defectuum ſuppletione approbaverat, & confirmaverat, & quatenus opus eſſet, de novo conceſſerat, perpetuæ quoque firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari decreverat; nec non quia contra illarum formam, & tenorem factas eſſe cognoverat, ex quibuſcumque ipſius Baſilicæ, ſeu illius menſæ caſalibus, hoſpitiis, tabernis, hortis, domibus, & aliis quibuſvis bonis locationes, & locationum prorogationes, vel alias conceſſiones ipſis Baldo, & Chriſtophoro, ſeu aliis perſonis collitigan., ac eorum authoribus, & pro eis eorum intuitu, aut alias etiam eorum attinen. conſanguineis, familiaribus, aut aliis ſimilibus impoſterum facien. caſſaverat, irritaverat, annullaverat, ac nullius roboris fuiſſe, & eſſe, nullumque effectum ſortiri unquam poſſe voluerat, & decreverat; & poſtremo fel: rec: Paulus Quartus Rom. Pont. V. S. Prædeceſſor omnes & ſingulas revocationes, caſſationes, irritationes, & annullationes prædictas Motu proprio, & ex certa

Par item Pauli IV. ſolicitud.

ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine innovaverat, ac omnes, & ſingulas locationes, & conceſſiones de pratis, tabernis, hoſpitiis, nemoribus, ſilvis, capanis, hortis, vineis, caſalibus, domibus, præterquam pro propria habitatione receptis, & aliis quibuſcumque bonis ad eamdem Baſilicam quomodolibet ſpectan. & pertinen. ejuſdem Baſilicæ Canonicis, etiam quacumque alia dignitate fungen. Beneficiatis, Clericis, aut eorum conſanguineis, & affinibus conjunctim, vel diviſim, in ſecundo gradu, ſeu familiaribus, ſive eorum intuitu, aut ipſis procurantibus, ſeu deſuper intromitten., vel interponen., & aliis quibuſcumque perſonis etiam in confidentiam, aud ad ipſorum inſtan. vel alias qualitercumque, & quomodocumque, aut quocumque tempore in perpetuum vel ad tempus eatenus factas, Motu proprio, & ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine ſimilibus auctoritate Apoſtolica reſciderat, annullaverat, caſſaverat, & irritaverat, ac viribus evacuaverat; & inſuper ſub pœnis præfatis ſtatuerat & ordinaverat, quod de cætero locationes præfatas cæteris extraneis perſonis facien., non niſi eodem Capitulo, ac modo, & forma præmiſſis, & non per voces, ſed per fabas albas, & nigras, & alias ut juris eſt, & eſſe debebat, licet fortaſſe moris non eſſet, nec ipſis Canonicis, aut Beneficiatis, vel conjunctis perſonis, vel

attinen.

attinen. nullo etiam ibi expreſſo modo fieri poſſent, ſeu fieri deberent, alias locationes ipſæ nullius eſſent roboris vel momenti, nullumque jus alicui tribuerent, ac quod de illis Canonicis, & Beneficiatis, & Clericis prædictis ſermo in dicto Capitulo aliquo modo nullatenus haberi poſſit; quodque de hujuſmodi locationibus eis perſonis facien. nonniſi Canonici prædicti ſe intromittere poſſint; hi vero qui de illis ſe quoquo modo intromitterent, aut ſi qui id proponerent, aut ſermonem haberent de dictis locationibus præfatis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis facien. nec non qui illas perſonis extraneis, mediis, & viis illicitis ibidem expreſſis fieri procurarent, eo ipſo ſententiam excommunicationis, a qua nonniſi ab ipſo Paulo prædeceſſore, ſeu Rom. Pontif. pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo, prævia reſtitutione, vel alia competenti ſatisfactione, abſolvi poſſent, incurrerent, & illa innodati eſſent, & eſſe cenſerentur, ac pœna quingentorum ducatorum auri de Camera, Sacriſtiæ dictæ Baſilicæ irrevocabiliter applican. plecteretur, pro ut in Sixti, Clementis, Pauli III, & Pauli IV literis, aut aliis ſcripturis deſuper confectis, & apparentibus plenius dicitur contineri (*a*), quorum tenores &c. præfati Capitulum Oratores plures forſan conſenſus alienationibus bonorum per diverſas extraneas perſonas tam forſan Canonicis, Beneficiatis, & Clericis dictæ Baſilicæ, quam etiam eorum conſanguineis, affinibus, attinen. familiaribus, ſervitoribus, ac etiam nominationibus ad ſucceſſionem bonorum eorumdem Canonicis, & aliis omnibus prædictis, ac eorum favorem & commodum quomodolibet fact. conſenſum præſtiterunt, & menſe Decembris proxime præterito, Petrus Paulus, & Horatius de Franzinis, filii & hæredes quondam Bartholomæi Franzini, nec non Petrus Franzinus filius quondam Franciſci Franzini, vice & nomine Antonii, & Baptiſtæ Franzini ſuorum fratrum, & Eliſabettæ ſuæ ſororis venNova locationis contractus. diderint Hieronymo Ceuli Mercatori Piſano Romanam Curiam ſequen. Patri Mutii Ceuli prædictæ Baſilicæ Beneficiati (*b*) XII. domos in XXIIII Appartamentis locari ſolitas, in Terreno, fundo, & proprietate prædictæ Baſilicæ, alias per Capitulum dictæ Baſilicæ quondam Petro Mathæo Maneſio de Civitate Caſtelli de anno MDXVI. in perpetuam emphyteuſim locato, & conceſſo, conſtructas, ſitas in Urbe inter viam Juliam & Tiberim, juxta Oratorium, & bona Societatis Conſalonis, bona Ruinæ Aquaroli, & vias publicas (*c*), annuo Canone ſcutorum XL. & b. LXX. monetæ curren., Canonicis, & Capitulo quolibet anno in duobus terminis, videl. pro medietate in feſtivitatibus Nativitatis Domini noſtri, & pro altera medietate in Feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli perſolven. oneratas, pro pretio ſcutorum trium millium ducentorum nonaginta ſex monetæ, quorum certa pars eſt exponenda in extinctione plurium annuorum cenſuum ſuper dictis domibus per dictos de Franzinis, aut alios conſtitutorum; & contractus præfatæ venditionis, & alienationis confectus & celebratus fuit ſub reſervation. conſenſus dictorum omnium ſub quorum directo dominio, & proprietate præfatæ domus exiſtunt; & præfatus Hieronymus Emptor antequam pretium conventum prædictis venditoribus ſolvere vellet, recurſum habuit ad dictos Oratores, eoſque etiam requiſivit, ut prædictæ venditioni, & alienationi, recepto ſolito laudemio, conſentire vellent; Qui quidem Oratores licet præfatæ literæ Apoſtolicæ de location. & Canonici de conſenſu præſtando dubii ac ſolliciti. conceſſion tantum mentionem faciant, tamen ſtantib. prægan. clauſulis in eis contentis, & cenſuris, ac aliis pœnis comminatis, in dubium revocarunt, an conſentiendo hujuſmodi locationi in perſonam dicti Hieronymi Patris præfati Mutii Beneficiati, cenſuras, & alias pœnas in eiſdem litteris expreſſas propterea incurrant; & incurrere cenſeantur; & cum bonum ſit culpa cavere etiam ubi culpa non eſt, decreverunt conſenſum præfatum non aliter præſtare, niſi prævia S. V. licentia, facultate, & declaratione; ſupplicant propterea eidem S. V. dicti Oratores quatenus eis, & ex Capitularibus eorum reſpective cuilibet in præmiſſis opportune providen., ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequen., eoſdem Oratores, & quemlibet ipſorum Capitularium tam conjunctim, quam diviſim, a ſupradictis excommu-

(*a*) Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III. literas Apoſtolicas exhibet Tomus II. pag. 229., 350., & 416. Alias Pauli IV. complectitur Tom. III. pag. 39. Patet hinc quanta Romanis Pontificibus inſederit cura, ut Locationes Bonorum Baſilicæ, quavis fraude aut favore ſublato, perficerentur. Quid vero deinde ſtatutum fuerit, in ſequentium Pontificum Diplomatibus adnotabimus.

(*b*) Hoc quidem tempore Mutius Ceulus Piſanus Baſilicæ Vaticanæ Beneficiatis accenſebatur. Quippe ſequenti anno 1577. die ultima Martii inter Baſilicæ ejuſdem Canonicos, Grimaldo teſte, relatus fuit.

(*c*) Domus hæc eodem hoc anno in Hieronymum Ceulum tranſlata cum onere annui cenſus ſcutor. 40. & obolor. 70., ut ex Inſtrumento Simonis Tegeroni lib. 5. fol. 222., poſteriori ævo, hoc eſt an. 1588. die 21. Januarii V. Societati Conſalonis attributa fuit, ſtatuto canone ſcutorum quinquaginta quotannis præſtando, ac inſuper conditione adjecta, ut quindeno annorum numero recurrente, Calix argenteus valoris ſcutorum octodecim, ratione quindennii tradatur. Adeas Inſtrumentum Quintiliani Gargarii lib. 1. pag. 182.

commnicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pecuniariis, aliiſque temporalibus pœnis, ſi quas propter præmiſſa vel illorum occaſione, ut præfertur, & alias quomodolibet incurrerunt, necnon ab exceſſu hujuſmodi, quatenus opus ſit; ſtatuen. ut alienationes, & alia ab eis contra prohibitiones, ſtatuta, & cætera prædicta facta propterea comprobari, aut vim, & robur inde capere minime cenſeantur, Apoſtolica auctoritate in utroque foro penitus abſolvere & totaliter liberare, dictaſque pœnas, ac fructuum, ſeu quotidianarum diſtributionum amiſſion. vel reſtitution. eis, vel eorum reſpective cuilibet gratioſe remittere, relaxare, & condonare, ac cum eis, & quolibet eorum ſuper irregularitate quomodolibet contracta, in quam fortaſſe incurriſſent, vel incurriſſe dici, aut cenſeri poſſent, in omnibus, & per omnia, ac quo ad omnia uti prius diſpenſare, omnemque inhabilitatis & irregularitatis maculam ſive notam, & impedimentum contra eos & eorum quemlibet ex præmiſſis ictum ut præfertur quomodolibet inſurgen. ab eiſdem prorſus abſtergere, & abſolvere, eoſque etiam, & eorum quemlibet in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum, in omnibus, & per omnia, ac quo ad omnia, etiam quatenus opus ſit, pleniſſime reſtituere, reponere, & reintegrare, & inſuper pro hac vice tantum licere eiſdem Oratoribus ſuper prædicta alienatione domorum dicto Hieronymo Ceulo, ut præfertur facta, eorum & dicti Capituli conſenſum pariter & aſſenſum, abſque aliquarum cenſurarum aut aliarum pœnarum in dictis litteris Apoſtolicis deſcriptarum incurſu, libere præſtare poſſe, auctoritate Apoſtolica declarare, concedere, & indulgere, ac pleniſſimam licentiam, liberamque, & omnimodam facultatem impartiri, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices &c. etiam ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores &c. ac S. R. E. Cardinales, ſublata &c. judicari &c. debere, irritumque &c. concedere, indulgere, & reſpective decernere, & declarare dignemini de gratia ſpeciali &c. Non obſtan. præmiſſis, ac Mot. propriis, ac litteris prædictis, & quibuſvis aliis Apoſtolicis univerſalibus, & Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſpecialibus & generalibus, necnon etiam juramemto &c. roboratis ſtatutis &c. & dictæ Baſilicæ conſtitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſ. &c. quibus omnibus, etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. latiſſime hac vice derogare placeat, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis &c.

Pro locationibus per ſeram factis, abſolutionem.

Pro nova locatione, beneplacit. Apoſtolicum ſuccedit.

Pontifex annuit.

Fiat ut petitur. V.

Supplicationis ſumma clauſulis adjectis.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod dictorum omnium, & cujuslibet eorum Capitularium obſtan. etiam beneficiales, necnon Motuum propriorum, ac litterarum prædictarum conſtitution., & privilegiorum, aliorumque præmiſſorum omnium, & ſingulotum, & aliorum neceſſariorum etiam veriores & toti tenores ac dat. cum inde ſequentibus habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint, & de abſolution., liberation., remiſſion, decreto, declaration. licentia, & facultate, indulgentia, & derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra in forma gratioſa, & cum opportuna ſi videbitur executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſur. &c. cum facultate aggrav. &c. invocato &c. ſecularis, cum derogatione dietarum, dummodo non ultra tres latiſſime exten. &c. etiam quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fruct. &c. ſeu quotidianarum diſtributionum, nominum, cognominum, invocat. denominat., annex. qualitat. nuncupat., aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris ſimul, vel ad partem &c. per Breve S. V. expedien. &c.

Iterata ſubſcriptio.

Fiat. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum nonis Januarii anno quarto.

Fructus Monaſteriorum S. Petri Licoſati, & S. Nazarii, qui, ſuperſtite Jo: Dominico de Surrento, ab eo, quem Cardinalis Farneſius elegiſſet, erant percipiendi, eodem Cardinali, & Capitulo S. Petri id rogantibus, in Vaticanam Baſilicam transferuntur.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 3. Faſc. 258.

AN. CHR. 1576. 2. Februar.

Rei ſeries.

Beatiſſime Pater. Cum alias poſtquam fe: re: Pius PP. IV. S. V. Prædeceſſ. tunc plene informatus, quod dudum cum bo: me: Laurentius Tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis de Pucciis nuncupatus, ad id per piæ me: Clemen-

Cardinalis Puccius juſſu Clementis VII. inſtat pro Caſalium permutatione.

mentem Papam VII. etiam Veſtræ Sanctitatis Prædeceſſorem tunc pro urgentibus Apoſtolicæ Sedis neceſſitatibus pecuniis numeratis egentem, perſuaſus, & inductus, tunc Capitulum, & Canonicos Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe requiſiviſſet pro facienda permutatione certorum dicti Capituli Caſalium, videlicet Silicis, & Furni Saraceni cum portione Muratellæ, necnon Piſciarelli, ac Quarticioli, & Monaſteriorum, ac etiam Predicæ, ſeu Pedicarum Sancti Thomæ, necnon medietatem Reſachi, Campi Salini, Ricciæ, & Petræ aureæ nuncupatorum (a), ad eoſdem Canonicos & Capitulum pertinentium, pro duobus aliis quo ad annuos redditus æquivalentibus, videlicet Vallis Inferni ad eundem Laurentium Cardinalem, & Maglianæ, ſeu Magliani ad Præpoſituram Sanctæ Cæciliæ ejuſdem Urbis ſpectantibus caſalibus, ac hujuſmodi Caſalium permutatione de ſimilis memoriæ Franciotti ejuſdem S. R. E. Cardinalis, uti præpoſiti dictæ Eccleſiæ Sanctæ Cæciliæ, ratione ipſius Caſalis Maglianæ, conſenſu facta, tametſi Franciottus Cardinalis eſſet ſolummodo reſervatarius fructuum, reddituum, & proventuum dictæ præpoſituræ, quondam Thoma de Charibaldis de Thubia ordinis fratrum Prædicatorum profeſſore, ſeu forſan alio ipſius præpoſituræ titulari, vel commendatario exiſtente, Capitulum vallis Inferni, & Magliani Caſalia præfata, ſic ut præfertur ſecum permutata, eidem Laurentio Cardinali pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in locationem ad Triennium duraturam pro annua penſione, ſeu affictu mille ducatorum auri de Camera, pro ducato decem Julios non excedente, quam ſummam idem Capitulum ex ſuis permutatis caſalibus prædictis annuatim percipere ſolebant (b), dediſſent, & conceſſiſſent, pacto tamen deſuper adjecto, quod ſi Laurentius Cardinalis, ſeu ejus hæredes, & ſucceſſores prædicti infra dictum triennium annuos redditus in tot Caſalibus in territorio dictæ Urbis conſiſtentibus, ad ſummam mille, vel in tot Beneficiis Eccleſiaſticis in Italia exiſtentibus, ad ſummam mille & quingentorum ducatorum ſimilium aſcendentibus, præfatis Canonicis, & Capitulo aſſignarent, ipſi Canonici, & Capitulum eiſdem Laurentio Cardinali ac ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus Vallis Inferni, & Maglianæ Caſalia prædicta reſtituere, & relaxare tenerentur, dictuſque

Permutatio perficitur.

Conditio pactioni appoſita.

Caſalium alienatio a Puccio Card. facta.

Laurentius Cardinalis certis tunc nominatis Civibus Romanis, videlicet quondam Riccardo Mazzatoſto Quarticioli, & Colæ Jacobatio Monaſteriorum, & medietatem Caſalis Petræ aureæ, ac Petro Antonio de Mathæis Furni Saraceni cum portione Muratellæ, & medietatem Reſachi, Campi Salini, nec non Ciriaco etiam de Mathæis Silicis, ac Jacobo Cintio Pedicæ ſeu Pedicarum Sancti Thomæ, & Raimundo de Capite ferreo Piſciarelli, necnon Coſmo de Chirico de Terra Campagnani medietatis Ricciæ, Caſalia hujuſmodi vendidiſſet, præfatus Clemens Prædeceſſor attendens tam permutationem, quam venditiones, & alienationes hujuſmodi non alio quam ſuo intuitu, ac de ſui inſtantia factas, pretiumque Caſalium prædictorum ad ſummam viginti millium Scutorum aſcendens, in ſuæ & dictæ Sedis urgentiſſimos uſus converſum, & applicatum fuiſſe, tam Capituli, & emptorum ſecuritati, quam Laurentii Cardinalis hæredum, & ſucceſſorum hujuſmodi indemnitati conſulere, & providere volens, permutationem & locationem, ac conventionem, necnon ſingulas alienationes, & venditiones præfatas, ac inde ſecuta quæcumque in genere, & in ſpecie pro quolibet eorundem emptorum approbatis, & confirmatis, in Verbo Romani Pontificis pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus protempore exiſtentibus, Laurentio Cardinali, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus præfatis promiſerat (c) ante lapſum dicti Triennii æquivalentem recompenſam in Caſalibus, vel Beneficiis prædictis juxta conventionis inter Laurentium Cardinalem, Canonicos & Capitulum præfatos ut præfertur, factæ ſeriem, eiſdem Canonicis, & Capitulo realiter, & cum effectu dare, & tradere, & aſſignare: Ita quod Vallis Inferni, & Maglianæ Caſalia prædicta ad Laurentium, & Franciottum Cardinales præfatos reſpective libere reverterentur, ac in defectu præmiſſorum, ex tunc Laurentium Cardinalem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores prædictos pro ſumma viginti millium, ex quibus annuus redditus duorum millium ducatorum auri ſimilium in perpetuum per eos perciperetur, ad rationem decem pro centenario, ſuper Monte Fidei de Urbe, illiuſque proventibus, & emolumentis veros, legitimos, & perpetuos creditores eſſe voluerat, ac de ſumma duorum millium ducatorum hujuſmodi ſingulis annis quolibet bimeſtri

Clemens VII. venditionem probat, & compenſationem ſpondet.

(a) Contractum permutationis repetas ex literis Clementis VII. quas retulimus in ſecundo Bullarum Tomo a pag. 382. ad 385.

(b) De alienatorum Caſalium pretio adeas notam a quæ paginæ 387. Tomi ſecundi ſubjicitur.

(c) Promiſſionem a Clemente VII. factam ſatis ſuperque teſtatur Motus Proprius ejuſdem Pontificis, quem exhibet alterius Bullarum Tomi pagina 385.

Fructus interim ad triennium aſſignat.

meſtri pro rata ; ut ceteris in eodem Monte participantibus perſonis, integre reſponderi mandaverat. Ita tamen quod interim dicto triennio durante, Laurentius Cardinalis ejuſque hæredes, & ſucceſſores præfati ex hujuſmodi ſumma eis aſſignata, ultra certam tunc expreſſam ratam, quam præfato Franciotto Cardinali, ac præpoſituram Sanctæ Cæciliæ pro tempore obtinenti, ratione Caſalis Maglianæ, ſeu Maleani annuatim ſolvere tenebantur, ſummam mille ducatorum dumtaxat, ex ſumma duorum millium ducatorum hujuſmodi, ut præfertur, aſſignatam, quolibet Anno de bimeſtri in bimeſtre, cum ratione dictæ locationis ipſi in non majori ſumma quam mille ducatorum ſimilium præfatis Canonicis, & Capitulo tenerentur, percipere poſſent (*a*).

Fructuum imminutio.

Cumque aſſignatio ſummæ viginti millium, ſeu redditus annui duorum millium ducatorum hujuſmodi poſtea ad ſummam decem millium, ſeu redditus mille ducatorum ſimilium propter alienationem Locorum Montis prædicti aliis perſonis factam, ſeu alias reducta fuiſſet, dictique Montis redditus, & emolumenta aliquantulum decreviſſent, ob idque ſumma decem millium ducatorum hujuſmodi remanens non tantum annuatim tribuiſſet, quantum pro ſolutione locationis prædictæ ſufficeret, ac proinde prædicti Laurentius Cardinalis, ejuſque hæredes & ſucceſſores per plures annos ad aſſignationem recompenſæ Canonicis, & Capitulo faciendæ, tacite, vel expreſſe prorogatos, ratione Locationis prædictæ ſæpe ac pluries expreſſe, & tacite ſimiliter prorogatæ, etiam ultra ducentos ducatos ſingulis annis de ſuo proprio contribuere coacti fuiſſent, ac de contributione hujuſmodi ſe dictæ Cameræ creditores in magna, ac notabili pecuniarum ſumma remanere prætenderent; ac tandem per eundem Pium Prædeceſſorem intellecto, quod præfati Canonici, & Capitulum litterarum recolendæ mem. Pauli PP. Quarti ſimiliter S. V. prædeceſſoris ſuper reſciſſione alienationum bonorum Eccleſiaſticorum editarum vigore (*b*), emptores Caſalium per eos cum dicto Laurentio Cardinali permutatorum, ſeu illorum hæredes, aut ab eis jus habentes, ſub prætextu quod dictus Thomas de Charibaldis, vel alius, non autem Franciottus Cardinalis eſſet Præpoſitus Sanctæ Cæciliæ, qui Franciottus Cardinalis alienationi Caſalis Maglianæ conſenſerat, ut præfertur, & quod etiam Fidejuſſores cum Capitulo de evictione conventi, in numero, & modo, quibus conventum erat, non acceſſerant, & ex aliis juribus, & rationibus coram tunc generali Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore, ſeu Vice-Auditore moleſtantes, eos a poſſeſſione dictorum Caſalium in vim ſententiæ, ſeu ſententiarum dicti Auditoris, ſeu Vice-Auditoris, vel ejus Locumtenentis, vigore litterarum Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi latarum, & Motus proprii pro illarum exequutione deſuper editi, cum nulla eis in vim litterarum, & Motus proprii prædictorum ſuffragaretur Appellatio, expulerant (*c*),

Caſalium emptores a poſſeſſione deturbantur.

Hinc lites quamplurimæ.

unde poſtmodum inter præfatos emptores, ſeu eorum ſucceſſores, & Laurentii Cardinalis hæredes & ſucceſſores ſuper evictione ex una, & ex alia partibus inter hæredes Laurentii Cardinalis contra Cameram prædictam ſuper relevatione indemnitatis, ac obſervatione promiſſionis per dictum Clementem Prædeceſſorem factæ, ut præfertur, lites, & cauſæ ſummis cum partium earumdem expenſis in diverſis Romanæ curiæ Tribunalibus intentatæ, & agitatæ fuerant, præfati Pauli Prædeceſſoris litteris per ipſum Pium Prædeceſſorem in principio ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis ad viam juris in plena Signatura ſua reductis, appellationeque dictis Emptorum ſucceſſoribus, firma tamen remanente executione, conceſſa, partibus ipſis coram certo Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditore, ſeu Locumtenente, in vim ſpecialis Commiſſionis ejuſdem Pii Prædeceſſoris proſequentibus, cum idem Auditor, ſeu Locumtenens lites, & cauſas præfatas ob illarum gravitatem, vel alias minime terminaſſet, præfatus Pius Prædeceſſor illarum naturam, & qualitatem conſiderans, & eas tales eſſe arbitratus, quæ ab ipſo, & non ab aliis decidendæ eſſent; Ac propterea his, rei veritate attenta, & partium diſpendiis parcendo, debitum finem imponere volens, Motu ſuo proprio &c. & ex certa ejus ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per cedulam hujuſmodi Motus proprii manu ſua ſubſcriptam, omnes, & ſingulas lites, & cauſas prædictas ad ſe avocaverat, cognitionemque, & deciſionem illarum omnimodam ſibi, & ſucceſſoribus ſuis reſervaverat; ac poſtmodum poſſeſſionem præfatorum Caſalium etiam ad ſe avocaverat idem Pius Prædeceſſor ; cum devota Creatura

Pius IV. cauſas ad ſe avocat.

(*a*) Conditiones huc uſque propoſitas repetas ex tenore Motus proprii, quem modo citavimus.

(*b*) His igitur ab ſe editis literis (non etiam alia Conſtitutione, quam ſupra innuimus pag. 37. not. *a*) motus Paulus Papa IV. alienationem Prædiorum juſſu Clementis VII. pridem factam reſcidit. Hanc ipſam Pauli Conſtitutionem conſulas in Romano Bullario editionis Lugdunenſis an. 1692. pag. 509. cujus initium ſic habet: *Injunctum nobis &c.*

(*c*) Hinc in perennem tanti Beneficii memoriam ænea ſtatua Paulo IV. in Sacrario Baſilicæ erecta viſitur cum epigraphe, quam ſupra exſcripſimus tom. 3. pag. 37. not. *a*.

(*a*) Pri-

Cardinalis Farneſii temperamentum ad lites ſedandas.

tura veſtra Alexander Epiſcopus tunc Sabinen. nunc Tuſculan. Cardinalis de Farneſio nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, ut rem dicto Pio prædeceſſori gratam faceret, ſe infraſcriptas ceſſiones, & ſeu reſignationem facturum, ac per alios reſpective fieri procuraturum obtuliſſet, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, quod bo: me: Raynutius tituli Sancti Angeli Presbyter Cardinalis Commendæ Monaſterii Sancti Martini in Montibus Ciſtercien. Ordinis, Viterbien. Diœceſ., in quam illud ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, & dictus Alexander Cardinalis, cui tunc nuper ipſe Pius Prædeceſſor Sancti Petri Licoſati de Camerotta, ac Sancti Nazarii forſan de Cuccaro Sancti Benedicti, & ſeu alterius ordinis Policaſtren, & Caputaquen. reſpective Diœc. Monaſteria tunc certo modo vacan. Apoſtolica auctoritate commendaverat, ſeu commendari conceſſerat, illorum etiam commendæ ſeu ejus conceſſioni hujuſmodi cedere, ac idem Alexander Cardinalis, cui alias omnes, & ſinguli fructus &c. dicti Monaſterii Sancti Martini reſervat. & regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illud, necnon ad Monaſterium Sancti Ruffilii Fori Pompilii ordinis Sancti Benedict. Britonorien. Diœc. quod devota Creatura veſtra Alexander Ruffinus Epiſcopus Melfien. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam, ſeu alias &c. & ad Prioratum ſecularem, vel regularem Sancti Salvatoris in Eccleſia, ſeu Monaſterio Sanctæ Balbinæ de Urbe, Sancti Auguſtini, vel alterius Ordinis, quem quondam Scipio de Mazatoſtis Clericus Romanus in titulum, aut ex ſimili conceſſione, aut diſpenſatione in commendam obtinebant, per eorumdem Raynutii Cardinalis, & Alexandri Ruffini Epiſcopi, & Scipionis ceſſum, & ſive deceſſum, aut forſan in certos alios eventus conceſſi fuerant, caſſationi, & extinctioni reſervationis fructuum &c. Monaſterii Sancti Martini, ac regreſſus &c. hujuſmodi conſentire, necnon Alexander Ruffinus Epiſcopus Commendæ Monaſterii Sancti Ruffilii etiam cedere, & Scipio prædictus dictum Prioratum reſignare, vel etiam ejus commendæ cedere deberent in manibus ipſius Pii Predeceſſoris, ad effectum tamen ut Monaſteria, & Prioratus prædict. ſupprimerentur, & extinguerentur, illorumque ſuppreſſorum, & extinctorum fructus &c. ac alia res, & bona quæcumque, necnon Beneficiorum, & officiorum ad illorum collationem &c. pertinentium collationes &c. menſæ Capitulari dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe perpetuo applicarentur, & appropriarentur: Et ne Alexander Ruffinus Epiſcopus, & Scipio prædicti nimium ex caſſation., & ceſſionibus hujuſmodi paterentur detrimentum, ipſe Pius Prædeceſſor, quia Monaſterio Sanctæ Mariæ Griptæ Ferratæ Ordinis S. Baſilii Tuſculan, vel alterius diœc. quod devota Creatura veſtra Innocentius Sancti Honofrii Diaconus Cardinalis de Monte nuncupatus olim ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinebat, commenda hujuſmodi per ipſius Innocentii Cardinalis ceſſionem in manibus ejuſdem Pii Prædeceſſoris ſponte factam, & per eum admiſſam, aut privationem (*a*), vel alias quomodolibet ceſſante, ſeu alias tunc vacante, vel ejus menſa Abbatiali tenutam ſive poſſeſſionem Concham nuncupatam, ad Monaſterium Sanctæ Mariæ, vel ejus menſam hujuſmodi pertinentem, ex tunc Apoſtolica auctoritate perpetuo diſmembrabat, & ſeparabat, illamque Cameræ Apoſtolicæ applicabat, & appropriabat (*b*), Monaſterium Sanctæ Mariæ prædictum ſic vacans cum reliquis juribus, & pertinentiis ſuis eidem Alexandro Cardinali per eum quoad viveret in commendam &c. valide commendare, necnon Innocentio Cardinali unam ſexcentorum ſcutorum monetæ de Juliis decem pro ſcuto, & Scipioni aliam trecentorum ſcutorum ſimilium, ac Alexandro Ruffino Epiſcopo prædictis, aliam quadringentorum ſcutorum auri in auro, cum facultate tamen pro ipſo Alexandro Ruffino Epiſcopo dictam penſionem quadringentorum ſcutorum infra annum tunc proximum in unam perſonam ſibi beneviſam transferendi, ac perſonæ, ſeu perſonis per ipſum Pium Prædeceſſorem nominandæ, ſeu nominandis, aliam centum & duodecim ſcutorum monetæ penſiones annuas liberas ſuper fructibus &c. Monaſterii Sanctæ Mariæ Griptæ Ferratæ, non tamen Tenutæ Conchæ prædictæ, nec non etiam dicto Innocentio Cardinali penſionem aliam annuam ſimiliter liberam aliorum quadringentorum ſcutorum ſimilium monetæ de Juliis

(*a*) *Privationem* aut *dimiſſionem* ſupplex hic libellus nominat, & jure quidem. Enimvero Cardinalis Innocentius de Monte magnis Eccleſiæ proventibus a Julio III. ditatus, quum redditibus illis in illicitos uſus abuteretur, carceri in Hadriana mole jubente Pio IV. mancipatus, pinguiſſimas, quibus fruebatur, Abbatias dimittere coactus eſt; quas inter una erat Monaſterium S. Mariæ Cryptæ Ferratæ in Commendam illi concreditum. Aliquod tamen emolumentum illi relictum, ut honeſtam vitam duceret, de quo infra.

(*b*) Hocce Latifundium S. Pius V. an. 1566. edita Conſtitutione quæ incipit *Inter Arcana*, piæ domui Sacræ & univerſalis Inquiſitionis attribuit, ea ſub lege, ut nec Prædio illi cui *Conchæ* agnomen, aliud nomen ſupponeretur; nec ullo umquam tempore fas eſſet illud quovis titulo diſtrahere, aut alienare.

(*a*) Hinc

liis decem pro quolibet ſcuto (a) ſuper Monaſterii Sancti Anaſtaſii ad Aquas Salvias trium fontium vulgariter nuncupat. diſtrictus Urbis, Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis, quod idem Alexander Cardinalis ex ſimilibus conceſſione, & diſpenſatione in commendam etiam obtinebat, & ad quod etiam ipſe Raynutius Cardinalis in certos eventus acceſſum habebat fructibus &c. eiſdem Innocentio Cardinali, Scipioni, Alexandro Ruffino Epiſcopo, & perſonæ ſeu perſonis nominandis, vel procuratoribus ſuis legitimis, per Alexandrum Cardinalem, & Succeſſores ſuos Sanctæ Mariæ, & Sancti Anaſtaſii Monaſteria prædicta pro tempore obtinentes, annis ſingulis integre perſolvendos reſervare, conſtituere, & aſſignare, aliaſque, & alia tunc expreſſa facere; dicti vero Canonici, & Capitulum viciſſim, quod ipſe Pius Prædeceſſor Caſalia Silicis, Quarticioli, Furni Saraceni cum portione Muratellæ, Piſciarelli, & Monaſteriorum, ac Pedicæ, ſeu Pedicarum Sancti Thomæ, & medietates Caſalium Reſachi, & Campi Salini, & Petræ aureæ, ac Ricciæ diſtrictus Urbis prædictæ inter ipſos Canonicos, & Capitulum ex una, & tunc nominatos hæredes, ſeu ſucceſſores prædicti Jacobi Cincii Cives Roman. emptorum præſatorum hæredes, & ſucceſſores, alias ut præfertur litigioſa, illorumque poſſeſſionem reſpective eiſdem Civibus reſtituere, & in perpetuum relaxare, ipſoſque Cives Roman. a quibuſcumque fructibus &c. dictorum Caſalium quomodolibet perceptis, ac damnis, expenſis, & intereſſe per ipſos Canonicos, & Capitulum quomodolibet forſan paſſis, etiam perpetuo liberare, ac etiam deducto credito annuo mille ducatorum, ſeu ſcutorum ſuper Monte Fidei per ipſum Clementem prædeceſſorem prædicto Laurentio Cardinali pro ejus cautione aſſignato, ac de fructibus crediti hujuſmodi eatenus decurſis forſan cum quibuſdam exceptionibus, ac aliis modis, & formis tunc expreſſis quietare poſſet, conſentire, aliaſque & alia forſan ex tunc expreſſa facere deberent. Præterea quod vita devoti veſtri Joannis Dominici de Surrento Clerici Neapolitani durante, Canonici, & Capitulum præſati ex fructibus, redditibus, & proventibus Sancti Petri, & Sancti Nazarii monaſteriorum prædictorum ſummam annuam trecentorum ſcutorum in portatis dumtaxat ſibi Romæ perſolven. habere deberent; reliqui vero fructus, redditus, & proventus Sancti Petri, & Sancti Nazarii monaſteriorum hujuſmodi, dicta vita durante, ſolum liberæ diſpoſitioni ipſius Alexandri Cardinalis reſervati eſſent; Ita quod ipſe illos infra annum proxime futurum in aliam perſonam eoſdem fructus, redditus, & proventus, dicta Joannis Dominici vita durante, ſolum percepturam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſolis transferre valeret. Porro præfatus Alexander Cardinalis eiſdem Canonicis, & Capitulo, quod ipſi annuatim ex fructibus, redditibus, & proventibus Sancti Martini, & Sancti Ruffilii Monaſteriorum, ac Prioratus prædictorum, comprehenſis, ſeu computatis in eis hujuſmodi trecentis ſcutis annuis ex fructibus Sancti Petri, & Sancti Nazarii Monaſteriorum percipiendis, ſummam duorum millium ducatorum, oneribus deductis, & expenſis conſuetis ſupportatis, de portatis in Urbe percipere poſſent, promittere, & ad boc fructus, redditus, & proventus Caſalis Saloncelli nuncupati ad dictum Monaſterium Sancti Anaſtaſii pertinentis, ad triennium proxime futurum ſpecialiter obligare, & hipothecare, ipſeque Raynutius Cardinalis, cui alias regreſſus, ſeu acceſſus ad idem Monaſterium Sancti Anaſtaſii ſimiliter conceſſus fuerat, obligationi, & hipothecæ hujuſmodi conſentire tenerentur: Itaquod ex Caſalis Saloncelli fructibus, redditibus, & proventibns hujuſmodi liceret eiſdem Canonicis, & Capitulo per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, abſque ſpolii, & attentatorum vitio, totum id, & quicquid deficeret, qnominus fructus, redditus, & proventus Monaſteriorum S. Martini, & S. Ruffilii, ac Prioratus una cum trecentis ſcutis annuis & fructibus S. Petri & Sancti Nazarii monaſteriorum percipiendis hujuſmodi, ad ſcuta duo millia aſcenderent, exigere, & percipere; Quodque ſi infra dictum triennium aliquid de ſumma duorum millium ſcutorum deficere reperiretur, pro ea ſumma quæ deficeret, penſio annua, & perpetua ſimilis ſummæ ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Caſalis Saloncelli præſati prædictis Canonicis, & Capitulo Apoſtolica auctoritate valide reſervata eſſet, & eſſe cenſeretur. Et ſi fructus Monaſteriorum & Prioratus ſummam duorum millium ſcutorum

Concordia permittitur, & Caſalia ad emtores revertuntur.

S. Petri, & S. Nazarii fructus quo ratione dividendi.

Fructuum a Capitulo percipiendorum ſumma taxatur.

(a) Hinc licet colligere quot nam reditus Innocentio Cardinali de Monte reliqui fuerint poſt Abbatiarum dimiſſionem. Sub Pio IV. mille ſcutorum ſumma illi obtigit, hoc eſt ſcuta ſexcenta ex Monaſterio S. Mariæ Cryptæ Ferratæ, & ſcuta quadringenta ex Monaſterio S. Anaſtaſii ad Aquas Salvias. Verum hinc etiam S. Pii V. juſſu nonnihil corraſum, quum Cardinalis de Monte nihilo melior factus, a prava quam inierat via pedem non retraheret. Iterum ergo ad priſtinum carcerem revocatus, ac inde ſolutus, eos ſumtus duntaxat, qui ad victum neceſſarii eſſent, obtinuit. Atque ita quidem, ut vixerat, an. 1577. obiit infelix & inglorius, nulla dignitatis, quam in eo viluerat, ratione habita. Ciaconium conſule.

(a) Inte-

rum hujuſmodi annuatim, durante dicto triennio, conſtituere reperirentur, Caſale Saloncelli ab obligatione hujuſmodi liberum remaneret. Si vero fructus præfati dictam ſummam annuam duorum millium ſcutorum excederent, totalis exceſſus quantuſcumque eſſet, ad perpetuam ipſorum Canonicorum, & Capituli cederet utilitatem, ipſius Pii Prædeceſſoris, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito ad id ex tunc accedente; Et inſuper fructus, redditus, & proventus, & ſolutiones quælibet affictus dictorum Caſalium, tam antea per ipſos Canonicos, & Capitulum percepti, quam etiam a die quo idem Pius Prædeceſſor poſſeſſionem illorum ad ſe avocaverat, decurſi, & decurrendi, ac debiti, & debendi uſque ad feſtum S. Angeli menſis Septembris tunc proxime venturum incluſive, eiſdem Canonicis, & Capitulo ſolvi, & dimitti deberent; Ceteri vero fructus & affictus tam dicti Monaſterii Sanctæ Mariæ Griptæ Ferratæ, quam aliorum Monaſteriorum, & Prioratus præfatorum pariter uſque ad dictum feſtum Sancti Angeli tunc proxime venturum incluſive decurſi & decurrendi, debitique, & debendi, videlicet quoad dictum monaſterium Sanctæ Mariæ, Cameræ præfatæ, per ipſam & pro ea per illius Theſaurarium generalem propria auctoritate percipien.; Quo vero ad reliqua Monaſteria, & Prioratum ſuis prioribus Poſſeſſoribus præfatis reſpective per manus dictorum Canonicorum, & Capituli finaliter percipienda, libere remanerent, & ad eos, prout unumquemque ipſorum concernebant, & pertinerent; Ac inſuper ſi quæ penſio, ſeu penſiones annuæ ſuper aliquibus ex dictorum Monaſteriorum, & Prioratus ſupprimendorum fructibus, redditibus, & proventibus aſſignatæ reperirentur, tunc & eo caſu alia vel alia penſio, ſeu penſiones ſimiles

Omnimoda Capituli ſecuritas pro definita fructuum ſumma conſequenda.

cenſerentur & eſſent in favorem Canonicorum, & Capituli præfatorum ſuper fructibus dicti Caſalis Saloncelli conſtitutæ, ejuſdem quantitatis cujus eſſent penſio, ſeu penſiones, quæ ſuper fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem Monaſteriorum, & Prioratus aſſignatæ, ſeu reſervatæ reperirentur, aliaſque, & alia tunc ſimiliter expreſſa, Apoſtolica auctoritate perpetuo ſtatuit, ordinavit, & declaravit, prout in ejus litteris deſuper ſub datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ MDLXIIII duodecimo Kal. Julii Pontificatus ſui anno quinto confectis, quarum tenores &c. plenius continetur (*a*). Cumque præfatus Alexander Cardinalis, cui, & ejus liberæ diſpoſitioni, demptis dictis trecentis ſcutis annuis, Canonicis, & Capitulo, durante vita dicti Joannis Dominici de Surrento, ex fructibus &c. dictorum Sancti Petri, & Sancti Nazarii Monaſteriorum, ut præmittitur, perſolvendis, reliqui fructus &c. eorumdem Monaſteriorum Sancti Petri, & S. Nazarii, dicta vita ipſius Joannis Dominici durante tantum, ut etiam præmittitur, reſervati fuerunt, & ſunt, dicta illos infra annum transferendi facultate uſus non fuerit, nec illos tranſtulerit; Nunc vero ipſe Alexander Cardinalis ex certis animum ſuum moven. cauſis, extinctioni, & annullationi dictæ reſervationis fructuum &c. Monaſteriorum Sancti Petri, & S. Nazarii hujuſmodi, ſibi ut præmittitur factæ, conſentire, necnon & eoſdem fructus &c. ſibi reſervatos Monaſteriorum S. Petri, & S. Nazarii hujuſmodi cedere, & renunciare in manibus S. V. in favorem, commodum, & utilitatem devotorum ejuſdem S. V. Oratorum Canonicorum, & Capituli Baſilicæ hujuſmodi, & ad liberam eorumdem Canonicorum, & Capituli diſpoſitionem (*b*), itaquod de

Cardinali Farneſio cedunt fructus Monaſterior. S. Petri & S. Nazarii.

Quos ille dimittit in favorem Capituli.

(*a*) Integrum Litterarum tenorem, ac rei geſtæ ſeriem repetas ex Conſtitutione Pii IV. ſupra relata pag. 50. & ſeqq.

(*b*) Univerſam rei ſeriem haud ſatis obviam, atque ex multiplici rerum varietate ambagibus involutam juvat hic paucis perſtringere.

Cardinalis Laurentius Puccius Clementis VII. conſilio ductus, duo latifundia, alterum proprium cui *Vallis Inferni* nomen, alterum *Mallianæ* ſive *Maglianæ* ad Præpoſituram S. Cæciliæ ſpectans, cum aliis Menſæ Capitularis Baſilicæ Vaticanæ *Caſalium* permutare decrevit. Horum *Caſalium* hæc nomina, ac numerus: *Silicis*, *Furni Saraceni*, *portionis Muratellæ*, *Piſciarelli*, *Quarticcioli*, *Monaſteriorum*, *Pedicarum S. Thomæ*, *Reſachi* pro medietate, *Campi Salini*, *Riciæ*, & *Petræ Aureæ*. In permutationis contractu annui fructus, hoc eſt mille ſcutorum ratio, quæ utrimque par erat, habita eſt, quamvis *Caſalium* numerus impar eſſet. Clementis VII. auctoritate contractui vis addita, eodemque Pontifice permittente, *Caſalia* quæ ex Vaticana Baſilica obvenerant, Romanis Civibus venditionis titulo tradita ſunt, ac pretium in Romanæ Eccleſiæ commodum converſum; multa quippe Pontificium ærarium ex nupero Urbis excidio premebatur inopia. Utrumque latifundium, nimirum *Vallis Inferni*, ac *Maglianæ* Vaticanum Capitulum eidem Cardinali Puccio ad triennium locavit, ſtatuto cenſu ſcutorum mille quotannis ſolvendo, ac lege addita, ut triennio durante, tantundem emolumenti in aliis Prædiis Romæ poſitis, aut etiam in totidem Eccleſiaſticis Beneficiis intra Italiam, quorum fructus ſcuta mille & quingenta exæquarent, præſtare teneretur. Atque ita quidem Cardinalis ſpopondit, nixus voluntati ac promiſſioni Clementis VII., quo ſuadente ac promittente hanc inierat pactionem.

Interea ne Cardinalis Puccius quidquam detrimenti pateretur, idem Pontifex ſcuta viginti millia in Monte fidei aſſignavit, ex quibus duo ſcutorum millia ſingulis annis Puccius acciperet, quorum dimidia pars Capitulo S. Petri, reliquum vero eidem Cardinali ac Præpoſito S. Cæciliæ perſolveretur.

Is rerum ſtatus per annos plures fuit. Quippe ante Pauli IV. Pontificatum menſa capitularis Baſilicæ Vaticanæ nec Prædia ulla, neque Eccleſiaſtica Beneficia in Caſalium alienatorum compenſationem obtinuerat. Hinc ad Paulum IV. preces ac querimoniæ; quibus ille permotus, contractum a Cardinali Puccio initum diſſolvit, & Caſalia ab emtoribus avulſa, Baſilicæ Vaticanæ reſtituit. Ex quo multæ ac diuturniores lites & controverſiæ ſub Pio IV. Pauli Succeſſore.

Ut rem componeret Alexander Cardinalis Farneſius Baſilicæ noſtræ Archipresbyter totis incubuit viribus. Curavit cum primis ut Rayuutius Cardinalis Farneſius Monaſterio S. Martini in Montibus Viterbii, Alexander Ruffinus Monaſterio S. Ruffilli Britonorien. Diœceſis, Scipio de Mazzatoſtis Prioratu S. Balbinæ

de cetero ipſi Canonici & Capitulum de omnibus, & ſingulis fructibus &c. dictorum Monaſteriorum S. Petri & S. Nazarii, & cujuslibet ipſorum in omnibus, & per omnia libere diſponere poſſint, & valeant, ſicque ſtante, & attenta hujuſmodi caſſatione, extinctione, annullatione, ceſſione, & renunciatione hujuſmodi, ipſe Alexander Cardinalis ab omni contributione quorumcumque onerum dictis Monaſteriis S. Petri & S. Nazarii, & cuilibet ipſorum, & Eccleſiis eorumdem tam ratione neceſſariæ illarum reſtaurationis, quam incumbentium, penitus, & omnino, ac perpetuo abſolutus, exemptus, & totaliter liberatus ſit & eſſe cenſeatur; ac ulterius ab ipſis Canonicis, & Capitulo, aut aliis quibuſcumque perſonis &c. occaſione præfata quomodolibet moleſtari &c. vel impediri minime poſſit nec debeat, ſponte, & libere proponat, prout conſentit, ceditque, & renunciat de præſenti. Supplicant igitur humiliter S. V. tam Alexander Cardinalis, quam Canonici, & Capitulum Oratores prædicti, quatenus in præmiſſis opportune providen., ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequen., nec non conſenſum, ceſſionem, & renunciationem Alexandri Card. hujuſmodi admitten., dictam reſervationem omnium, & quorumcumque fructuum &c. dictorum Monaſteriorum S. Petri, & S. Nazarii ipſi Alexandro Cardinali alias, ut præmittitur, factam, ejuſdem Alexandri Cardinalis expreſſo ad hoc accedente conſenſu, ex nunc penitus & omnino, ac perpetuo in favorem, commodum, & utilitatem dictorum Canonicorum, & Capituli caſſare, extingere, & annullare, caſſamque, extinctam, & annullatam fore, & eſſe, & cenſeri, ipſumque Alexandrum Cardinalem ex nunc de cetero dictos fructus &c. ipſorum Monaſteriorum S. Petri & S. Nazarii in toto, vel in parte percipere non poſſe, nec debere, ſed ex nunc deinceps omnes, & ſingulos fructus. &c. Monaſteriorum S. Petri, & Sancti Nazarii hujuſmodi ad dictos Canonicos, & Capitulum, ac ad liberam ipſorum diſpoſitionem ſpectare, & pertinere, decernere, necnon dictos omnes, & ſingulos fructus &c. ipſorum Monaſteriorum S. Petri, & S. Nazarii ex nunc deinceps in eoſdem Canonicos, & Capitulum transferre, & illis attribuere, applicare, appropriare, aſſignare, ita quod ex nunc in poſterum ipſi Canonici, & Capitulum de omnibus, & ſingulis fructibus &c. dictorum Monaſteriorum S. Petri, & Sancti Nazarii, & cujuslibet ipſorum, tamquam ad eos legitime, & vere pertinen. in omnibus, & per omnia libere diſponere poſſint & valeant; ſicque, ſtante, & attenta hujuſmodi caſſatione, extinctione, annullatione, ceſſiore, & renunciatione, ipſe Alexand. Cardinalis ab omni contributione quorumcumque onerum dictis Monaſteriis S. Petri, & S. Nazarii, ac cuilibet ipſorum, & Eccleſiis eorumdem, tam ratione neceſſariæ illarum reſtaurationis, quam alias quomodolibet incumbentium, penitus, & omnino, ac perpetuo abſolutus, exemptus, & totaliter liberatus ſit, & eſſe cenſeatur, ac ulterius ab ipſis Canonicis, & Capitulo, aut aliis quibuſcumqne perſonis occaſione prædicta quomodolibet moleſtari &c. vel impediri minime poſſit nec debeat; ſicque etiam in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices, &c. ſublata &c. Judicari &c. debere, irritumque decernere pariter, & declarare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtan. præmiſſis, & conſtitution. & ordination. Apoſtolicis, necnon etiam juramento &c. roboratis ſtatuis &c. privilegiis quoque, & Indultis etiam, & Litteris Apoſtolicis &c. ſub quibuſcumque tenoribus, &c. Motu proprio &c. etiam conſiſtoraliter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſ. Quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. eorum tenores &c. latiſſime hac vice derogare placeat, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Certa tamen ſub lege.

Ejuſdem Cardinalis, & Capituli ſupplicatio.

Fiat ut petitur. V.

Pontificis aſſenſus.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum

Supplicationis ſumma, conſuetis clauſulis munita.

næ ſe abdicarent; ipſeque Alexander Cardinalis Monaſteria S. Petri Licoſati, & S. Nazarii ultro dimiſit, ſtuduitque ut univerſa hæc Bonorum Eccleſiaſticorum congeries in Baſilicam S. Petri transferretur; quod & factum, & Pontificio Diplomate firmatum. Ne autem aut ipſe, aut alii emolumentis ac reditibus omnino fraudarentur, id conſilii cœpit. Abbatiam S. Mariæ Cryptæ Ferratæ (ſecluſo vero Prædio quod Concham vocant) a Cardinali Innocentio de Monte dimiſſam, Alexander Cardinalis accepit, impoſita tamen favore ejuſdem Innocentii penſione ſcutorum 600; alia item ſcutorum 400. favore Epiſcopi Ruffini, & ſcutorum biſcentum pro Scipione de Mazzatoſtis penſione ſuperaddita. De Raynutii Cardin. Farneſii compenſatione nihil actum. Inſuper Innocentio Cardinali alia 400. ſcutorum penſio tradita ex reditibus Abbatiæ S. Anaſtaſii, cui Alexander Farneſius præerat. Ita tandem cuncta ad concordiam revocata ſunt, quum & Caſalia Civibus Romanis emtoribus reddita, & latifundia Vallis Inferni, & Maglianæ in priſtinum fuerint reſtituta.

Quia vero in S. Petri, & S. Nazarii Monaſteriorum unione hæc conditio adjecta fuerat, ut ſuperſtite Jo: Dominico de Surrento, Capitulum Baſilicæ Vaticanæ ex utriuſque Monaſterii fructibus nonniſi trecenta ſcuta perciperet; reliquum vero emolumentorum cederet in commodum Alexandri Farneſii, ita tamen ut infra annum hoſce reditus in Perſonam quam mallet, transferre teneretur; idem Cardinalis, qui definito anni ſpatio indictam ſibi legem non impleverat, Gregorium XIII. Pontificem rogat, ut reliquos Monaſteriorum illorum fructus Baſilicæ Vaticanæ addicat. Huc tandem ſpectat ſcopus hujuſce Supplicationis, quam nos edendam curavimus, quod in Caſalium negocio univerſam rei ſeriem ob oculos ponat, & quæ ex variis Pontificum Conſtitutionibus haud facile aſſequi poſſumus, in unum colligat. Hinc patet quanta Cardinalis Farneſii in Baſilicam illi concreditam fuerit cura ac Beneficentia, quum ex Monaſteriorum & Prioratus additamento non jam ducati, aut ſcuta mille, ut olim è Caſalibus, ſed ſcutorum duo millia quotannis ad menſam Capitularem acceſſerint.

(a) Fuit

ctum &c. Et quod litterarum Pii Quarti præd. ac præmiſſorum omnium, & aliorum neceſſariorum etiam veriores, & toti tenores ac datæ cum inde ſequutis habeantur pro expreſſis, & inſertis, ſeu in toto vel in parte exprimi, & etiam de verbo ad verbum inſeri poſſint; ac de admiſſione conſenſus ceſſionis, & renunciationis; nec non caſſatione, extinctione, annullatione, translatione &c. aſſignatione &c. decretis, derogatione, aliiſque prædictis &c. etiam perpetuo, & in forma gratioſa, & cum opportuna ſi videbitur executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. & de conſenſu etiam ſub cenſur. &c. cum facultate aggravandi &c. invocato &c. ſecularis, cum derogatione dietarum latiſſime extend.; & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fructus &c. nominum, cognominum, invoc. denominat. annex. qualitat. nuncupat. ordin. dependen. ſituat. diœc. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris ſimul vel ad partem etiam per Breve S. V. expedien.

Fiat V.

Datum Romæ apud S. Petrum Tertio Kal. Martii, anno Quarto.

Imaginem B. M. V. *de Succurſu* in Sacellum Gregorianum tranſferendam decernit; atque iis qui translationi interfuerint, Plenariam Indulgentiam concedit.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1578. 12. Februar.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum imaginem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ de Succurſu nuncupat. (a), quæ in Baſilica Sancti Petri de Urbe poſita eſt, ad Capellam noſtram Gregorianam ejuſdem Baſilicæ in Dominica proxime futura transferri, & ut id majori cum veneratione fiat, Proceſſionem celebrari ordinaverimus, Nos ad augendam fidelium Religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus confeſſis, ac communicatis, qui hujuſmodi Proceſſioni interfuerint, vel eodem die dictam Capellam devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & unione, ac hæreſum extirpatione, ſanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt dictam Dominicam minime valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII Februarii (b) M. D. LXXVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Capellam Juliam reſtituit; Cantorum numerum, ac mercedem deſignat; expenſarum onera in menſam Capitularem transfert.

Ex Bulla autographa in Archiv. Baſil. Capſ. 65. Faſc. 184.

AN. CHR. 1578. 1. Auguſt.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. De communi omnium Eccleſiarum ſtatu ſollicitis nobis ſubit ea recordatio, qua non alias gravius indoluimus, cum ſacrum cultum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe in deterius mutari comperimus, quæ tam illuſtri in ſtatione, & pietatis faſtigio poſita, optima ſemper diſciplinæ, rituum, & vitæ Eccleſiaſticæ documenta edere debet, ut ab ea, quantum poteſt, aliæ Orbis Eccleſiæ perpetuas Officiorum, & rituum divinorum, ac cerimoniarum leges ſumant, & exemplorum magnitudine ad pias actiones excitentur. Cum enim alias poſtquam felicis recordationis Julius PP. II. prædeceſſor noſter cultum Divinum in eadem Baſilica ex illius dignitate decenter augere cupiens, Capellam Beatæ Mariæ Juliam nuncupatam fundaverat, utque Divi-

Baſil. Vaticana ceteris Orbis Eccleſiis exemplo eſt.

(a) Iſthæc B. M. V. imago miraculis ac antiquitate celeberrima, Paſchalis II. juſſu in Oratorio S. Leonis I. primum depicta fuit. Eo Oratorio Julii ætate disjecto, in eum Baſilicæ locum, ubi nobiliſſimum Alexandri VI. organum extabat, translata eſt. Ita Alpharanus noſter *ſub. num.* 42. Tandem in Gregoriano Sacello collocata, ibi ſervatur adhuc, & colitur. Hanc ipſam B. Mariæ, ejuſque Filii Jeſu Chriſti imaginem Capitulum Vaticanum an. 1643. 15. Kal. Decembris corona aurea decoravit.

(b) Ex literarum nota colligimus, eas die Sabbati qui ſolemnem Translationis ritum immediate præceſſit, fuiſſe conſcriptas; quippe, Alpharano teſte, Idibus Februarii Translatio peracta eſt.

Quæ Julius II. pro Capella Julia ſanciverat, enumerantur.

Divina Officia promptiore opera, & cœtu frequentiori dignius celebrarentur, & ad cantus, ac muſices ſcientiam deinceps inibi propagandam unum collegium duodecimCantorum, & duodecim Capellanorum ſcholarium, duorum item Magiſtrorum, unius in muſicis, & alterius in grammaticis, qui ibi ſingulis diebus Horas Canonicas decantarent, Apoſtolica auctoritate ſtatuerat, & ordinaverat,& ad illorum ſuſtentationem nonnulla Beneficia Eccleſiaſtica tunc expreſſa,cum omnibus illorum annexis, ac juribus, & pertinentiis eidem Capellæ perpetuo univerat;necnon quaſdam cum vinea, & hortis prope Portam Turrionis, & alteras cum horto in Burgo veteri, ac alias in Monte Sancti Spiritus conſiſtentes, necnon reliquas domos, & apothecas juxta parietes Eccleſiæ Santi Celſi in via Pontis ſitas, certaſque, videlicet unam ſexdecim auri largorum per quemdam Fontanam pro certis domibus, & illis adjacentibus prope dictam Portam Turrionis, & aliam octodecim ducatorum monetæ veteris per tunc hæredes quondam Paſchalis de Caravagio ratione ſoli, ſive ſitus fornacis, & domorum per eundem Paſchalem extra Portam ipſam Turrionis ædificatarum, ac aliam quadringentorum ducatorum auri de Camera ſuper ædibus Cancellariæ Apoſtolicæ præſtandas annuas reſponſiones, necnon domos in area, & ſolo olim ædificii publici Metæ nuncupati in Burgo Sancti Petri, ipſius tamen Capellæ ſumptibus ædificandas, eidem Capellæ, & illius perſonis prædictis perpetuo applicaverat,& appropriaverat (*a*), ac Beneficiorum, domorum, apothecarum, reſponſionum, arearum, rerumque omnium prædictarum, ita quod in alium uſum, ſeu cauſam converti minime poſſent, adminiſtrationem uni ex Canonicis dictæ Baſilicæ per Capitulum eligendo attribuerat, ubi juxta ipſius Prædeceſſoris ordinationem, Cantores in eadem Capella inſtituti per aliquod tempus celebraſſent; ac nonnullis demum exortis incommoditatibus, non modica pars fructuum, reddituum, & proventuum eidem Capellæ aſſignatorum caduca fieret, fructuſque univerſi prædicti percipi minime potuiſſent, & propter affluentes ſubinde bellorum difficultates, & noviſſimam Urbis calamitatem, idoneorumm hominum penuria, & fructuum, ac ſtipendiorum anguſtia, in eadem Capella loco deficientium Cantorum duo treſve primum, & deinde octo Capellani, qui pſallerent, & Miſſas pro defunctis celebrarent, ſuffecti fuiſſent, qui de Aceruo, alias Maſſa communi fructuum Capituli ali omnes deberent, quatuor tantum ex illa, alii vero quatuor propria Beneficiatorum, & Clericorum ejuſdem Baſilicæ impenſa, ſalaria ſua acciperent. Ad hæc, cum occaſione cujuſdam conſtitutionis piæ memoriæ Clementis Papæ VII. etiam prædeceſſoris noſtri, quam tamen ſimilis memoriæ Paulus Papa III. noſter prædeceſſor poſtea revocavit (*b*), ipſi Beneficiati, & Clerici cum canere vel neſcirent, vel nollent, per alias ſubſtitutas perſonas, munera ſua quaſi ſpernentes, negligenter exequerentur, jamque labefactata ipſius Capellæ inſtitutione, illius adminiſtratorum incuria res eo proceſſiſſet, ut Capitulum ipſum quemdam redditum, ſeu cenſum ſuper domo, & Palatio de Cæſis nuncupato, ad eandem Capellam, de cujus dotatione illa exiſtebat, pertinentem (*c*), pro trium millium quadringentorum, & tot ſcutorum, vel alia ſumma vendiderit, ac ex illis pecuniis ſumma duorum millium quadringentorum, & octuaginta unius ſcutorum dumtaxat in emptionem certorum locorum Montis fidei, redditum annuum centum quinquaginta quinque ſcutorum conficientem, expoſita, reliquam mille ſcutorum auri ſub cenſu, ſeu redditu annuo quinque ſcutorum pro quolibet centenario eidem Capellæ ſolvendo eouſque retinuerit, donec prætextu cujuſdam ſubſidii viginti millium ſcutorum per eundem Paulum prædeceſſorem eidem Capitulo, ac etiam obtinentibus Capellas, & Beneficia quæcumque in eadem Baſilica, & penſiones ſuper illarum, & illorum, ac Canonicatuum & Præbendarum ejuſdem Baſilicæ fructibus, etiam in quotidianis diſtributionibus conſiſtentibus, impoſiti (*d*), Capitulum ipſum quaſi principali ſorte mille ſcutorum prædicta in ſolutionem ſubſidii hujuſmodi pro quota ipſius Capellæ, quæ tamen eidem ſubſidio, vel illus ſolutioni minime obnoxia erat, impenſa, exinde a ſolutione cenſus, ſeu reddi-

Miſera ejuſdem Capellæ conditio ex temporum injuria,

Ac Adminiſtratorum incuria.

Aliud Capellæ detrimentum et onere illi perperam impoſito.

(*a*) Julii II. Bulla, quæ bona hæc ac reditus enumerat, eaque Capellæ Juliæ addicit, proſtat in ſuperiori Tomo II. p. 145. & ſeqq.

(*b*) Clementis VII. Conſtitutionem exhibet in ſuperiori Tomo pagina 319., Paulinam vero pag. 444.

(*c*) Hanc Domum prope Baſilicam poſitam, ac Barberinæ Villæ modo conterminam, Julius II. ære ſuo a Cardinali Alexandrino emit, moxque in Capellæ Juliæ dotem tranſtulit. Ita ex ejuſdem Capellæ Cenſuali edito an. 1512. Haud multo ab hinc tempore, hoc eſt die 21. Martii 1521. ipſamet Domus Cardinali Paulo de Cæſis ſex millium aureorum pretio vendita fuit, ex Actis Notarii Jacobi Milleti. Quia vero nonniſi aureos mille in ipſo venditionis contractu Cardinalis perſolvit; hinc pretii partem, quæ adhuc erat reliqua, Capitulum in alios uſus convertit.

(*d*) Ut menſam capitularem ab impoſito viginti millium ſcutorum onere Paulus aliqua ex parte levaret, ita ſtatuit per literas Apoſtolicas, quas in ſecundo Tomo exſcripſimus pag. 410. & ſeqq.

(*e*) Sub

redditus quinque ſcutorum pro centenario prædict. omnino deſtitit, totque difficultatibus oppreſſa Capella hujuſmodi eo recidit, ut illius ſtatus vix hodie agnoſcatur. Hæc indigna egregiæ fundationis dicti Julii prædeceſſoris ſubverſio, propriaque ipſius Baſilicæ dignatio noſtram, quam pro univerſa nobis, Domino diſponente, commiſſa rerum Eccleſiaſticarum tutela, ſuſtinemus, curam exacuit, ut ipſi ad hujus Capellæ reſtitutionem, & Divini cultus in eadem Baſilica amplificationem quam celerrime proſpiceremus. Motu itaque ſimili, Capellam Juliam prædictam, ad contributionem impoſitionis viginti millium ſcutorum prædictorum, cum litteræ impoſitionis illorum, de Capellis habentibus Capellanos perpetuos, & titulatos tantum, non autem de Cantoribus, aut Capellanis ſtipendiatis, & mercenariis, & ad placitum mutabilibus intelligantur, & ita obſervari debeant, minime obligatam, nec ſub litteris ejuſdem Pauli Prædeceſſoris comprehenſam fuiſſe nec eſſe debere, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus; ac mille ſcuta auri prædicta per ipſum Capitulum ſub contributionis hujuſmodi ſpecie tanquam indebite ſoluta, vel retenta, illorumque fructus, redditus, & proventus a die ceſſationis ſolutionis cenſus prædicti decurſos, in dictæ Capellæ augmentum, & utilitatem ſine mora convertendos, ſolvi, & repræſentari debere mandamus. In ipſa autem Capella duodecim Cantores, & duodecim Capellanos ſcholares, duos item magiſtros, unum muſicæ, qui omnes ibi ſingulis diebus Horas Canonicas, juxta antiquam ipſius Julii prædeceſſoris fundationem, decantare teneantur, & alterum grammaticæ in eadem Capella perpetuo fore ſtatuimus, & ordinamus. Ac ejuſdem Julii prædeceſſoris fundationem in hac parte, quatenus opus eſt, confirmantes, & approbantes, in iis vero quæ temporum con. ditio poſtulat, immutantes, omnibus dictæ Capellæ perſonis, cuilibet videlicet ex duodecim Cantoribus prædictis, ſeptem, Capellanis vero ſcholaribus pro quolibet, alia tria ſaltem, omnibus ſimul triginta ſex, arbitrio pro tempore exiſtentis ipſius Capellæ Magiſtri inter eos per capita, ſeu pro cujuſque captu, & meritis diſpenſanda (a), necnon Muſices moderno videlicet quindecim, ejus vita durante, ſeu quamdiu Magiſter fuerit tantum, alias autem arbitrio Canonici Magiſtri Capellæ pro tempore exiſtentis; Grammatices vero Magiſtris prædictis duo ſcuta monetæ quolibet menſe; itaquod omnes ſingulis annis, Cantores ſcilicet univerſi prædicti inſimul mille & octo, Capellani ſcholares vero, etiam univerſi inſimul quadringenta triginta duo, & muſices centum octuaginta, grammatices vero Magiſtri alia viginti quatuor ſcuta ſimilia pro eorum ſtipendiis annuatim ex omnibus proventibus dictæ Capellæ, & pro reliquo ex Maſſa communi Canonicorum, & Beneficiatorum, ac Clericorum dictæ Baſilicæ integre percipiant, perpetuo cnnſtituimus, & aſſignamus. Ac præterea ordinamus, ut de ſtipendio Organiſtæ, & Capellani de Balbina nuncupati, & de impenſis pro exequiis ejuſdem Julii prædeceſſoris, pro cera in illis, & in die commemorationis Defunctorum, ac alias præſtari ſolitis, ac etiam pro Miſſis tam Majoribus, quam ſubmiſſa voce annuatim celebrari ſolitis, necnon de mercede Magiſtri, Exactoris, & Procuratoris Capellæ prædictæ, ac Manſionariorum etiam pro feſtis, & pro prædictis Cantoribus in eiſdem feſtis & proceſſionibus annuis, itemque pro Cantoribus, & Capellanis ſcholaribus, de cottis, & præterea ipſis Capellanis ſcholaribus omnibus de talaribus, ac ceteris omnibus veſtibus, & indumentis neceſſariis, ac etiam de libris, & quibuſcumque aliis ad uſum Sacrorum neceſſariis, prout expediens fuerit, ex dicta communi Maſſa in perpetuum proſpiciatur. Cantores autem, & Capellani ſcholares prædicti ad cujuſque munera adimplenda habiles, & capaces, & non alias aſſumantur, illique per ſe ipſos, non autem per vicarios, aut alios eorum munera gerentes, cantandi, & pſallendi, atque alia Eccleſiaſtica ad eos pertinentia Officia ſubeant, eidemque Baſilicæ, & Capellæ inſerviant, quibus domos, & habitationes dictæ Baſilicæ proximas, communis Maſſæ prædictæ ſumptibus præſtari, & aſſignari mandamus (b). Cæterum Canonicos, ac Beneficiatos & Clericos omnes dictæ Baſilicæ monemus, ut ne per hæc Cantorum, & Capellanorum ſcholarium officia, quæ ad communes eorum ſublevandas neceſſitates, & ipſius Baſilicæ decus reſtituuntur, ſe, aut alias dictæ Baſilicæ Eccleſiaſticas perſonas ab pſal-

Eamdem Capellam ab impoſito onere eximit, & in integrum reſtituit.

Cantorum numerum ſtatuit.

M[illegible] eadem deſ[illegible].

Merces item Magiſtrorum Muſicæ ac Grammaticæ.

Aliæ expenſæ a Capitulo ſolvendæ.

Cantorum munia.

(a) Sub Sixto V. Capellæ Juliæ gubernio paululum immutato, ac alia in Capellanis & Cantoribus ſtatuta œconomia, ut infra patebit, diſſimilis quoque merces iis fuit attributa. Quocirca poſt Sixtinum Decretum, quod etiamnum obtinet, majoribus Capella Julia gravatur expenſis; qua de re opportunior, & accuratior ſuo loco recurret ſermo.

(b) Quæ hic Pontifex ſtatuit, poſteriori ævo aliqua ex parte immutata ſunt, non jam Capituli arbitrio, ſed Pontificum juſſu, aut aſſenſu; potiſſimum vero Sixti V. qui, ex infra dicendis, multa Archipresbytero ac Capitulo Baſilicæ noſtræ gerenda ac moderanda permiſit. Hinc nova pro iis qui Capellæ Juliæ inſerviunt, condita ſunt ſtatuta, ac in lucem edita a Nicolao Fortiguerra ejuſdem Capellæ Præfecto ann. 1723., ad quæ Lectores amandamus.

ab pſallendi, & canendi, aliorumqne incumbentium munerum functionibus abduci ſinant; ſed cuncti unanimes promptis religioſæ induſtriæ officiis, horrendam in operum Dei deſertores, & negligentes miniſtros prolatam maledictionem avertant. Jubemus itaque Archipresbyterum, Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & omnes alios prædictos tam conjunctim, quam diviſim, in virtute ſanctæ obedientiæ, omnibus prædictis ſemper ubique parere, & in illis exequendis, atque perpetuo obſervandis omnem operam atque diligentiam adhibere; ſtatuentes ut nulla omnino procuratio, teſtificatio, vel reclamatio, aut diuturni temporis præſcriptio, ſive in judicio, aut alias quandocumque oppoſita, ſive clam interjecta noceat, nec prorſus vim babeat, materiamve tribuat prædicta remorandi, aut in jus, vel controverſiam evocandi: quin etiam præcipimus, atque interdicimus eiſdem univerſis, & ſingulis, ne, ſive eo quod ipſi aut alii intereſſe habere putantes, vocati non fuerint, ſive quod aliquid in narrativa præſentiū diverſum ſit a vero, ſive etiam prætextu enormiſſimæ læſionis, aut quacumque alia cauſa quicquam contra prædicta ullo tempore audeant ſuſcitare, vel effectum aut executionem ipſarum præſentium impedire, vel retardare. Quicumque contrafecerint, vel nitentur, eos Dignitatibus, Præbendis, Beneficiis, & Officiis privamus, & ad illa inbabiles declaramus; ac præterea excommunicationis ſententia, a qua ſolus Romanus Pontifex, excepto mortis articulo, abſolvere poſſit, innodamus eo ipſo. Decernentes numerum Cantorum, & Capellanorum ſcbolarium prædictorum nullo tempore, nullave cauſa minui, nec quicquam aliud de prædictis violari, aut infringi poſſe; & contrafacientes, aut tentantes, cenſuris, & pœnis prædictis ipſo facto ſubjacere; nec præſentes litteras ſub ullis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium ordinationum, etiam ab ipſa Sede quandocumque, & quomodocumque emanandis, comprehendi, immo ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter interpretandi, & judicandi facultate, & auctoritate, ubique interpretari, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his per prædictos, & quoſcumque alios quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus fundatione, litteris, ac omnibus, & ſingulis aliis præmiſſis, necnon noſtra de non tollendo jure quæſito, ac Julii, Clementis, & Pauli prædictorum, aliorumque Prædeceſſorum noſtrorum, etiam Motu ſimili, ac per modum ſtatuti perpetui, aut alias quomodolibet contra præmiſſa pro tempore factis, & dictis, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus, ac ipſius Baſilicæ ſtatutis ac conditionibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Baſilicæ, & Capellæ, illiuſque Capitulo, Canonicis, Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac etiam conſiſtorialiter in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Archipresbytero, Capitulo, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis præfatis, vel quibuſvis aliis ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto bujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel omnino non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Ceterum ne quando prædicta deſuetudinis vitio, vel alias neglecta jaceant, neve quis ignorationem prætexens, temere conetur, ut memoria effugiant, volumus, & Archipreſbytero, Capitulo, aliiſque præfatis in virtute prædicta mandamus, ut quamprimum ipſas præſentes in Capitulo dictæ Baſilicæ, & ubi opus erit, publicent, ac in libro aliarum conſtitutionum Apoſtolicarum ad verbum deſcribere, & præterea illarum exemplar ad tabellam fideliter tranſcriptum in Sacriſtia ipſius Baſilicæ, ut ab omnibus commode legi poſſit, in omnem memoriam affigere procurent. Nulli ergo omnino bominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, mandati, ſtatuti, ordinationis, confirmationis, approbationis, immutationis,

Præſentem Sanctionem ab omnibus ſervandam præcipit.

Contra inobedientes pœnas ſtatuit.

Perpetuum hiſce literis robur adjicit.

Oppoſita e medio tollit.

Privilegia ſuſpendit.

Providet ne Bulla poſtmo oblivioni tradatur.

nis, conſtitutionis, aſſignationis, monitionis, juſſionis, præcepti, interdicti, innodationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo..

Societatem Sanctiſſimi Sacramenti in Baſilica Vaticana pridem inſtitutam, approbat: Novas pro ejus regimine leges confirmat; Archiconfraternitatis prærogativam, ac peculiaria inſignia ſuperaddit; Multas illius Confratribus Indulgentias, ac Privilegia elargitur.

Ex Archivo ejuſdem Societatis.

AN. CHR. 1578. 23. Decemb.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Summa Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti bonitas, per quam mirifica in cunctis operatus eſt, in Sacratiſſimi Corporis ſui myſterio, quo memoriam fecit mirabilium ſuorum, maxime ineſſe, atque elucere dignoſcitur; tantaque ex eo in nos, veluti ex perenni flumine, largitas redundat gratiarum, tam pretioſum in vera illa divini Corporis ſubſtantia datur incomparabilis amoris, æternæque beatitudinis pignus, ut illud nec humano ſenſu concipere, nec meritis laudibus celebrare, nec juſtis honoribus proſequi valeamus. Infirmitatis tamen noſtræ, & Chriſtianæ pietatis partes ſunt, ut certiſſimum hoc ſalutis noſtræ ſubſidium fidelibus animis accipere, aſſiduoque cultu, quantum nobis ab ipſo conceditur, venerari, eique copioſæ laudis exultationem offerre ſtudeamus. Quod cogitantes Romani Pontifices prædeceſſores noſtri anniverſariam tanti Sacramenti ſolemnitatem inſtituerunt (a); cumque ad ejus celebritatem augendam religioſæ piorum hominum Societates haberi cœperint, memorabilis, ut in aliis, tum in hoc præcipue opere aggrediendo, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſingularis cultus & diſciplina excelluit ſanctitatis; in unum enim ad tantum Sacramentum ibi excolendum conveniens religioſa ejuſdem Sanctiſſimi Sacramenti apud ipſam Baſilicam Confraternitas, omnem ſuam curam, omnemque cogitationem eo intendit, ut ad ipſius Sacramenti honorem, miſericordiæ operibus vacaret, infirmoſque, & calamitoſos alendos, medicamentiſque etiam curandos ſuſciperet, eorum inopiam, & ſolitudinem piis viſitationibus, & eleemoſynis frequentibus ſolaretur, atque e vita migraturos Divino commeatu reficeret, ac quibuſvis ſpiritualibus, & corporalibus foveret adjumentis; corpora item defunctorum ſepeliret, in eaque receptos mutuis fraterniſque ſtudiis invicem conſociaret: ut communicatis inter ſe piis laboribus, præclara alia charitatis officia explerent, ac tamquam feraces plantæ fructus quotidie uberiores, majori facto ad pietatem fidelium concurſu, producerent. Quorum nos operum ſpecimen multos jam annos editum, inſigniaque ipſius Confraternitatis merita grato animo excipientes, Baſilicam ipſam devotionis omnium nationum veluti portum, clariſſimoque Religionis, & veræ fidei lumine radiantem, hoc quoque ſanctiſſimi miniſterii munere illuſtrari magnopere lætati, ad laudabilia ipſius Confraternitatis ſtabilienda perpetua inſtituta, ad ſanctaſque ejus exercitationes propriis noſtris beneficiis, atque Indulgentiarum præmiis cumulandas provocamur: ut in tam inſigni Urbis Baſilica ſanctiſſimi hujus Sacramenti cultus, & celebratio non modo conſervetur, & augeatur, ſed illius exemplo, ad hujuſmodi cultum, pietatiſque, & miſericordiæ imitationem, aliæ quoque per orbem Eccleſiæ amplius accendantur. Cum igitur felicis recordationis Paulus Papa III. prædeceſſor noſter illius inſtitutionem, ac ſtatuta

Sacramenti Eucharistia laus pracipua.

Romanorum Pontificum pietas, & peculiaris in Baſilica Vaticana cultus commendatur.

Confraternitatis SS. Sacramenti pia opera.

Vaticana Baſilica encomium.

(a) Inter Prædeceſſores, quos Gregorius innuit, unus præ ceteris eminet Urbanus IV. qui an. 1262. Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſolemne feſtum indixit, ac feria v. poſt octavam Pentecoſtes celebrandum decrevit. Equidem celebris tanti Sacramenti memoria recurrit feria v. in Cœna Domini, quo die Sacrum Altaris myſterium a Chriſto Domino inſtitutum eſt. Verum, quia tunc temporis Eccleſia Chriſti *pro pœnitentium reconciliatione, ſacri confectione Chriſmatis, adimpletione mandati circa lotionem pedum, & aliis quampluribus occupata, plene vacare non poteſt celebrationi hujus maximi Sacramenti*, verbis utor ex ejuſdem Urbani Bulla depromtis; hinc oportuit, ut peculiari quodam die fidelium mentes ad pietatem ac fidem erga Corporis & Sanguinis Chriſti admirandum plane Sacramentum excitarentur. Major huic feſto acceſſit dignitas ex Clementis V. Decreto in Concilio Vienneſi, ubi, quæ Urbanus ſtatuerat, omnibus ſervanda præſcribuntur. Nonnihil etiam feſti Religionem auxit Joann. XXII. quum Urbani Sanctionem a Clemente V. probatam, *fecerit cum ceteris Clementinis Conſtitutionibus celebrari*, ut ſcite animadvertit Hocſemius relat. a Raynald. *ad an. 1264. num. 28.*

(a) Non

Pauli III. in Societatem beneficentia.

ſtatuta approbaverit, religioſumque ipſius in piis operibus ſtudium, fructuoſaſque, prout illa ferebant tempora, exercitationes piæ voluntatis affectu complectens, privilegiis, ac etiam Indulgentiarum, aliarumque ſpiritualium gratiarum muneribus ornaverit(*a*), quibus aucta, & pietate, & Confratrum numero, majus in dies incrementum capiens,

Ejuſdem Societatis incrementa, ac pietatis officia.

pauperes, & egenos omnibus pietatis, & miſericordiæ officiis proſequitur; gratuitaque illis ſubſidia pro viribus impendit in ſanctiſſimo hoc Sacramento inprimis venerando, ſacraque illi frequenter, ſolemneſque preces devote perſolvendo aſſidue incumbit, ſummumque ei, vel dum in Sacrario ad Altare Capellæ ipſius Sanctiſſimi Sacramenti in dicta Baſilica adſervatur, vel per publica loca in anniverſaria ejus Solemnitate (*b*), aliiſve ſtatutis diebus celebri pompa circumgeſtatur, vel cum ad infirmos defertur, honorem adhibet. Præterea que ad tantum Sacramentum amplius venerandum, dicatum illi ad dictum Altare Domicilium novis quotidie veſtibus, aureis argenteiſque vaſis, ac ceteris ornamentis, omnique Sacra ſupellectile inſtruit. Ferventibus itaque hujuſmodi charitatis, & miſericordiæ officiis, dilecti filii Prælatus, & alii Deputati, necnon Conſiliarii, Adminiſtratores, ceterique Confratres dictæ Confraternitatis, ad ea conſervanda, augenda, & ſalubrius dirigenda operæ precium fore arbitrati, ut novorum quoque ſtatutorum Sedis Apoſtolicæ præſidio fulciendorum editione firmentur, implorata imprimis Spiritus Sancti gratia, habitiſque ſæpius privatis, & generalibus Congregationibus, vetera ſtatuta diligenter recognoſcentes, & mature diſcutientes, alia ſubduxerunt, & antiquarunt, alia correxerunt, novaque præterea adjecerunt, eaque ſic correcta, & adjecta, atque in libellum congeſta nobis obtulerunt in hæc verba: *Integrum Statutorum contextum inſerit; mox proſequitur:* Quæ omnia, ſimulque

Nova ſtatuta confirmantur.

ipſius Confraternitatis erectionem, & inſtitutionem, & Prælati, Deputatorum, Conſiliariorum, Adminiſtratorum, & Confratrum prædictorum precibus adducti, pietatiſque & religionis propagandæ ſtudio permoti, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus. Ad hæc, ex ſpeciali gratia adjicientes, licentiam tribuimus eiſdem Prælato, Deputatis, Conſiliariis, Adminiſtratoribus, & Confratribus, ut pro felici regimine, & ſtatu proſpero ipſius Confraternitatis, ac Sanctiſſimi Sacramenti decore, cultu, & honore, quæcumque alia ſtatuta, conſtitutiones, & decreta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & decretis Concilii Tridentini non contraria edendi, & tam illa, poſtquam edita fuerint, quam ſupradicta nova ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes, quoties pro eorum, & temporum qualitate, aut alias

Alias leges condi poſſe permittit.

expediens eis videbitur, immutare, corrigere, moderari, & reformare, ac etiam alia ex integro condere: quæ poſtquam edita, immutata, correcta, moderata, & reformata, ac condita fuerint, eo ipſo dicta auctoritate confirmata, & approbata cenſeantur, & ab omnibus Confratribus prædictis, etiam ſub pœnis in contravenientes ſtatuendis, inviolabiliter obſervari debeant.

Societatis inſignia.

Præterea ipſis, eorumque Mandatariis, Bajulis, Officialibus, & Miniſtris in perpetuum, ut ſe Sacco, & Caputio rubei coloris, cui inſigne dictæ Confraternitatis ad pectus ſiniſtrorſum anexum ſit, induere, & illis in Eccleſiis, Proceſſionibus generalibus, generaliſſimis, & particularibus, necnon conventibus, ſeſſionibus, & congregationibus, ceteriſque actibus publicis, & privatis, ac inter omnes alias Urbis, ejuſdemque Sanctiſſimi Sacramenti ſocietates uti, Feretrum etiam, & lecticas, ſeu ſellas geſtatorias, necnon pavimenta, & loca ſua hoc colore, & inſigni operire atque ſternere libere, & licite valeant.

Indulgentias pridem conceſſas approbat.

Sed ut ipſa Confraternitas, gratiarum, & munerum cæleſtium theſauris locupletata, in piorum hujuſmodi operum exercitio magis magiſque convaleſcat: nos ſupra alias omnes Indulgentias, peccatorum remiſſiones, relaxationes, facultates, gratias, & indulta, eidem Confraternitati, ejuſque Confratribus præſentibus, & futuris, a d. Paulo, & aliis Romanis Pontificibus conceſſa, quorum ſingulorum, necnon ſtatutorum prædictorum tenores præſentibus habemus pro expreſſis, Omnipotentis Dei miſericordia, Beatorumq. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſ-

(*a*) Nonnulla ſane Privilegia ac ſpiritnales gratias a Paulo III. Societati SS. Sacramenti attributas novimus ex Conſtitutione ejuſdem Pontificis relata ad calcem II. Tomi pag. 451. & ſeq. Sed longe majora ſunt quæ Gregorius ſuperaddit, ut ex præſentis Bullæ contextu perſpicuum eſt.

(*b*) Solemnem Proceſſionem indicat, quæ octava die Feſti Corporis Chriſti a Confratribus Societatis Sanctiſſimi Sacramenti quotannis peragitur. Ejuſdem item Proceſſionis aperte meminerat in memorata Conſtitutione Paulus III. noſque ad notam illi ſubjectam pridem animadvertimus. Illud vero memoratu dignum eſt, ante Pauli III. ætatem in Baſilica Vaticana obtinuiſſe ſolemnem Proceſſionis ritum octava Feſtivitatis die quotannis celebrandum, ideoque ab eod. Pontifice Confratres, qui accenſis facibus ad Proceſſionem accederent, plenioris Indulgentiæ beneficio fuiſſe inſignitos. Itaque in Vaticana Baſilica jamdiu inoleverat conſuetudo, quum Gregorius XIII. anno 1573. Kal. Martii Conſtitutionem procudit, quæ Eccleſiis, Monaſteriis, aliiſque piis locis jus tribuit, ut quo maluerint die intra octavam Solemnitatis Corporis Chriſti Proceſſionem inſtituant.

Digitized by Google

Plenarias alias Indulgentias ſuperaddit, quas enumerat.

utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui deinceps in Confratres dictæ Confraternitatis recipientur, die receptionis eorum, ſi dictum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint in prædicta Capella, aut ubicumque potuerint, eo die; ac tam illis, quam qui nunc ſunt Confratribus vere pœnitentibus, & confeſſis, in mortis articulo; necnon omnibus præſentibus, & futuris Confratribus etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, qui die feſto ejuſdem Sanctiſſimi Corporis Chriſti, vel infra octavam illius, Sanctiſſimum Sacramentum prædictum ibi, vel alibi receperint, & etiam quoties vere pœnitentes, & confeſſi, & hac Sacra Communione refecti, Proceſſionibus prima Dominica omnium menſium, poſt Miſſam majorem, itemque feria quinta hebdomadæ ſanctæ fieri ſolitis, adſuerint, precibus, orationibuſque intenti; vel ſi Proceſſiones ipſæ, ob cauſas ſtatutis ſupraſcriptis expreſſas, intermittantur, vel omittantur, modo eiſdem diebus vere pœnitentes, & confeſſi, dictum Sanctiſſimum Sacramentum ſumpſerint; ſeu ſi infirmitate detenti, illis intereſſe non potuerint, dum tamen vere pœnitentes, & confeſſi, cum propoſito, ut ſi convaluerint, qua die ad Eccleſiam Dei primum accedent, Sacramentum ipſum vere item pœnitentes, & confeſſi recipiendi, reque ipſa ſuſceperint: ac etiam omnibus eiſdem Confratribus utriuſque ſexus ab Urbe abſentibus, & ubicumque commorantibus, qui eadem prima Dominica vere pœnitentes, & confeſſi, ipſum Sacramentum ſumpſerint, & ſi ibi tunc fiat Proceſſio, in qua illud deferatur, ipſum reverenter comitati fuerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in Domino concedimus, & elargimur. Inſuper eiſdem Confratribus utriuſque ſexus, qui Sanctiſſimum Sacramentum hujuſmodi, dum ad infirmos defertur, orationibus, & qui commode potuerint, lumine proſequentur, vel impediti, aut nequeuntes, proſequi fecerint; ſeu defunctorum Confratrum, vel aliorum Chriſtifidelium corpora ad ſepulturam Eccleſiaſticam aſſociaverint, aut infirmi, vel impediti, audito ſigno Campanæ, genuflexi, ſi per infirmitatem licebit, orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam pro ſalute animæ defuncti, vel corporis infirmi recitaverint; quique Congregationibus tam publicis quam privatis, necnon Divinis Officiis, verbi Dei prædicationibus, defunctorum funeribus, & anniverſariis, vel aliis piis Officiis, quæ dicta Confraternitas celebrare ſolet, interſuerint; ſeu pauperes infirmos, tam Confratres, quam alios, in hoſpitalibus, aut privatis domibus, necnon Carceratos viſitaverint, aut pacem inter inimicos conciliaverint, quoties eorum quodvis fecerint, centum dies de injunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis relaxamus. Et ne prædicti Confratres, ſi aliquando eos ab ipſa Urbe abeſſe, vel alibi commorari contingat, hujuſmodi Indulgentiarum, & aliarum gratiarum Spiritualium, Confraternitati, ac illius Confratribus prædictis conceſſarum effectu fruſtrati remaneant, ſed etiam abſentes Confratres in colendo Sanctiſſimo Sacramento magis perſeverent, eiſdem utriuſque ſexus Confratribus ab Urbe abſentibus, & ubivis locorum pro tempore commorantibus, ut in locis, ubi eos pro tempore reſidere, ſeu morari contingerit, opera ſupradicta, quæ ipſi Confratres in Urbe præſentes pro ſingularum Indulgentiarum, remiſſionum, & relaxationum, etiam per dictum Paulum prædeceſſorem conceſſarum hujuſmodi conſequutione obſervare debent, apud Eccleſias eorumdem locorum, aut alibi, prout poterunt, obſervando, & exequendo, omnes eaſdem Indulgentias, remiſſiones, & relaxationes habeant, & illæ eis pariter ſuffragentur; necnon tam in Urbe præſentes, quam alibi ubivis locorum commorantes Confratres dictæ Confraternitatis pro tempore exiſtentes, ſingulis quadrageſimalibus, & aliis anni temporibus, ac diebus Stationum Eccleſiarum dictæ Urbis, & extra illius muros, quæ a Chriſtifidelibus pro conſequendis Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus viſitari ſolent, Sanctiſſimi Sacramenti, ſi ibi fuerit, aut aliud Altare in Eccleſiis locorum, ubi eos pro tempore reſidere, ſeu commorari contigerit, devote viſitaverint, ac inibi ſepties orationem, Dominicam, & ſepties ſalutationem Angelicam recitaverint, tot, & eaſdem Indulgentias, ac peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur, ſi eiſdem temporibus, & diebus ſingulas Eccleſias dictæ Urbis, extra illius muros hujuſmodi, pro eiſdem ſtationibus, & Indulgentiis conſequendis deputatas, perſonaliter viſitarent, ac omnia, & ſingula, quæ pro hujuſmodi gratiarum conſequutione quomodolibet requiruntur, plane adimplerent. Poſtremo Indultum ejuſdem Pauli prædeceſſoris de eligendo Confeſſore, ampliantes, omnibus utriuſque ſexus Confratribus tam præſentibus in Urbe, quam ab ea abſentibus indulgemus, ut quiſque pro ſe quemcumque Presbyterum ſecularem, vel cujuſvis Ordinis regularem ex approbatis ab Ordinario, in ſuum eligere poſſit Confeſſorem, qui eum a quibuſvis excommunicationis, etiam majoris, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœ-

Aliarum Indulgentiarum, quas partiarias vocant, series ac numerus.

Indultum de electione Confeſſorii ampliat.

& pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, quibus innodatus fuerit; necnon ab omnibus peccatis, criminibus, delictis, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, ut de eis prædicta Sedes merito conſulenda foret, videlicet in caſibus dictæ Sedi quomodocumque reſervatis; exceptis contentis in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis, ter in vita, & in mortis articulo; in aliis vero eidem Sedi non reſervatis, caſibus quoties opportunum fuerit, confeſſione diligenter audita, abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, etiam ter in vita, & in mortis articulo, auctoritate prædicta impendere licite poſſit.

Societatem in Archiconfraternitatem erigit cum facultate alias Societates aggregandi.

Ceterum ut Confraternitas ipſa, privilegio ſpeciali ornata, ad retinendum illius dignitatem, fideliumque ſalutem, majoribus quotidie proficiat incrementis, eam in Archiconfraternitatem erigimus; eique, ac ejus Prælato, Deputatis, Conſiliariis, Adminiſtratoribus, & Congregationi prædictis perpetuò concedimus, ut omnes, ac quaſcumque alias Confraternitates ejuſdem Sanctiſſimi Sacramenti ubicumque locorum extra dictam Urbem canonice inſtitutas, & inſtituendas, ſi & poſtquam hoc per eorum procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum in una ex Congregationibus ipſius Archiconfraternitatis petierint, etiam cum uſu, & geſtatione Sacci rubei, & inſigniis hujuſmodi, aggregare, ac eis ſic aggregatis, illorumque Confratribus utriuſque ſexus omnes Indulgentias, peccatorum remiſſiones, & relaxationes, aliaſque gratias, & facultates prædictas, etiam a Paulo III. & aliis prædeceſſoribus prædictis, & alias a nobis, dictaque Sede conceſſas, & de cetero concedendas (Indulgentiis ſtationum Urbis, & facultate eligendi Confeſſorem, necnon aggregandi, & gratias hujuſmodi aliis communicandi exceptis) communicare libere, & licite valeant. Ita ut ipſi Confratres ſic congregati, obſervantes, & exercentes ea, quæ ipſius Archiconfraternitatis Confratres pro Indulgentiis, remiſſionibus, & relaxationibus hujuſmodi conſequendis obſervare, & exequi debent, eaſdem Indulgentias, peccatorum remiſſiones, & relaxationes æque pariter conſequi poſſint.

Conſtitutionem confirmat, reprobatque contraria.

Decernentes præſentes litteras ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, & aliarum gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam in favorem dictæ Baſilicæ ſeu Cruciatæ Sanctæ, aut alias per nos, & alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros ad dictam Sedem, etiam Motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu ad quorumvis etiam Imperatoris, & Regum inſtantiam quomodolibet pro tempore factis, minime comprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & cenſeri, necnon omnibus, quos illæ concernunt, ſuffragari debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtris, altera videlicet de Indulgentiis ad inſtar non concedendis, altera vero poſteriores Indulgentiarum conceſſiones, ubi prior aliqua a nobis perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum conceſſa fuerit, annullante, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus; quodque alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum prædictis Baſilicæ, & Capellæ; nec non earum Altaribus ſæpius a nobis conceſſa fuerit, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Præſentibus futuris perpetuis temporibus duraturis.

Tranſumptis fidem conciliat.

Volumus autem, ut earumdem præſentium exemplis etiam impreſſis, quæ ſupradictis Confraternitatibus aggregandis concedentur, & alias neceſſariis, Notarii publici manu, & pro tempore exiſtentis Protectoris, vel etiam ipſius Archiconfraternitatis, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides ubique locorum in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, Confirmationis, tributionis, elargitionis, relaxationis, Indulti, Erectionis, Conceſſionum, Decreti, & voluntatis infringere &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, x. Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri anno VII.

Ponti-

Pontificis Aſſenſus pro erectione Montis Pietatis in Caſtro Faræ.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 69. Faſc. 21.

AN. CHR. 1579. 13. Januar.

BEatiſſime Pater. Exponitur humiliter Sanctitati Veſtræ pro parte devotorum illius Oratorum Univerſitatis hominum Terræ, ſeu Caſtri Faræ, alias de Fara, juriſdictionis, & dominii in ſpiritualibus, & temporalibus Abbatiæ, ſeu Monaſterii menſæ Capitulari Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe perpetuo unitæ, ſeu uniti, Sancti Martini de Fara Theatinæ Diœceſis, quod a multis jam annis citra ipſi Oratores, ſeu eorum anteceſſores, tam pro Eccleſiarum, quam pauperum, & miſerabilium perſonarum, ac etiam totius Univerſitatis hujuſmodi commoditate, unam Capſam, ſeu Burſam communem, ſive unum commune Ærarium in eadem terra, ſeu Caſtro erexerunt, ſeu inſtituerunt, vel introduxerunt, ſeu inchoarunt, cui etiam, progreſſu temporis, a pluribus dictæ Terræ, ſeu Caſtri Civibus, & Incolis nonnulla legata pia facta, & relicta fuerunt; adeo ut in præſentem uſque diem ad aliquam pecuniarum ſummam, & quantitatem, benedicente Domino, creverit, certis Procuratoribus ab ipſa Univerſitate electis, ad illam, ſeu illud adminiſtrandum, tandemque Oratores præfati cupientes Capſam, ſeu Burſam, vel Ærarium hujuſmodi de bono in melius adaugere, & amplificare, illam, ſeu illud Montem Pietatis nominare incœperunt. Cum autem, Pater Sancte, licet Archiepiſcopus Theatinus loci Ordinarius, ſeu ejus Vicarius in Spiritualibus generalis, de præmiſſis notitiam habuerit, & habeat, ac potius eiſdem Oratoribus in eorum pio, & laudabili opere faverit, & faveat, quam quod illos impediverit, vel impediat, nihilominus ipſi Oratores nullam hucuſque licentiam nec ab eodem Ordinario (a), nec a Sede Apoſtolica deſuper ad hujuſmodi Montem pietatis legitime fundandum, & ſtabiliendum obtinuerint, dubitentque in futurum ſuper his perturbari; ac propterea, etiam alias ad Dei ſervitium, & laudem, ac Eccleſiarum & pauperum, necnon totius univerſitatis ſubſidium, & relevamen, cupiant hujuſmodi Montem pietatis in dicta eorum terra, ſeu Caſtro per S. V. erigi, ſeu confirmari, & alias ſuper his opportune provideri, ſupplicant propterea humiliter S.V. Oratores præfati, ſupplicibus eorum votis hac in parte annuere, ipſoſque in eorum pio, & laudabili propoſito confovendo, necnon in præmiſſis opportune providendo, ac eos ſpecialibus favoribus & gratiis proſequendo; in primis, quatenus opus ſit, eoſdem Oratores, atque quemlibet ipſorum etiam tam pro ſe, quam pro eorum anteceſſoribus, & tam in communi, quam in particulari a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam temporalibus pœnis, ſi quas propter præmiſſa, vel illorum occaſione, ob non petitam nec habitam hactenus a dicta Sede Apoſtolica deſuper licentiam, & nihilominus ob perceptionem fructuum ad rationem trium, vel quatuor, aut alterius quantitatis pro centenario, & ex nunc prout ex tunc, & contra, poſtquam perceptas hujuſmodi pecunias reſtituerint, in beneficium Montis prædicti erogandas, quomodolibet incurrerint, necnon ab exceſſibus hujuſmodi in utroque foro abſolvere, & totaliter liberare, dictas pœnas eis gratioſe remittere, ac omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam ſive notam contra eos ex præmiſſis quomodolibet inſurgentem, ab eiſdem perſonis abolere, ipſoſque

A priſco tempore quoddam Montis Pietatis ſpecimen in Caſtro Fara.

Apoſtolicus aſſenſus petitur.

Et cum primis abſolutio a cenſuris, & pœnis.

(a) Ex conſueta, ut puto, Supplicationum formula ac methodo, Epiſcopus Theatinus *loci Ordinarius* hic nominatur. Ceterum nulla ejuſmodi Epiſcopo in Caſtrum Faræ exercenda inerat juriſdictio. Quum enim Caſtrum hocce Abbatiæ Sancti Martini membrum olim fuerit, profecto Epiſcopi Theatini nullo jure uti poterant in Abbatiam illam, quam Credindeus Theatinæ Urbis Dynaſta fundaverat ea lege, ut uni Deo, & Abbatis gubernio ſubjecta, nulla ratione Epiſcoporum imperio deſerviret. Conſulas in hanc rem quæ Collectionis noſtræ *Tom.* I. *pag.* 106., Bullam Honorii III. explicantes, adnotavimus. Succeſſu temporis placuit Abbati ac Monachis S. Martini Cap. Vat. ſe ultro ſubmittere; hinc prima Capituli noſtri in Abbatiam illam juriſdictionis ſemina. Tandem Nicolaus V. an. 1451. in vim Bullæ, quam edidimus Tom. II. pag. 134. eamdem Abbatiam Menſæ Capitulari Baſilicæ S. Petri perpetuo nexu ſociavit; hinc eadem libertas ac exemtio, quæ illi a fundatione inerat, numquam excidit. Non ſemel Theatini Epiſcopi totis incumbuere viribus, ut in alienam meſſem falcem immitterent; verum, obnitente Capitulo, ſemper repulſi, poſtremo ſolemni Urbani VIII. Conſtitutione ſub dat. Romæ die 18. Julii 1637. cauſa cecidere, quum decreverit Pontifex, ut ſuo loco monſtrabimus, Abbatiam S. Martini de Fara aut de Valle nullius eſſe Diœceſis, ideoque, tamquam territorium, ut ajunt, ſeparatum, ab Epiſcoporum juriſdictione, viſitatione, ac correctione plane exemptam. Quod igitur de Theatino Epiſcopo, aut loci Ordinario in hac Supplicatione legimus, de Capitulo S. Petri eſt intelligendum, quod in Caſtro Faræ abſolutam & ordinariam cum in ſpiritualibus tum temporalibus exercet juriſdictionem.

que in priſtinum & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum, in omnibus, & per omnia reſtituere, reponere, & plenarie reintegrare, necnon in dicta terra, ſeu Caſtro Faræ dicta ex Capſa, ſeu Burſa, vel Ærario communi hujuſmodi, omnibuſque, & ſingulis illius pecuniis, rebus, bonis, legatis, relictis, juribus, & actionibus quibuſcumque præſentibus, & futuris, unum Montem pietatis hujuſmodi, ſine alicujus præjudicio, perpetuo, erigere, & inſtituere, illique ſic erecto, dictam Capſam, ſeu Burſam communem, vel Ærarium commune, omneſque & ſingulas illius pecunias & bona mobilia, & immobilia relicta, legata, Jura, & actiones univerſas, præſentes & futuras perpetuo applicare, & appropriare, necnon eoſdem Oratores, Univerſitatem, & Societatem, nunc, & pro tempore exiſtentes in perpetuum dicti Montis adminiſtratores, cum interventu Ordinarii, perpetuo conſtituere, & deputare, illiſque ad ejuſdem Montis regimen, gubernium, & adminiſtrationem quoſcumque procuratores, ſeu rectores, Miniſtros, & Officiales eis beneviſos, ad ipſorum Oratorum liberum nutum appo- nen. & amoven. eligere, & deputare, & tam Oratoribus, quam eorum Procuratoribus, Rectoribus, Miniſtris, & Officialibus Montis hujuſmodi, ut pecunias ipſius Montis præſentes, & futuras quibuſcumque Eccleſiaſticis, & miſerabilibus, ac pauperibus, atque quibuſvis aliis indigentibus perſonis, etiam, ſi ipſis Oratoribus videbitur, ad rationem duorum pro quolibet centenario tantum, pro impenſis Domus, ac Salariis Officialium dumtaxat annuatim, ſeu pro minori ratione, aut alias gratis, & amore Dei mutuare, proventuſque convertere; ipſis quoque Oratoribus, pro felici ejuſdem Montis regimine, gubernio, directione, adminiſtratione, & manutentione, quæcumque ſtatuta, & ordinationes eis beneviſa, ſacris tamen Canonibus, & Concilio Tridentino non contraria, & alias licita, & honeſta condere, & facere, illaque ſic pro tempore condita, & facta in melius reformare, moderari, corrigere, ampliare, diminuere, abrogare, ac alia illorum loco de novo condere toties quoties, ac prout eis expedire videbitur, omnia prius ab Ordinario approbanda, libere, & licite valeant, concedere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, provincialibus, & Synodalibus, ſpecialibus vel generalibus, necnon etiam juramento &c. roborat. ſtatut. &c. legibus &c. etiam municipalibus, ac etiam imperialibus &c. privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenore &c. etiam Motu proprio &c. & conſiſtorialiter &c. ac alias quomodolibet in contrarium conceſſ. &c. quibus omnibus, etiamſi de illis &c. eorum tenor. latiſſime hac vice derogare placeat, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Quinam in Montis adminiſtros eligendi; & quæ illorum authoritas.

Auctarium ex mutuo recipiendum, quo titulo.

Nova ac utilia ſtatuta excudenda, aut reformanda.

Pontifex annuit

Fiat ut petitur. V.

Supplicationis ſumma

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & de abſolutione ſpeciali, liberatione, remiſſione, abſolutione, reſtitutione &c. aliiſque præmiſſis ut ſupra, & in forma gratioſa, & de erectione, & inſtitutione, ſeu confirmatione, & approbatione, applicatione, appropriatione, conſtitutione, deputatione, conceſſione, Indulto &c. Decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis &c. ut ſupra perpetuo, & in forma gratioſa, ac cum opportuna, ſi videbitur, executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſur. &c. cum facultate aggravandi &c. invocato &c. ſecularis, cum derogatione dietarum, non tamen trium, latiſſime extendend., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fructus &c. cognom. invocat. denominat. annex. qualit. nuncupat. circumſtan. etiam aggravan. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expeditio fieri poſſit in litteris ſimul, vel ad partes expedien. Et quoad abſolutionem per Breve, ſi videbitur.

Iterata ſubſcriptio.

Fiat V.

Datum Romæ apud S. Petrum Idibus Januarii anno ſeptimo.

Plena-

Plenariam peccatorum Indulgentiam conſequuntur, qui die Feſto S. Gregorii Magni ejus Altare in Baſilica Vaticana viſitaverint.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1579. 7. Martii.

UNiverſis Criſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & Animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, confeſſis, & Sanctiſſima Communione refectis, qui Altare ſitum in Capella S. Andreæ nuncupata, Baſilicæ beati Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, ſub quo quidem Altari Corpus Sancti & glorioſi Gregorii Eccleſiæ Doctoris, atque Pontificis reconditum quieſcit, in feſto ejuſdem S. Gregorii ſingulis annis in perpetuum a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem Feſti devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die VII. Martii 1579. Pontificatus noſtri anno Septimo (*b*).

Archiepiſcopum Theatinum Apoſtolicæ Sedis Delegatum conſtituit, ut in Abbatiis ac Monaſteriis quibuſcumque in ejus Diœceſi poſitis, quibus Majellanam, ac Sancti Martini de Fara Abbatias accenſet, viſitationem inſtituat.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 70. Faſc. 233.

AN. CHR. 1579. 10. Novemb.

Abbatiæ in Theatina Diœceſi poſitæ, ab Epiſcoporum jurisdictione exemtæ.

VEnerabilis Frater (*c*) Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum, ſicut accepimus, dilecti filii Sancti Joannis in Venere, & Villæ Beatæ Mariæ, ac Sancti Clementis in Piſcaria, necnon Beatæ Mariæ, & Sancti Stephani de Arbonè, & Sancti Angeli in Cornachiano, necnon S. Martini & Sancti Salvatoris de Majella (*d*), & Beatæ Mariæ in Palatio, necnon Sanctorum Viti, & Salvi, Theatin, ſeu nullius diœc. alias tamen Theatin. Abbatiarum Abbates, ſeu Commendatarii, prætextu nonnullarum exemptionum a juriſdictione quorumcumque Ordinariorum locorum alias eis a Sede Apoſtolica conceſſarum, aſſerentes ſe Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectos eſſe, ab ullis, & præſertim in iis, quæ ad curam Sacramentalem animarum pertinent, nunquam viſitari conſueverint, quo fit, ut aliquibus ex eis delinquendi occaſio præbeatur: Nos, qui ſublatis cunctis delinquendi occaſionibus, quibuſvis ſcandalis obviare, ac ſaluti cunctorum, quantum cum Deo poſſumus, conſulere ſincero deſideramus affectu, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino habemus fiduciam, per præſentes committimus, & mandamus, ut tu tanquam a nobis, & Sede Apoſtolica in hac parte Delegatus, præfa-

(*a*) Huc transferenda quæ in hanc rem ſupra adnotavimus *Tom. 2. pag.* 283. not. *b*.

(*b*) Ea ſupputandi ratio, quæ in Romanorum Pontificum literis familiariſſima eſt, ut toties animadvertimus, nimirum ut annorum initia a menſe Martio ducantur, hic ceſſat; quippe in præſenti Diplomate a menſe Jannatio anni primordia petenda ſunt. Si enim Martium menſem transferas ad inſequentem annum 1580., ſicuti revera eſſet transferendus, ſi a die 25. Martii annus inciperet, non ſeptimum, ſed octavum Pontificatus annum Gregorius ageret.

(*c*) Cæſarem Buſdragum hic intelligendum eſſe ipſa Theatinorum Archiepiſcoporum ſeries ſatis docet. Cavendum igitur ab Ughello, qui hunc Archiepiſcopum ab Alexana ad Theatinam Eccleſiam translatum dicit die 11. Auguſti 1580. Hinc non immerito in nupeta Ughelliani operis editione, pro anno, quem author perperam deſignat, meliori ſupputatione in margine ſupponitur annus 1578.

(*d*) Abbatiam S. Martini de Fara Nicolaus V. in Menſam Capitularem tranſtulit ann. 1451. ut ex Diplomate ſuperius relato Tomo II. pag. 134.; alteram vero S. Salvatoris Abbatiam eidem Menſæ ſociavit Julius III. an. 1552. ut liquet ex Conſtitutione, quam huic Tomo III. inſeruimus pag. 19. Utraque Abbatia Baſilicæ Vaticanæ adjudicata eſt cum Privilegiis ac exemtionibus, quibus pridem fuerat inſignita. Hinc nulla Theatinis Archiepiſcopis in hæc loca ante Concilium Tridentinum inerat juriſdictio; quid vero poſt Concilii Decreta geſtum fuerit, modo indicabimus.

Abbatias exemtas viſitationi ſubjicit certa ſub lege.

præfatas, & quaſcumque Abbatias, in quibus non viget regularis obſervantia (*a*), infra tuam dioec. conſiſtentes, earumque loca, Abbates, & Commendatarios, ac perſonas animarum curam exercentes, in dicta Dioec. conſtitutos, tam in capite, quam in membris, etiam conſtito tibi de eorum exemptionibus; ubi autem regularis viget obſervantia, vel ſuos Abbates habent, circa ea, quæ curam Sacramentalem animarum tantum concernunt, auctoritate noſtra viſites, ac quæ in eis juxta decreta Sac. Conc. Trident. reformanda cognoveris, reformes, necnon de illis, ac omnibus, & ſingulis quæ ad viſitationis officium, ut præfertur, pertinent, cognoſcas, aliaque facias, & exerceas, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Et inſuper eoſdem Abbates, & Commendatarios ad contributionem onerum pro Seminario puerorum in civitate Theatina, juxta formam dicti Concilii per te propediem inſtituendo (*b*), juris, & aliis remediis opportunis, etiam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas dicta auctoritate cogas, & compellas; ſuper quibus omnibus plenam tibi, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem; diſtrictius inhibentes univerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac quibuſvis aliis, ne quovis prætextu, etiam ratione vicinioritatis, aut in vim decretorum Concilii hujuſmodi faciant, quominus tu libere poſſis viſitare. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non oſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Abbatiarum hujuſmodi, & Ordinum, quorum exiſtunt, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis, Abbatiis, Ordinibus, Abbatibus, & Conventibus præfatis, & quibuſvis aliis in genere, vel ſpecie ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu ſimili conceſſis, & etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua mentio habenda foret, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Abbatibus & Conventibus præfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XX. Novembr. MDLXXIX. Pontificatus noſtri anno VIII.

Insuper ad cenſum pro Seminarii erectione ſolvendum adigit.

Contraria non officiunt.

Privilegia ſuſpendit.

Concordia a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ inita cum filiis & Hæredibus Sabbæ de Porcariis, ſuper nonnullis Domibus in Burgo S. Petri exiſtentibus, Apoſtolica authoritate confirmatur.

Ex Authograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

AN. CHR. 1579. 24. Decemb.

BEatiſſime Pater. Alias de Anno MCCCCXCVIIII, ſeu alio veriori tempore Valerius, Camillus, & Antonius Fratres de Porcariis conceſſerunt Hieronymo de Porcariis Epiſcopo Andrien. eorum Patruo quoddam ſolum, & terrenum ſitum in Burgo Sancti Petri, in conſpectu Hoſpitalis Sancti Angeli infra duas vias tunc majo-

Solum Baſilicæ Epiſcopo Andrienſi locatur.

(*a*) Quæ in hanc rem a Synodo Tridentina Seſs. 21. cap. 8. ſtatuta fuerant, Gregorius Pontifex repetit, ac in uſum revocat. Neque vero Baſilicæ noſtræ Capitulum in Theatinos Archiepiſcopos inſurrexiſſet, ſi qua decet moderatione viſitationem tamquam Apoſtolicæ Sedis Delegati inſtituiſſent. At delegatæ Juriſdictionis prætextu, plura audentes, quæ inconceſſa illis erant, acerrimam controverſiam excitarunt, quæ multum diuque exarſit. Diſcordiarum origo a Joanne Oliva Theatino Archiepiſcopo, cui literas in forma Brevis ſupra relatas pag. 68. S. Pius V. inſcripſerat, primum invecta eſt. Deceſſoris veſtigia premens Buſdragus, diſſidium aluit; Qui mox inſequuti ſunt Archiepiſcopi, addito fomite, incendium excitarunt. Tandem amico fœdere compoſita res eſt tempore Urbani VIII. ut in fine Diſſertationis de Majellana Abbatia Tom. I. Bullarii noſtri præmonuimus, ac infra in Urbani VIII. Conſtitutionibus fuſiori expendemus calamo.

(*b*) Nondum igitur Seminarium in Theatina Diœceſi abſolutum plane fuerat, atque ad exitum omnino perductum. Ideirco quæ ex Ughello in hanc rem ſupra adnotavimus pag. 69. not. *a*, de ædium ſtructura ab Oliva Archiepiſcopo incœpta, ac de illius opera ac ſtudio ut Seminarium abſolveret (quod illi tamen non obtigit) intelligi commode poſſunt.

(*a*) Hodie

majores, videlicet, Viam dictam la Selicia-ta (*a*), & Viam Sanctam (*b*), ſub proprietate Baſilicæ Sancti Petri exiſten. ſub annuo canone octo ducatorum de carlenis, ad effectum in eo fabricandi, & domos conſtruendi, pacto adjecto, quod fructus domorum conſtruen. in dicto ſolo computarentur in ſortem principalem ipſorum melioramentorum, donec ipſo Hieronymo Epiſcopo de ſuis melioramentis integre ſatiſfactum eſſet, & interim omnia dicta malioramenta ſibi eſſent obligata, illaque etiam per ipſos Valerium, Camillum, & Antonium vendi, obligari, & pignorari non poſſent ſine licentia præfati Epiſcopi, & niſi prius ſibi ſatiſfactum eſſet de dictis melioramentis, vel ex ipſis fructibus, vel ex aliis pecuniis ipſorum Valerii, Camilli, & Antonii; deinde de anno MDIII, ſeu alio etiam veriori tempore, præfatus Hieronymus Epiſcopus ab humanis deceſſit, condito teſtamento, in quo aſſeruit in dicto ſolo ædificaſſe, ſeu ædificari feciſſe plures & plures domos, & ſe creditorem exiſtere eorumdem Valerii, Camilli, & Antonii in ducatis bis mille auri de Camera, occaſione mutui, & in cauſam dotium Portiæ, & Claudiæ ſororum ipſorum Valerii, Camilli, & Antonii; & eoſdem Valerium, Camillum, & Antonium in nocte præterita ſibi ſubtraxiſſe quaſdam pecuniarum ſummas, & alia bona aſcenden. ad ſummam octo millium ducatorum; & reliquit Gentileſchæ ejus ſorori, ac Franciſco de Caſtellanis, & fratribus illud quod videretur ejus hæred.; Item voluit, quod Capella per ipſum Hieronymum incœpta in Eccleſia Beatæ Mariæ ſuper Minervam (*c*) perficeretur, & dotaretur arbitrio ſui hæredis, & legavit Valentinæ Papinianæ ætatis annorum trium, vel circa, ducat. mille quadringen. auri de Camera pro dote, & acconcio ſibi tempore matrimonii conſignan.; Sixto Papiniano ætatis annorum duorum vel circa, & Juſtiniano ætatis annorum quinque vel ſex, ducat. mille auri de Camera pro quolibet, quas quidem pecunias dari, & tradi voluit prædictis Sixto Papiniano, & Juſtiniano cum quilibet eorum eſſet ætatis viginti quinque annorum; & inſuper legavit eiſdem tribus impuperibus alimenta, videlicet victum & veſtitum uſque ad tempus quo pecuniæ prædictæ eis tradi deberent per ejus hæredes præſtan., aliaque plura diſpoſuit; & demum hæredem univerſalem inſtituit Proſperum de Porcariis ejus Fratrem. Mortuo dicto Hieronymo Epiſcopo, inter ipſos Valerium, Camillum, & Antonium ex una, & dictum Proſperum eorum Patruum ex altera parte lites, & diſcordiæ ſuper dicto ſolo, & terreno, ac melioramentis, & domibus per dictum Hieronymum Epiſcopum in eo, ut dicebatur, factis, aliiſque pluribus ipſorum partium prætenſion. de anno MDIII. ſeu alio veriori tempore, in Cardinalem Reginum (*d*) poſtea compromiſſæ fuerunt, qui ſuper eis laudavit, & pronunciavit, in ipſoque laudo inter cetera decrevit, declaravit, ac arbitratus fuit, ac reſpective adjudicavit dictis Antonio, Valerio, & Camillo conjunctim ſolum una cum fundamentis in eo exiſten. ſitum in Burgo Sancti Petri; ita tamen quod inter ſolum adjudicatum hujuſmodi, & domos ædificatas ſecus viam Sixtinam per dictum Hieronymum Epiſcopum, relinqueretur, & dimitteretur vacuum ſpatium viginti quinque palmorum de dicto ſolo, in quo ipſi fratres non poſſent ædificare, ſed domibus præfatis deſerviret. Ita quod omnia & ſingula bona mobilia, & immobilia, & jocalia hæreditatis Dominici Patris, & Joannæ Matris dicti Proſperi, nec non Sabbæ de Porcariis Patris dictorum Antonii, Valerii, & Camilli, ac etiam Hieronymi Epiſcopi eorumdem Proſperi, & Sabbæ fratris, in duas partes æquales dividerentur, quarum una eſſet dicti Proſperi, & altera dictorum Antonii, Valerii, & Camilli conjunctim, & quod omnia, & ſingula debita, & credita ipſarum hæreditatum, pro medietate pertinerent ad dictum Proſperum, & per eum ſolverentur, & exigerentur, & pro altera medietate ad dictos Valerium, Camillum, & Antonium, & quod etiam ſingulæ expenſæ per dictos Antonium, Valerium, & Camillum poſt obitum dicti Hieronymi Epiſcopi in dictis domibus ſecus viam Siſtinam per eundem Hieronymum, ut dicitur ædificatis,

Contractus conditiones, ac leges.

Hieronymi Epiſcopi obitus ac Teſtamentum.

Legata Teſtamento adjecta.

Hæredis inſtitutio; mox lites, ac controverſiæ.

Cardinalis Reginus Compromiſſarius, ejuſque placitum.

(*a*) Hodie *Borgo S. Angelo*. Hanc viam aperuit Sixtus IV. eamque a Mole Hadriana ad Palatium Vaticanum perduxit. Cujus rei extabat olim monumentum in Pontis vicinia marmori inſculptum, & a Torrigio relatum *part.* 2. *pag.* 311.

(*b*) Alias *Via Sacra*, & *Via Martyrum* nuncupata, quod per eam Chriſti Martyres ad ſupplicium & cædem in ea Vaticani parte, quæ Neronis hortos complectebatur, ducerentur. Via hæc eadem plane eſt, quæ hodie nuncupatur *Borgo Vecchio*. Itaque anno 1499. nulla inter *Sixtinam*, & *Sacram* intermedia erat via, quæ recta duceret ad Templum Vaticanum. Atque ita quidem rei habuit, quum Alexander VI. nonniſi anno 1499. conſilium cœperit de ampliori ea via aperienda, quæ idcirco Alexandrina olim dicta eſt, & hodie vulgo appellatur *Borgo Nuovo*. Adeas Torrigium *part.* 2. *pag.* 247. ubi geminum monumentum producit; alterum da via hac Alexandri VI. ætate primum incœpta; alterum de via eadem lateribus ſternenda ſub Julio II. an. 1505.

(*c*) Hac in Eccleſia familia Porcaria Romana ſepulturam ſibi ſtatuerat, in quam ipſemet Hieronymus Andrienſis Epiſcopus ab Alexandro VI. electus an. 1495., poſt obitum, qui incidit in an. 1503., illatus eſt.

(*d*) Hoc eſt Petrum Iſuallem ſeu Iſualia, quem Alexander VI. an. 1500. S. R. E. Cardinalem renunciavit. Ex Regino Archiepiſcopatu quem geſſit, Cardinalis *Regini* cognomen accepit.

(*a*) Hæc

tis, factæ, deberent æſtimari per duos Peritos in arte hinc inde eligen., & medietas eorum ſolveretur per dictum Proſperum, reliqua vero medietas per dictos Valerium, Camillum, & Antonium, & penſiones earumdem domorum dividerentur æqualiter, & quod præfati Valerius, Camillus, & Antonius infra quinque dies tunc proximos, in pleniori, & meliori forma obligarent ſe, & bona ſua, & præſertim bona hæreditaria præfata de ſolven. dictis Pupillis medietatem præfatorum legatorum eos tangen. in tempore præfixo in dicto teſtamento præfati Hieronymi Epiſcopi, & quod diviſores dictarum hæreditatum antea diviſionem extraherent de dictis hæreditatibus tot bona, fructus, & redditus hæreditatum hujuſmodi, quæ ſufficerent ad alimentationem dictorum trium Pupillorum pro temporibus prædictis, & Proſpero Alimentatori aſſignarentur; eodemque anno MDIV. ſeu alio veriori tempore, Antonius, & Valerius eorum proprio nomine, ac etiam de rato promittentes pro Camillo eorum fratre abſente, ſolvere promiſerunt eiſdem Valentinæ Papinianæ, & Sixto Papiniano, & Juſtiniano filiis naturalibus dicti Hieronymi Epiſcopi abſen., & dicto Proſpero pro eis ſtipulanti, & acceptanti, omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas, quæ pro ſua & dicti Camilli eorum fratris abſentis contingerent parte, & ratam, quam pro alimentis Pupillorum antedictorum ſolvere tenentur, prout in novo articulo dicti Laudi infra viginti dies tunc ſequen., ſe in forma Cameræ Apoſtolicæ obligarunt, eum omnibus & ſingulis damnis, expenſ., & intereſſe per dictum Proſperum, aut alios ſuo nomine, præmiſſorum occaſione forſan patiend. Cujus Laudi vigore, brachium ſeculare per Jacobatium Rotæ Auditorem de anno MDXI. ſeu alio veriori tempore relaxatum fuit ad inſtantiam Domini Proſperi contra eoſdem Valerium, Camillum, & Antonium pro obſervatione contentor. in ipſo Laudo. Mortuiſque poſtea Valerio, Camillo, & Antonio, ſuperſtite Juſtina de Bonſignoribus, ipſius Antonii ex teſtamento hærede univerſali, & adita per eam de anno MDXXVII. hæreditate cum beneficio Legis & Inventarii, in quo, inter cætera, dicta Juſtina deſcripſit in dicta hæreditate reperiiſſe nonnullas domos, & Terras in Burgo Sancti Petri ſub proprietate dictæ Baſilicæ Sancti Petri, & ſub annuo Canone octo ducatorum de Carlenis, poſtea eadem Juſtina de annis MDXXX. & MDXXXI. omnia jura ſibi competentia ſuper dictis Terreno, & domibus in Burgo Sancti Petri exiſtentibus, eſſe ſit Canonicis, atque Capitulo dictæ Baſilicæ (*a*), a quibus prædicta Juſtina, ſeu illius contemplatione, Lucretia ejus filia, habuit in recompenſam ſupradictæ ceſſionis annuos cenſus ducatorum LXXV. de Carlenis, ſeu tot quot ſint debitores ſuper dictis Terreno, & domibus, ſuper diverſis dictæ Baſilica Domibus in urbe exiſten. juxta ſuos confines, una cum ipſarum domorum proprietate, & directo dominio, & cauſis in inſtrumentis ſuper inde confectis expreſſis. Poſt quam ceſſionem præfata Juſtina de dicto Anno MDXXXI. cauſam diſcuſſionis bonorum dicti Antonii in Curia Capitolii coram primo Coll. introduxit contra creditores præfati Antonii, in qua pronunciatum fuit ipſam debere gaudere beneficio Legis, & Inventarii, Sabbam, Hieronymum, & Dominicum filios, & hæredes dicti Proſperi eſſe creditores pro Alimentis Juſtiniani, Sixti Papiniani, ac Valentinæ Papinianæ in exequutione liquidan., ac in omnibus melioramentis, & expenſis fact. per dictum Hieronymum Epiſcopum in domibus ſupradictis in ſumma per Epiſcopum in melioramentis erogata, & in executione liquidan., & in legatis ſolutis Valentinæ, ac Juſtiniano, & Gentileſchæ, ac in dotibus Portiæ, & Claudiæ, & in dote Capellæ, & ſumma in conſtruenda erogata, & in aliis ſummis in dicta ſententia expreſſis. Qui filii, & hæredes præfati Proſperi, & cæteri creditores virtute Commiſſionis coram Auditore Cameræ præſentatæ, præfatum brachium ſeculare, ſeu ſententiam prædicti primi Collateralis exequi potuerunt ſuper dictis domibus, & Terreno in Burgo Sancti Petri per dictos Canonicos, & Capitulum tunc poſſeſſis; mortuiſque deinde tunc prædictis Dominico, & Hieronymo, eis ſuperſtite præfato Sabba eorum fratre hærede, ipſe Sabbas litem, & cauſam hujuſmodi tunc forſan coram certo Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditore verten., proſequen. tempore fel. rec. Pauli Papæ IV., cauſam, & cauſas hujuſmodi ſuper dicta exequutione introductas, committi obtinuit bon. mem. Cardinali Reumano (*b*), coram quo cauſa hujuſmodi diu pependit, & quamplures teſtes

Parens ſententiam acceptant, & ſolutionem ſpondent.

Debitorum hæreditas deſertur Juſtina de Bonſignoribus.

Eadem hæres Capitulo S. Petri cedit domos ſibi Baſilica inædificatas, compenſatione ab eod. Capitulo accepta.

Creditores poſſeſſionem adeunt Domorum, quæ Capitulo ceſſæ fuerant.

Lis fervet, & ad alium defertur Judicem.

(*a*) Hæc domus a menſa capitulari Baſilicæ Vaticanæ poſſidetur, ac in regione Burgi prope Eccleſiam S. Mariæ Transpontinæ indicatur ſub num. CXXX. ut liquet ex noſtro domorum Catalogo.

(*b*) Joannem Suavium ſubindicat. Fuit is natione Gallus, juris ſcientia peritiſſimus, ideoque inter Romanæ Rotæ Auditores adſcitus. A Paulo IV. an. 1555. ſacra Purpura decoratus, magnis Eccleſiæ negociis adminiſtrandis incubuit. Obiit an. 1566., in Eccleſia S. Spiritus in Saxia tumulatus, ubi epitaphium marmori inſculptum adhuc viſitur. Laudanda igitur Pauli IV. prudentia, qui maximi momenti cauſſam egregio Viro examinandam commiſit.

(*a*) Ing

teſtes pro parte ipſius Sabbæ pro verificandis, & liquidandis dictis alimentis, & aliis pluribus examinati, & nonnulli actus facti fuerunt, a quo poſtea avocata, & R. P. D. Robuſterio Rotæ Auditore, in Rota commiſſa fuit, hujuſmodi lite coram eo pendente, prædictus Sabbas ab humanis deceſſit, ſuperſtitibus ſibi Alexandro, Hortenſio, Petro Paulo, Joanne Baptiſta, & Julio germanis fratribus, & illius filiis, & hæredibus, qui litem, & cauſam præfatam proſequentes coram ipſo R. P. D. Robuſterio, quamplura dubia diſcuſſa, & ventilata fuerunt, aliaque plura adhuc diſcutienda remaneant; & cum dubius eſſet litis eventus, eo maxime quia hujuſmodi cauſa multas patitur difficultates, difficiliſque plurium rerum ad cauſam facien. propter temporis antiquitatem probatio reddatur, ob idque partes ipſæ collitigantes cogitaverint unicuique ipſorum melius, & utilius eſſe ab hujuſmodi lite recedere, expenſas maximoſque labores evitare, & ad aliquam honeſtam concordiam, compoſitionem, & tranſactionem devenire, quam ipſam litem ulterius proſequi, medioque etiam interventu communium utriuſq. partis amicorum, ad infraſcriptam inter ſe concordiam, compoſitionem, atque tranſactionem devenerint, in qua, reſervato S. V. beneplacito, ipſi Canonici, & Capitulum ex una, & dicti Alexander, & fratres filii, & hæredes præfati Sabbæ, quorum aliqui minores exiſtunt, & cum auctoritate Tutorum, & Curatorum, ac etiam proximiorum, & Judicis Ordinarii, contrahentes parte ex altera, ceſſerunt, & renunciarunt quibuſcumque litibus, & cauſis inter eos quomodolibet, præmiſſarum occaſione exortis, & verten., ſibique ipſis ad invicem, & viciſſim omnes, & quaſcumque expenſas, ac etiam omnes, & quoſcumque fructus, redditus, introitus, & proventus, Canones, Cenſus, Livella, & Jura, obventiones & emolumenta quæcumque ex dictis domibus, & Terreno in Burgo Sancti Petri, & melioramentis quibuſcumque in eo vel eis exiſten. per dictos Canonicos, & Capitulum a die præfatæ ceſſionis eis per dictam Juſtinam factæ, uſque in diem ipſius tranſactionis perceptos, & exactos, ac percepta & exacta, damnaque, & intereſſe in hujuſmodi lite, & cauſa, & illius occaſione & cauſa quomodolibet facta, & reſpective paſſa, & incurſa, ad quamcumque ſummam aſcendentes, & aſcendentia, remiſerunt, & condonarunt, & ex cauſa. tranſactionis, & concordiæ, ipſi Canonici, & Capitulum promiſerunt ſolvere eiſdem filiis, & hæredibus prædicti Sabbæ ſummam mille quadringentorum Scutorum monetæ per totum menſem Januarii proxime venturum Ann. MDLXXX. pro omnibus, & quibuſcumque juribus, actionibus, creditis, & prætenſion. ipſorum hæredum, tam in Judicio adductis, quam aliis, ſi etiam quæ ſunt, in Judicio non deductis, & eis quomodolibet competen. ſuper Terreno, ſolo, & ædificiis, domibus, & melioramentis quibuſcumque in eo factis, tam per dictum Hieronymum Epiſcopum, quam dictos Valerium, Camillum, & Antonium, & alios de Porcariis, ac etiam fructibus, introitibus, & proventibus, canonibus, cenſibus, ſeu livellis, juribuſque, obvent., & emolumentis quomodolibet per Capitulum perceptis, & exactis; quam ſummam mille & quadringentorum ſcutorum monetæ pro creditis, juribus, actionibus, & prætenſionibus ſupradictis, dicti Alexander, & fratres acceptarunt & acceptant, & ſtante præfata promiſſione eis facta, eoſdem Canonicos, & Capitulum de omnibus, & quibuſcumque præmiſſis, ac in Judicio, & lite, ac cauſa hujuſmodi deductis, & aliis quibuſcumque eorum creditis, penſionibus, juribus, & actionibus, eis quomodolibet, & qualitercumque competen., etiam in Judicio, & lite, ac cauſa hujuſmodi non deductis contra dictos Canonicos, & Capitulum, eorumque emphiteotas, ac Terreni, & domorum, & ædificiorum præfatorum poſſeſſores, & cauſam ab ipſis Canonicis, & Capitulo haben. ſuper dictis ſolo, & Terreno, ac domibus, & fabricis in eo ut præfertur factis, & exiſten. generaliter, & ſpecialiter, dictorum Scutorum mille quadringentorum ſolutione ſubſequuta, & non alias ex nunc prout ea tunc, & e contra, quietarunt, & liberarunt, ac penitus abſolverunt; & inſuper ceſſerunt eiſdem Canonicis & Capitulo omnia Jura, & actiones eis quomodolibet competent. ſuper dictis domibus, & Terreno, ac melioramentis quibuſcumque in eodem Burgo Sancti Petri exiſten., ratione quorumcumque ipſorum jurium, creditorum, & penſionum tam in Judicio, ac lite, & cauſa hujuſmodi deduct. quam non deduct., quas, & quæ habent tam contra eoſdem Canonicos, & Capitulum, quam alias quaſcumque perſonas ab ipſis Canonicis & Capitulo cauſam habentes; & ulterius dicti Alexander, & fratres promiſerunt dictis Canonicis, & Capitulo, quod in eventum in quem ipſi Canonici, & Capitulum, aut eorum emphiteotæ, ſeu alii ſuper dictis domibus, Terreno, & melioramentis, & aliis præmiſſis, ab ipſis Canonicis, & Capitulo Jus & cauſam. habent. moleſtarentur a prioribus, & potioribus creditoribus, ſi qui ſunt hæreditatis, & bonorum prædictorum Valerii, Camil-

Partes concordiam ineunt.

Capitulum certam ſummam ſe ſoluturum pollicetur.

Pars alteră ſponſionem acceptat, & Capitulum liberat.

A moleſtiis, quæ inferri poſſent, omnino eximit.

Camilli, & Antonii in dicta ſententia Capitolina expreſſis in cauſa diſcuſſionis hæditatis quondam Antonii de Porcariis lata de anno MDXXXI., ſeu alio veriori tempore, ſuper bonis præfatis Jus aliquod, ex quavis cauſa habere prætenden., lite, & cauſa ipſis de Porcariis intimata, ipſos Canonicos, & Capitulum, eorumque emphiteotas, aut alios quoſcumque Jus, & cauſam ab eis habentes, in Judicio, & extra tueri ac defendere, defenſionemque, atque quamcumque litem ſeu lites forſan movendam, ſeu movendas in ſe ipſos ſuſcipere, eoſque etiam indemnes uſque ad dictam ſummam Scutorum mille quadringentorum, pro rata dumtaxat, quam virtute præſentis tranſactionis, & contractus recipiunt, relevare, & conſervare. Et in eventum, in quem dicti Canonici, & Capitulum ſuccumberent, teneantur eis reſtituere dictam ſummam Scutorum mille quadringentorum monetæ pro rata uſque ad dictam ſummam mille quadringentorum Scutorum pro ea rata in quam ipſi Canonici, & Capitulum ſuccumberent; niſi tunc pro parte ipſorum de Porcariis, vel prædictorum creditorum probatum fuerit, dictos Canonicos, & Capitulum poſſediſſe, vel poſſidere tot, & tanta bona, ac Jura, vel pecuniarum ſummas de hæreditatibus, vel fructibus eorum prædictorum Valerii, Camilli, & Antonii, quæ ultra ſummam dictorum mille quadringentorum Scutorum ſufficiunt ad ſatisfaciendum dictis anterioribus, & potioribus creditoribus in dicta ſententia Capitolina, ut ſupra expreſſis, & comprehenſis; & quod in eventum reſtitutionis dictorum mille quadringentorum Scutorum, vel cujuſvis partis dictæ ſummæ, remaneant dictis Alexandro, & fratribus, ſuiſque ſucceſſoribus omnia Jura, quæ ſibi prius antea dictam concordiam contra dictos Canonicos, & Capitulum competebant, atque competierunt, intacta, illæſa, ſalva, & valida, ac in nullo diminuta, lite etiam in ſtatu, & terminis in quibus ad præſens reperitur, permanente, ac ſi dicta tranſactio & concordia facta non fuiſſet. Et ulterius dicti Alexander, & fratres præmiſſa omnia & ſingula fecerunt eis, reſervatis Juribus, creditis, & action. repetend. ab Hæreditatibus Antonii, & Juſtinæ de Bonſignoribus, & aliis quibuſcumque perſonis, etiam tertiis poſſeſſoribus, & a quibus opus fuerit, ipſis Canonicis & Capitulo exceptis, omnia, & ſingula credita eorum, & penſion. in bonis dictorum Antonii, & fratrum, præterquam in domibus præfatis, & Terreno in Burgo Sancti Petri per Capitulum, vel alios ab eo cauſam habentes, poſſeſſo, & poſſeſſis, & cenſibus prædictis una cum domorum proprietate, & directo dominio per dictos Canonicos, & Capitulum, ut præfertur, dictæ Juſtinæ, ſeu Lucretiæ ejus filiæ conſignatis, quibus Juribus, & actionibus, & facultatibus repetendi, & conſequendi dicta eorum credita, & penſiones in aliis bonis quondam Antonii & fratrum, prædicti Alexander, & fratres per hanc tranſactionem, & concordiam præjudicare minime intendunt. Quinimmo expreſſe proteſtantur, & volunt, ac declarant quod eadem omnia Jura, & actiones, quæ ipſis Alexandro, & fratribus ante dictam tranſactionem, & concordiam, & ſtipulationem præſentis contractus ſuper dicta repetitione, & conſequutione eorumdem Jurium, actionum, & creditorum ſuper aliis bonis Antonii, & fratrum, prædictis domibus, terreno, & melioramentis, cenſibus, & aliis Juribus ut ſupra ceſſis, & reſpective exceptis, ſemper reſervatis, competierunt, & competere poterunt, eadem omnia tunc & in futurum perpetuo ſalva, & illæſa, & in ſuo robore, & firmitate permaneant, & durent, ac ſi, quo ad hujuſmodi Jura, & facultates repetendi, & conſequendi credita, & Jura præfata, hujuſmodi tranſactio, & concordia facta, & præſens contractus reſpective minime ſtipulatus fuiſſet, quatenus dictæ reſervationi præfatorum Jurium, & creditorum in aliquo obſtaret; atque non alias &c. Et præmiſſa omnia, & ſingula fecerunt, & facere declararunt dicti Canonici capitulariter ut ſupra congregati, reſervatis ſibi Juribus &c. tam ex præfatis Juribus nunc ſibi ceſſis, quam ex aliis quibuſcumque Juribus, quæ ipſis Canonicis, & Capitulo quomodolibet competierunt, competunt, & competere poſſent, repetendi ab hæredibus dictæ Juſtinæ de Bonſignoribus, & Lucretiæ ejus filiæ, ac aliis quibuſcumque perſonis &c. ac a quibus opus fuerit, etiam a tertiis poſſeſſoribus, ſeu detentoribus, & occupatoribus, annuos cenſus, redditus, & introitus aſcendentes ad ſummam LXXV. ducatorum de Carlenis, ſeu aliam quamcumque veriorem ſummam & quantitatem, una cum domorum proprietate, & directo dominio per Capitulum dictæ Baſilicæ ſive procuratores ab eo deputatos alias de menſe Februarii anni MDXXXII. &c. ſeu alio veriori tempore, prædictæ Lucretiæ de Bonſignoribus filiæ præfatæ Juſtinæ, ac ipſius Juſtinæ intuitu, & contemplatione, ſuper pluribus, & diverſis domibus præfatæ Baſilicæ in urbe exiſtentibus juxta ſuos notiſſimos confines, una cum ipſarum domorum proprietate, & directo dominio, & in recompenſam præfatæ ceſſionis jurium per eamdem Juſtinam ſuper dictis ſolo, Terreno,

Pecuniæ reſtitutionem pollicetur.

Alia favore creditorum adjecta conditio.

Aliud item favore Capituli pactum apponitur.

reno, & pluribus domibus in Burgo, Capitulo præſatæ Baſilicæ ut præfertur ſact. & aſſignat. prout conſtat publicis, & diverſis Inſtrumentis, actis, & expeditionibus ſuper inde confectis, quorum tenores &c. quibus juribus, & actionibus, ac facultatibus repetendi & conſequendi dictos cenſus, & introitus, ac domos ipſas, illarumque proprietatem, & directum dominium, una cum ipſis cenſibus ut præfertur conſignat. prædicti Canonici capitulariter ut ſupra congregati, ſibi ipſis per præſentem tranſactionem, & concordiam præjudicare, ſeu præjudicium cauſari minime intendunt; quinimmo expreſſe proteſtantur, & volunt, ac declarant quod eadem omnia Jura, & actiones &c. ipſis Canonicis, & Capitulo ante præſentem tranſactionem & concordiam ac ſtipulationem præſentis contractus ſuper dicta repetitione, ſeu conſequutione, ac eorumdem cenſuum, introituum, & damnorum, ſtante prædicta lite, cauſa, & moleſtiis ſuper dictis domibus, & Terreno ab ipſa Juſtina Capitulo dictæ Baſilicæ ceſſis, ab eiſdem fratribus de Porcariis ipſis Canonicis, & Capitulo, ut præfertur illatis, eadem omnia nunc & in futurum perpetuo ſalva & illæſa, ac in ſuo robore permaneant, perinde ac ſi, quo ad hujuſmodi Jura, & facultatem recuperandi, & conſequendi cenſus, & domos præfatos, hujuſmodi tranſactio, & concordia facta, ac præſens contractus ſtipulatus minime fuiſſet, quatenus dictæ Jurium reſervationi in aliquo obſtaret, & non alias, prout in Inſtrumento deſuper confecto latius continetur (*a*). Et ut præmiſſa firmitatem habeant, ſupplicant S. V. devoti S. V. Oratores Canonici, & Capitulum dictæ Baſilicæ, ac Alexander, & fratres de Porcariis filii, & hæredes prædicti Sabbæ, quatenus dignetur tranſactionem, concordiam, & compoſitionem prædictas approbare, & confirmare, necnon illis plenariæ, & inviolabilis firmitatis apoſtolicæ robur adjicere, omneſque, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint, quomodolibet in eiſdem ſupplere, illaque ſuos integros effectus ſortiri, & obtinere, ac a partibus prædictis perpetuo obſervari debere, & ab eadem tranſactione, & concordia minime, etiam prætextu cujuſvis, etiamſi quæ dici, vel allegari poſſet, enormis, & etiam enormiſſimæ læſionis, recedere, neque reſtitutionem in integrum petere, aut aliud remedium Juris intentare non poſſe, neque debere; ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, etiam de latere Legatos, ſublata &c. judicari &c. ac irritum &c. decernere, diſtrictius inhiben. &c. latiſſime extendend. de gratia ſpeciali; liteſque, & cauſas hujuſmodi extinguere, & de, & ſuper illis partibus prædictis ſilentium perpetuum imponere. Non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus &c. ac quibuſcumque privilegiis, litteris, quoque, & Indultis, ſtatutis &c. eidem Baſilicæ, & Capitulo, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis &c. Quibus omnibus, illorum tenores &c. etiam ſi de eis &c. latiſſime extendend. hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogare placeat, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Capituli conditiones & proteſtatio.

Supplicatio Pontifici porrigitur.

Fiat ut petitur V.

Pontifex annuit

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & de confirmatione, & approbatione prædictis, ac extinctione litium, impoſitione perpetui ſilentii, ſuppletione, adjectione, decreto, & derogatione, aliiſque præmiſſis ut ſupra, quæ hic pro ſingillatim, & ad partem repetit. habeantur, latiſſime extendend. perpetuo in forma gratioſa, & , ſi videbitur, cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſuris & pœnis etiam pecuniariis arbitrio ſuo moderandis, cum poteſtate citandi, & inhibendi, aggravandi &c. invocato &c. auxilio brachii ſecularis latiſſime extend., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam cognom. invocat. denominat. qualitat. nuncupat. aliorumque circa præmiſſa neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in Litteris per Breve S. V. expediend. (*b*).

Supplicationis ſumma, requiſita, ac conditiones.

Fiat V.

Iterata Papæ ſubſcriptio.

Datum Romæ apud S. Petrum nono Kal. Januarii, anno octavo.

Eccle-

(*a*) Inſtrumentum concordiæ, cujus capita hic enumerantur, proſtat in Actis Simonis Tegeroni ſub die 2. Decembris 1579.

(*b*) Hoc ipſo die quo Gregorius XIII. Supplicationem ſubſcripſit, literas in forma Brevis conceſſit, quarum autographum ſervatur in Archvio Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

Eccleſiam S. Catharinæ prope Plateam Baſilicæ Vaticanæ ſtato tempore viſitantibus, Plenaria peccatorum Indulgentia conceditur.

Ex Regeſto Brevium Gregor. XIII. an. VIII. num. 560. apud Archiv. Apoſt. Vatican.

AN. CHR. 1679. 6. Novemb.

UNiverſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. De ſalute gregis Dominici, divina diſponente clementia, curæ noſtræ commiſſi, pro paſtorali noſtro officio & charitate ſollicite cogitantes, illa fidelibus gregis ejuſdem libenter concedimus, per quæ ad æternæ beatitudinis gaudia facilius pervenire mereantur. Cupientes igitur ut Eccleſia Sanctæ Catherinæ, ſita prope plateam Sancti Petri de Urbe (*a*), qua dilecti filii Sergentes noſtri armorum, vulgo Mazzerii vocati, eorumque Collegium pro eorum Capella ad præſens utuntur, ac rebus ad divinum cultum neceſſariis, necnon uno Capellano, qui Miſſam in ea ſæpe celebrare ſolet, inſtructam tenent, congruis frequentetur honoribus, & devotius viſitetur; de omnipotentis Dei miſericordia &c. omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Eccleſiam die feſto ejuſdem Sanctæ Catherinæ a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis, ipſius feſti ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi &c. plenariam &c. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die VI. Novemb. MDLXXIX. (*b*) anno octavo.

Locationem, quam Portuenſis Epiſcopus, & Capitulum S. Petri ad novennium inierant, Apoſtolica auctoritate confirmat.

Ex Tom. IV. Brevium Gregorii XIII. num. 549. apud Archiv. Apoſt. Vatican.

Venerabili Fratri Alexandro Portuen. & Sanctæ Ruffinæ Epiſcopo Cardinali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Farneſio nuncupato.

GREGORIUS PP. XIII.

AN. CHR. 1579. 6. Novemb.

VEnerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper nobis tam tuo, quam dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nomine expoſuiſti, quod dudum tu pro ſeptem ex duodecim, & ipſi Capitulum pro reliquis quinque unciis ſive portionibus ad te Eccleſiæ Portuen., & ad Capitulum prædictos Capitularis menſæ ratione reſpective ſpectan. (*c*), Tenutam ſeu tenimentum Portus cum illius terris, poſſeſſionibus cultis, & incultis, ac pratis, paſcuis, herbaticis, fructibus, redditibus, & proventibus, necnon Juribus, obventionibus, & emolumentis quibuſcumque, ad omnem fructum Venerabili Fratri noſtro Paulo Epiſcopo Pennen. & Adrien. (*d*), necnon dilectis

Epiſcopi Portuenſis, & Capituli Bona in Territorio Portuenſi.

(*a*) Poſita olim erat prope finem Viæ Alexandrinæ, hodie *Borgo nuovo*, a dextro latere iis qui ad S. Petri Baſilicam progrediebantur. Multa de ejuſmodi ſacra æde, ac Monaſterio illi conjuncto occurrunt in ſuperiori Collectionis Bullarum Tomo, quæ hic repetere nec juvat, nec vacat. Interim ad rem noſtram adnotabimus, hanc ipſam Eccleſiam, *Mazzeriis* inde ejectis, Societati SS. Sacramenti Baſilicæ noſtræ fuiſſe traditam, poſtquam, nova Templi Vaticani fronte ſub Paulo V. extructa, Sacellum illi proximum, in quo Societatis Confratres convenire ſolebant, ſolo læquatum fuit. Ita quidem res habuit uſque ad Urbani VIII. tempora, quibus Ludovicus Torti, a quo hæc eruimus, Urbis ſtatum ſcriptis conſignavit. Inſequenti vero ætate, nimirum ſub Alexandro VII. eadem S. Catharinæ Eccleſia, quum extruendæ Porticus amplitudini impedimento eſſet, pari fato funditus everſa eſt. Adeas P. Bonannium, qui in Templi Vaticani Hiſtoria Cap. 31. Tabul. 38. memoratæ Eccleſiæ locum deſignat ſub num. 10.

(*b*) Non ex oſcitantia, aut inſcitia hanc & ſequentem Gregorii Sanctionem hic aſſuimus, quæ, habita temporum ratione, ſuperioribus literis erat præmittenda. Id conſilii ex neceſſitate cœpimus, quum utrumque monumentum ſero nimis ad nos fuerit perlatum, poſtquam præcedens conſtitutio jam prælo ſubjecta fuerat.

(*c*) Jam præmonui *Tom. 11. pag. 86. not. c.* inſigne terrarum ſpatium a Capitulo D. Petri in Portuenſi territorio poſſideri. Rurſus ejuſdem Tomi pag. 181. Pii II. literas dedimus, per quas, oborto inter Capitulum S. Petri, & Portuenſem Antiſtitem circa camporum jura limiteſque diſſidio, victoria eidem Capitulo adjudicatur. Hac ætate ſumma inter Epiſcopum & Capitulum iuerat concordia, quum quiſque pari ſtudio, etſi impari emolumento (quandoquidem Portuenſi Epiſcopo ſeptem partes, Capitulo vero nonniſi quinque aſſignantur) locationis negocium ageret. Atque utinam eadem animorum conſenſio etiam ſequiori ævo obtinuiſſet! Verum quia inter vicinos rara admodum concordia, Capitulum S. Petri id conſilii cœpit, ut Terras Apoſtolicæ Cameræ perpetuo addiceret, a qua viciſſim cenſus ſcutorum 1400. quotannis perſolvitur.

(*d*) Is eſt Paulus Odeſcalcus, qui jam tum ab ann. 1568. Pennenſis & Hadrienſis Epiſcopus fuerat renunciatus. Quia vero, Ughello teſte, anno 1572. utramque Eccleſiam idem Paulus dimiſerat; hinc Pennenſis & Hadrienſis Epiſcopatus titulus, quem hoc anno 1579. Gregorius Pontifex illi tribuit, ad Dignitatem, qua olim inſignitus fuerat, eſt referendus.

(*a*) Cur

Eorumdem bonorum locatio ad novennium.

dilectis filiis Magiſtro Hieronimo Notario & familiari noſtro, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & Ciriaco de Matheis Civi Romano, ac Hieronimo Odeſchalco, & Paulo Lurago mercatoribus Romanis Curiam ſequentibus, pro annua penſione trium millium ac ſeptingentorum ſcutorum monetæ, ad rationem decem Juliorum pro quolibet ſcuto, in certis terminis tunc expreſſis ſolvendorum, ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ad quod impetrandum, tu Frater Epiſcope & Cardinalis teneri voluiſti, necnon cum aliis pactis & conditionibus etiam tunc expreſſis, ad novennium tantum locaſtis; Necnon tu Frater Epiſcope & Cardinalis, & Capitulum prædicti, durante locatione prædicta, Paulum Epiſcopum, Hieronimum Auditorem, Ciriacum de Matheis, & Hieronimum Odeſchalcum, & Paulum Luragum prædictos, eorumque hæredes & ſucceſſores in pacifica poſſeſſione tenutæ ſeu tenimenti, ac ejus Jurium & pertinentiarum hujuſmodi manutenere, & alii vel aliis non locare promiſiſtis, prout in publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, locatio hujuſmodi in evidentem Eccleſiæ Portuen., & Baſilicæ prædictarum ceſſerit & cedat utilitatem, nobis, prædictis, & Pauli Epiſcopi, Hieronimi Auditoris, Ciriaci, Hieronimi, & Pauli prædictorum nominibus humiliter ſupplicaſti, quatenus Eccleſiæ Portuen., ac Baſilicæ prædictarum utilitati, necnon Pauli Epiſcopi, Hieronimi Auditoris, Ciriaci, Hieronimi, & Pauli prædictorum indemnitati conſulentes, locationi prædictæ, pro illius ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliiſque tibi & prædictis Capitulo in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingularum Eccleſiarum, præſertim Cathedralium, ac Menſarum Capitularium commoda, & utilitates, quantum cum Deo poſſumus, libenter procuramus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, locationem prædictam, ac prout illam concernunt, omnia & ſingula in inſtrumento prædicto contenta, & inde ſequuta quæcumque, per præſentes approbamus & confirmamus, ac præſentis Scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes & ſingulos Juris, & facti, ac ſolemnitatum defectus, ſi qui forſan in præmiſſis intervenerunt; ac decernentes Paulum Epiſcopum, Hieronimum Auditorem, Ciriacum, Hieronimum, & Paulum prædictos, eorumque ſingulos, ac heredes & ſucceſſores ſuos, locatione ac novennio hujuſmodi durantibus, per te, Frater Epiſcope & Cardinalis, & ſucceſſores tuos in Epiſcopatum hujuſmodi, ac Capitulum prædictum deſuper quovis colore, ingenio, vel prætextu moleſtari, perturbari, vel inquietari, ac eaſdem præſentes de ſurreptionis vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, ſeu impugnari non poſſe; & ſic per quoſcumque Judices & Commiſſarios, ac etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, necnon ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quavis cauſa & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, & irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus felicis recordationis Pauli Papæ Secundi prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiæ Portuen., & Baſilicæ prædictarum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die VI. Novembris (a) MDLXXIX. Anno octavo.

Pontifex contractum probat, ac vindicat.

Contraria tollit.

Con-

(a) Cur ordo chronologicus in hujuſce Conſtitutionis ſerie ſervatus non fuerit, in ſuperioribus literis præmonuimus.

(a) Hoſce

Concedit ut domus quæ in ſolo Baſilicæ Vaticanæ ædificatæ fuerant, Tiberio Ceulo Patri Mutii Baſilicæ ejuſdem Canonici jure vendantur; atque ut Capitulum hujuſmodi venditioni conſenſum præbens, nullam cenſuram pœnamve incurrat.

Ex Tom. 1. Brevium an. 1580. num. 110. apud Archiv. Apoſtol. Vatican.

AN. CHR. 1580. 1. Martii.

DUdum felicis recordationis Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter omnes & ſingulas locationes & conceſſiones ſtabilium bonorum Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, etiam domorum, his tamen exceptis, quæ pro propria habitatione dumtaxat habitæ fuiſſent, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ejuſdem Baſilicæ, aut eorum conſanguineis in ſecundo gradu, familiaribus, ſive ſervitoribus quomodocumque factas revocavit, & annullavit, mandans omnibus & ſingulis prædicta bona tenentibus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrerent, ac aliis etiam pecuniariis pœnis, quatenus infra certum expreſſum terminum deberent hujuſmodi bona vacua & expedita eidem Baſilicæ dimittere, ſub diſpoſitione Capituli dictæ Baſilicæ, ſeu Officialium ejuſdem, qui eadem bona utili modo locare tenerentur. In poſterum vero hujuſmodi locationes dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, aut Conſanguineis, vel familiaribus eorum omnino fieri prohibuit ſub eiſdem pœnis, quas tam locantes, quam conſentientes ipſo facto incurrerent, illaſque ex tunc, ſi fierent, irritas & inanes eſſe voluit. Poſtea piæ memoriæ Clemens VII. Paulus III. & Paulus IV. (a) prædeceſſores noſtri non ſolum præfatas revocationes, annullationes, & prohibitiones confirmarunt, & innovarunt, verum etiam eaſdem locationes & conceſſiones caſalium, vinearum, & aliorum quorumcumque bonorum ſtabilium dictæ Baſilicæ, etiam domorum, præter quam pro propria habitatione receptarum, ejuſdem Baſilicæ Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, aut eorum conſanguineis & affinibus conjunctim vel diviſim in ſecundo gradu, & familiaribus, in perpetuum, vel ad tempus de cetero, etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua ab alio quam Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis, & prævia ſatisfactione abſolvi non poſſint, ac infamiæ Juris & facti, aliiſque pœnis fieri inhibuerunt, mandantes inſuper, locationes, conceſſiones, & alienationes bonorum dictæ Baſilicæ, ſub certis modo & forma tunc expreſſis, ac præviis intimationibus Manſionariorum fieri debere, & cum aliis pluribus & diverſis revocationibus, reſciſſionibus, inhibitionibus, clauſulis, & cautelis, ac modis & formis in ipſis locationibus & alienationibus faciendis & ſervandis, prout in . . . torum prædictorum . . . . litteris . . . . exprimitur . . . . ſicut eorum . . . . Auguſti ac . . . . præterito p. . . . . Antonii q. . . . . ato Bergamen . . . . corum & uxorum relicta quondam Georgii de Potentiana Januen. vendidit dicto Tiberio quatuor domos ſimul junctas, poſitas in Regione pontis, in Parrochia Sancti Blaſii de Pagnotta, ſub directo dominio & proprietate dictæ Baſilicæ exiſten., ſub annuo Canone ſex ſcutorum monetæ, & quinque bononenorum, & pro pretio mille ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum monetæ (b); & de menſe Decembris etiam proxime præterito dilectus filius Carolus Mazeus etiam vendidit eidem Tiberio unam domum cum duabus apothecis, ſitam Romæ in Via Julia, in angulo juxta dictas quatuor domos, etiam ſub eodem directo dominio, & proprietate exiſten., cum onere annui Canonis duodecim ſcutorum, & bononenorum quindecim monetæ, pro pretio mille centum quinquaginta ſcutorum monetæ, reſervato eorum, & Capituli dictæ Baſilicæ conſenſu reſpectu domorum hujuſmodi, in inſtrumento

Romanorum Pontif. Decreta ſuper locationibus Bonorum Baſilicæ.

Pœna contra inobedientes ſtatuta.

Præſentis ſupplicationis materies.

(a) Haſce ſummorum Pontificum ſanctiones, pari occaſione notis oblata, hoc eod. Tom. III. pag. 105. nota. ſupra indivimus.

(b) In noſtro Domorum cenſuali domus hæc indicatur ſub n. 90. A quonam domorum venditio facta fuerit, præſens Diploma lacunis refertum ſatis non explicat. Ex noſtro tamen cenſuali docemur contractum fuiſſe inſtitutum a Jacomina vid. rel. quondam Georgii de Podenzano. Venditionis inſtrumentum ſcripſit Notarius Baccolettus die 12. Auguſti 1579. Aliud vero inſtrumentum conſenſus a Capitulo præſtiti, exhibent Acta Notarii Tegeroni lib. VI. pag. 34. & ſequenti.

(c) Domus hæc ſuperiori proxima notatur *numero* 91. Integram rei ac contractus ſeriem accipe ex Actis Notarii Tegeroni in libro & paginis, quas modo indicavimus.

(d) Uter-

Impedimentum ne locatio perficiatur, exponitur.

mento dictæ venditionis. Cum autem prædictus Tiberius Emptor ſit Pater dilecti filii Mutii Ceuli dictæ Baſilicæ Canonici, ac Capitulum dictæ Baſilicæ timentes prædictas conſtitutiones huic conſenſui præſtando obſtare, cenſuris Eccleſiaſticis ac aliis pœnis in eis comminatis, abſque expreſſa noſtra licentia, facultate, & diſpenſatione conſentire recuſaverint, & ad præſens non fiat ab ipſis Capitulo nova locatio & alienatio dictarum domorum; ſeu tamen ipſi translationi & ceſſioni Jurium ſuper dictis domibus, in vim antiquæ emphiteoſis de ipſis domibus, ſive illarum ſolo & terreno a Capitulo dicte Baſilicæ factæ (*a*) conſentire requirunt, pro parte ejuſdem Tiberii nobis fuerit humiliter ſupplicatum quatenus ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos dictum Tiberium a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac tenores litterarum, & inſtrumentorum, ac venditionum hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Capitulo licentiam præſtandi conſenſum dictæ venditioni, & Jurium ceſſioni prædictarum domorum, recepto ab eis debito laudemio, & cum clauſulis & cautelis, ac recognitionibus, & obligationibus fieri conſuetis, præfatoque Tiberio dictas domos retinendi abſque aliquarum cenſurarum, & aliarum pœnarum in dictis litteris Apoſtolicis deſcriptarum incurſu, auctoritate Apoſtolica de gratia ſpeciali, tenore præſentium concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum &c. die primo Martii MDLXXX. (*b*) anno octavo.

Pontifex impedimento ſublato contractum fieri permittit.

Indul-

(*a*) Uterque titulus, ad hanc domorum proprietatem probandam, favet Capitulo Vaticano. Alter quidem ædificii erecti in ſolo Baſilicæ; quum terræ ſpatium in vicinia Parochiæ S. Blaſii poſitum, ad ipſam S. Blaſii Eccleſiam, proindeque ad noſtram Baſilicam, cui Eccleſia illa conjuncta fuit, jure pertinent. Alter vero emphyteoſis, quam jam tum ab anno 1514. idem Capitulum cum Paulina Iſachina primo inſtituit, ac deinde perpetua emphyteotarum ſucceſſione confirmavit, ut liquet ex noſtro Domorum cenſuali.

(*b*) Anni ſupputatio, a communi & uſitatiore, quæ initium a Januario repetit, non recedit. Id vero aperte colligitur ex indicio annorum Pontificatus, qui aeræ chriſtianæ annis commenſurantur. Enim vero fieri non poteſt, ut menſe Martio octavum Pontificatus annum numeremus, niſi primordia anni 1580. a Januario ducantur.

(*a*) A Co-

Indulgentia dierum centum pro iis, qui die Sabbati Litaniis, quæ ante Imagines B. M. *de Columna*, aut *de Succurſu* recitantur, interſunt.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1580. 13. *Maji*.

UNiverſis Criſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti vices, licet immeriti, gerentes in Terris, fideles quoslibet ad venerandum Imagines Glorioſiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Advocatæ noſtræ, & intereſſendum Lætaniis, & Orationibus in ejus laudem, & honorem decantandis, ſpiritualibus gratiis, peccatorum ſcilicet relaxationibus libenter invitamus; ut per ipſius Dei Genitricis interceſſionem, æternam beatitudinem valeant facilius promereri. Itaque omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui ſingulis Sabbati diebus Lætaniis, & aliis Orationibus ante Imagines ipſius Beatæ Mariæ Virginis ad Columnam (*a*), vel de Succurſu nuncupatas Capellæ noſtræ Gregorianæ, in Baſilica Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Urbe exiſtentes (*b*), vel eorum alteram circa veſperam decantandis, & recitandis devote interfuerint, centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Domino perpetuo relaxamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIII. Maji MDLXXX. Pontificatus noſtri anno octavo.

Chriſtifidelibus, qui recurrente feſto Aſſumptionis B.M.V., necnon S. Gregorii Nazianzeni, Hieronymi, Baſilii, Barnabæ, ac die 12. Junii Sacellum Gregorianum quotannis viſitaverint, Plenariam Indulgentiam elargitur.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1580. 25. *Maji*.

B. Virgo Maria præcipuo cultu, ac obſequio digna.

Pontificii in eam pietas.

AD perpetuam rei memoriam. Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina Cælorum Virgo Maria Dei Genitrix ſedibus prælata ſydereis, quaſi Stella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, quod ipſa utpote Mater miſericordiæ, & pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere gravantur, ſedula exoratrix, ad Regem, quem genuit, intercedit; dignum quin potius debitum reputamus, ut loca præcipue ad ſui nominis laudem, & etiam ad Dei Sanctorum honorem dedicata, ſpiritualibus muneribus, Indulgentiis ſcilicet, & peccatorum remiſſionibus decoremus. Cupientes itaque ut Capella noſtra Gregoriana, quam in Baſilica Divi Petri Principis Apoſtolorum ſummo ſtudio, & devotionis affectu exornari (*c*), & in ea devotiſſimam Imaginem Beatæ Mariæ ſemper Virginis de Succurſu nuncupatam collocari curavimus, corpuſque Beati Gregorii Nazianzeni Theologi Epiſcopi, & Confeſſoris, & alias Sanctorum Reliquias recondere

---

(*a*) A Columna in ipſo Vaticani Templi aditu ad dexteram ordine tertia, in qua docta Artificis manu depicta fuerat, hæc Imago nomen ſumſit. Hanc Columnam ſubindicat Alpharani Tabula ad num. 46. Quo primum tempore, qua occaſione, quis Pictor ſacram hanc Effigiem pennicillo expreſſerit, definite non auſim. Eam tamen & ſatis antiquam, & miraculis conſpicuam fuiſſe conſtat ex donariis votivis quamplurimis (anathemata Græci vocant) quæ ex argento conflata, fidelium pietas ad aram a Ludovico Blanchetto Baſilicæ noſtræ Canonico, & Apoſtolici Cubiculi Præfecto excitatam, ſuſpenderat in accepti beneficii argumentum: qua de re mentio ſit in Sacrarii Indiculo ſive Inventario, ut ajunt, quod anno 1581. adornatum fuit. Quum veteris Baſilicæ pars reliqua ſub Paulo V. eſſet dejicienda, ſacta Imago a Columna ferræ ope diſſecta eſt, ac in Aram, in qua hodie viſitur & colitur, a Cardinali Laurentio Blanchetto Ludovici fratre pretioſis lapidibus exornatam translata, an. 1645. VII. Id. Februarii gemina corona aurea a Capitulo donata eſt, altera nimirum B. M. V., altera Jeſu Chriſti, quem illa geſtat, Capiti ſuperpoſita.

(*b*) Ne putes utramque B M. V. Imaginem in Sacello Gregoriano aliquando extitiſſe. Ut enim nomine, ita eo loco utraque ſejuncta fuit. Quæ nomen *a Columna* ſortita eſt, uni ex Baſilicæ Vaticanæ Columnis, ut ſupra explicavimus, uſque ad Pauli V. tempora adhæſit. Quocirca in disjunctivo ſenſu excipienda ſunt Gregorii verba, quæ prima ſui facie copulativum præſeferre videntur; neque enim in Gregorianum Sacellum alia unquam imago translata eſt, præter eam, cui nomen B.M.V. *de Succurſu* olim inditum; de qua conſule quæ in ſuperiori nota diſſerui.

(*c*) Huic Sacello extruendo exornandoque Gregorius XIII. opera Jacobi de Porta uſus eſt; atque, ut Torrigius ſcriptum reliquit part. 2. pag. 177. octoginta aureorum millia ex ære proprio ſuppeditavit.

(*a*) Ver-

dere intendimus, ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, ac in debita veneratione habeatur, ipſique fideles eo libentius, & frequentius devotionis cauſa ad eam confluant, quo exinde cæleſtibus donis, & gratiis uberius conſpexerint ſe eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui dictam Capellam annuatim diebus feſtis Aſſumptionis ejuſdem Beatæ Mariæ, & ipſius Beati Gregorii Nazianzeni, ac Sancti Hieronymi, & Sancti Baſilii, necnon Sancti Barnabæ Apoſtoli undecima menſis Junii, qua dictum corpus concedente Domino transferetur (a), & etiam duodecima die immediate ſequenti, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſtivitatum hujuſmodi, devote viſitaverint, & ibi pro pace inter Principes Chriſtianos, hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id fecerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elagimur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die xxv. Maji anno MDLXXX. Pontificatus noſtri anno nono.

Multa etiam pro ejus cultu ſolicitudo.

Hinc Indulgentias concedit plenarias.

Quatuor Capellanias ad Altare B.M.V. & S. Gregorii Nazianzeni in Baſilica Vaticana erigit, earumque reditus, ac onera deſcribit,

Ex vetuſta Archivi noſtri Charta in Caps. 25. Faſc. 308.

AN. CHR. 1580. 13. Junii.

Capella Gregoriana ædificium commendat.

MOtu proprio &c. Perducto jam ad culmen, Dei gratia, opere Cappellæ, quam in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ſumptuoſo, atque inſigni artificio, ad Dei gloriæ laudem extruximus, & ejus Matri Mariæ Virgini glorioſæ, Beatoque Gregorio Nazianzeno dicavimus, cujuſque oſſa ex Eccleſia Monaſterii Monialium Beatæ Mariæ in Campo Martio de Urbe, ad illam ſolemni pompa proxime transferenda, & ſubtus Altare illius recondenda curavimus (b), expedit ut illam lapidibus quoque vivis, Sacerdotibus videlicet, qui ſacra apud illam conficiant, inſtruamus. Motu igitur ſimi &c. certaque ſcientia noſtra, in dicta Cappella, & ad illius Altare quatuor perpetuas Cappellanias perpetuo erigimus, & inſtituimus, illiſque ſingulis ſic erectis, & inſtitutis, pro earum dote quatuordecim loca Montis Pii non vacabilia, quæ in totum LVI. exiſtunt, pridem a nobis in eum uſum coempta perpetuo applicamus, & appropriamus pro quatuor perpetuis Cappellanis actu Presbyteris, etiamſi Cives Romani, aut Civium Romanorum filii non ſint, qui ſinguli duas Miſſas per omnem hebdomadam per ſe ipſos, non autem per alios, niſi infirmi, celebrent; ita diſtinctis inter ſeſe diebus, ut Miſſæ ſacrificium ad dictum Altare ſaltem ab uno ipſorum quotidie, & Dominicis a duobus in perpetuum fiat, & alias juxta ordinationes, quas ad ſalubrem illorum, & Cappellæ prædictæ directionem, dictarumque Cappellan. diſpoſitionem facere intendimus, deſerviant. Decernentes irritum &c. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ, juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, ac illius Archipresbytero, & Capitulo, ac aliis Superioribus etiam perſonis, necnon Populo Romano contra foreſes, & alienigenas, ſub quibuſcumque tenore, & formis &c. etiam Motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. in contrarium

Capellanorum conditio, ac onera.

Contraria e medio tollit.

(a) Verba hæc intelligenda ſunt de altera Sacri Corporis translatione, quando nimirum ſub Altari reconditum fuit. Prior namque translatio ab Eccleſia Monaſterii Sanctæ Mariæ in Campo Martio ad Baſilicam S. Petri, contigit die præcedenti, ut in ſequentibus litteris adnotabimus.

(b) Hac die 25. Maji 1580. nonus Pontificatus annus incipit, quum Gregorius die 25. Maji 1572. ſolemni ritu fuerit coronatus, ex ſupra notatis.

(c) Corporis S.Gregorii in Baſilicam Vaticanam translatio ſolemni ritu peracta eſt 4. Idus Junii 1580. Sequenti vero die, poſt Sacrum ſolemniter peractum, ipſemet Gregorius XIII. S. Doctoris Corpus ſub Ara condidit, quam in honorem B.M.V. ac Sancti Gregorii Nazianzeni pridem dicaverat. A ſacro tamen Corpore Brachium diviſit, illudque Monialibus B. Mariæ in Campo Martio conceſſit, ut a lacrymis temperarent, quum ſublati Corporis inſignis pars adhuc illis eſſet reliqua. V. Cardinalis Baronius qui huic Translationi interfuit, S. Gregorio gratulatur, quod Romæ in Vaticana Baſilica longe auguſtiorem, quam olim Conſtantinopoli, tumulum nactus ſit, inquiens in notis ad Martyrologium Romanum die 11. Junii: *ſed quid tandem? Ecce pro Byzantio Deus rependit Romam; pro nova, antiquam; pro illa exigua Anaſtaſia, auguſtiſſimam Baſilicam Vaticanam, Urbis ornamentum, Orbis miraculum; pro tenui denique ſepulcro, fornicem triumphalem, ampliſſimum inquam Sacellum, quod in honorem ſui Gregorii Gregorius noſter Pontifex conſtruxit, magnificentiſſime exornavit, atque illuſtravit.*

(a) Con-

trarium quomodolibet conceſſ. &c. innovatis &c. etiamſi in eis caveatur expreſſe quod Cappellæ, & alia Beneficia Urbis, nulliſ niſi Civibus Romanis, aut Civium Romanorum Originariorum filiis &c. conferri, nec per alios quam per Cives Romanos, aut eorum filios &c. aſſequi poſſint; alias Collationes, & proviſiones aliter deſuper pro tempore factæ, nullæ, & invalidæ, ac nullius roboris exiſterent. Quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. eorum tenores &c. in genere, vel ſpecie hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac latiſſime derogatum eſſe volumus, & decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Subſcriptio.

Fiat motu proprio V.

Supplicationis ſumma capita.

Et de erectione, inſtitutione, & appropriatione pro quatuor perpetuis Cappellanis actu Presbyteris, ut præfertur, ac pro ſua cujuſque ſuſtentatione, perpetuis conceſſione, & aſſignatione Locorum Montis Pii prædicti, cum Decreto, voluntate, & derogatione ſtatutorum &c. ac privilegiorum &c. etiam Urbi, & Populo Romano contra forenſes &c. conceſſorum, aliorumque omnium in contrarium facien., quorum tenores &c. aliiſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter repetitis ad partem habeantur, in forma gratioſa, & cum opportuna, ſi videbitur, Judicum executorum deputatione, qui in præmiſſis aſſiſtant &c. cum facultate aggravandi &c. Invocato &c. ſecularis, cum derogatione dictarum latiſſime extendend, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam fructuum qualit. ſpecificat., &c. expreſſio fieri poſſit in litteris.

Iterata ſubſcriptio.

Fiat V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Junii Anno nono.

Iis, qui recurrente feſto Nativitatis B. M. V., ejus Altare ad Columnam quotannis viſitaverint, Plenariam peccatorum Indulgentiam concedit.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1580. 27. Aug.

AD perpetuam rei memoriam. De ſalute Gregis Dominici curæ noſtræ, meritis licet imparibus, Divina diſpoſitione commiſſi, prout noſtro Paſtorali incumbit officio, ſolicite cogitantes, ſingulos ejuſdem gregis fideles ad Altaria in glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ laudem, & honorem dedicata frequentius viſitanda, ſpiritualibus gratiarum muneribus, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus; ut Chriſtifideles ipſi ejuſdem Beatiſſimæ Virginis interceſſione adjuti, ad cæleſtia gaudia valeant feliciter pervenire. De Omnipotentis igitur Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui Altare ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis poſitum ad Columnam in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, quod dilectus filius Ludovicus Blanchettus Bononienſis, ejuſdem Baſilicæ Canonicus, ac Cubiculi noſtri Magiſter, pia devotione ductus, conſtrui, & exornari curavit (a), die feſto Nativitatis ipſius glorioſiſſimæ Virginis a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVII. Auguſti MDLXXX. Pontificatus noſtri anno nono.

Ut Fideles ad B. M. V. cultum provocet.

Indulgentiam Plenariam concedit.

Capellaniæ Sancti Marci, ac Beatæ Mariæ Vergariorum Sacrario Baſilicæ Vaticanæ addicuntur, ut earum reditus in ejuſdem Sacrarii commodum convertantur.

Ex Bulla Plumbata in Archiv. Baſil. Capſ. 65. Faſc. 185.

AN. CHR. 1580. 15. Sept.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inclytæ Apoſtolorum Principis Baſilicæ ſumptus immodici, atque indigentiæ ſatis perſpectæ nos ſæpe commovent, inter alias ejus neceſſitates etiam veſtiario

ſtiario

(a) Conſule quæ adnotavimus in ſuperioribus literis editis die 13. Maji 1580.

(a) In

Pontifex de Sacrario Baſilicæ ſollicitus.

ſtiario ipſius proſpicere, ut ſacra apud eam, quo fieri poteſt ſplendore, & ornatu, ad Dei honorem, & gloriam, Sacerdotumque, & populorum ex toto Orbe Chriſtiano ad illam Religionis cauſa confluentium, & ſacrificantium ſpiritualem lætitiam, rite, ac ordine peragantur. Cum itaque, ſicut accepimus, una ad Altare Sancti Marci Evangeliſtæ Nicolai V. & Pauli II. nuncupatum in dicta Baſilica (a), & altera olim Eccleſia, ſeu Capella Beatæ Mariæ de Vergariis in Platea dictæ Baſilicæ, poſtea vero ſuadente ornatu, & amplificatione dictæ Plateæ, inter alia ædificia disjecta (b), & a felicis recordationis Pio PP. IV. ad Baſilicam, & Altare Sancti Marci prædictum, ut aſſeritur, translata, ejuſdem Beatæ Mariæ etiam de Vergariis perpetuæ Capellaniæ, quas quondam Bugolinus Gualterutius frater Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitarum, ex diſpenſatione Apoſtolica in commendam, vel alias dum viveret, obtinebat, Commenda hujuſmodi per obitum dicti Bugolini, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, ceſſante adhuc eo, quod ante commendam ipſam vacabant, aut alias certo modo vacaverint, & vacent ad præſens;

Capellæ duæ ad Altare S. Marci translatæ vacant.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret vocatis quorum intereſſet, vacationis hujuſmodi occaſione nobis oblata, volentes Sacriſtiæ dictæ Baſilicæ opportune providere, ut illi de veſtibus Sacris, & alia ſupellectile ad Sacra conficienda idonea, quæ vel copioſa ibi propter ingentem Sacrificantium quotidie Sacerdotum numerum, brevioris temporis intervallo atteruntur, & conſumuntur, ceteriſque ad Sacrarium hujuſmodi neceſſariis amplius conſulatur, Motu proprio, & mera deliberatione noſtra, Capellanias prædictas, quæ ſine cura ſunt, nec perſonalem reſidentiam requirunt, quarumque inſimul, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ducentorum atque quindecim ducatorum auri de Camera, ſe-

Earum redditus

cundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, quovis modo, quem, etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo, & ex cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem cujuſvis de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Teſtibus ſponte factam, aut aſſequutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati, vacent, etiam ſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipſæque Capellaniæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervatæ exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eis alicui ſpecialiter jus quæſitum, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Eccleſiam, ſeu Capellam Beatæ Mariæ hujuſmodi ad prædictum Altare Sancti Marci ſi opus ſit harum ſerie transferentes, ac inibi Capellaniam ipſius Beatæ Mariæ inſtituentes, prædictæ Sacriſtiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat dilectis filiis Sacriſtæ, & adminiſtratoribus dictæ Sacriſtiæ, corporalem poſſeſſionem Capellaniarum, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus inveſtium, & ornamentorum, ac aliorum prædictorum emptionem, refectionem, & fulcimentum, alioſque dictæ Sacriſtiæ uſus, & utilitatem, prout major exegerit, ſuaſeritque neceſſitas, convertere; necnon eiſdem Capellaniis in Divinis, juxta cujuſque inſtitutionem, & fundationem, ac alias ut decet omnino deſerviri facere, nullius licentia ſuper

Utraque Sacrario Baſilicæ addicitur.

Onera tamen implenda.

(a) In Apoſtolicis literis Julii III. quas modo recitavimus pag. 13. & 15. Altare S. Marci gemino Pontificum nomine, nempe Eugenii IV. & Pauli II. donatum legimus. Utriuſque cognominis cauſam Collega meus accurate explicavit not. f., quam pag. 13. opportune ſubjecit. Nimirum ab Altarium ac Sepulcrorum vicinia totum id repetit. Proximum Altari Sancti Marci erat Sacellum B. Mariæ Virgini, ac Ss. Apoſtolis Petro & Paulo dicatum, quod Eugenius IV. inſtauraverat, & in quo Petrus Barbus, mox Paulus II. eidem Eugenio avunculo nobile ſepulcrum erexerat. Hinc in contiguum S. Marci Altare, cui alius inerat ſplendidiſſimus tumulus a Marco Barbo excitatus, ut Pauli II. corpus in eo conderet, utriuſque Pontificis Eugenii ac Pauli II. nomen facile pertranſiit.

At vero in hac Gregorii Sanctione pro Eugenii IV. nomine, aliud Nicolai V. ſuppoſitum animadvertimus. Eadem, ut conjicimus, cauſa ſuppetit, ut Diplomata ad concordiam revocemus. Eidem S. Marci Altari proximum erat Nicolai V. ſepulcrum elegantiſſimum, & Ara S. Nicolao Pontifici erecta, ut docet Alpharanus in Tabula n. 61. & 62. & clarius in Tabulæ ejuſdem explicatione. Nil mirum igitur, ſi Altare S. Marci, quod inter Eugenii & Nicolai Pontificum tumulos erat medium, modo ab uno, modo ub alio Pontificum illorum nomine, novum aut Eugenii IV. aut Nicolai V. agnomen acceperit.

(b) Unde Eccleſia *S. Mariæ Virgariarum* nomen traxerit, & quo in loco poſita fuerit, docet primus hujuſce Collectionis Tomus *pag. 27. not. d.* Sacram hanc ædem Pii IV. juſſu fuiſſe dejectam, ut Plateæ Vaticani Templi aream laxaret, ex hac Conſtitutione colligimus, ex qua item liquet, dejectæ Eccleſiæ onera ac reditus ad Altare S. Marci fuiſſe translatos. Quia vero & ipſa S. Marci Ara, ob novæ Baſilicæ ſtructuram, a Julio II. ſolo æquata fuerat; hinc provido Gregorii XIII. conſilio gemina Altaris S. Marci Capellania Sacrario Baſilicæ Vaticanæ attributa fuit, ea lege, ut fructus perciperet, ac illis impoſita Miſſarum impleret onera.

ſuper his requiſita. Decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus voluntate noſtra priori, & Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus; necnon dictæ Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque, ad Capellanias prædictas volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quo ad aſſequutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in eiſdem litteris mentio ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, dictæ Capellaniæ debitis non fraudentur obſequiis, ſed earum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo, octavo Idus Septembris, Pontificatus noſtri anno nono.

Contraria non efficiunt.

Onerum implementum ſervat intactum.

Plenioris Indulgentiæ beneficio donantur qui in feſto SS. Leonis I. & II., hoc eſt die 11. Aprilis, & 28. Junii Aram viſitaverint, ſub qua eorum corpora quieſcunt.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1581. 4. April.

UNiverſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui Altare ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ſub quo Corpora Sanctorum Leonis Primi, & Secundi Romanorum Pontificum requieſcunt (a), in feſtivitatibus ejuſdem S. Leonis Primi, quæ XI. Menſis Aprilis, & ipſius S. Leonis Secundi, quæ XXVIII. Menſis Junii celebrantur, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis earundem feſtivitatum, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id fecerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Dominico concedimus, atque elargimur. Præſentibus pepetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die IV. Aprilis 1581. Pontificatus noſtri anno nono.

Capel-

(a) Qua occaſione Gregorius XIII. hanc Indulgentiam perpetuo duraturam conceſſerit, adnotaſſe juvabit. S. Leonis Magni ac eximii Eccleſiæ Pontificis Corpus in ſiniſtra veteris Atrii Baſilicæ parte tumulatum, Sergius Papa I. in Baſilicam eamdem intulit, ac ſub Ara D. Mauritio ſacra recondidit. Id patet ex vulgati Anaſtaſii libro Pontificali, ac V. Cardinalis Baronii annalibus ad ann. 461. In aram eamdem Paſchalis Papa II. corpora Ss. Pontificum Leonis II. III. & IV. transferri juſſit, ibique in pavimento Altari ſuppoſito collocari. Everſo Julii II. ætate, una cum ſuperioris Baſilicæ parte hoc etiam Altari, Ss. Pontificum corpora ibidem relicta ſunt, nec loco mota, quum Bramantes de novo ædificio erigendo ſolicitus, veteres muros non celeri tantum, ſed præcipiti labore disjecerit. Sub Gregorio XIII. erecta jam novi Templi ſuperiori parte, quum de Pavimento inſtaurando ageretur, anno 1580. ſacra pignora inventa ſunt nec ruinis læſa, nec adinvicem confuſa, aut commixta. Hinc providus Pontifex novum Altare ibi excitari, novoque ſuperinducto fornice, obtegi ac ornari juſſit, ut aptus Sacro ibidem obeundo pateret locus. Hæc *ſub num.* 14. tradit Alpharanus ſcriptor fidiſſimus, quum ejus ætate hæc quæ narravimus obtigerint. Summo jure igitur Gregorius Pontifex qui novum Sacellum extruendum curaverat, Indulgentiarum theſaurum elargitus eſt. De alia horum ſacrorum Corporum ad Altare B. Mariæ de Columna translatione, Pauli V. juſſu peracta; de ſolemni item pompa, qua S. Leonis I. Corpus in Ara ejus nomini dicata reconditum fuit ſub Clemente XI. P. M., opportunior infra recurret ſermo.

(a) Unus

Capellania ad Altare Mortuorum, quam Joannes Thomas de Vertua dimiſerat, Sacrario Baſilicæ Vaticanæ, una cum juribus ac oneribus attribuitur.

Ex autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 25. Faſc. 108.

AN. CHR. 1582. 13. Febr.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolici muneris cura nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſa, nos inducit, ut Eccleſiarum quarumlibet decori & honori jugiter intendentes, illarum Sacriſtiis congrua ſubventioois auxilia pro Divini cultus augumento, ac onerum eis incumbentium ſublevamine favorabiliter erogemus. Dudum ſiquidem omnia Beoeficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacaotia, & ioantea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, deceroeotes ex tuoc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum perpetua Capellania ad Altare Mortuorum nuncupatum, ſitum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, per liberam reſignationem dilecti filii Joannis Thomæ Vertua nuper ad dictum Altare perpetui Capellani, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem prædictam vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli ejuſdem Baſilicæ petitio contioebat, ſi dicta Capellania, quam pro tempore obtinenti duo ooera a quondam Petro de Beneveoto, dum viveret, ipſius Baſilicæ Canonico, ejuſdemque Capellaniæ Dotatore impoſita, ſeu injuncta incumbunt, unum videlicet celebrandi ad dictum Altare ter Miſſam qualibet hebdomada pro aoima ejuſdem Petri, pro quarum Miſſarum celebratione fructus, redditus, & proveotus quarumdam domorum, & viuearum ipſi Capellaniæ aſſignati ſunt, quos ipſam Capellaniam pro tempore obtinens arbitrio ſuo exigit, ac in uſus proprios convertit; alterum vero, quod Clericatus nuncupatus, ſingulis horis Divinis in Choro dictæ Baſilicæ reſidendi, & deſerviendi, prout perpetui Beneficiati, Beneficiati & Clerici nuncupati ipſius Baſilicæ deſervire, & reſidere ſoleot, cujus reſidentiæ, & ſervitii ratione, Capellaniam hujuſmodi obtinens, portionem diſtributionum quotidianarum ſingulis annis & menſibus, prout reliqui Beneficiati Clerici ouncupati percipiunt, habet, & percipit (a), cum onere celebrationis trium Miſſarum hujuſmodi, ac fructibus Domorum, & Vinearum Capellaniæ, & illam obtinenti ratione oneris celebrationis trium Miſſarum prædictarum debitis, & competentibus, Sacriſtitiæ dictæ Baſilicæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto ipſius Sacriſtiæ, pro ejus ſupportandis oneribus, ſubventioni ad Dei cultum, & obſequium opportune conſuleretur. Quare pro parte eorumdem Capituli aſſerentium fructus, redditus, & proventus ratione oneris celebrationis hujuſmodi quinquagintaquinque ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quateous Capellauiam prædictam cum illius fructibus hujuſmodi dictæ Sacriſtiæ unire, annectere, & incorporare, aliiſque in præmiſſis opportuoe providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui dudum ioter alia voluimus, quod petentes Beoeficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam, etiam Beoeficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret, vocatis quorum intereſſet, ſingulares perſooas Capituli hujuſmodi, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & in-

Capellania ad Altare Mortuorum vacat per reſignationem.

Hujus Capellaniæ jura ac onera.

Capituli preces pro unione Capellaniæ Sacrario Baſilicæ.

(a) Unus ergo idemque fuit ad hæc uſque tempora Clericus Beneficiatus, & Altaris Mortuorum Capellanus, cui idcirco duplex onus erat impoſitum, alterum ſervitii in Choro præſtandi, alterum celebrationis trium Miſſarum quavis hebdomada ad Altare Mortuorum. Poſterius hoc onus una cum redditibus a Petro Canonico Beneventano Fundatore ſtatutis, in Sacrarium Baſilicæ tranſlatum eſt. Nihil vero quoad Chori ſervitium fuit immutatum; ideoque Joannes Thomas Vertua, eſto Capellaniam dimiſerit, inter Clericos Beneficiatos Chori habitus eſt ſicut ceteri. Duo quippe Canonicus Beneventanus ſibi propoſuit, & Clericum Beneficiatum inſtituere, & Capellanum ad Altare Mortuorum deſtinare. Poſt Fundatoris obitum, novus Clericis Beneficiatis datus eſt ſocius; novus item Altari Mortuorum Capellanus. Clericus Chori perpetua ſucceſſione permanſit, & adhuc perſtat, ac viceſimum ſextum ejuſmodi Clericorum numerum explet. Sub Gregorio tamen XIII. Capellaniæ munia, onera, ac jura in Baſilicæ Vaticanæ Sacrarium tranſlata ſunt. Conſule quæ de Clericatus hujuſmodi fundatione prænotavimus in Collectionis noſtræ Tomo II. pag. 215. not. c. & pag. 273. not. a.

& interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon quarumcumque aliarum unionum, annexionum, incorporationum, ſuppreſſionum, & applicationum dictæ Sacriſtiæ, ac etiam Menſæ capitulari ejuſdem Baſilicæ hactenus quomodolibet factarum,& inde ſecutorum quorumcumque tenores, ac datam, præſentibus pro expreſſis habentes, Capellaniam prædictam, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Joannis Thomæ, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati, vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii, ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipſaque Capellania diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, prædictæ Sacriſtiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat ex nunc dictis Capitulo, ipſiuſque Baſilicæ Canonicis nunc, & pro tempore exiſtentibus, per ſe, vel alium, ſeu alios, eorum, & dictæ Sacriſtiæ nomine, propria auctoritate corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Capellaniæ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac Miſſas hujuſmodi celebrare, vel celebrari facere (a), fructus quoque, redditus, & proventus dictæ Capellaniæ ratione celebrationis trium Miſſarum hujuſmodi provenientes, & proventuros, ac debitos, & debituros pro tempore percipere, colligere, levare, exigere, & recuperare, arrendare, & locare, atque in ipſius Sacriſtiæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita. Decernentes unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac præſentes litteras, etiam ex eo quod intereſſe habentes, vel putantes, ſeu prætendentes, ad hoc vocati, & cauſa, vel cauſæ propter quam, ſeu quas unio, annexio, & incorporatio hujuſmodi fiant, vel emanarint, coram aliquo Judice etiam dictæ Urbis Vicario, aut quovis alio, etiam tanquam a Sede prædicta delegato, vel alias examinatæ, juſtificatæ, ſeu verificatæ non fuerint, aut quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut etiam per nos, ſeu Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut dictam Sedem revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe, ſed illas perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere; necnon ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contigerit attentari. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, dictæque Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad Capellaniam hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus

Pontifex annuit.

Unionem factam validat, & ea firmat.

Contraria tollit.

(a) Hæc Miſſarum onera a Sacrario Baſilicæ Vaticanæ ſub definito numero, ac ſtato tempore celebranda, noſtra ætate nuls libi in Sacrarii ejuſdem libris deſcripta apparent. Quare affirmare licet, ea in Sixti V. Decreto *de reductione Miſſarum*, quod ſuo loco producemus, fuiſſe comprehenſa. Cumque in vim hujuſce Decreti, quindecim Miſſæ quotidie in eadem Baſilica celebrentur, ipſa etiam Altaris Mortuorum onera huc eſſe revocande docet temporum vicinia, quæ tanta eſt, ut inter Gregorium ac Sixtum, nullum intermedium Pontificem enumeret.

(a) Gre-

Onerum implementum immutatum relinquit.

lumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas dicta Capellania debitis non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Tuſculi (*a*) anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo (*b*) tertio Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno decimo.

Abbatia S. Barbati de Pollutro Menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ perpetuo addicitur.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 72. Faſc. 59.

AN.CHR. 1582. 13. *Novemb.*

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pro noſtri muneris officio votis illis gratum præſtamus aſſenſum, per quæ Eccleſiarum omnium, præſertim inſignium decori, in iis præſertim, quæ ad conficiendorum Sacrorum ornamentum reſpiciunt, valeat uberius provideri. Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum Eccleſia Sancti Barbati loci Pollutri Theatin. Diœc. &c. (*c*) per liberam reſignationem Venerabilis Fratris noſtri Bartholomæi Epiſcopi Amerien. de illa, quam tunc in Titulum, vel Commendam ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem prædictam, ſeu Commenda hujuſmodi ex eo quod ipſe Bartholomæus Epiſcopus illi hodie in eiſdem manibus ſponte, & libere ceſſit (*d*), noſque ceſſionem hujuſmodi duximus admittendam, ceſſante adhuc eo quo ante Commendam ipſam vacabat, aut ſicut accepimus, alias certo modo vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa, quatenus per reſignationem hujuſmodi vacet, præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Matthæi Contarelli, & Petri Melini Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe (*e*), illiuſque Sacriſtiæ Sacriſtarum majorum petitio continebat, ſi dicta Eccleſia eidem Sacriſtiæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, per hoc profecto illius onera, quæ gravia ſunt, commodius ſuſtentari poſſent, pro parte eorumdem Matthæi, & Petri Sacriſtarum aſſerentium fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ, ac illi forſan annexorum, ſeptuaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eorum deſiderio hujuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur; alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret, vocatis quorum intereſſet, Matthæum, & Petrum prædictos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſenten., cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; necnon quarumcumque ſimilium, vel diſſimilium unionum, appli-

Abbatia S. Barbati, per dimiſſionem vacat.

Ejus collatio Sedi Apoſtolicæ reſervata.

Sacriſta Majores Baſilica Vaticana Abbatia unionem poſtulant.

(*a*) Gregorium Pontificem Tuſculum ſecedere conſueviſſe, ut in ſenili ætate ſalubrioris aeris beneficio recrearetur, affirmat Victorell. in addit. ad Ciaconium; Imo vero hoc eodem anno ſe illuc contuliſſe docet ſcriptor Annalium lib. 10. prope finem.

(*b*) Pro anno 1581. quem Bulla præfefert, ducto nimirum ab Incarnatione annorum initio, nos, communem ſupputandi ritum ſequuti, annum 1582. obſignavimus. Hac de re Lectores monitos volumus, ne fortaſſe animo hæreant, quum an. 1581. decimum Pontificatus annum videant alligatum.

(*c*) De hujus Abbatiæ origine, ejuſque translatione in ampliſſimam Majellanam Abbatiam, conſule quæ pridem ſcripſimus in collectionis Bullar. tom. 1. pag. 40. lit. l. Conſulenda item quæ in peculiari Diſſertatione de Abbatia Majellana ad ejuſdem Tomi calcem appoſita, protulimus monumenta ſub pag. VII. & ſequenti.

(*d*) Hæc cauſſa fuit, cur, Abbatia Majellana Baſilicæ Vaticanæ an. 1552. a Iulio III. attributa, etiam S. Barbati Abbatia pariter tunc temporis ſociata non fuerit. Erat ſiquidem in commendam tradita Bartholomæo Ferrattino, hinc aut dimiſſio, aut obitus expectandus, ut pari exitu, & Majellana, & S. Barbati Abbatia ad Baſilicam S. Petri tandem pervenirent.

(*e*) Vir uterque egregiæ famæ laude conſpicuus. Quippe Matthæus Contarellus poſt exercitum ſub Gregorio XIII. Datarii munus, a Sixto V. inter S. R. E. Cardinales relatus eſt. Pari dignitate auctum ornatumque novimus a Paulo V. Petrum Millinum. Id mirabitur nemo, qui norit quanta illuſtrium Virorum copia Baſilica Principis Apoſtolorum ſemper abundaverit.

(*a*) Hæc

applicationum, & conceſſionum, de quibuſvis aliis Beneficiis & bonis, rebus, & juribus Eccleſiaſticis eidem Sacriſtiæ hactenus quomodolibet factarum, ac litterarum deſuper confectarum tenores, illorumque ac ejuſdem Sacriſtiæ fructuum, redditumm, & proventuum veros annuos valores, verum quoque & ultimum dictæ Eccleſiæ vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiam prædictam, quæ ſine cura eſt, ac cujus, dum pro tempore vacat, diſpoſitio ad dilectos filios Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Baſilicæ aſſeritur pertinere, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Bartholomæi Epiſcopi, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, ac ſuper eam inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo, ſi per reſignationem dicti Bartholomæi Epiſcopi, ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, aut ſi alias vacet tempore datæ præſentium, non ſit in ea alicui ſpecialiter jus quæſitum, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Sacriſtiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; Itaquod liceat eiſdem Matthæo, & Petro, ac pro tempore exiſtentibus Sacriſtis dictæ Sacriſtiæ per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, ac annexorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuò retinere, illiuſque, ac prædictorum annexorum fructus, redditus, & proventus in dictæ Sacriſtiæ uſus & utilitatem dumtaxat convertere, Diœceſani loci, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita. Decernentes unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ipſaſque præſentes ſuos effectus obtinere, cauſamque, ſeu cauſas, propter quas fiunt, nullo unquam tempore, etiam coram loci Ordinariò, & quibuſvis aliis etiam tamquam a Sede prædicta delegatis verificari, ſeu examinari debere, nec propterea, ſeu etiam ex eo quod Archipresbyter, Capitulum, & alii intereſſe habentes vocati non fuerint, neque his conſenſerint, aut alia quavis cauſa, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, vel impugnari poſſe; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, & Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis Archipresbytero, & Capitulo prædictis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus & formis in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam diſponentibus, quod hujuſmodi Beneficia ad illorum diſpoſitionem pertinentia, nullatenus, vel niſi ipſis expreſſe conſentientibus, alteri Eccleſiæ, vel loco, perpetuo, vel ad tempus uniri non poſſint. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque, ad dictam Eccleſiam volumus non extendi; Sed nullum per hoc eis, quoad aſſequutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, ac litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujuſ-

Conjicit annui [margin, beside "Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus"]

Unionem vindicat, & confirmat. [margin, beside "requiſita. Decernentes unionem"]

Quidquid obſt. e medio tollit. [margin, beside "gerit attentari. Non obſtantibus"]

hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Ita tamen quod dicta Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qui autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Jus tribuit Capitulo S. Petri ut ſuper Bonis Baſilicæ cenſum quatuor millium ſcutorum imponat ad controverſias tollendas, atque in emptionem Juriſdictionis Criminalis & mixtæ a Familia Valegnana.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 11. Faſc. 19.

AN. CHR. 1584. 15. Martii.

Multa circa juriſdictionem controverſia.

Capituli Decretum de emenda juriſdictione a Familia Valegnana.

GRegorius PP. XIII. Dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod vos ad evitandas contentiones, ſcandala, jurgia, differentias, controverſias, liteſque & cauſas tamdiu magno cum labore, & diſpendio in Civitate Neapolitan. pertractatas, & exortas, & quæ in dies exoriuntur, aliaque plura inconvenientia intolerabilia, emere intenditis a dilecto filio Joanne Felice Valegnano, Fratrum ſuorum etiam interveniente conſenſu, juriſdictionem criminalem, & mixtam, veram, integram, & omnimodam cum mero, & mixto imperio, & aliis quibuſcumque juribus ab ipſa juriſdictione quomodolibet dependentibus, ac etiam cum omnibus, & ſingulis bonis mobilibus & ſtabilibus cujuſcumque generis, qualitatis, ac quantitatis, ac jura quæcumque ipſi Joanni Felici quomodolibet competentia, & quam, ſeu quæ ipſe Joannes Felix habet, ſuique habent, ſive quovis jure, titulo, privilegio, & cauſa habere prætendit in Caſtro Faræ, illiuſque Territorio, membro Monaſterii Sancti Martini Sancti Benedicti, ſeu alterius Ordinis, Provinciæ Aprutii, dictæ Baſilicæ Menſæ Capitulari dudum Sedis Apoſtolicæ auctoritate uniti, annexi, & incorporati, ad commodum, & utilitatem dicti Monaſterii, & præfatæ Baſilicæ, ſub nomine tamen, & titulo alicujus ſecularis Regi Catholico ſubditi, mediante tamen recognitione bonæ fidei perdictum ſecularem ad favorem dictæ Baſilicæ, & Capituli prædict. facienda, precio, & expenſis in neceſſariis expeditionibus fiendis comprehenſis, circiter quatuor millium ſcutorum monetæ papalis, juliis decem pro quolibet ſcuto computatis, quam ſummam ex pecuniis, quæ dietim ex ordinariis dictæ Baſilicæ redditibus proveniunt, ad victum veſtrum, aliorumque in dicta Baſilica Beneficiatorum in ea aſſidue ſtatutis temporibus, & horis deſervientium, neceſſariis, ſolvere, niſi unius, ſeu plurium annuorum cenſuum ſuper bonis dictæ Baſilicæ exiſten. ſummam quatuor millium ſcut. dictæ monetæ non exceden. impoſitione, poſſe non ſperatis, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus vobis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac bonorum dictæ Baſilicæ, ſuper quibus dicti cenſus conſtituentur, & vendentur, ſituationes, confines, qualitates, quantitates, vocabula, denominationes, & veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; vobis ſuper quibuſvis rebus, & bonis ſtabilibus dictæ Baſilicæ ubicumque exiſten. in contractibus deſuper conficiendis, una cum illorum denominationibus, confin., & aliis requiſitis, qualitatibus, & circumſtantiis, & abſque tractatu, aut aliis de jure, uſu, conſuetudine, Statuto, ſeu alias in ſimilibus requiſitis, & neceſſariis ſolemnitatibus, & illis penitus omiſſis, quoſvis annuos cenſus, qui ſummam dictorum quatuor millium ſcutorum monetæ in ſorte principali non excedant, etiam in perpetuum conſtituendi, & imponendi ſimul, vel diverſis temporibus, uni, vel pluribus perſonis Eccleſiaſticis, etiam quacumque majori dignitate, & auctoritate fungentibus, vel ſecularibus, communitatibus, univerſitati-

Ac pro emtione juriſdictionis cenſum creare conſtituit.

Pontifex cenſus impoſitionem approbat.

tatibus, Collegiis, Capitulis, Conventibus, vel aliis locis vendendi, & alienandi, preciumque, ſeu precia inde provenientia per vos, vel alium, ſeu alios exigendi, & recipiendi, ſeu recepiſſe confitendi, illudque, vel illa in emptionem, & acquiſitionem præfatam convertendi, & de exactis, receptis, ſive confeſſis in forma juris valida quietandi, abſolvendi, & liberandi, necnon pro evictione, & legitima defenſione cenſus, ſeu cenſuum, ut præfertur, conſtituendi, & alienandi, fructuumque, & emolumentorum illorum occaſione pro tempore debitorum ſolutione, loco, & tempore convenienti faciendi, ac perpetua, & inviolabili omnium, & ſingulorum in inſtrumento, ſeu inſtrumentis deſuper conficiendis promittendorum, dictæ Baſilicæ, & illius menſæ Capitularis, ac ſingulorum Canonicatuum, & præbendarum bona quæcumque, præſentia & futura, particularia, & univerſalia ubicumque exiſtentia, ac ipſum Capitulum, & dictæ Baſilicæ Canonicos etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ cum juramento, procuratorum conſtitutione, vel ſine, & renunciationibus, ac alias de ſtilo cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, etiam juxta uſum nuper in ea introductum, in ſimilibus apponi ſolitis, & neceſſariis, obligandi, & hipothecandi ſolemniter emptori vero, ſeu emptoribus cenſuum, ſeu cenſus prædict. etiam a quibuſvis gravaminibus, ac oneribus liberos, & exemptos ac penitus immunes emendi, & acquirendi, fructuſque, & emolumenta hujuſmodi in ſortem principalem nequaquam convertendi, ſingulis annis in fine cujuslibet ſemeſtris exigendi, & percipiendi, ac in veſtros, & alios vobis placitos uſus, & utilitatem converten. necnon inſtrumentum, ſeu inſtrumenta quæcumque publica deſuper opportuna, ſtipulatione, promiſſionibus, revocationibus, clauſulis, cautelis, & aliis in ſimilibus apponi ſolitis vallata celebrandi; & ad hoc ut facilior reſtitutio dicti cenſus, ſeu cenſuum ſubſequi poſſit, vobis ex alienationibus bonorum dictæ Baſilicæ, ſeu locationibus caſalium, & tenutarum ejuſdem, ſeu alienationum, & locationum præfatarum prorogationibus pecunias pro intratura, & donatione, ſine tamen ſoliti introitus diminutionem, recipiendi, & erigendi, ac in cauſam prædictam extinctionis cenſus, ſeu cenſuum hujuſmodi dumtaxat convertendi, & uſque ad dictam ſummam pro qua dicti cenſus conſtituentur, & non ultra, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium liberam licentiam & facultatem concedimus (a); & quacumque de cauſa precium, ſeu precia cenſus, ſeu cenſuum hujuſmodi præſentium vigore conſtituendorum, vendend., & alienand., in cauſam emptionis prædictæ jurisdictionis, & aliorum præmiſſorum nullo unquam tempore converteretur, cenſus, ſeu cenſuum præfatorum impoſitio, conſtitutio, venditio & alienatio, ac omnia, & ſingula in præſentibus, atque in Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis publicis deſuper conficiendis contenta, illam quomodolibet concernen. in ſuo robore permaneant, & nullum propterea emptori, ſeu emptoribus illorum, atque ab eis deſuper cauſam. & jus habentibus, & habituris præjudicium generatum, ſit, aut eſſe cenſeatur, dicta auctoritate, earumdem tenore præſentium indulgemus. Omnes quoque, & ſingulos juris, & facti; ac ſolemnitatum quorumcumque etiam ſubſtantialium ad id quomodolibet requiſitarum, & neceſſariarum defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, etiamſi tales fuerint, qui non generali ſermone comprehenderentur, ſed expreſſione ſpeciali indigerent, ſupplemus; necnon reſtitutionem in integrum, enormis aut enormiſſimæ læſionis, aut quia omnes præfatæ Baſilicæ Canonici in Capitulo, in quo inſtrumentum publicum, ſeu inſtrumenta publica dicti cenſus, ſeu cenſuum impoſitionis, & alienationis celebrari contingent, non intervenirent, ſeu ad illos vocatos non fuiſſe conſtet, aliove quovis remedio, beneficio, vel prætextu conſtitutionem, impoſitionem, venditionem, alienationem, emptionem, promiſſiones, obligationes, hipothecas, renunciationes, & alia præmiſſa nullo unquam tempore in toto, vel in parte reſcindi, revocari, annullari, infringi, ſeu limitari, moderari, & ad terminos juris poſſe reduci, ſed plenam roboris firmitatem perpetuo obſervari,

Inſtrumenta conficiunt.

Emptores liberat.

Medium quo [illegible]

Novum pro externo ſecuritatis Decretum.

Defectus quoſcumque ſupplet.

(a) Hæc a Pontifice conceſſa facultas creandi cenſum, ut ex pecunia quæ inde obveniret, juriſdictionis criminalis & mixtæ emtio fieret, effectum ſortita eſt. Hoc eodem anno 1584. & cenſus impoſitus, & juriſdictio, ſolutis quatuor Ducatorum millibus, in Capitulum Vaticanum tranſlata. Rem paucis exequar. Felix Valegnanus juriſdictionem vendidit Melchiori Roviglioni, qui precario nomine Capituli Baſilicæ noſtræ gerebat vices. Contractum Inſtrumento firmavit Notarius Simon Tegetonus. Quia vero aliorum quoque de Valegnanis conſenſus requirebatur, id præſtitum a Thoma ex Valerio coram Sancte Ciuotto Notario Theatino an. eodem 1584. Inſuper ipſomet Melchior Roviglionius aperte declaravit, ac per Inſtrumentum a memorato Tegerono concinnatum faſſus eſt, emtionem non proprio, ſed Capituli Vaticani nomine factam; ideoque non ſibi ſuiſve hæredibus ac ſucceſſoribus id juris tribuendum. Reſtabat, ut Regio Diplomate juriſdictionis tranſlatio muniretur. Id quoque hoc anno geſtum, atque a Pietro Girono Neapoli Proregе probatum eſt. Hæc omnia e monumentis, quæ in Archivo noſtro ſervantur Capſul. 69. Faſcicul. 22. & 275. perſpecta ſunt. Itaque nullo contradicente, Capitulum S. Petri liberam exercet juriſdictionem, quamvis, nomine tenus, jus illud in Familia Roviglioni adhuc perſeveret.

Contractui robur additur. ri, & inviolabiliter obſervari, ac eoſdem prorſus effectus operari, voſque, ac omnes alios, & ſingulos quorum intereſt, & in futurum quomodolibet intereſſe poterit, ad illorum inviolabilem obſervationem perpetuo teneri, & obligatos eſſe, ac etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis ad id cogi poſſe, necnon præfatæ Baſilicæ, & ejus Menſæ Capitularis bona quæcumque tam univerſalia, quam particularia, præſentia, & futura æque afficere, ac emptoribus ipſis, eorumque hæredibus & ſucceſſoribus ſuffragari perpetuo debere, perinde ac ſi juſta, & a jure permiſſa cauſa vera ſubeſſet, & cum interventu, ac etiam conſenſu expreſſo omnium, & ſingulorum dictæ Baſilicæ Canonicorum capitulariter congregatorum, & aliorum intereſſe quomodolibet habentium, præviis debitis tractatibus, adhibitiſque omnibus, & ſingulis aliis ſolemnitatibus in id de jure, & juxta formam ſtatutorum, ordinationum, & conſuetudinum dictæ Baſilicæ, vel alias requiſitis, cauſaque mature pluries diſcuſſa & cogitata, peracta fuiſſent, ſtatuimus; quodque ille, *Cenſus emtores liberat.* ſive illi, in cujus, ſeu quorum favorem, cenſum, ſeu cenſus ſupradictos imponi, & conſtitui continget, eorumque hæredes, & ſucceſſores quicumque nullo unquam tempore teneantur, & obligati ſint aliquo pacto ad probandum, & juſtificandum, quod debitum, & æs alienum, ac neceſſitas hujuſmodi ſupradictæ, vel aliæ probabiles cauſæ ſubſint, vel adſuerint, ob quas ad cenſus, vel cenſuum, & aliorum præmiſſorum alienationem deveniri debeat, aut quod pretium, & pecuniæ inde redigendæ, in ſolutionem prædictarum pecuniarum, in totum, vel in partem converti debeant, ſive aliud quodpiam in præmiſſis contentum, ſed tam in narrativa, quam diſpoſitiva, vel executiva parte præſentium contenta, ad plenam illorum in judicio, & extra probationem, ita quod, quoad cenſus, ſeu cenſuum præfatorum impoſitionem tantum, nulla alia in contrarium probatio admitti poſſit, ſufficere; quinimo etiam ſi de con- *Oppoſita evertit.* trario quovis modo appareret, contentaque in narrativa, diſpoſitiva, vel executiva parte præſentium veritate non ſubſiſterent, vel potius quod certæ alterius qualitatis, & ſpeciei res, & bona ejuſdem Baſilicæ vendi, & diſtrahi potuiſſent, per quæ ad conſtitutionem, & impoſitionem ſimilium cenſuum deveniri debuiſſet, præſentes, & quicquid illarum vigore pro tempore ſequetur, revocari, reſtringi, reduci, limitari, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio nullitatis defectu argui, impugnari, & ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, & facultatum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus nullatenus comprehendi poſſe; nec- *Nova favore emtorum ſecuritas.* non etiam, quod in eventum, in quem pecuniæ, & alia inde provenientia, in emptionem, & acquiſitionem præfatam quavis de cauſa, & ullo unquam tempore non converterentur, illis, eorumve pro tempore emptori, ſeu emptoribus præjudicium aliquod nequaquam illatum ſit, aut eſſe cenſeatur, ſed in ſuo priſtino robore permaneant, perinde ac ſi nulla prorſus a nobis de illa, ſive eis extinguendis, media ſolutione pecuniarum ex locationibus, innovationibus, prorogationibus, & aliis præmiſſis facien., proveuien. mentio in præſentibus facta fuiſſet. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac diffiniri debere; necnon irritum, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac fel. rec. Simmachi, Pauli II., & Pauli IV. & alio- *Contrariis Conſtitutionibus derogat.* rum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienan. conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dictæ Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, & illius perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod omnes pecuniæ ex *Pecuniarum uſum præſcribit.* alienationibus bonorum dictæ Baſilicæ, ſeu locationibus Caſalium, & Tenutarum ejuſdem, aut ex prorogatione alienationum, & locationum hujuſmodi pro intratura, & denatione exigendæ, & recipiendæ, in extinctionem tam alias impoſitorum, quam virtu-

virtute præſentium imponendorum cenſuum, uſque ad complementum eorum extinctionis converti debeant, nec interim in alios uſus erogari poſſint. Cæterum vos ad præmiſſa omnia omni tempore obligati ſitis, & contravenientes in excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xv. Martii MDLXXXIIII. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Conceſſionem Eccleſiæ S. Balbinæ a Capitulo Baſilicæ S. Petri factam favore Fratrum Heremitarum Congregationis *B. Mariæ Conſolationis* Ordinis S. Auguſtini, necnon conditiones contractui adjectas approbat & confirmat.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 13. Faſc. 20.

AN. CHR. 1584. 13. *Novemb.*

Monaſterium S. Balbinæ in emphyteuſim traditur.

Beatiſſime Pater. Nuper devoti S. V. Oratores Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe capitulariter ut moris eſt congregati, cupientes Congregationi Beatæ Mariæ Conſolationis nuncupatæ Balbinæ Ordinis Fratrum Heremitarum, S. Auguſtini (*a*), nullum peculiarem locum pro una illius domo in Urbe habenti, rem gratam, & acceptam præſtare, ac religionis, divinique cultus incremento conſulere, Eccleſiam Prioratum nuncupatam Sanctæ Balbinæ etiam de Urbe, olim prædicti, vel alterius Ordinis, Menſæ Capitulari dictæ Baſilicæ, ſeu Cappellæ Juliæ in ipſa Baſilica inſtitutæ, Apoſtolica auctoritate perpetuo unitam &c. (*b*), Congregationi prædictæ pro domo, ac perpetuis uſu, & habitatione duodecim ad minus Fratrum ipſius Congregationis, qui inibi juxta illius regularia Inſtituta Altiſſimo famulantes, dictæ Eccleſiæ in divinis deſervire, Miſſas, & alia divina officia celebrare, ac ejuſdem Congregationis impenſis ipſam Eccleſiam reſtaurari, librique, Calicibus, Luminaribus, Paramentis, & Ornamentis, & aliis rebus ad divini cultus uſum neceſſariis inſtrui, ac ſartam tectam manuteneri, & caſu quo Campanam ibidem exiſtentem rumpi contingat, alteram ejuſdem magnitudinis nullatenus inde amovendam refici curare debeant, & teneantur. Præterea Capitulum prædicti ſuam dictæque menſæ, ſeu Cappellæ conditionem meliorem efficere, & ſimul Fratrum in ipſa Eccleſia pro tempore introducendorum commoditatibus proſpicere intendentes, eidem Congregationi in emphiteuſim perpetuam ſub annuo Canone octuaginta Scutorum auri, undecim Juliis pro quolibet Scuto hujuſmodi computatis (*c*), per dictam Congregationem, ſeu illius Vicarium Generalem, aut procuratorem pro tempore exiſtentem annis ſingulis, pro una videlicet in Beati Joannis Baptiſtæ a proxime futura incipienda, & altera medietatibus annui Canonis hujuſmodi in Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitatum feſtivitatibus Romæ in bona moneta auri, vel argenti ibidem curſum habente, ipſius Cappellæ Magiſtro, ſeu Camerario exactori pro tempore exiſtenti integre, abſque aliqua reductione, diminutione, & deductione, etiam ratione cujuſvis impoſitionis, ſeu taxæ, vel Romani Pontificis abſentiæ, necnon Belli, Peſtis, Sterilitatis, vel cujuſcumque alterius quantumvis ſiniſtri, & inexcogitabilis caſus, in perpetuum perſolvendam, vincam, hortos, domos, habitationes, & quæcumque ædificia, & membra eidem Eccleſiæ dumtaxat contigua, & adjacentia, ac ad illam pertinentia perpetuo dederunt, & conceſſerunt, reſervato tamen V. S. & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ac cum pactis, & conditionibus ſequentibus, videlicet quod Congregatio, illiuſque Vicarius Generalis, & Patres prædicti vineam, hortos, domos, habitationes, ædificia, & membra hujuſmodi opportunis temporibus etiam reſtaurare, & reparare, necnon quaſcumque impoſitiones,

Hæ juſſæ contractui conditiones.

Canonis ſolutio.

Aliæ conditiones enumerantur.

(*a*) De hujuſce Congregationis primordiis ac inſtituto multa diſſerunt Torellius *ad ann. Chriſti* 1471. *num.* 40. & Auguſtinus Cruſenius *in Monaſtico Ordinis part.* 1. *cap.* 29. Scriptor uterque ejus initia repetit ab an. 1471., illiuſque originem Jo: Baptiſtæ Poggio Ordinis Fratrum Heremitarum S. Auguſtini Alumno acceptam refert. Rigidiores Congregationi leges fundator indidit, quarum præcipua, ut Confratres exactioris abſtinentiæ ac paupertatis cultores, ſoccos ligneos geſtarent. Ex quo Congregationis *de Obſervantia* nomen fluxit. Jamque prima novi inſtituti ſemina jacta ſunt, quæ deinde, eodem Poggio adnitente, aliis erectis Monaſteriis, plurimum invaluere. Hæc apud Auguſtinianæ familiæ Scriptores paſſim occurrunt. Illud vero ſatis mirari non poſſum, neminem, quem noverim, ejuſdem Congregationis, quæ in hocce Monaſterium S. Balbinæ aliquando tranſlata fuit, umquam meminiſſe.

(*b*) Eccleſiam hanc a Pio IV. Menſæ Capitulari unitam, Capitulum S. Petri an. 1567. Capellæ Juliæ loco Caſalis Piſciatelli, quod ſub Clemente VII. alienatum fuerat, addixit.

(*c*) Scutum aureum juliis undecim; argenteum juliis decem hac ætate æſtimabatur. Hæc opportune adnotari velim, ut pateat quantum ſucceſſu temporis aureo ſcuto acceſſerit incrementum.

(*a*) Au-

nes, vel taxas illorum ratione, ex quavis cauſa imponendas ſolvere, ac in faciem Eccleſiæ, & domorum prædictarum Arma, ſeu Inſignia dictæ Baſilicæ cum Mitra in marmore exciſa, ut palam conſtet, quod illorum directum dominium & proprietas ad eamdem Baſilicam pertineat, apponere, & appoſita etiam manutenere, necnon pro dicti Canonis ſolutione eidem Capitulo cautionem idoneam in Urbe prædicta, vel Civitate Viterbienſi infra tres menſes tunc proximos præſtare etiam teneantur: & ſi duobus annis continuis in ſolutione annui Canonis hujuſmodi defecerint, aut Eccleſiam prædictam aliquando deſerant, ſeu illi in divinis, ut decet, deſervire, vel alia præmiſſa in quolibet eorum adimplere neglexerint, tunc & eo caſu Eccleſia, vinea, horti, domus, habitationes, ædificia, & membra hujuſmodi una cum omnibus, & ſingulis melioramentis per eos in illis factis, ad Menſam, ſeu Capellam prædictas devoluta ſint & eſſe cenſeantur, nulla inde eidem Ordini, ſeu Congregationi impendenda compenſatione; Ita quod ipſa melioramenta, in aliam Ordinis, ſeu Congregationis hujuſmodi Eccleſiam transferre, vel alios Religioſos viros, ſeu perſonas aliquas in Eccleſiam, vineam, hortos, domos, habitationes, ædificia, & membra hujuſmodi introducere, aut juribus ſuis in alicujus, vel aliquorum favorem cedere nequeant, ſed illa omnia præfatis Capitulo libere dimittere debeant, liceatque eiſdem Capitulo ex tunc corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Eccleſiæ, vineæ, hortorum, domorum, habitationum, ædificiorum, & membrorum prædictorum per ſe vel alium ſeu alios propria auctoritate libere, nullius licentia deſuper requiſita, ac abſque ſpolii, attentatorum, vel læſionis ſuorum jurium vitio apprehendere, & de illis, prout antea dationem, & conceſſionem hujuſmodi poterant, in omnibus, & per omnia diſponere, ac alias, prout in publico Inſtrumento deſuper confecto, & per univerſam Congregationem prædictam approbato plenius continetur (a). Cum autem, Pater Sancte, tam Capitulum, quam Vicarius Generalis prædicti cupiant præmiſſa omnia Apoſtolica firmitate communiri, ſupplicant humiliter eidem S.V. ipſi Oratores, quatenus præmiſſis annuentes, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequentes, dationem, conceſſionem, ac alia præmiſſa omnia perpetuo confirmare, & approbare, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolennitatum etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplere, & nihilominus Congregationi, illiuſque Vicario, & Fratribus prædictis eandem Eccleſiam pro domo eorumdem Ordinis, & Congregationis recipiendi, habendi, regendi, & poſſidendi, ac juxta eorum ritus, mores, & inſtituta reformandi, atque adminiſtrandi plenam, & liberam facultatem tribuere, necnon eidem domui, ac Priori, & Fratribus in ea pro tempore degentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, Immunitatibus, exemptionibus, favoribus, indultis, conceſſionibus, & gratiis tam ſpiritualibus, quam corporalibus, quibus aliæ domus dictæ Congregationis, ac Priores, & Fratres in illis pro tempore degentes de jure, vel conſuetudine, aut ex privilegio, ſeu aliter quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, indulgere dignemini de gratia ſpeciali; non obſtantibus fel. rec. Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis, & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum veſtrorum, qua prohibetur ne quivis Ordinum mendicantium profeſſores nova loca ad inhabitandum recipere præſumant abſque Sedis prædictæ licentia ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujuſmodi mentionem, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Baſilicæ, Congregationis, & Ordinis prædictorum juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis; illis, ac Capitulo, Vicario, & Fratribus prædictis, necnon quibuſvis aliis perſonis

Qua de cauſa emphiteuſis diſſolvatur.

Emphyteuſi ceſſante, melioramenta cedant Capitulo.

Beneplacitum Apoſtolicum petitur.

Clauſulæ derogatoriæ ſubjiciuntur.

(a) Autographum Inſtrumentum proſtat in actis Simonis Tegeroni ad diem 5. Aprilis 1585. Cujus quidem Notarii volumina, ut toties monuimus, ſervantur in Archivo Baſilicæ.

Congregationem ſupra memoratam ad Monaſterium Sanctæ Balbinæ acceſſiſſe, ibique per annos aliquot moram traxiſſe indubia res eſt; quum e cenſualibus Capellæ Juliæ pateat, Heremitas illos quotannis ſtatutum Canonem penſitaſſe. Cur vero, aut quonam definito tempore eadem Congregatio inde receſſerit, certo definire ardua res eſt. Sub initium XVII. Eccleſiæ ſeculi id contigiſſe conjicimus e variis Capellæ Juliæ cenſualibus, quæ bona Monaſterio Sanctæ Balbinæ adjacentia, non jam Heremitis, ſed aliis conductoribus, qui Canonem quotannis præſtabant, conceſſa teſtantur. Cumque circa annum 1610. Heremitæ Congregationis Januenſis in Eccleſiam S. Georgii in Valabro ſe receperint, ubi ad noſtra uſque tempora permanſere, haud inanis conjectura eſt, eos, relicto S. Balbinæ Monaſterio, in celebrem vetuſtamque Diaconiam, curante Cardinali Jacobo Serra, fuiſſe tranſlatos. Quod conjiciendo ſcribimus, cohæret cum iis, quæ tradit Carolus Bartholomæus Piazza de hac ipſa S. Georgii Eccleſia ſermonem habens in notiſſimo Opere tom. 3. p. 840. An. 1711. *La riſtaurò parimente queſta Diaconia il Card. Serra Genoveſe, il quale, perchè vi riſplendeſſe il culto Divino, vi fece venire ad ufficiarla i Frati Eremitani di S. Agoſtino della Congregazione di Genova, la quale ebbe la ſua riforma circa l'anno 1470. dal P. Battiſta Poggio uomo illuſtre &c.*

ſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis &c. Quibus omnibus, etiamſi de illis &c. latiſſime hac vice derogare placeat, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Pontificis ſubſcriptio.

Fiat ut petitur V.

Supplicationis ſumma capita.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod unionis &c. dationis, conceſſionis, & Inſtrumenti prædictorum tenores &c. ac vineæ, hortorum, domorum, habitationum, ædificiorum, & membrorum hujuſmodi qualitates, confines, ſituationes, denominationes, & veri annui valores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint, & de confirmatione, approbatione, ſuppletione, facultate, Indulto, & aliis prædictis, quæ hic pro ſufficienter, & ad partem repetitis habeantur, ut ſupra, in forma gratioſa, & cum clauſula ad perpetuam rei memoriam, ac deputatione Judicum executorum qui aſſiſtant, poteſtatemque habeant citandi, inhibendi, etiam ſub cenſuris, aggravandi &c. invocato &c. brachii ſecularis, necnon derogatione ejuſdem Bonifacii de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres &c. ac aliarum Conſtitutionum &c. ſtatutorum &c. privilegiorum, Indultorum, & quorumcumque aliorum contrariorum prædictorum, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam qualitatum, invocation., nuncupation., aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in Litteris ſimul, vel ad partem, ſuper approbatione &c. conceſſionis Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ prædictæ eidem Congregationi pro domo, & perpetuis uſu, & habitatione Fratrum hujuſmodi, ac licentia, facultate, & Indulto præmiſſis pro Congregatione, Vicario, & Fratribus prædictis, necnon etiam ad partem ſuper conceſſione, & datione in emphiteuſim pro annuo Canone, ac ſub pactis, & conditionibus vineæ, hortorum, domorum, habitationum, ædificiorum, & membrorum, cum ſuppletione defectuum &c. ut ſupra expediendis.

Fiat V. *Iterata ſubſcriptio.*

Datum Romæ apud S. Petrum Idibus Novembris, anno tertiodecimo.

Capitulo S. Petri concedit, ut ſuum aſſenſum præbeat donationi vineæ directo dominio Baſilicæ Vaticanæ ſubjectæ, quam Eliſabetha Ceraſia dono dederat Fratribus SS. Trinitatis in Monte Pincio.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

Dilectis filiis Capitulo Baſilicæ S. Petri, & Correctori & Fratribus Domus SS. Trinitatis in Monte Pincio de Urbe, Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula.

AN. CHR: 1584. *1. Decemb.*

Vineæ ſitus, & quantitas.

DIlecti filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod dilecta in Chriſto filia Eliſabetta Ceraſia relicta quondam Alphonſi Vicioli, inter vivos, & irrevocabiliter donavit Vobis, filii Corrector, & Fratres, circiter quindecim petias vineæ, caneti, & Sodi ſimul juncti in Territorio Urbis, & Monte Mario juxta ſuos notiſſimos confines (a), ſub directo Dominio veſtro, filii Capitulum, & veſtræ Menſæ Capitularis exiſtentes, & veſtræ Baſilicæ obnoxias annuo Canone ſeptem Scutorum, & bajocorum decem & octo, unica ſolutione in feſto Sancti Michaelis Archangeli ſolvenda: *Onus, quo vinea gravatur.* qua donatione inſinuata, vos filii Corrector, & Fratres per Syndicum, & Procuratorem veſtrum comparuiſtis in Capitulo dictæ Baſilicæ, ab eo petentes conſenſum præfatæ donationis, & translationis Jurium in vos factæ, ſuper quo conſenſu præſtando habitis inter vos, filii Capitulum, capitulariter pluribus tractatibus, & diſcuſſionibus, tandem re mature diſcuſſa, decreviſtis, prævia licentia noſtra, dictum conſenſum ad annos quinquaginta dumtaxat, & mediante augmento

(a) Varias hæc vinea vices ſubiit, ac multos nacta Dominos, tandem ad Nicolaum Pacianum poſtremo pervenit loco. Rurſum Pacianus nupero contractu vineam eamdem in Marchionem Jo: Baptiſtam Gaucciuni tranſtulit, a quo, eodem Paciano adhuc ſuperſtite, poſſidetur. Contractus hujuſce naturam & conditiones conſule in Inſtrumento Franciſci Mariæ Lorenzini die 8. Auguſti 1745.

(a) Ita

Capitulum donationi vineæ ejus ſub conditionibus aſſenſum præbet.

gmento Canonis uſque ad ſummam decem Scutorum monetæ in totum (*a*), & ſic fere cum augmento trium Scutorum, & obligatione deſolvendo ipſis Capitulo ſingulo quindennio certam modicam pecuniarum ſummam in cauſam Laudemii, quam formam, & conſentiendi modum vos Corrector, & Fratres acceptaſtis: ſed quia præfati omnes tractatus facti fuerunt ſub reſervatione beneplaciti noſtri, & quatenus vobis ita contrahendi facultas & licentia concederetur; propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis modo, & forma præmiſſis contrahendi, & obligandi licentiam, & facultatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Præmiſſis, ac felicis recordationis Pauli Papæ Secundi Prædeceſſoris noſtri, de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Baſilicæ & Capitulo ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, dictæque Baſilicæ ſtatutis, & conſuetudinibus, ac aliis in contrarium quomodolibet facientibus, quibus omnibus, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Decembris 1584. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Pontifex contractum probat, tolliſque contraria.

Excommunicationis pœnam in eos irrogat, qui Monaſterii Sancti Martini bona occupant, Scripturas detinent, aut reos non revelant.

Ex Authograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 14. Faſc. 291.

AN. CHR. 1585. 13. Januar.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei; Venerabilibus Fratribus Viterbien., & Montis Flaſconen. ac Balneoregien. Epiſcopis, ſeu dilectis filiis eorum in Spiritualibus Vicariis Generalibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, cenſus, terras, domos, poſſeſſiones, mobilia, & immobilia bona, ſcripturas, ac Jura magni momenti ad Monaſterium Sancti Martini Ordinis S. Benedicti Viterbien. Diœceſ. & Sancti Ægidii Cornetan., & Sancti Antonii Civitatis Vetulæ Eccleſias (*b*) dicti Monaſterii membra, menſæ capitulari dictæ Baſilicæ canonice unitas (*c*) legitime ſpectantia, temere, & malitioſe occultare, ac occulte, & indebite detinere præſumpſerunt, & præſumunt in Animarum ſuarum periculum, & dicti Monaſterii non modicum detrimentum; ſuper quo ipſi ſignificantes Apoſtolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca fraternitati veſtræ, Fratres Epiſcopi, ſeu diſcretioni veſtræ, filii Vicarii, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, & quilibet veſtrum, videlicet in ſuis Civitate, & Diœceſi, ſi cauſa diligenter, & magna maturitate per vos examinata, pro rei, loci, temporis, & perſonarum qualitatibus vobis pro veſtra conſcientia videbitur expedire, omnes hujuſmodi bonorum detentores, & illorum celatores occultos ex parte veſtra publice in Eccleſiis coram populo per vos, vel alium, ſeu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea dictis Monaſterio, & Eccleſiis a ſe debita, detentores quidem, ſive occupatores reſtituant, occultatores vero revelent, & ſi id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptorie præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, eamque faciatis, ubi, quando, & quoties videritis expedire, uſque ad revelatio-

Damna ex hominum malitia in Eccleſiis damnum illata.

Capituli ad Sedem Apoſtolicam preces.

Excommunicationis ſententiam contra reos contumaces pronunciari decernit.

(*a*) Ita quidem habuit contractus a Vaticano Capitulo cum Fratribus Ordinis Minimorum habitus. At memorati Ordinis alumni promiſſum non implevere. Hinc acrior & diuturnior controverſia in Judicio librata. Tandem pacis ſtudio, nova obtinuit concordia, & cenſus quotannis præſtandus, ad ſummam ſcutorum ſeptem, & obolor. octodecim redactus eſt, ut patet ex Inſtrumento Quintiliani Gargarii die 1. Martii 1614.

(*b*) S. Ægidii Eccleſia Parochialis adhuc extat Corneti, atque unius Capituli Vaticani juriſdictioni ſubeſt. De altera S. Antonii ſacra æde altum ubique ſilentium, quod temporum injuria jamdiu conciderit.

(*c*) Anno nimirum 1564. ſumma Pii IV. beneficentia. Adeas Pianas literas ſuo loco relatas. Laudanda igitur Capituli Vaticani ſolicitudo, quum poſt adeptam Monaſterii poſſeſſionem nullum non moverit lapidem, ut Eccleſiarum S. Ægidii ac S. Antonii, quarum utraque Monaſterio S. Martini conjuncta erat, bona, chartas, ac monumenta conquireret.

(*a*) Con-

tionem condignam, & ſatisfactionem debitam ſolemniter publicari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto (*a*), Idibus Januarii, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

SIXTUS V.

Gregorium Pontificem excipit Sixtus Papa V., ante Pontificatum Cardinalis Felix Perettus. Anno 1585. 24. Aprilis fer. 4. ad Petri Cathedram evectus, die prima Maji feria item IV. recurrente (*b*), Pontificatus inſignia pro more ſuſcepit in Baſilica Vaticana. Mortem obiit 27. Auguſti 1590. Pontificatus anno quinto, menſe quarto, die tertio.

Decernit, ut Eccleſiarum omnium Antiſtites, quocumque honore fulgeant, ac nomine cenſeantur, ſtato temporis intervallo, pro diſſimili locorum diſtantia, ad viſitanda SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Limina, aut per ſe ipſos, aut per idoneam Vicariam Perſonam, Romam accedant. Contra inobedientes gravioribus pœnis animadvertit.

Ex Bullario Romano.

Romani Pontificis cura præcipua, ut omnium Eccleſiarum ſtatum perſpectum habeat.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex Beatiſſimi Petri Apoſtolarum Principis Succeſſor, in altiſſima militantis Eccleſiæ ſpecula divina diſpoſitione collocatus, ex credito ſibi Apoſtolicæ ſervitutis officio, omnium Eccleſiarum ſolicitudinem habere, totiuſque Dominici gregis, qui unius Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ per univerſum Orbem terrarum diffuſæ, ſacro ovili concluditur, curam gerere tenetur. Hujus vero tam gravis & ingentis oneris, angelicis plane humeris formidandi, magnitudinem ut facilius ferre poſſet, Venerabiles Fratres ſuos Catholicos Epiſcopos in partem ſuæ ſolicitudinis advocavit, qui tanquam ſeniores in populo Dei, pleni ſapientiæ ſpiritu, in ſua quiſque paſtorali vigilia excubantes, illius ſupremi in terris Paſtoris immenſos labores ſublevarent, in quo uno, Deo auctore, plenitudo reſidet poteſtatis. Nimirum, ut Epiſcoporum opere, & adjumento, ubique locorum gregis ſibi commiſſi vultum agnoſceret, & ſpiritualium ovium morbos intelligeret, curationeſque adhiberet, atque ex ſui muneris officio perdita requireret, abjecta reduceret, confracta alligaret, infirma conſolidaret, pinguia & fortia cuſtodiret: denique aſſiduis paſtorum vocibus admonitus, de toto Eccleſiarum ſingularum ſtatu certior redderetur, nec quicquam omnino illum lateret earum rerum, quas ad Dei gloriam augendam, ad Chriſtianam Religionem propagandam, ad animarum ſalutem procurandam neceſſario eundem ſcire, atque intelligere oportet, ut omnibus cognitis & examinatis, pro ea, quæ ſibi a Chriſto Domino tributa eſt, ſumma poteſtate, alia in vinea Domini Sabaoth evellat, alia plantet, alia ædificet, alia deſtruat, quemadmodum ex rerum & temporum conditione ſalubrius in Domino viderit expedire.

Hinc apriſca ætate Epiſcopis impoſitum onus accedendi ad Limina Apoſtolorum.

Ob quas ſane cauſas jure optimo, & Spiritus Sancti inſtinctu a Sanctiſſimis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris jam ab antiquiſſimis temporibus inſtitutum eſt, & per multas ætates magno Eccleſiæ Dei commodo obſervatum, ut ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, certis præſcriptis temporibus per ſe ipſos, vel per certum eorum nuntium, omni occaſione ſepoſita, Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, qui hanc almam Urbem ſuo ſanguine conſecrarunt, Limina, tanquam fidei Petram, & totius Sacerdotalis unitatis fontem jurejurando

(*a*) Conſueto Bullarium ſtylo. Nos tritam in annis a Januario ſupputandis rationem ſequuti, annum 1585. deſignavimus.

(*b*) Quartam Hebdomadis feriam fauſtiſſimam, ac propemodum fatalem fuiſſe Felici Peretto animadvertunt Hiſtorici ex rerum vicibus, quæ eodem hebdomadis die in multiplici annorum ſerie proſpere ceſſerunt. Hac quippe Feria in lucem editus, Religionem profeſſus, Vicarius Generalis ſui Ordinis conſtitutus, Cardinalis electus, Pontifex renunciatus, tandem Pontificia corona donatus eſt. Hæc ex Platinæ Continuatore, ac Henrico Spondano obvia cuique ſunt.

(*a*) Id

rando ſe viſitaturos pollicerentur (a), atque ita S. R. E. matris ſuæ complexu recreati, & paterno Summi Pontificis colloquio roborati, ad Eccleſias ſuas regendas alacriores & inſtructiores redirent.

Ex Epiſcoporum incuria quamplurium malorum origo.

Ceterum hæc tam ſalutaris & neceſſaria Conſtitutio, partim hominum negligentia, partim antiqui humani generis hoſtis aſtutia, variis etiam inſurgentibus temporum calamitatibus, valde refriguit, aliis alia atque alia impedimenta prætexentibus, in grave animarum ſuarum periculum, & quibus præſunt, Eccleſiarum detrimentum. Nec vero dubitandum eſt, quod ſine maximo mœrore commemorare non poſſumus, pernicioſiſſimas hæreſes, quibus multis jam annis, hominum peccatis ita promerentibus, Eccleſia vexatur, & Chriſti Domini veſtis dilaceratur, ex ejuſmodi ſaluberrimæ viſitationis intermiſſione partim ortas eſſe, partim latenti progreſſione magnum incrementum accepiſſe. Nam ſi celeriter in ipſo naſcentis mali initio, ab ipſis Epiſcopis, pro rei gravitate, ad Romanum Pontificem relatum eſſet, ſane illius providentia & authoritate ſtatim venenatæ ſtirpes ex agro Domini evulſæ eſſent, & diabolici ignis ſcintillæ ſubito oppreſſæ atque reſtinctæ, in tot flammas & luctuoſa incendia non erupiſſent.

Pontificis hac de re ſollicitudo.

Hæc atque alia graviſſima incommoda, cum primum ad Summi Apoſtolatus apicem, meritis licet imparibus, Deo ita volente, vocati ſumus, attentius conſiderantes, non ſolum ex intimis animi ſenſibus indoluimus, ſed ſtatim de adhibendo remedio, divina gratia adjutrice, cogitare cœpimus. Urget enim nos Dei amor, & acres animo noſtro ſtimulos dies noctesque ſubjicit, quemadmodum tremendo illius judicio, adminiſtrationis noſtræ rationem reddamus. Nam ſi huic tanto malo, quod magis quotidie ingraveſcit, non occurramus, non poſſumus nobis ipſis non valde timere, cum crebro in mentem veniant, & quaſi aures noſtras perſonent ſacræ illæ voces commirationis, & terroris plenæ: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & ſanguinem ejus de manibus tuis requiram. Et quod Petro a Domino dictum eſt: confirma fratres tuos: & illud Apoſtoli Pauli, quod tanto magis ad nos pertinet, quanto majorem præter ceteros paſtoralis officii curam ſortiti ſumus: Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Quocirca eorumdem prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ſimulque modum, & temporum ſpatia Eccleſiarum earundem Præſulibus, pro cujuſque intervallo, & locorum diſtantia moderantes, hac perpetua conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus, ut omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi per univerſum terrarum orbem conſtituti, a nobis deinceps ordinandi, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, antequam munus conſecrationis ſuſcipiant, ſeu eis conſecratis Pallium de Beati Petri corpore ſumptum tradatur, aut ſi ad aliam Eccleſiam transferantur, antequam illius regimini & adminiſtrationi ſe immiſceant, ſi quidem præſentes in Curia fuerint, in manibus S. R. E. Diaconi Cardinalis ordine prioris; ſi vero abſentes, in manibus Antiſtitis, qui ad impendendum munus prædictum, aut ad tradendum Pallium hujuſmodi a Sede Apoſtolica delegabitur, jurent juxta formulam in libro Cancellariæ Apoſtolicæ, quinterno appellato, nuper deſcriptam, ſe Beatiſſimorum Petri & Pauli Limina, ſtatutis hac noſtra Conſtitutione temporibus, perſonaliter ac per ſe ipſos viſitaturos, ac nobis & ſucceſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorum Paſtorali officio, deque rebus omnibus, ad ipſarum, quibus præſunt, Eccleſiarum ſtatum, ad Cleri, & Populi diſciplinam, animarum denique, quæ illorum fidei creditæ ſunt, ſalutem quovis modo perti-

Veterem morem in uſum revocat, ac legem, qua Eccleſiarum omnium Antiſtites obſtringit, evulgat.

Mandat Epiſcopis ut ad Limina Apoſtolorum accedant, & de Eccleſiarum ſtatu Roman. Pontificem certiorem reddant.

(a) Id ut plenius intelligatur, huc revocandum ex Tom. 1. Bullarii noſtri pag. 11. S. Zachariæ Decretum, & quæ Decreto illi adjacent eruditæ animadverſiones. Ibi Pontifex antiquam legem Epiſcopis indictam, ut ad Limina SS. Apoſtolorum viſitationem inſtituant, in uſum revocat, & conciliari ſanctione confirmat. Conciliari inquam Sanctione; quippe Decretum illud in Concilio Romano promulgatum fuit circa ann. 743. ut cum Baronio conſentit Harduinus *Collectionis Conciliorum Tom. 3. Column.* 1927. Etiam *Chirographi*, cui Epiſcopi ſolebant ſubſcribere, S. Zacharias meminit, hoc eſt *cautionis* ſive *ſponſionis*, per quam Epiſcopi pollicebantur ſe Romam quotannis, ni juſto impedimento detinerentur, acceſſuros. Huic promiſſioni vis inerat juramenti; ideoque in hac Sixtina Bulla *juramentum* expreſſe nominatur.

Longe tamen antiquior Pontificis Zachariæ ætate mos inoleverat, ut Epiſcopi ad SS. Apoſtolorum Baſilicas accedere tenerentur. Id probat Magni Gregorii epiſtola relata 1. Bullar. Tomo pag. 4. & quæ epiſtolæ illi ſubjicitur *nota b*. Neque vero S. Gregorius Papa novum edicit Decretum, ſed veterem prodit diſciplinam, cujus haud incerta ſuppetunt teſtimonia ex literis S. Paulini ad Severum, & Delphinum, quas eadem *nota b.* accurate commemorat. Summa igitur vel a primis Eccleſiæ ſeculis erga SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ſacras ædes adhibita fuit veneratio ab ipſis Eccleſiarum Paſtoribus, quos, & peculiaris religio, & Sanctorum Pontificum e dicta impellebant, ut eo ſe conferrent, ubi & Catholicæ unitatis centrum, & plenitudo reſidet Sacerdotii.

(a) Li-

pertinentibus, & viciſſim mandata Apoſtolica recepturos, & quam diligentiſſime executuros (a).

Epiſcopi, ſi minus per ſe ipſos poſſint, per Vicarium Perſonam id muneris expleant.

Quod ſi legitimo impedimento detenti fuerint, jurent ſe prædicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad id ſpeciale mandatum habentem, & de gremio ſuorum Capitulorum, aut alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeu alias Perſonatum habentem; aut ſi hujuſmodi hominem Eccleſiaſtica dignitate, & Perſonatu præditum non habent, per diœceſanum Sacerdotem; & ſi Clero careant, omnino per aliquem alium Presbyterum ſecularem ſeu Regularem ſpectatæ probitatis & Religionis, de ſupradictis omnibus plene inſtructum. De hujuſmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes, ad dictum primum Diaconum Cardinalem per ſupradictum nuncium tranſmittendas.

Ad Principes ad hortatio, ut Epiſcoporum exempla imitentur.

Quin etiam Principes temporales, ſi quid pro eorum pietate, & erga hanc Apoſtolicam Sedem obſervantia, Romano Pontifici voluerint ſignificare, eoſdem, ſive Epiſcopos, ſive alios qui ab eis mittentur, fidos habebunt nuntios ac relatores, quorum opera ab eadem Sede pro illorum dominiis, ditionibus, & rebus firmandis, ac ſtabiliendis, & cum Dei, & Sanctæ Religionis cauſa, ſine qua tuto conſiſtere haud poſſunt, conjungendis, opportuna ſinceræ charitatis officia, conſilia, atque ſubſidia expectare certo poterunt.

Statum tempus, pro locorum diſtantia, ad Viſitationem perficiendam definitur.

Ad hoc autem debitum viſitationis officium commode explendum, ſupradicti omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Itali videlicet, vel ex italicis Inſulis, unde in Italiam commodius trajici poteſt, veluti Siculi, Sardi, Corſi, & alii adjacentium Provinciarum Italiæ, ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ e regione ipſis Italiæ, & Siciliæ oris ſunt, tertio anno: Germani vero, Galli, Hiſpani, Belgæ, Bohemi, Ungari, Angli, Scoti, Iberni, & ceteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare Germanicum, & Balticum, ac omnium Inſularum maris mediterranei, quarto anno: & qui intra Europæ fines ſunt his Provinciis remotiores, ac etiam Africani littoribus noſtris adverſi, ac Inſularum maris Oceani Septentrionalis & Occidentalis Europæ & Africæ, citra continentem novi orbis, tam qui nunc ſunt, quam qui ad Catholicam fidem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno: Aſiatici vero, & qui extra Aſiam, & in aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in Inſulis, quam in continentibus; & denique in quibuslibet mundi partibus, decimo anno iter ſuſcipiant, & Deo concedente perficiant. Idemque inſtitutum tertio quoque, quarto, quinto, & decimo anno repetant, & obſervent (a). Hæc autem annorum ſpatia tempore ſuſcepti muneris Conſecrationis, vel Pallii traditionis, aut tranſlationis, ut præfertur, incipiant. Quæ ne longius differantur, volumus quod tempus qualecumque excurſum alicui ex ſupradictis Præſulibus, qui, ſive morte præventus, ſive alia quacumque de cauſa, ob non finitum tempus ei præſcriptum, dicta Limina non viſitaverit, ita illius ſucceſſori effluxiſſe, & excurriſſe intelligatur, ut termino ipſo juxta prædeceſſoris ſui jusjurandum completo, debitam tunc viſitationem quamprimum conficere teneatur.

Alia item pro Epiſcopis, temporis menſura ſtatuitur.

Hi vero ex ſupradictis Antiſtitibus, qui hactenus ab hac Sancta Sede ordinati ſunt, aut dictum Pallium ab ea ſuſceperunt, aut ad aliam Eccleſiam tranſlati ſunt, prout cuique diſtantia locorum, & temporum intervalla præſcripta ſunt, ad ſupradicta omnia obſervanda a die publicationis præſentis Conſtitutionis omnino teneantur. Jubemus igitur in virtute Sanctæ obedientiæ ſupradictis omnibus Antiſtitibus præſentibus & futuris, ut viſitationem prædictam ſibi, ſuiſque

(a) *Limina Apoſtolorum*, juxta obviam nominis ſignificationem, ipſa SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Templa exprimunt. Verum hic non ſiſtit Sixtina Conſtitutio: quippe illud præterea ab Epiſcopis exigit, ut inſimul Pontificem adeant, de Eccleſiarum, quibus præſunt, gubernio vel ſtatu rationem reddituri. Neque vero novum hic aliquid, vel inſuetum Sixtus præcipit. Limina adire, ac ſacras Apoſtolorum exuvias venerari, magnum obſequii argumentum eſt. At vero illud inſuper accedat oportet, ut Epiſcopi, qui Romano Pontifici tamquam ſupremo Eccleſiæ Capiti ſubjiciuntur, Apoſtolicam Sedem conſulant, Eccleſiarum, quas habent concreditas, ſtatum aperiant, ut Jeſu Chriſti Vicarii monitis ac authoritate muniti, quæ ad Animarum Salutem conferre poſſunt, ſecurius exequantur. Hunc morem priſcis Eccleſiæ ſeculis obtinuiſſe, innumeris Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ monumentis perſpicuum eſt. Sixtus ergo veterem conſuetudinem explicat, non etiam novam legem introducit.

(a) Saluberrima hujuſce Conſtitutionis præcepta non ea qua par eſt diligentia ab omnibus ubique ſervantur. Rariores, ex Galliarum præſertim Eccleſiis, ad Limina Apoſtolorum accedunt Epiſcopi. Cauſſam inquirere mei non eſt inſtituti; illud vero nolim omitere, quod Henricus Spondanus inter Galliarum Præſides vigilantiſſimus, in hanc rem memoriæ prodidit ad anno 1585. num. 22. *Quod quidem Decretum*, ita de Sixtina hac Bulla loquitur, *utile ſane & commodum, & ab omnibus juratur, & a paucis nihilominus obſervatur, ſaltem in Gallia, ubi Libertas Eccleſiæ præ ceteris Regnis in pretio eſt. Ego certe, qui indigniſſimus Epiſcopus conſecratus fui, præceptum, ut filius obedientiæ, ad amuſſim hactenus ſervavi, mittendo ſtatum per idoneum Sacerdotem; longe tutius exiſtimans id prompte exequi, quam utrum ad exequendum obliger, inquirere ac diſputare. Quiſque in ſuo ſenſu abundet, ego in hoc; cum ſciam dixiſſe Spiritum Sanctum per Samuelem Prophetam*; Quaſi peccatum ariolandi eſſe, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

(a) A Ja-

ſuiſque Eccleſiis adeo utilem ac neceſſariam, juxta præſcriptam formulam omnino conficiant.

Contra inobedientes poenæ. Si vero, quod abſit, non egerint, eos ab ingreſſu Eccleſiæ, ac etiam ab adminiſtratione tam ſpiritualium, quam temporalium, necnon a perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum, a Capitulis eorum, omni exceptione, & mora ceſſante, interim libere exigendorum, & in opus fabricæ, ſeu ornamentorum Eccleſiæ emptionem, prout major exegerit neceſſitas, inſumendorum, ipſo facto tamdiu ſuſpenſos eſſe volumus, donec a contumacia reſipiſcentes, relaxationem ſuſpenſionis hujuſmodi a Sede prædicta meruerint obtinere.

Contraria tollit. Non obſtantibus Privilegiis, abſolutionibus, indulgentiis, & aliis conceſſionibus de non viſitandis Liminibus ejuſmodi, quibuſcumque Eccleſiarum Prælatis etiam per quoſcumque Romanos Pontifices, ac etiam nos & dictam Sedem ex quibuſvis cauſis perpetuo vel ad tempus conceſſis, extenſis, & innovatis, quæ omnia contra præmiſſa cuiquam nolumus ſuffragari, aliiſque contrariis quibuſcumque. Ceterum nos ſaluti, & conſcientiæ ſecuritati eorum Præſulum, qui ad hujuſmodi viſitationem obligati, eam contra jusjurandum huc uſque diſtulerunt, conſulere volentes, eos ſingulos a perjurii reatu, & a Canonicis Apoſtoliciſque omnibus ſententiis, quas propterea incurrerunt, auctoritate præſentium abſolvimus, quos tamen pro exceſſu hujuſmodi eleemoſynam quantum, & cui, vel quibus eorum Confeſſarius ſtatuerit applicandam, volumus erogare. *A prætoritis culpis, ac poenis Epiſcopos abſolvit.*

Harum Litterarum tranſumtis fidem conciliat. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes Litteras quocumque illis opus, perferri, volumus quoque, ut earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus adhibeatur fides, quæ eiſdem præſentibus, etiam in dicto quinterno deſcribendis haberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimoquinto 13. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno primo.

Concedit ut in Baſilica Vaticana Miſſæ celebrari poſſint per horæ dimidium poſt meridiem.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Caps. 7. Faſc. 269.

AN. CHR. 1586. 12. *Martii.*

AD perpetuam rei memoriam. Commoditati, & ſpirituali conſolationi fidelis Populi, qui frequens ad Baſilicam noſtram S. Petri Apoſtolorum Principis quotidie ſe confert, ne ſi qui tardius acceſſerint, Miſſæ careant Sacrificio, paterna noſtra charitate providere volentes; Ut poſthac perpetuis futuris temporibus Miſſæ in eadem Baſilica etiam per dimidiam horam dumtaxat poſt meridiem libere, & licite celebrari poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII. Martii MDLXXXVI. Pontificatus noſtri anno primo. (a).

Cru-

(a) A Januario annorum initium repetit; non item a Martio menſe. Si enim a communi annorum ſupputatione recederet, annus 1587. eſſet intelligendus; quo tempore, non jam primus ſed alter Pontificatus annus excurrit.

(a) Hoc

Crucem Vaticano Obeliſco ſuperpoſitam adorantibus, decem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam perpetuo concedit.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1586. *4. Novemb.*

MOtu proprio &c. Ad augendam fidelium Religionem, & Animarum ſalutem, ac ut Crux Obeliſco in area Vaticana (nobis imperantibus) erecto (*a*), impoſita, ab eiſdem fidelibus jugiter veneretur, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ex nunc deinceps in perpetuum dictam Plateam quaqueverſus die nocteque, ac ultro citroque tranſeuntibus, dictam Crucem (*b*) ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitando, adorantibus, & pro felici ſtatu S. R. E. & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis Deum devote orantibus, toties quoties id fecerint, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis Apoſtolica auctoritate perpetuo miſericorditer in Domino relaxamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis. Fiat Motu proprio F.

Et de relaxatione decem Annorum, & totidem Quadragenarum pro omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac toties quoties &c. ut ſupra perpetuo, & in forma gratioſa, & quod litteræ deſuper etiam cum majori præmiſſorum omnium, & aliorum neceſſariorum ſpecificatione, & expreſſione expediri poſſint.

Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Pridie Idonas Novembris anno ſecundo.

Cardinali Cuſentino, quamdiu Baſilicæ S. Petri Archipresbyter fuerit, ampliſſimam in Cauſis Civilibus ac Criminalibus Cleri Vaticani, excepta pœna ſanguinis, & corporis afflictiva, confert authoritatem: Jus item tribuit, ut in eadem Baſilica Pontificalia exerceat; ac in Fabricæ Collegio Præfecturam gerat.

Ex Manuali Actorum in Archivo Vicarii Urbis.

AN. CHR. 1579. *4. Martii.*

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Evangeliſtæ tituli Sancti Matthæi in Merulana Presbytero Cardinali Cuſentino nuncupato (*a*), ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum debito Paſtoralis officii omnium Eccleſiarum indemnitati, utilitati, ac bono regimini ſalubriter conſulere teneamur; tum vero ad venerandam ſanctamque Principis Apoſtolorum in Alma Urbe noſtram Baſilicam eo diligentiori ſtudio aciem dirigimus noſtræ mentis, quo & illa dignitate, & præſtantia ceteris anecellit, & noſter ſingularis, quem gerimus erga eumdem Beatum Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus, ſinceræ devotionis affectus id impenſius requirit. Quare ejuſdem Baſilicæ, ac dilectorum filiorum illius Capituli, Canonicorum, & Miniſtrorum commodis, ac jurium conſervationi, ac ne ad diverſa Tribunalia perſonæ prædictæ trahantur, earum quieti, & litium diſpendio providere cupientes, deque tua integritate, prudentia, circumſpectione, cui nuper Archipresbyteratum ejuſdem Baſilicæ tunc vacantem, ad vitam com-

Baſilica Vaticana laus præcipua

(*a*) Hoc eodem, quo verſamur, anno 1586. menſe Septembris Sixti V. juſſu Obeliſcus prædurο perpetuoque lapide compactus, in aream Vaticanam translatus, ibidem opere Dominici Fontana erectus eſt. Arduum ſane opus, quod & magnanimum Pontificem, & ſedulum ac induſtrium Architectum commendat. Altero igitur, poſtquam moles ſurrexerat, menſe, Indulgentiarum beneficium Sixtus largitus eſt iis, qui ſtatas preces exſolverent, & Crucem Obeliſci vertici inſidentem adorarent.

(*b*) Crucem æream, non etiam ligni Crucis particulam quamdam ibi repoſitam intellige. Nil tale e monumentis noſtris colligimus; nihil etiam ex hac Sixti ſanctione licet inferre. Nonnulli vulgi errore ducti quos inter P. Bonannius *in Opere de Templo Vaticano*, veræ Crucis fragmentum aliquod a Sixto reconditum cenſuere. Falſam tamen hanc opinionem detexit nuperum experimentum, quum ſcilicet poſtremis Clementis XII. Pontificis annis, ærea Cruce depoſita, & in Sacrarium translata, nulla Sacratioris Ligni vola aut veſtigium apparuit. Tum vero Crucis Chriſti particula in æream Crucem illata, ibidem clauſa fuit.

(*c*) Is eſt Cardinalis Evangeliſta Pallottus olim Baſilicæ Vaticanæ Canonicus, mox Cuſentinus Epiſcopus, poſtremo an. 1587. S. R. E. Cardinalis, ac ſequenti anno, poſt obitum Cardinalis Alexandri Farneſii, ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyter. De ejus virtutibus, ac beneficiis in Baſilicam collatis, multa differit Grimaldus noſter *in Serie Archipresbyterorum*.

(*a*) Quo

commendavimus (b), plurimum in Domino confidentes, Motu proprio, non ad tuam, vel eorumdem Capituli, & Canonicorum, aut pro te, aut pro illis oblatæ nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & certa ſcientia omnes, & ſingulas juriſdictiones, poteſtates, & privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, Indulta, etiam ſuper collatione Beneficiorum quorumcumque Eccleſiaſticorum, auctoritates, & facultates per fel. rec. Paulum Tertium, Pium Quartum, & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros bonæ memoriæ Alexandro Epiſcopo Oſtien. Cardinali Farneſio nuncupato, alias dictæ Baſilicæ, & prius uti Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris etiam de Urbe Archipresbytero, quoad Baſilicam, & Eccleſiam præfatas reſpective, etiam illius perſonæ intuitu, & ad ejus vitam dumtaxat in genere, vel ſpecie conceſſa, ad te, quamdiu Archipresbyteratum præfatum obtinueris, tuumque & dictæ Baſilicæ Vicarium per te nunc forſan deputatum, & pro tempore a te deputandum, tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Et nihilominus Motu, & ſcientia ſimilibus omnes, & ſingulas cauſas etiam beneficiales, Eccleſiaſticas, ſpirituales, meras, prophanas, & mixtas, etiam compromiſſas tam civiles, quam criminales, citra tamen pœnam ſanguinis, & corporis afflictivam, inter dictos Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, & Clericos, necnon Capellanos, Miniſtros, & Servientes reſpective, ſeu quemcumque eorum ex una, & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, necnon hoſpitalia, pia loca, & Collegia, communitates, vel univerſitates ex altera partibus, ſive inter dictos Capitulum, & Canonicos, vel eorum quemlibet, ac Beneficiatos, Clericos, ſeu Capellanos præfatos, vel quoſcumque eorum coram quibuſcumque Judicibus Ordinariis, Commiſſariis, & executoribus, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Rotæ, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, & Loca tenentibus, ſuper quibuſcumque rebus, bonis, & pecuniarum ſummis, etiam vigore obligationis in forma Cameræ Apoſtolicæ vertentes, & pendentes reſpective, quarum omnium, & ſingularum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina, & qualitates tam partium, & perſonarum prælatarum, quam etiam rerum ſuper quibus pendent, pro expreſſis habentes, ad nos per præſentes avocantes, illaſque in ſtatu, & terminis, in quibus ad præſens reperiuntur, ac quas in futurum moveri de novo contigerit tam active, quam paſſive, etiam per præfatos Canonicos, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, & Capellanos, ſeu eorum quemlibet contra quaſcumque perſonas, Conventus, Collegia, Capitula, Univerſitates, Societates, Hoſpitalia, & loca quæcumque ſecularia, & quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hoſpitalium regularia, privilegiata, etiam per præfatos Canonicos, & Capitulum contra Beneficiatos, Clericos, & Capellanos præfatos ſuper quibuſcumque pecuniarum ſummis, Beneficiis Eccleſiaſticis, cenſibus, canonibus tritici, grani, vini, pecuniarum, aut aliarum rerum reſponſionibus, prædiis, rebuſque, & bonis ad quamcumque pecuniarum ſummam, numerum, quantitatem, & valorem aſcendentibus, ad dictam Baſilicam, aut illi unitas, vel annexas Eccleſias, etiam Parochiales, ſeu ejus Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Miniſtros etiam privatim, ac ratione ſingularum perſonarum quomodolibet ſpectantibus, aut eorum intereſſe directe, vel indirecte, communiter, vel diviſim, ac eorum cujuslibet concernentibus, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occaſione, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, tibi, tuoque præfato Vicario nunc, & pro tempore per te deputato, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola veritate facti inſpecta, & quatenus opus ſit, executive, etiam manu regia, abſque terminorum ſubſtantialium, & alicujus telæ judiciariæ obſervatione, ſive confectione Regeſtri, ſive extractus, quacumque appellatione poſtpoſita, etiam non frivola, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas auctoritate Apoſtolica tenore earumdem præſentium committimus, & mandamus eiſdem præſentibus perpetuis temporibus duraturis. Cum poteſtate dictas partes reſpective, & omnes alios, quos

Cardinali Cuſentino Archipresbytero eadem Privilegia confert, quæ Cardinali Farneſio conceſſa fuere.

Cauſarum omnium, quæ inter Clerum Vaticanum & alios quoſcumque verruntur, ab Archipresbytero dirimendas ſtatuit.

Compendiaria Cauſarum cognitio ſufficit.

(a) Quo definito tempore id contigerit, nobis incompertum. Illud vero tantum eſt, Cardinalem Cuſentinum Archipresbyteratus poſſeſſionem nactum die 5. Martii 1589. ut ex Actis Notarii Quintiliani Gargarii. Neque vero quiſpiam miretur Pont. Sixtum hanc Conſtitutionem ediſſe die 4. Martii 1589., quo nimirum tempore Cardinalis Archipresbyter nondum poſſeſſionem adiverat. Non enim Archipresbyteratus poſſeſſionem, ſed titulum, quem prævia Bulla Cardinali Cuſentino contulerat, ſpectavit Pontifex, quum novam de potiori Archipresbyteri juriſdictione Sanctionem evulgavit.

(b) Ius

quos opus fuerit, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in executione citationis nominandos, in Romana Curia, & extra eam, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummarie, & extra judicialiter de non tuto acceſſu, citandi, & omnibus Judicibus ſupradictis, & quibus, ac quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis tuo arbitrio moderandis, & applicandis, etiam per ſimile Edictum inhibendi, cauſaſque ipſas coram quibuſvis eorum de facto forſan introductas, ſeu introducendas, ab eis avocandi, & reaſſumendi, & in eventum non paritionis, pœnas, & cenſuras præfatas damnabiliter incurriſſe, & incidiſſe declarandi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, & reaggravandi, interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & brachii ſecularis auxilium invocandi; loco vero ſententiæ, ſeu ſententiarum præfatarum, etiam mandata executiva in forma ſolita, & conſueta decernendi, illudque, vel illa, & quicquid per te, & Vicarium præfatum, vel alterum veſtrum judicatum fuerit, exequendi, expenſas quaſcumque taxandi, ac moderandi, atque in cauſis omnibus, & ſingulis præmiſſis, vel earum qualibet, ſeu quomodolibet præmiſſorum etiam ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, procedendi; necnon Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, Clericos, & Capellanos præfatos, ſive eorum quemlibet a vinculo juramenti, ad effectum agendi, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis, quatenus oportuerit, abſolvendi, omniaque, & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna. Ac inſuper, ne in præjudicium auctoritatis, juriſdictionis, & facultatum præfatarum contingat cauſas ſub diverſis prætextibus a te, ſeu tuo Vicario avocari, & aliis Judicibus committi, omnes, & quaſcumque commiſſiones tam gratiæ, quam juſtitiæ, intereſſe Baſilicæ, Capituli, & Perſonarum præfatarum quomodolibet concernentes, aliter quam manu noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, teque ad id vocato, ſignatas, ac inhibitiones earum prætextu emanandas, proceſſuſque per eaſdem habendos, & inde pro tempore ſequuta quæcumque, nullius roboris, vel momenti eſſe, ac illis non obſtantibus, te tuumque Vicarium ad ulteriora in cauſis hujuſmodi procedere poſſe, atque ad parendum commiſſionibus prædictis, earumque prætextu emanatis inhibitionibus minime teneri, ac ob non paritionem, cenſuras, aut pœnas aliquas minime incurrere poſſe decernimus, atque declaramus. Dantes tibi etiam facultatem exercendi munia Pontificalia in Baſilica præfata, ac ordinariam etiam in ſpiritualibus juriſdictionem ſuper Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & Miniſtris præfatis (a), ita ut a te, vel de tua licentia tantum, nec alias a quocumque Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, per te deputando, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines promoveri; Tuque, & Antiſtes hujuſmodi eos promovere abſque noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum, aut Vicarii, vel cujuſvis alterius Ordinarii licentia, dimiſſoriis, aut examine, licite poſſitis, ac debeatis. Poſtremo attendentes, quod licet alias piæ memoriæ Clemens Papa Septimus Prædeceſſor noſter unum Collegium deputatorum Fabricæ præfatæ Baſilicæ nuncupat., erexerit, ac tam ipſe, quam diverſi alii Rom. Pontifices noſtri Prædeceſſores ipſi Collegio Officiales creandi, cauſas privative quoad omnes, & quoſcumque alios Judices cognoſcendi, & plures ampliſſimas facultates, juriſdictiones, exemptiones, immunitates, Indulta, & Privilegia conceſſerint, ac in ſpecie Collegium, & Fabricam hujuſmodi, ac illius perſonas ſub immediata ſua, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepe rint, ſibique, ac Sedi præfatæ, ita ut nullum alium, quam Romanum Pontificem ſuperiorem recognoſcerent, immediate ſubjecerint, eximendo Fabricam, & Collegium hujuſmodi etiam ab ipſius Archipresbyteri dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentis omnimoda ſuperioritate, & juriſdictione (b); nihilominus valde expedit, ut tu Fabricæ prædictæ tua auctoritate, conſilio, & laudabili ſtudio incumbas, te, quamdiu vixeris, & Archipresbyteratum præfatum obtinueris, Fabricæ, & ejus Collegii prædicti

Jus in judicium evocandi, ac pœnas ſtatuendi ſuperaddit.

Etiam mandata executiva expediendi.

Item a juramento abſolvendi.

Inhibitiones, niſi Pontificis manu obſignentur, fruſtraneas declarat.

Jus item confert exercendi Pontificalia.

Fabricæ S. Petri Præfecturam attribuit.

(a) Jus ergo ineſſe huic Archipresbytero cenſuras ferendi, & alia, quæ ad Epiſcopale munus pertinent, adminiſtrandi. Id ſedulo adnotatum velim, quum parem juriſdictionem in Cardinalem Albanum nuperum Baſilicæ noſtræ Archipresbyterum contulerit Clemens XI., ut ex literis Apoſtolicis ſuo loco producendis, infra patebit.

(b) Hanc Clementis VII. Conſtitutionem ſub dat. 12. Decembris 1525. conſulas in Bullario Romano. Hinc patet, majorem potioremque hac in parte juriſdictionem Cardinali Cuſentino, quam olim Cardinali Farneſio fuiſſe attributam. Nihil enim tale Cardinali Farneſio conceſſum legimus in Diplomatibus Pauli III. quæ ſupra retulimus ad calcem Tomi II. Exemplo tamen Sixti V. quotquot illum ſequuti ſunt Romani Pontifices, Collegii R. Fabricæ Præfecturam in Cardinales Archipresbyteros contulere. Hoc eodem privilegio Clemens XI. Hannibalem Cardinalem Albanum inſignivit, ut liquet ex Diplomate, quod ſtato tempore in lucem edemus.

(a) An-

Digitized by Google

dicti Protectorem, & Superiorem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimus, & deputamus; dantes, & concedentes tibi, & tuo Vicario plenam, & liberam, & omnimodam facultatem, Congregationes Collegii præfati ubi, quando, & quoties tibi videbitur, convocandi, in eiſdem præſidendi, Officiales, Deputatos, Miniſtros, ac perſonas dictæ Fabricæ reformandi, & corrigendi, & ab eis adminiſtrationis, & muneris cuilibet eorum commiſſi, & tam accepti, quam expenſi rationes exigendi, ſalaria, cum conſilio Collegii prædicti, conſtituendi, minuendi, & ſi opus fuerit, augendi, eos, qui in cauſis Fabricam præfatam concernentibus, ſententias tulerint, aut alias judicaverint, ſindicandi, in creationibus Officialium, & admiſſionibus perſonarum, ſeu Deputatorum Collegii præfati ſuffragium ferendi, itaut tu ſi aderis, ſuffragium duplex habeas, abuſus quoſcumque tollendi, ſtatuta cum conſilio ejuſdem Collegii de novo condendi, immutandi, declarandi, & corrigendi, cauſas quaſcumque intereſſe in dictæ Fabricæ Tribunali pendentes, tam motas, quam movendas, perſonæ, ſeu perſonis tibi beneviſis, de ejuſdem tamen Fabricæ Collegio exiſtentibus, committendi, eaſque, ſi videbitur, etiam ab iis, coram quibus introductæ, & inſtructæ fuerint, avocandi, & per te ipſum cognoſcendi, audiendi, terminandi, ſeu alii, vel aliis ejuſdem Collegii Fabricæ perſonis committendi, omniaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, mandatum decernendi, & exequendi: Decernentes quoque præſentes ad vitam tuam, ſeu quamdiu Archipresbyteratum hujuſmodi obtinueris, tam noſtris, quam etiam Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum temporibus durare, ſuamque vim, & roboris firmitatem obtinere, nec eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum derogationibus, revocationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per nos, vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore, etiam Motu ſimili, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine edendis, comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed eaſdem præſentes perpetuo validas, & efficaces fore, &

Quæ in re, ejus Privilegia enumerat.

Indultum ad Archipresbyteratus tempus limitat.

quoties hujuſmodi contraria emanabunt, toties illas in priſtinum, & validiſſimum, & eum, in quo antea erant, ſtatum reſtituas, & ſub poſteriori data per te, ſeu tuum Vicarium eligenda, de novo conceſſas cenſeri, & quicquid illarum vigore alias rite geſtum, ſtatutum, factum, mandatum, indultum, & executum fuerit, perpetuam vim, & roboris firmitatem obtinere. Sicque per quoſcumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & diffiniri debere; necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam Generalibus editis, ſtilo Palatii, Regula Cancellariæ Apoſtolicæ probibente mandata executiva alias quam ſub plumbo expediri, facultatibus, & juriſdictionibus præfatæ Fabricæ, illiuſque Collegio, Deputatis, Officialibus, necnon Vicario noſtro in Alma Urbe, ac Senatori, Auditori cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cardinalibus, & quibuſvis Urbis Judicibus ſupradictis, ſub quavis verborum forma, & ex cauſis urgentiſſimis per nos eiſdem conceſſis, & innovatis, quas, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis, aut nonniſi certis modo, & forma in eis expreſſis, derogari valeat, illorum tenores, acſi de verbo ad verbum ſpecialis mentio facta foret, præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, ampliationis, commiſſionis, mandati, declarationis, conſtitutionis, deputationis, dationis, conceſſionis, Decretorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Contrariis, quæ a Rom. Pontificibus decreta ſunt aut decerni poſſent, occurrit.

Aliis Judicibus jus adimit aliter judicandi

Contraria tollit

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, quarto nonas Martii, Pontificatus noſtri anno tertio (a).

In

(a) Annos metitur ab Incarnatione; hinc die 4. Martii, juxta Bullarum Chronologiam, annus 1588. nondum deſierat, quia dies 25. Martii qua novus incipit annus, nondum advenerat. Illud vero negocium faceſſit, cur die 4 Martii 1588. (juxta vulgarem ſupputationem 1589.) annus tertius Pontificatus ſcribatur, qui certo certius deſierat anno ſuperiori. Si enim a Kalendis Maji 1585., quo tempore anni Pontificatus incipiunt, numerationem producas ad diem 4. Martii 1589. (alias 1588. ex Bullarum ſtylo) patet, fluxiſſe annos tres, ac ſolidos menſes decem. Quocirca fateri oportet mendum in apographo; ideoque pro anno *tertio*, *quartum* Pontificatus annum omnino ſupponendum.

Hæc

In nomine Domini Amen.

Fidem facio per præſentes ego Cauſarum Curiæ Eminentiſs. & Reverendiſs. Domini Almæ Urbis Cardinalis Vicarii Notarius publicus infraſcriptus, qualiter præſens ſuprad. Copia extracta fuit ex alio tranſumpto exiſten. inſert. in Manuale actorum Annorum 1588., uſque 1591. in actis mei &c. aſſervat., cum quo facta diligenti collatione, concordare inveni. Salvo ſemper &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Officio mei hac die 23. Martii 1744.

Ita eſt Bernardinus de Montibus, Cauſar. Curiæ Eminentiſs., & Reverendiſs. D. Almæ Urbis Card. Vicarii Notarius in fidem &c.

Jus tribuit Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, ut, Bonorum ejuſdem Baſilicæ locatione aut emphyteuſi ceſſante, nulla hæredum vel ſucceſſorum priorum emphyteotarum ratione habita, poſſit eadem Bona etiam extraneis meliorem conditionem offerentibus relocare; quidquid Statuto Urbis hac in re cautum fuerit. Item decernit non poſſe locationem ultra triennium perfici, citra conſenſum Sedis Apoſtolicæ.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 5. Faſc. 263.

AN. CHR. 1589. 1. Junii.

Potior Pontificis cura in Baſilicam Vaticanam.

AD futuram rei memoriam. Paſtoralis cura nos admonet, ut qui omnium Eccleſiarum univerſalem nobis a Domino injunctam curam ſuſcipimus, Venerabilis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe indemnitati, & commodis præcipue conſulamus. Cum itaque prædicta Baſilica illiuſque Menſa Capitularis multas domos, vines, hoſpitia, & alia bona in Urbe, illiuſque Territorio & diſtrictu poſita, alia quidem aliis & diverſis perſonis in emphiteuſim ad tertiam, ſeu etiam alias generationes, & nominationes ad vitam, vel etiam aliud tempus, pro certis annuis Canonibus, ſeu reſponſionibus, cenſibus, ſeu redditibus jamdudum conceſſas, & conceſſa, legitime poſſideat, quæ tandem, vel per lapſum temporis locationis, vel finitam lineam, ſeu per obitum, ac in alios eventus, ad Baſilicam ac menſam hujuſmodi redire, & devolvi debent, & hactenus aliqua forſan devoluta ſunt, ac ſuper illis etiam lites, & cauſæ indeciſæ reperiuntur pendere; & ſicut accepimus, quibuſdam dictæ Urbis ſtatutis Apoſtolica auctoritate confirmatis cautum ſit inter alia, quod finito tempore, ſeu linea, hujuſmodi bona emphiteotica illis, qui de genealogia, & ſanguine priorum conductorum fuerint, iiſdem pactis, conditionibus, & tenoribus relocentur, & concedantur, extraneis hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus excluſis, & ad id directus Dominus omnino compellatur (a). Quia vero penſiones, & Canones Domorum, aliorumque bonorum hujuſmodi, temporum conditione mutata, auctæ jam ſunt, magiſque augeri veriſimiliter impoſterum poſſunt, prædicta Baſilica ex tali Statuto magnum accipiat damnum, & detrimentum.

Ex Urbis Statuto Bona eccleſ. emphyteuſi ceſſante, filiis & hæredibus priorum emphyteotarum relocantur.

Nos dictæ Baſilicæ indemnitati, ut par eſt, providere volentes, necnon domorum, vinearum, & aliorum bonorum prædictorum ſituationes, confines, vocabula, & denominationes, veroſque valores, ac locationum de illis factarum, & ad quod tempus factæ ſint, necnon Inſtrumentorum, & contractuum deſuper confectorum tenores, ac alia hic etiam de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ac dilectos filios, Capitulum, & ſingulares perſonas ejuſdem Baſilicæ a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis

---

Hæc eadem Piana Bulla inſeritur Romano Bullario editionis Lugdunenſis an. 1692., ibi tamen omnino diverſam ſignat Datam: ſic enim habet: *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1590. 4. *nonas Martii, Pontificatus noſtri anno quinto*. Nos alterius apographi fidem ſequuti, aliam loci, ac temporis notam dedimus; Tum maxime quod ſub ipſum Bullæ initium Pontifex teſtatur ſe Cardinali Cuſentino Archipresbyteratum Baſilicæ Vaticanæ *nuper* contuliſſe: Proinde præſens Indultum, niſi verbis vim inferamus, ad ann. 1690. protrahi non poteſt.

(a) Lex per Urbis ſtatutum invecta, & a Fenzonio relata cap. 124. ſic habet: *Locationes .... ſi tempore, aut defectu generationis finiantur, iiſdem pactis, conditionibus, & tenoribus relocentur, & concedantur ſucceſſoribus in eadem genealogia & ſanguine, extraneis hæredibus & ſucceſſoribus excluſis*. Cumque Romanorum Pontificum authoritate ſtatuta Urbis fuerint confirmata; hinc memoratus Fenzonius in ea eſt ſententia, ut etiam ad Eccleſiarum Bona lex municipalis extendatur. At Sixtus Pontifex diſſimilem hic inducit œconomiam favore Baſilicæ Vaticanæ; rejectoque hac in parte Urbis ſtatuto, decernit ut quoties major utilitas & uberius auctarium accedat, novis extraneiſque emphyteotis, ejuſdem Baſilicæ immobilia Bona jure locentur.

(a) Se-

quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad affectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum Capituli, & perſonarum, aut alterius pro eis oblatæ nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, prædictam Baſilicam, necnon Capitulum, menſam, & perſonas illius, quoad bona Baſilicæ, Menſæ, Sacriſtiæ, ac illius Canonicatuum, præbendarum, Capellaniarum, ac bonorum, ſub dicto Statuto nullatenus comprehendi, ſed ab illo omnino excipi, exceptaque fuiſſe & eſſe, nec aliquos ex Capitulo, & perſonis prædictis, ad relocandum, & concedendum quævis hujuſmodi bona devoluta, & devolvenda, hæredibus, & ſucceſſoribus priorum Emphiteotarum ſub conditione, & pactis quibus eadem bona eis locata fuerant, in vim, ſeu prætextu dicti Statuti, ſeu alias quomodolibet cogi, nec compelli, ſed bona ipſa hæredibus, vel ſucceſſoribus prædictis, vel quibuſcumque aliis meliorem conditionem offerentibus, ſub quibuſcumque aliis Canonibus, reſponſionibus, pactis, & conditionibus, Baſilicæ, ac Menſæ hujuſmodi utilioribus, libere dare, & concedere, ſeu ſi videbitur, pro ſe retinere poſſe, liteſque, & cauſas prædictas ad nos advocamus, eaſque etiam penitus extinguimus, & ſuper eis perpetuum ſilentium imponimus; ſicque etiam per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Ac inſuper eiſdem auctoritate, & tenore expreſſe, & perpetuo prohibemus & interdicimus, ne ipſi Canonici, & Capitulum cujuſvis conſuetudinis, conſtitutionis, & facultatis, etiam de jure eis quomodolibet competentis, vigore, aut prætextu, quaſcumque domos, vineas, poſſeſſiones, prædia, aut alia bona immobilia in emphiteuſim etiam perpetuam, aut ad tertiam, vel aliam generationem, ſeu ad vitam, vel ad aliud certum, vel incertum tempus, ſeu in locationem etiam ab antiquo concedi ſolita, ſi per lineam finitam, lapſum temporis, aut alias quomodolibet ad ipſum Capitulum, ejuſque menſam devoluta fuerint, de novo, ſine Sedis Apoſtolicæ beneplacito, aut licentia, ante, vel poſt celebrationem contractus, ſed omnino ante traditionem poſſeſſionis, aut ſi poſſeſſio tradenda non ſit, ante lapſum duorum menſium a die celebrati contractus impetrando, quibuſvis perſonis, etiam priorum Emphiteotarum, vel Conductorum deſcendentibus, aut conſanguineis, vel propinquis, ſeu aliis extraneis, etiam meliorem conditionem, & utiliorem offerentibus, ultra triennium (a) locare in emphiteuſim, vel affictum, aut alias de novo concedere, aut caducitatem ipſam vel devolutionem alias quam ob Canones citra quadriennium non ſolutos proveniente, quibuſvis Emphiteotis, vel Conductoribus, ſine ſimili beneplacito tacite, vel expreſſe remittere, aut condonare audeant, ſeu præſumant; alias irritum ſit, & inane quidquid per eos, eorumque aliquem quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et ipſi ſic contrahentes pœnas in Conſtitutionibus Apoſtolicis de rebus Eccleſiæ non alienandis, vel ultra triennium non locandis, præſertim fel. recordationis Pauli II. quæ incipit, Ambitioſa, & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, quæ etiam ad hos caſus extenſæ ſint, & cenſeantur, eo ipſo incurrant. Quinimmo omnes, & quaſcumque conceſſiones de prædictis domibus, prædiis, vineis, poſſeſſionibus, ac bonis devolutis, ſeu alias recuperatis citra biennium proxime præteritum ſic factas, niſi ambæ partes communi conſenſu intra tres menſes a data præſentium numerandos, confirmationem a Sede Apoſtolica in forma, Si in evidentem, impetraverint, & debitæ executioni demandari curaverint, ex nunc reſcindimus, annullamus, & irritamus, ac decernimus nemini unquam, quantumcumque etiam longiſſimi temporis poſſeſſione, ſeu detentione poſtea ſubſecuta, de cetero ſuffragari,

Pontifex ab hac lege eximit Bona Baſilicæ.

Lites pridem motas ad ſe advocat.

Emphyteuſi ceſſante, alium contractum a Capitulo ultra triennium ſuſtinui non poteſt, citra Apoſt. Sedis beneplacitum.

Pœnas in contumaces irrogat.

Præteritas conceſſiones irritas declarat.

(a) Seraphinus Olivarius Sacræ Rotæ Decanus Sixtinam hanc ſanctionem expendens, anno 1601. ſuam ſententiam ſcripto tradidit, ut patet ex Archivii noſtri Capſ. 5. Faſ. 261., in qua multis rationibus ſuadere nititur, Sixtinum Decretum de ſolis Baſilicæ Vaticanæ Bonis ac Prædiis intra Urbis Diſtrictum poſitis, eſſe intelligendum. Urbanus tamen VIII. omnem dubitationem diremit, quum die 24. Decembris 1629. Conſtitutionem evulgaverit, in qua Prædeceſſoris mentem explicans, ſtatuit Bona quæcumque ubivis locorum poſita, ſub eodem Decreto comprehendi. Trienii tamen tempus ad novennium extendit Clemens VIII., ut ex Bulla, quam ſuo loco dabimus, compertum erit.

(a) Hu-

fragari, ſed volumus licere eiſdem Capitulo, & Canonicis ſic conceſſorum, ſeu locatorum bonorum, domorum, prædictarum vinearum poſſeſſionem propria auctoritate abſque ulla Judicis declaratione, aut miniſterio recuperare, dummodo de pretio anticipate recepto, aliiſque damnis, & intereſſe partibus ſatisfaciant; caducitatem vero, aut devolutionem prædictam, ob Canones non ſolutos, non aliter remitti, aut condonari in caſibus prædictis non ſolutionis citra quadriennium poſſe volumus, quam de expreſſo dilecti filii moderni, & pro tempore exiſtentis Archipresbyteri, & Capituli conſenſu, nec unquam per receptionem Canonum, patientiam, aut tolerantiam diutinæ poſſeſſionis, aut alias ipſi Capitulo, quo minus quandocumque devolutionem ipſam ſeu caducitatem acceptare valeant, præjudicium ullum inferri poſſe declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de jure quæſito non tollendo, ac aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon prædictis & aliis dictæ Urbis Statutis, & Conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, formis, & clauſulis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus hac vice dumtaxat ſpecialiter, ex expreſſe, ac latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Junii MDLXXXIX. Pontificatus noſtri anno quinto.

Quibus in caſibus caducitas a Capitulo remitti valeat.

Contrariis derogat.

Excommunicationem latæ ſententiæ pronunciat in eos, qui chartas ac ſcripturas ad Baſilicam Vaticanam ſpectantes aut detinent, aut ejuſmodi criminis reos non revelant. Præterea concedit, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici, eorumque conſanguinei, affines, & familiares, locationis, ac emphyteuſis contractus ſuper bonis ejuſdem Baſilicæ, modo utiliores offerant conditiones, Archipresbyteri judicio probandas, inire poſſint.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 5. Faſc. 263.

AN. CHR. 1589. 8. Junii.

Gravia Baſilicæ damna ex aliorum fraude.

Sixtus PP. V. Motu proprio &c. Cum ſicut accepimus, aliqui ſuarum ſalutis, & animæ immemores, nonnulla bona tam mobilia, quam immobilia, pecunias, gemmas, libros, ſcripturas, inſtrumenta, & alia ad dilectos filios Capitulum, & Canonicos Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſpectan., & pertinen., indebite, & temere detinere non erubeſcant, detinentes quoque revelare non curent, in eorumdem Capituli, & Canonicorum grave damnum, & præjudicium; Nos propterea eorumdem Capituli, & Canonicorum indemnitati in præmiſſis opportune conſulere volentes, Motu ſimili &c. non ad ipſorum Capituli, & Canonicorum, aut alterius, vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtris, omnes & ſingulas utriuſque ſexus perſonas cujuſvis ordinis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſten., & quacunque dignitate, & auctoritate eccleſiaſtica, vel mundana fungen. Clericos, Presbyteros, & laicos indebite occupantes, & detinentes, ac non reſtituentes, ſcienteſq. & non revelantes quæcumq. bona ſtabilia, mobilia, ac ſe moventia, necnon aurum, argentum, pecuniarum ſummas, gemmas, libros Cenſualium, Quietantiarum, Mutui, Exceptor., Sacriſtiæ, Vinear., Capellæ Juliæ, folia diſtributionum communium, feſtivitatum, proceſſionum, libroſque Bibliotecæ ejuſdem Baſilicæ, Scripturas, Inſtrumenta, ac quietantias quarumcunque ſolutionum factarum, ex mandato, ſeu ordine eorumdem Capituli, & Canonicorum, vel illorum Camerarior. pro tempore exiſtentium; necnon detinentes, ſcientes, ac non revelantes; detinentes quidem niſi infra quindecim dierum terminum libros, ſcripturas, extractus, quietantias, cedulas, cenſualia, Inſtrumenta, & omnia alia præmiſſa in Archivio conſignan., pecunias, aut argentum, & alia bona Camerario Burſæ dicti Capituli cum interventu, & ſtipulatione Notarii integre reſtituerint; ſcientes vero, ac de eis omnibus, vel eorum aliquo, aut detentoribus, vel occupatoribus notitiam aliquam habentes, niſi infra eundem terminum quindecim dierum in actis dilecti filii Alexandri Romuli Vicarii noſtri Notarii, ac ejuſdem Baſilicæ actuarii revelaverint, elapſis eiſdem quindecim diebus, necnon etiam omnes,

Pontifex contra iniquos occupatores ac eos, qui non revelant, animadvertit.

Temporis ſpatium reis aſſignat.

Excommunicatio in eos, qui Baſilicæ bona minori pretio locari curant, aut ſciunt, nec revelant.

nes, & ſingulos, ac quoſcunque tam dicti Capituli, quam alios quoslibet, etiam Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Factores, Cuſtodes, & alios Miniſtros, qui bona ſtabilia dictæ Baſilicæ majori pretio, penſione, canone, aut penſione annua, vel affictu, quam aliis ſcirent locari poſſe, ſibi etiam ad vitam, aut quandiu Canonicatus, Præbendas, ac Beneficia, ſeu Clericatus dictæ Baſilicæ obtinent, vel aliis ad longum, vel modicum tempus in emphyteuſim perpetuam, vel ad aliquas generationes, ſeu vitam, ſeu ad certum tempus, aut in affictum, vel alias locari, aut arrendari procurabunt, aut hactenus procuraverunt, niſi intra menſem a data præſentium, locationibus ſibi factis ceſſerint, in favorem aliorum vero factas revelaverint, excommunicationis majoris ſententia innodamus, a divinis ſuſpendimus, aggravamus, & reaggravamus: a qua quidem excommunicatione nemo alius præter Rom. Pontificem abſolvere poſſit, idque prævia reſtitutione omnium, & quorumcunque damnorum exinde paſſorum a dicto Capitulo, ſed ex nunc illius abſolutionem, & ſuſpenſionis hujuſmodi relaxationem nobis, & eidem Rom. Pontifici pro tempore exiſtenti Apoſtolica auctoritate reſervamus. Et inſuper ſub eadem excommunicationis, & ſuſpenſionis pœna ſtatuimus, & ordinamus, ut omnes dicti Capituli officiales, & bonorum adminiſtratores perpetuis futuris temporibus, poſtquam ſua computa reddiderint, & ea ſolidata extiterint, teneantur infra menſem dimittere, & conſignare in dicto Archivio (b) libros Cenſualium, quietantiarum, mutui, folia diſtributionum communium, feſtivitatum, Proceſſionum, exceptorum, mandatorum cum mandatis illis, & quietantiis ſolutionum factarum ex parte ejuſdem Capituli, & Canonicorum Camerariorum pro tempore exiſtentium, inſimul in uno volumine ligata: quæ omnia, ac alias ejuſdem Baſilicæ ſcripturas cujuſvis generis a nemine quavis auctoritate Eccleſiaſtica, vel mundana fungen. ex dicto Archivio ſub ſimili excommunicationis, & ſuſpenſionis pœna amoveri prohibemus, niſi ex licentia Archipresbyteri ejuſdem Baſilicæ in ſcriptis obtinenda. Noverintque ſic excommunicati, ſuſpenſi, & aggravati, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus incurſuros, necnon, ſi Presbyteri, vel in ſacris conſtituti, vel Clerici, excommunicatione, & ſuſpenſione hujuſmodi durante, divinis quoquomodo ſeſe immiſcere, ſeu in eadem excommunicatione perſeverare, ſeu inſordeſcere præſumpſerint, eos irregularitatem contrahere, ac Beneficia, quæ obtinuerint, ac jura quæ in illis, vel ad illa habuerint, eo ipſo abſque aliqua Judicis declaratione, vel monitorio vacare, & ceſſare, ac inſuper irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quocunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, decernimus. Non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutien., & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Abſolutio ab excommunicatione, Romano Pontifici reſervatur.

Sigillis pœna in eos, qui ſtato tempore Scripturas in Archivium non deferunt.

Irregularitatem ac Beneficiorum privationem ſuperaddit.

Fiat Motu proprio F.

Rei ſumma, cum clauſulis neceſſariis.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod bonorum, cenſualium, pecuniarum, librorum, gemmarum, auri, argenti, & aliorum ſupradictorum ſituationes, qualitates, quantitates, valores, ſummæ, & conditiones habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint, & de innodatione, ſuſpenſione, aggravatione, reſervatione, decreto, & aliis præmiſſis, ut ſupra. Ac inſuper de confirmatione, approbatione, & innovatione eorumdem ſtatutor., & cedularum ſignat. per fel. rec. Sixtum PP. IV., Clem. VII., Paulum IV., & alios forſan Rom. Pont. Predeceſſores noſtros, ac litterarum forſan deſuper confectarum, quibus cavetur, ne Canonici, Beneficiati, Clerici, & perſonæ Baſilicæ prædictæ illius bona quæcumque pro ſe, ſeu pro affinibus, conſanguineis, vel familiaribus ſuis in emphiteoſim, vel affictum, aut alias conducere, vel recipere poſſint, earumque extenſione, ac reductione ad terminos præſentium, quod ſcilicet locum habeant in omnibus, & quibuſcumque ipſius Baſilicæ bonis, prædiis, tam urbanis, quam ruſticis, domibus, vineis, poſſeſſionibus, tam hactenus acquiſitis, quam poſthac acquirendis, & ad ipſam Baſilicam quomodolibet ſpectan., & pertinen. nullis prorſus exceptis, etiam conſanguineis, vel affinibus præfatis uſque ad quartum gradum incluſive, & dummodo ipſos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, eorumque conſanguineos,

(a) Hujuſce Decreti rigorem nonnihil emollivit Clemens VIII. datis litteris in forma Brevis die 22. Aprilis 1596. quibus permittit, ut liber Cenſualis, quo præcedentes Camerarii uſi ſunt, ad Archivum non deferatur, niſi poſtquam alter liber priori ſimilis, novis Camerariis tradendus, fuerit abſolutus. Aliquid item lenimenti addidit Urbanus VIII., qui occaſione Viſitationis in Baſilica noſtra habitæ, inſtante Capitulo S. Petri, indulſit, ut ingens illud dati acceptique volumen, quod vulgo appellamus *Libro Maſtro*, diuturniori tempore apud Capituli Ratiocinatorem ſervari poſſit. Extat hac de re decretum promulgatum die 16. Januarii 1627.

neos, aut affines conditionem meliorem, ipſique Baſilicæ utiliorem quam alii extranei in hujuſmodi locationibus coram Archipresbytero prædicto offerre non conſtet; nam ſi id conſtet, tunc liceat illis, & eorum cuique afferre meliorem conditionem ab eodem Archipresbytero approbandam, ac etiam prædicta omnia, ac quæcumque bona eorum cuilibet licite locari poſſint, prædictis, & aliis contrariis non obſtan. (a). Et quod tenores omnium, & ſingulorum prædictorum Statutorum, cedularum, & litterarum habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in litteris ſimul, vel ad partem, ſi, & quandocumque videbitur expedire. Et quod ſi ipſi Canonici, Beneficiati, aut Clerici, per ſe, vel interpoſitam perſonam procuraverint, ne alii majus pretium in hujuſmodi location. offerant, aut omnino ne aliquid offerant, vel ut ficte, aut tacito nomine, Canonici, Beneficiati, vel Clerici, eorumve conſanguinei, affines, aut familiares nomine extranei offerant, vel oblationes factas occultaverint; quive locationes aliis factas ſibi poſtea cedi, ſive in locationibus pro perſonis nominandis factis, ſe, ſuoſve affines, conſanguineos, familiares nominari, aut illis pariter cedi procuraverint, tam ipſi, quam alii omnes, & quicunque ejuſdem Baſilicæ ſervientes, procuratores, factores, miniſtri, aut alii, etiam extranei, qui præmiſſa fecerint, aut conſenſerint, ac ſcientes, aut facientes non ſtatim revelaverint, etiamſi effectus ipſius locationis non ſubſequatur, ſimiliter excommunication. ut ſupra incurrant, a qua excommunicatione abſolvi nullo pacto poſſint, nec debeant, niſi prævia reſtitutione, & integra ſatisfactione ejus damni, quod propterea dictæ Baſilicæ illatum fuerit; ac inſuper omnibus, & quibuſcumque per eos obtentis Canonicatibus, Præbendis, Beneficiis, Clericatibus ejuſdem Baſilicæ privati, & ad illa poſtea quæcumque obtinenda perpetuo inhabiles eo ipſo, fructuſque ſuos non faciant, & contra eos ad executionem, & declarationem incurſus cenſurarum & pœnarum hujuſmodi etiam per inquiſitionem, & per ſolas præſumptiones, quæ in hujuſmodi caſibus plenæ probationis vim habeant, per Archipresbyterum, ſeu Vicarium ejus prædictum procedi poſſit, & debeat, etiam ex mero officio, vel ad ſimplicem querelam, accuſationem, aut declarationem; & contractus ſic facti cum omnibus inde ſequutis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, obligatione in forma C. A. aut alia quavis firmitate roborati, nullius ſint roboris, vel momenti, ipſique contravenientes &c. in forma gratioſa; & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam invocationum, denomination. qualitatum, nuncupat. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris, etiam per Breve noſtrum expedien. ſeu, ſi videbitur, ſola præſentis Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra; Regula contraria non obſtante.

Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſexto id. Junii Anno Quinto.

Pro-

(a) En igitur novam methodum, ſive potius novum temperamentum a Sixto Pontifice excogitatum, ut Baſilicæ noſtræ Bona, etiam iis qui ad Clerum Vaticanum pertinent, eorumque affinibus ac conſanguineis locari, aut in emphyteuſim citra, noxam aut pœnam, concedi poſſint. Si enim meliores utilioreſque offerant conditiones Cardinalis Archipresbyteri judicio inſpiciendas, atque probandas, poteſt utique valide ac licite cum iis iniri contractus. Ita nimirum & Baſilicæ utilitati, & Prædeceſſorum Pontificum ſolicitudini bene conſulitur. Propoſitum iis fuerat fraudes omnes ac malas artes ab hiſce contractibus eliminare. Nullus autem fraudibus locus eſſe poterat, ubi non jam Capituli, ſed ſolo Archipresbytari arbitrio ac ſententia contractus perficiabantur. Id etiam in Baſilicæ commodum bene vertit. Secluſo enim quovis dolo, nihil prohibet quominus pari in loco habeantur, citra ullum diſcrimen, contrahentes, ſive Baſilicæ inſerviant, ſive aliunde accedant; modo conditiones offerant ceteris utiliores. Etſi vero æquitati ac rationi hæc conſona videantur, aliquid tamen hac in re immutatum voluit Clemens VIII. ut in ejus Litteris datis die 12. Aprilis 1597. infra adnotabimus.

(a) Ti-

Prohibet ne Tiberii Alpharani Tabula Ichnographica de veteri ac nova Baſilicæ Vaticanæ ſtructura, ſine Authoris aſſenſu imprimi; aut impreſſa vendi aut alienari quoquo modo poſſit; multiplici contra inobedientes poena ſtatuta.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 5. Faſc. 263.

AN. CHR. 1589. 13. Sept.

Tiberius Alpharanus Tabulam ichnographicam Baſilicæ Vaticanæ vulgas cum laude protulit.

AD futuram rei memoriam. Cum, ſicut accepimus, dilectus filius Tiberius Alſaranus Clericus Hieracen. in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe perpetuus Beneficiatus Clericus nuncupatus, ad ejuſdem Baſilicæ ſplendorem ac honorem, Deique omnipotentis gloriam, necnon Reipublicæ Chriſtianæ commodum & utilitatem, antiquæ, novæque Baſilicæ hujuſmodi, ac Sacellorum, Altarium, Sepulchrorum, necnon illi adjacentium Eccleſiarum deſcriptionem in Scriptis, ſeu Libro, aut volumine, & etiam, ut dici ſolet, in Planta magno labore, ſummaque induſtria compoſuerit (a), & illam propria impenſa typis excudi, & imprimi facere deſideret, vereaturque, ne ſi opus ipſum per alios abſque ejus licentia in lucem edatur, impenſæ, & laborum ſuorum jacturam incurrat. Nos neminem prorſus induſtriæ fructu, vigiliarumque ſuarum commodis fraudandum eſſe cenſentes, ac ejuſdem Tiberii indemnitati opportune conſulere, ipſumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes; motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, certaque ſcientia noſtris, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, præſertim librorum, ac figurarum, ſeu plantarum inciſoribus, ac impreſſoribus, & bibliopolis quovis nomine nuncupatis, tam in dicta Urbe, totoque Statu Eccleſiaſtico, quam quibuslibet aliis mundi partibus, & regionibus, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, a qua nullus, præterquam per Romanum Pontificem, abſolvi poſſit; & quoad noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ temporali Dominio mediate vel immediate ſubjectos, quingentorum ducatorum auri de Camera, pro una Cameræ Apoſtolicæ, & altera medietatibus accuſatori, necnon amiſſionis typorum, & Librorum ipſi Tiberio applicandorum, reſpective pœnis toties ipſo facto, & ſine declaratione cujuſcumque Judicis incurren., quoties contraventum fuerit, diſtrictius inhibemus, & interdicimus, ne per decennium a primæva eiuſdem voluminis, ſeu Libri, ac etiam plantæ impreſſione computandum, opus hujuſmodi, ſeu illius partem, ad inſtantiam cujuſvis alterius perſonæ, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerit, quovis quæſito colore, vel ingenio imprimere, ac typis excudere, ſeu imprimi, & excudi facere, vel impreſſum, aut in lucem editum vendere, ſeu venalem proponere, tenere, & habere, aut cuiquam dono, vel mutuo, ſeu alio quovis titulo concedere, ſeu exemplum inde ſumere per ſe, vel alium, ſeu alios audeant, vel præſumant, niſi ad hoc ipſius Tiberii expreſſus acceſſerit aſſenſus, de quo per cedulam ejus propria manu ſubſcriptam conſtare debeat; irritumque & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtan. Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quarumcumque Provinciarum, Regionum, Civitatum, & locorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, quibuſvis Provinciis, Univerſitatibus, & Collegiis, illorumque ſuperioribus, & perſonis, etiam ſuper imprimen., & venden. Librorum facultate, etiam per

Pontifex vetat ne alii Tabulam illam aut imprimant, aut vendant.

Pœnas ſuperaddit.

Sixtinum Decretum ceſſat poſt decennium.

Contrariis Indultis ac Privilegiis derogat.

(a) Tiberius Alpharanus Hieracenſis jam tum ab anno 1567. inter Vaticanæ Baſilicæ Clericos adſcitus, Tabulam ichnographicam de Sacroſanctæ Baſilicæ S. Petri antiqua & nova ſtructura, ſumma diligentia concinnavit tempore Gregorii XIII., ejuſdemque Tabulæ commentarium ſcripto tradidit, quem ipſimet Pontifici inſcripſit, addita etiam ad Cardinalem Alexandrum Farneſium Epiſtola nuncupatoria. Opus ſane perfecit commendatiſſimum, in quo, cum ex veteribus monumentis, tum ex Magiſterio Jacobi Herculani Canonici, & Altararii, quæ ad veteris, ac novi Vaticani Templi notionem pertinent, una ſociavit. Sub Sixto V. Tabulam eamdem ichnographicam publici juris fecit, ſuoque ſumptu aeri inciſam evulgavit, dicavitque Evangeliſtæ Pallotto Cardinali Cuſentino, & Vaticanæ Baſilicæ Archipresbytero. Solidam quippe ſpem Alpharanus conceperat fore tandem, ut novus Archipresbyter Sixto Pontifici acceptiſſimus, honeſtos graveſque labores præmio aut beneficio quopiam cumularet. Inanem tamen vacuamque ſpem fuiſſe probavit exitus. *Editum Schema Plantæ*, inquit Grimaldus in libro Deſcendentiarum, *dicavit Evangeliſtæ Cardinali Pallotto Archipresbytero, tum Sixti V. Datario, a quo præmium aliquod ſe percepturum ſperabat, cum nullum Sacerdotium, niſi tantum Clericatum haberet; ſpes autem eum fefellit: Vir moribus, & probitate vitæ ornatus.*

per nos, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu & ſcientia ſimilibus, vel alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus hac vice dumtaxat, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ in Monte Quirinali ſub annulo Piſcatoris die XIII. Septembris MDLXXXIX. Pontificatus noſtri anno quinto.

Plura decernit: Primo, ut poſſeſſores Bonorum Baſilicæ doceant de Titulo, ſecus a poſſeſſione amoveantur: Secundo, ut ex Baſilicæ Cenſuali jus exigendi Canonem ſatis probetur: Tertio, ut in dubio ſint ne Bona in emphyteuſim tradita, an cenſui perpetuo ſubjecta, judicium ferendum ſit favore Baſilicæ. Quarto, ut triennii ſpatio duntaxat Bona locentur: Quinto, ut locatione vel emphyteuſi ceſſante, liberum ſit Capitulo S. Petri, cui maluerit Bona locare.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 5. Faſc. 263.

AN. CHR. 1589. 27. Septemb.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ex injuncto Nobis a Domino Apoſtolicæ ſervitutis officio, omnium Eccleſiarum utilitati, & indemnitati ſalubriter, quantum in nobis eſt, conſulamus, tum vero eo libentius venerandæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ jura illæſa tueri, eamque ſpecialibus gratiis proſequi ſtudemus, quo ad id noſtra erga eumdem Beatum Petrum, ad cujus Sedem Divina nos Providentia, licet immeritos vocavit, ſingularis devotio nos impellit. Cum itaque alias piæ mememoriæ Clemens Papa VII. Prædeceſſor noſter per Cedulam ſua manu propria ſignatam commiſerit, & mandaverit quibuſvis Judicibus ordinariis, & delegatis, quavis dignitate, & auctoritate fungentibus, ut in omnibus cauſis tunc motis, & in futurum movendis ſuper quibuſvis Domibus, Vineis, Poſſeſſionibus, Caſalibus, & bonis ſtabilibus ad dictam Baſilicam ſpectare aſſertis, ſi conſtaret quoquo modo ejuſmodi res, & bona ſub proprietate dictæ Baſilicæ eſſe, ſeu extitiſſe, ipſumque Capitulum eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi Canonem, Cenſum, aut reſponſionem annuam, Poſſeſſoribus eorumdem bonorum, ac eorum cuilibet terminus competens præfigi omnino deberet ad docendum de Titulo, & quo Titulo eorum unuſquiſque poſſideret, quo termino elapſo, & nihil quod relevaret, per eorum quemlibet docto, eo ipſo bona hujuſmodi pleno jure ad Baſilicam ſpectare judicari, & declarari poſſet, & deberet, ac Baſilicæ directo dominio cum utili conſolidato, Capitulum, & Baſilica prædicti in poſſeſſionem eorumdem bonorum ſtatim immitterentur (a). Ac ex eo, quod occaſione direptionis, & excidii Urbis tunc recentis dicta Clementis Prædeceſſoris commiſſio emanavit, amiſſis tunc magna ex parte ſcripturis, & documentis ad eandem Baſilicam pertinentibus, vel alias, a nonnullis forſan dubitari poſſit, an ea commiſſione nunc quoque ipſis Capitulo, & Canonicis uti liceat: Nos omnem dubitandi occaſionem ſubmovere cupientes, ac omnium hujuſmodi rerum, & bonorum ſituationes, qualitates, confines, annuos valores, fructus, redditus, & proventus, ac cenſuum, ſeu canonum hujuſmodi quantitates, & ſummas, litiumque, & cauſarum, controverſiarum, & moleſtiarum, ſi quæ ſuper illis tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ubicumque in Romana Curia, vel extra eam pendent, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, illorumque, & dictæ Baſilicæ jura, & titulos præſentibus pro

Exordium a Baſil. Vaticanæ præſtantia.

Clemens VII. decernit, ut poſſeſſores Bonorum Baſilicæ doceant de Titulo.

Secus, Bona ad Baſilicam revertantur.

(a) Proſtant hæ Litteræ in ſuperiori Tom. II. pag. 397.

(a) Haſce

pro expreſſis habentes, prædictam Clementis Prædeceſſoris Cedulam, ſeu Commiſſionem, cujus tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, Motu proprio, non ad illius Capituli, aut alterius pro eo nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & voluntate, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac volumus de cetero perpetuis futuris temporibus, in quibuſcumque cauſis intereſſe dictæ Baſilicæ quomodolibet concernentibus, motis, & movendis inviolate obſervari. Ita ut ſive Capitulum in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, aut Canonem adhuc exiſtat, ſive non, dummodo de Jure, & proprietate ipſius Capituli conſtet, nec triginta, aut plurium annorum, nec longiſſimi, atque antiquiſſimi temporis continuata pacifica poſſeſſio, & inde reſultans præſumptio aut præſcriptio, cuique, quominus ad docendum realiter, non autem præſumptive de ſuo vero, & legitimo cum omnibus ſolemnitatibus a jure requiſitis titulo, quodque ipſe poſſeſſor, vel jus habere prætendens a primis emphyteutis, cauſam habeat, cogi, & ſi non doceat ut præfertur amoveri, expelli, aut ejici poſſit, nullatenus ſuffragetur. Idque etiam favore dictæ Baſilicæ ita extendimus, & ampliamus, ut ſi quomodocumque conſtet Capitulum eſſe in poſſeſſione exigendi Cenſum aliquem, Canonem, vel reſponſionem ab aliquibus perſonis, ſed non conſtet cujus rei ratione, in dubio ſtetur omnino libro Cenſuali dictæ Baſilicæ, & quæ res ibi deſcripta erit, ea ſub proprietate Baſilicæ prædictæ ſuppoſita cenſeatur. Ac etiam ſi quomodolibet conſtet de jure dicti Capituli, etiamſi dubitetur, ſit ne Canon, an Cenſus, aut bona in emphyteuſim, an ad Cenſum perpetuum ſint conceſſa, in dubio, quamvis aliter forſan jure caveatur, pro Baſilica præſumatur, ut ſcilicet bona ipſa, niſi de contrario doceatur, ſub proprietate, & directo dominio Capituli prædicti in emphyteuſim non ad cenſum antiquitus conceſſa, & emphytheuſis ipſa finita jam, non autem adhuc durare omnino præſumatur. Ac volumus quod tam præſens extenſio, & ampliatio, quam etiam alia noſtra declaratio, ſtatutum, & decretum quo cavetur ne bona ad Baſilicam ipſam quomodolibet linea finita, lapſu temporis, aut quovis alio titulo, occaſione, vel cauſa devoluta, in Alma Urbe, & ejus Territorio conſiſtentia, iterum in Emphyteuſim, aut in locationem ſimilem ad longum tempus ultra triennium, ſine beneplacito Apoſtolico concedi poſſint (a). Nec ipſi Capitulum & Canonici prætextu ſtatutorum Urbis, quibus expreſſe derogamus, aut alias, ad relocandum eiſdem perſonis, vel Priorum Emphyteutarum filiis, aut deſcendentibus pro eodem, vel alio pretio cogi valeant, prout in Cedula Motu proprio manu noſtra deſuper ſignata, ſeu literis in forma Brevis expeditis ſub dat. Kal. Junii proxime præteriti, quarum tenorem etiam haberi volumus pro expreſſo, latius continetur (b), non tantum in domibus, vineis, poſſeſſionibus, agris, caſalibus, prædiis, caſtris, villis, bonis etiam feudalibus, & juriſdictionalibus in Alma Urbe, & ejus Territorio, ſed alibi, etiam ubilibet locorum & gentium conſiſtentibus, quæ ad hujuſmodi Baſilicam, ejuſve Sacriſtiam, aut annexas illi Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Beneficia, & Loca Pia pertinere dicantur, etiam cum ampliſſima quorumvis ſimilium, vel diſſimilium ſtatutorum, ſeu conſuetudinum ubilibet vigentium derogatione, quorum tenores etiam pro expreſſis habeantur, locum habeant, ac etiam perpetuis futuris temporibus durent. Præſentes autem literas de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, etiam ex eo quod intereſſe habentes vocati, auditi, & cauſæ propter quas emanarunt, juſtificatæ non fuerint, aut alias quovis prætextu impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adverſus eas quodcumque juris aut gratiæ remedium impetrari nullo modo poſſe, aut debere, ſed perpetuo validas, & efficaces fore; ſicque in univerſis & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, etiam in cauſis & litibus pendentibus judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane decernimus quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerino, ac dilectis filiis noſtro in Alma Urbe Vicario, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, ac quando, & quoties pro parte Capituli præ-

Clementis Decreta Sixtus confirmat.

Præſcriptionis beneficium e medio tollit.

In dubio ſint ne Bona Baſilicæ in Canonem vel Cenſum perpetuum tradita, ſtandum favore Baſilicæ.

Prohibet ne ultra triennium Bona locentur.

Aliud Privilegium Capitulo conceſſum, extendit ad Bona ubivis terrarum poſita.

Litteras haſce a quovis vitio liberat.

Perpetuo valere decernit.

Judices executores deſignat.

(a) Adeas Conſtitutionem ſupra relatam pag. 159.
(b) Haſce Litteras ac ſubjectam animadverſionem ſupra conſulas pag. 158. not. a.

(a) Con-

prædicti fuerint requiſiti, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, eiſque, & cuilibet ipſorum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes litteras, & in eis contenta hujuſmodi perpetuo firmiter, & inviolate per eos, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, obſervari, necnon Capitulum prædictum illis pacifice frui, & gaudere; nec permittant ipſum Capitulum contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit

Oppoſitis occurrit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus prædictis, ac quacumque litis pendentia, necnon aliis quibuſvis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, noſtraque de non tollendo jure quæſito, legibus Imperialibus, dictæque Urbis, & quarumvis Provinciarum, Civitatum, & Locorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice obſervatis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis præſervativis, reſtitutivis, & efficaciſſimis, ac validiſſimis, & inſolitis clauſulis, decretis, alias quomodolibet Motu & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nulla tenus, aut niſi ſub certis inibi expreſſis modis, & *Clauſulis quibuſcumque derogat.* formis, & de conſenſu perſonarum inibi expreſſarum, aut illis ſaltem prius monitis, & citatis, & ex cauſis urgentiſſimis, ac prorſus neceſſariis tunc ſpecificatis, nec alias derogari queat, & aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, deque illis, eorumque totis tenoribus ad verbum inſertis, ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut requiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime Motu ſimili *Privilegia contraria ſuſpendit* derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis, voluntatis, extentionis, amplificationis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, quinto Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Decernit, ut apographis ex Archivo Baſilicæ Vaticanæ erutis, omnimoda fides, non ſecus ac ipſis autographis, adhibeatur.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 8. Faſc. 271.

AN. Chr. 1589. 27. Sept.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.Glorioſi Apoſtolorum Principis Beati Petri in Alma Urbe Baſilicam, ejuſque dilectos filios Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequentes, ne contingat ex illorum Archivio diverſas Scripturas magni momenti ad Baſilicam, & Capitulum hujuſmodi per-

Sixti Decretum de Scripturis ab Archivo Baſilicæ non extrahendis. tinentes, quæ inibi accurate, & diligenter aſſervandæ ſunt, nimis ſæpe extrahi, & ad diverſa, ac varia loca, ubi illis opus eſt, deferri, ſicuti nuper ſub anathematis pœna præcepimus, eas, quæ ubicunque, & penes quaſcumque perſonas reperientur, in ipſum Archivium referri, & reponi, ac prohibuimus, ne unquam ſine expreſſa in ſcriptis licentia dictæ Baſilicæ Archipresbyteri inde extraherentur (a); ita nunc ejuſdem Capituli indemnitati, ne plerumque alias de novo nimia cum difficultate, & diſpendio conficere cogantur, uberius conſulere volentes, Motu proprio, non ad ejuſdem Capituli, aut alterius pro eo nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & voluntate, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, quod tam præſentium, quam etiam aliarum qua-

(a) Conſule Diploma ſupra relatum ſub Dat. VI. Idus Junii anno quinto.

(a) Hic

quarumcumque litterarum apoſtolicarum, tam ſub plumbo, quam in forma Brevis, aut Cedularum Motu proprio, vel per Placet, ſive alias qucmodolibet manu Romaoorum Pontificum pro tempore exiſtentium, aut noſtra, vel in illorum, aut noſtra præſentia, vel de eorum, aut noſtro mandato ſigoatarum, ac inſtrumentorum per quoſcunque Notarios defunctos rogatorum, iotereſſe ipſius Capituli directe, vel indirecte quomodolibet cooceroentium, quæ in Archivio dictæ Baſilicæ nuoc aſſervantur, aut in futurum aſſervari contigerit, tranſumptis impreſſis, vel non impreſſis, Notarii publici a dictis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ hujuſmodi, ſpecialiter deputandi, & ad eorum nutum ponendi, & amovendi, ounc, & pro tempore maou ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Archipresbyteri nunc, & pro tempore exiſtentis Baſilicæ prædictæ, aut ejus Vicariis obſignatis, etiam non citata parte, ac Judicis decreto, & aliis ſolemnitatibus ooo ſervatis, nec ſecundum diſpoſitionem Juris confectis, in Romana curia, vel extra eam, tam io Judicio, quam extra illud contra quaſcunque Perſooas quavis dignitate, & auctoritate fulgentes, Univerſitates, Collegia, Capellas, Conventus, Eccleſias, Monaſteria, Loca pia ſecularia, eadem prorſus plena, & indubitata fides perpetois futuris temporibus adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi eſſeot exhibitæ, vel oſtenſæ. Ac volumus etiam quod citationes coram Archipresbytero, ſeu ejus Vicario prædictis in quibuſvis cauſ... etiam Commiſſariis fieri poſſiot etiam per Mandatarium dilecti filii noſtri, & pro tempore exiſtentis Romani Pootificis in Alma Urbe io Spiritualibus Vicarii, & hactenus factæ valeant, & teneant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac almæ Urbis, & quarumvis aliarum Civitatum, Provinciarum, & locorum, Juramento, coofirmatiooe Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non Collegio dilectorum filiorum Curſorum ooſtrorum, & quibuſvis aliis conceſſis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis. Quibus omnibus, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præſentium dumtaxat, Motu ſimili derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atteotare præſumpſerit, indigoationem Omoipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe ooverit incurſurum. Datum Romæ in Monte Quirinali Anoo Incarnatioois Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo oooo, quinto Kalend. Octobris. Pontificatus noſtri anno quinto.

Ne facile Scripturæ extrahantur, tranſumpta fieri mandat.

Quibus plenam fidem adhibendam ſtatuit.

Citationes coram Archipresbytero per Curſorem Vicarii Urbis peragi poſſint.

Contrariis derogat.

Quamplura Miſſarum onera breviori numero contrahit: Canonicorum, Beneficiatorum, ac Clericorum munia ac emolumenta, ſervata tamen cujuſque Ordinis prærogativa, exæquat: Capellæ Juliæ; Officii exceptorum, ipſiuſque Sacrarii bona ac reditus ad unum idemque Capituli ærarium revocat, atque a ſolis Camerariis adminiſtrari decernit.

Ex Authograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 3. Faſc. 258.

AN. CHR. 1589. 27. Sept.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Cum pro noſtro Paſtorali muoere, Divina Nobis provideotia injuncto, Eccleſiarom omnium regimini paterna ſolicitudioe aſſidue intenti ſumus; tum vero ad venerandam Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe eo libentius aciem dirigimus ooſtræ mentis, quo euodem Beatum Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus, ſpeciali quadam devotione, ac veoeratione, ut par eſt, proſequimur. Ideoque nihil, quantum in Nobis eſt, prætermittimus eorum, quæ ad ejoſdem Baſilicæ, illiuſque Bonorum rectam gubernatiooem, ac ad dilectorum filiorum Capituli, & Mioiſtrorum illios ſpecialem conſolationem, & temporalia commoda, & utilitatem pertinere dignoſcuotur. Quoniam igitur, ſicut accepimus, ob quamplurima, & varia Chriſtifidelium legata, dooatiooes, contractus, ſeu alias diſpoſitiooes ipſi Capitulo, & Canonici, ac Beneficiati, & Clerici ejuſdem Baſilicæ tam multas ſubmiſſa voce, aut io cantu Miſſas, & Anniverſaria celebrare, aut alias preces, orationes, collectas, commemorationes, & Divioa Officia recitare jampridem tenentur, ut illis plene ſatiſfacere difficillimum videatur; multorum etiam ex hujuſmodi oneribus memoria penitus ſit obliterata; & quamvis in ipſamet Baſilica quotidie, exceptis Dominicis, & aliis

Pontificis in Baſilicam Vatic. ſolicitudo præcipua.

Baſilica S. Petri quamplurimis Miſſarum oneribus referta.

ricos, tam univerſos, quam eorum ſingulos, qui nunc ſunt, & hactenus pro tempore fuerunt, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ſi quas propter omiſſionem, & negligentiam hujuſmodi quomodolibet de præterito uſque in præſentem diem incurriſſe dici, aut cenſeri quoquo modo poſſint, in utroque Foro tenore præſentium abſolvimus, & totaliter liberamus, pœnaſque ipſas, etiam caducitatis, & devolutionis bonorum, quas propter non implementum piorum hujuſmodi legatorum, & ob non ſatisfactionem hujuſmodi onerum, eos incurriſſe, etiam ad favorem Fabricæ ejuſdem Baſilicæ, aut Cameræ Apoſtolicæ, aut quarumcunque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & Piorum Locorum ſecularium, ſeu cujuſvis Ordinis Regularium, quæ tamen hactenus acceptatæ, & in judicium deductæ non ſint, quocunque modo dici, aut cenſeri valeant, necnon fructus, redditus, proventus, ac emolumenta quæcunque, etiam ſub quotidianarum diſtributionum, aut alio quovis nomine per eos, & eorum quemlibet propter dictas omiſſiones, vel non ſatisfactiones, aut etiam ex Cappella Julia prædicta ob non factam plene forſan, & integre eidem Capellæ, juxta prædictas litteras Gregorii Prædeceſſoris, bonorum, aut fructuum, reddituum, & proventuum illius reſtitutionem, ſive ob non adimpleta cuncta onera, occaſione dictæ Cappellæ eidem Capitulo injuncta, quomodolibet indebite uſque in præſentem diem perceptos, ad quamcunque, etiam maximam, notabilem, & exceſſivam ſummam aſcendant, eis gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eorum quolibet ſuper irregularitate, ſeu inhabilitate, ſi quam propter præmiſſa eos, Miſſas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut alias Divinis ſe immiſcendo, contraxiſſe pariter cenſeri poſſent; Quodque illa, & aliis præmiſſis non obſtantibus, ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines, ſi nondum promoti ſunt, alias rite promoveri, ac in iis, vel hujuſmodi ſuſceptis Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant, gratioſe diſpenſamus, omnemque inhabilitatis maculam ſive notam contra eos ex præmiſſis inſurgentem penitus abſtergimus, & abolemus, ac eos in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus. Et inſuper Capitulo, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ſupradictis auctoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis concedimus, & indulgemus, ut in futurum per celebrationem quindecim Miſſarum quotidianarum tantum, ultra eas, quæ communiter cantari conſueverunt, & Anniverſaria ſolita, oneribus, & obligationibus univerſis eis incumbentibus plene, & integre ſatisfacere poſſint; necnon Miſſas ipſas ad prædictum numerum quindecim reducimus, itaut Miſſæ omnes, quæ privatim, & ſubmiſſa voce, ſive ex antiqua ipſius Baſilicæ inſtitutione, & conſuetudine, ſive ex fundatione, & quavis obligatione, promiſſione, contractu, ultima voluntate, præcepto, & mandato Apoſtolico, ſive alias ex quavis cauſa conjunctim, aut diviſim, etiam per certos Canonicos, Beneficiatos, aut Clericos celebrari debeant, ſub hujuſmodi reductione ſint comprehenſæ; ac pariter Anniverſaria omnia, Preces, Orationes, Suffragia, Commemorationes, Reſponſoria, Officia, Pſalmi, & Collectæ, quæ pro quibuſvis Defunctis, aut Benefactoribus ſimiliter, ut præfertur, recitanda, aut celebranda eſſent, ſub hujuſmodi reductione ſint comprehenſa. Quæ quidem onera cuncta, & ſingula reducta ſint perpetuo, ad hoc tantum, ut quotidie, exceptis Feſtis Nativitatis, & Epiphaniæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Paſchatis Reſurrectionis cum tribus antecedentibus diebus, & Pentecoſtes, ac Feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, Preces ſolitæ pro Defunctis poſt primam horam in Choro dicantur, ac etiam quotidie Officium Mortuorum cum tribus lectionibus, & Miſſa in Choro generaliter pro Defunctis Benefactoribus cantetur, ejuſque Officium, & Veſperæ, aut ſaltem Matutinum die præcedenti poſt Completorium in Choro dicatur, ac in nota cantetur, Lectioneſque a Beneficiatis, ſeu Clericis dicantur, qui etiam Beneficiati ipſi Officio aſſiſtere, & intereſſe debeant (*a*); diebus

Canonicos, Beneficiatos, & Clericos a Cenſuris abſolvit.

A reſtitutione liberat.

Ab irregularitate eximit.

Miſſarum quotidie celebrandarum numerum definit.

Hoc ſub numero onera omnia, ac preces exſolvendas comprehendit.

Preces nonnullas, ac officium pro Defunctis quotidie celebrandum ſuperaddit.

(*a*) Et Miſſa in Choro quotidie cantatur; & Preces poſt Primam recitantur; & quindecim Miſſæ ſingulis diebus, etiam noſtra ætate accurate celebrantur. Officium quoque Defunctorum, niſi feſtum, aut dies aliquis, quem Pontifex excipit, poſtridie occurrat, in Choro decantatur. Idem de Anniverſariis in Choro exſolvendis judicium eſto. Diebus nimirum, quos Pontifex excipit, omittuntur; In feriis Quadrageſimæ, Adventus, Vigiliarum, ac Quatuor temporum, ſi aliunde aliam Miſſam ratione recurrentis Feſti cantare neceſſe ſit, loco Anniverſarii Miſſa ad Altare privilegiatum recitatur ex præſcripto Conſtitutionis. Aliis diebus, quibus poſt Sixti ætatem feſta ſub ritu duplici ſuccreverunt, mos invaluerat in Baſilica Vaticana, ut Miſſæ Defunctorum, feſto duplici non obſtante, celebrarentur. Id vero cum a Rubrica diſſonum videretur, hinc quo tempore Alexander VII. Viſitationem inſtituit, nempe die 13. Maji 1660. ſequens procudit Decretum: *Miſſæ de Requiem, quæ pro redu-*

Dies designat, quibus missa & officium pro Defunctis omittitur.

diebus vero feſtis a Vigilia Nativitatis Domini per totam Octavam incluſive, in Epiphania ejuſdem Domini, feria quarta Cinerum, a Dominica Palmarum per totam Octavam Paſchæ, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte cum tota Octava, in Feſto Corporis Chriſti, in Purificatione, Annunciatione, Aſſumptione, Nativitate, & Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, in Feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, in utraque Cathedra Sancti Petri, & Feſto ejuſdem ad Vincula, in Inventione Sanctæ Crucis, Converſione Sancti Pauli, Feſto Sancti Laurentii, Nativitate, & Decollatione Sancti Joannis Baptiſtæ, Dedicatione Sancti Michaelis Archangeli, ac ipſius Baſilicæ, & in Feſto omnium Sanctorum, ac in omnibus diebus Dominicis dicta Officia, & Miſſæ Defunctorum omittantur. In feriis

Quibus diebus loco missa solemnis pro Defunctis alia privatim recitanda sit.

autem Quadrageſimæ, Vigiliarum, Adventus, aut Quatuor Temporum, ſi occurrat in Choro cantari unam Miſſam feſti, alteram Feriæ; Item quando fit particulare anniverſarium, vel exequiæ pro aliquo Defuncto, ac in Feſto Sancti Antonii Abbatis, Sanctæ Mariæ ad Nives, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sanctæ Luciæ, & Sanctæ Catharinæ omittatur quidem in Choro Miſſa Defunctorum pro Benefactoribus ut ſupra, ſed illius loco Miſſa privata generaliter pro Anniverſario Benefactorum ab uno ex hebdomadariis Beneficiato, vel Clerico ad Altare privilegiatum pro Defunctis ce-

Anniversariorum, quorum seriem infra anexit, implementum indicit

lebretur. Ac præterea etiam Anniverſaria particularia deſcripta in Tabella Sacriſtiæ, cujus tenorem in fine præſentium literarum inſeri curavimus, ſtatutis diebus, aut proxime præcedentibus non impeditis, cum ſolitis emolumentis, ac diſtributionibus pro intereſſentibus celebrentur. Ut vero inter perſonas eidem Baſilicæ inſervientes æqualitas, & uniformitas, ut decet, ſervetur, omniumque & ſingulorum Beneficiatorum, & Clericorum conſcientiæ provideatur, ſalvo ſervitio ordinario ipſius Baſilicæ, tam per hebdomadam, quam in communibus, & Exequiis, atque Anniverſariis communiter celebrari ſolitis, reliqua omnia, & quæcunque privatim, & ſingillatim cuilibet ex Canonicis, vel triginta ſex Beneficiatis, & viginti ſex Clericis, etiam ex primæva cujuslibet eorum fundatione, & inſtitutione injuncta onera, & obligationes, tam Miſſarum, quam etiam Divinorum Officiorum, & Precum ab eis omnino tollimus, & abolemus, eoſque ſingulos ab ipſis oneribus, & obligationibus perpetuo eximimus, & abſolvimus, ac liberamus, liberoſque, abſolutos, exemptos, & immunes declaramus, dummodo eis, quæ communiter cunctis incumbunt, plene ſatisfaciant; ſed & circa modum lucrandi, & amittendi diſtributiones quotidianas, & quæcunque emolumenta ordinaria, & extraordinaria, certa, & incerta, necnon participandi de punctationibus, aut mulctis non inſervientium, omnem prorſus diſtinctionem, & differentiam inter eos, qui antiquitus, aut poſtmodum a piæ recordationis Bonifacio Octavo etiam noſtro Prædeceſſore, ac demum a Sixto Quarto, & quibuſvis aliis Romanis Pontificibus inſtituti fuerunt, etiam quoad eos, quorum ſucceſſionis certa notitia adhuc habetur, quique Sixtini dicuntur, & alios quoſcunque Beneficiatos, & Clericos, ſimiliter etiam tollimus, & ſubmovemus, eoſque cum aliis penitus in omnibus, & per omnia æquamus (a); literas quoque Apoſtolicas ſuper illorum erectione, fundatione, & inſtitutione editas, & ipſius Baſilicæ ſtatuta, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roborata, & conſuetudines, etiam ab immemorabili tempore obſervatas, quorum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ad terminos præſentium etiam reducimus, & moderamus, necnon Teſtatorum, & contrahentium, & donantium, & alias in præmiſſis ſtatuentium, & diſponentium voluntates, & Decreta commutamus. Decernentes, eoſdem Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos amplius præmiſſorum occaſione, nec de præterito, nec in futurum, etiam per Fabricam Baſilicæ prædictæ, ſeu illius Deputatos, aut Cameram Apoſtolicam, vel quævis Collegia,

Canonicos Beneficiatos & Clericos a peculiaribus oneribus liberat.

Eorum lucra ad æqualitatem revocat.

A molestiis omnino eximit.

---

ctionis onerum, etiam in duplicibus hactenus ad præſcriptum Constitutionis Sixti V. celebrari conſueverunt, ne vel in minimo poſt hac rubricarum Miſſalis diſpoſitioni adverſetur, celebrentur de feſto currenti, & animabus Benefactorum applicentur. Hoc onus per Miſſam privatam ad Altare Privilegiatum explet unus ex Hebdomadariis, cui juxta ordinem Turni, Miſſæ in choro alternatim celebrandæ munus incumbit.

(a) In Canonicorum ac Beneficiatorum inſtitutione a Nicolao III. primum invecta, nil peculiare occurrit, quod eorum alicui aut peculiare lucrum augeat, aut onus imponat; ſed pari onere, eſto impari emolumento (quippe Canonicis portio duplo major tribuitur) omnes ex maſſa eadem, ſive ex eodem ærario lucrum captant. Id patet ex celeberrima Nicolai Bulla relata Tom. 1. pag. 177. & ſeqq. Bonifacius VIII., qui & tres Beneficiatos addidit, & Clericos Chori viginti primus inſtituit, munia quædam ad S. Bonifacii Altare exequenda, nuperis Beneficiatis ſuperaddidit; Clericis vero extraordinarias quaſdam diſtributiones definito anni tempore ſolvendas aſſignavit. Sixtus IV., a quo & duo Beneficiati, & duo item Clerici ſuam repetunt originem, certa quædam Miſſarum onera, & peculiares reditus illis conſtituit. Patet igitur in Clero Baſilicæ diſcrimen aliquod ex lege fundationis aliquandiu obtinuiſſe. Conſulas litteras Bonifacii VIII. Tom. 1. pag. 229. & ſeqq. & Sixti IV. Tom. 1. pag. 220. & ſeqq.

(a) Si-

gia, Capitula, Monaſteria, Eccleſias, Hoſpitalia, & Loca Pia quovis prætextu, aut quæſito colore, etiam caducitatis, vel devolutionis ob prædictam negligentiam, defectum, aut inobſervantiam moleſtari nullo modo poſſe, nec debere. Ac volentes, quod propter executionem præſentium literarum, nec per Fabricam prædictam, nec per Cameram noſtram Apoſtolicam, quæ, ſive ejus Clerici Præſidentes a dicto Sixto Prædeceſſore vocati, aut ſubſtituti ſunt ad bona, & onera tunc expreſſa, in defectum, ſeu inobſervantiam eorum, quæ ipſe in literis fundationis dictorum Beneficiatorum, & Clericatuum ordinavit (*a*), nec per quæcunque Hoſpitalia, Monaſteria, Loca Pia, Eccleſias Seculares, vel Regulares, etiam prætextu caducitatis, vel devolutionis directe, vel indirecte, quovis modo moleſtari, aut in jus, vel controverſiam vocari, ſeu in devolutionis, caducitatis, vel in alias, etiam pecuniarias, aut ſpirituales pœnas, ſententias, aut cenſuras Eccleſiaſticas incurriſſe quomodolibet dici, aut cenſeri quovis tempore, occaſione, vel cauſa poſſint, nec debeant. Ac ulterius, ut rectæ adminiſtrationi bonorum ejuſdem Baſilicæ melius conſulatur, ejuſdem Julii Secundi Prædeceſſoris noſtri literas, ſub datum decimoſexto Kalendas Aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Pontificatus ſui anno quinto expeditas (*b*), quarum tenores veriores etiam præſentibus pariter haberi volumus pro expreſſis, in ea parte, qua cavetur, ut ſublato nomine, jure, & titulo groſſæ, decimæ fructuum excreſcentium, exceptorum, vinearum, ac aliorum omnium in ſtatutis expreſſorum, deductis certis ſalariis, & regalibus, ipſi fructus annuatim uniformiter diſtribui deberent, auctoritate prædicta, tenore earundem præſentium innovamus, extendimus, & ampliamus. Quinimo ipſius Capellæ Juliæ nomen, & titulum perpetuo ſupprimentes, & extinguentes, & ab ea, & Sacriſtia prædictis, necnon ab Officialibus ad eas pro tempore deputatis, bona, fructus, redditus, proventus, & alia ad eas pertinentia, omneque jus illam adminiſtrandi perpetuo ſeparantes, & diſmembrantes, hæc omnia Menſæ Capitulari, ſeu Cameræ Baſilicæ prædictæ cum oneribus, quæ infra deſcribentur, tantum, perpetuo applicamus, appropriamus, concedimus, & aſſignamus, & cum aliis dictæ Cameræ ipſius Baſilicæ bonis conjungimus, annectimus, & incorporamus; ac declaramus, tam ſupradictorum, quam omnium, etiam Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ, necnon Capellæ Juliæ ab eodem Julio Prædeceſſore in ea inſtitutæ, & quorumcunque aliorum fructuum, redditum, proventuum, bonorum, cenſuum, etiam jurium ad ipſam Baſilicam, ejuſque Menſam Capitularem, ſeu Cameram, necnon ad prædictas Sacriſtiam, Capellam Juliam, ſub exceptorum, vinearum, vel alio nomine ſpectantium, plenam, liberam, & omnimodam adminiſtrationem ad ipſum Archipresbyterum, & Capitulum pertinere, licereque ad hunc effectum ipſis Archipresbytero, & Capitulo dictarum Sacriſtiæ, & Capellæ Juliæ bonorum, jurium, & pertinentiarum quorumcunque, ac illis annexorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, abſque alicujus licentia, vel mandato, propria auctoritate ipſius Menſæ, ſeu Maſſæ communis nomine apprehendere, ac perpetuo retinere, ac debere ipſum Capitulum, non uti hactenus fuit uſitatum, per proprios Camerarios ea adminiſtrare, ſed impoſterum per eos, qui Burſæ nuncupantur, Camerarium, ſeu Camerarios ea exigere, eorumque annuos proventus ſuo arbitrio diſtribuere, & cum mandato Canonicorum Camerariorum, & Beneficiatorum Reviſorum ſolita ſubſcriptione erogare, & in Librum Cenſualem cum ceteris ejuſdem Baſilicæ introitibus deſcribi facere, & in unam maſſam, unumque corpus congerere, confundere, & conjungere una cum redditibus ordinariis ipſius Menſæ Capitularis, ſeu Cameræ dictæ Baſilicæ nuncupatis; ea tamen ratione habita, ut omnia jura, redditus annui, certi, & incerti, emolumentaque ordinaria, & extraordinaria, quæ ad ipſam Sacriſtiam, in iogreſſu præſertim cujuslibet Canonici, Beneficiati, vel Clerici pertinent, integre, in uſum

Conſtitutionem Julii Secundi ex parte probat.

Ex parte revocat, quo ad Capellæ Juliæ adminiſtrationem

Hujuſce Capellæ Bona menſæ Capitulari conjungit.

Ac per Camerarios præcipit adminiſtrari.

Extraordinarios quoſdam Sacrarii reditus excipit.

(*a*) Sixtus IV. in memorata Conſtitutione conceptis verbis ſtatuit, ut Clerici Cameræ Apoſtolicæ novam Beneficiat., & Cleric. inſtitutionem, ſi Capitulum id negligat, perficiendam curent.

(*b*) Dedimus has litteras Tom. II. pag. 340. & ſeqq.

(*c*) Quæ Sixtus Pontifex hic una componit, atque ad unum veluti corpus revocat, Clemens VIII., ut ex inſta dicendis perſpicuum erit, diſſociat, atque in primævum ſtatum reſtituit. Ita tandem poſt varias vices, Capellæ Juliæ gubernium ſub ea lege permanſit, quam Clemens noviſſima conſtitutione ſancivit. Neque vero tam varia Romanorum Pontificum œconomia culpanda eſt. Sixtus V. univerſum regimen Camerariis detulit, ratus poſſe facilius ac meliori eventu bona adminiſtrari, paucorum conſilio adhibito. Clemens e contra, vaſtam Provinciam pluribus adminiſtrandam conceſſit, quum pauci difficilius expediant negocia, quæ multorum opera ac labore indigent. Ut ut vero res ſe habeat, cum Sixti, tum Clementis Decreta etiamnum valent. Clementis quidem, quia Capellæ Juliæ, Sacrarii, ac officii exceptorum munia peculiaribus Canonicis extra Camerariorum numerum ſunt concredita. Sixti vero, quia res eo tandem recidit, ut quidquid Capella Julia, Sacrarium, Exceptorumve officium propriis ſumtibus perficere nequeunt, Menſa Capitularis, proprio ærecollato, impleat perficiatque.

in uſum tamen Divini cultus, nec aliter erogentur. Quoad Capellam vero Juliam literas tam dicti Julii Prædeceſſoris, & aliorum forſan antiquorum Fundatorum, & Inſtitutorum ipſius Capellæ Juliæ (*a*), quam alias noviſſimas dicti Gregorii etiam Prædeceſſoris ſub datum anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, Kalendis Augusti, Pontificatus ſui anno ſeptimo expeditas (*b*), quarum etiam tenores pro expreſſis habemus, in hac parte moderantes, & ad terminos præſentium reducentes, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, atque expreſſe harum ſerie declaramus, quod loco Capellanorum, Miniſtrorum, & Perſonarum, quæ juxta formam dictorum Julii, & Gregorii Prædeceſſorum literarum inſervire ipſi Baſilicæ, & manuteneri deberent, poſthac in perpetuum ſumptibus Maſſæ, & Menſæ communis Cameræ ipſius Baſilicæ, cui, ut præfertur, dictæ Capellæ Juliæ bonorum fructus, redditus, proventus, ac jura omnia incorporata fuerunt, quindecim Presbyteri Cappellani, ad nutum Archipresbyteri, & Capituli prædictorum ponendi, & amovendi, qui ſint Presbyteri ſeculares, & teneantur omnes & ſinguli quotidie per ſe, aut ſi legitime impediti fuerint, per alium, ſeu alios quindecim Miſſas ſubmiſſa voce celebrare eo ordine, eaque forma, quæ eis per Sacriſtas ejuſdem Baſilicæ pro tempore exiſtentes præſcribetur, in ſatisfactionem onerum ipſius Capitulo, Beneficiatis, & Clericis, ut præfertur, incumbentium, ac eorum aliqui cantare, & pſallere quotidie horas canonicas diurnas, & nocturnas ſecundum morem ipſius Baſilicæ. Præterea duodecim Cantores, nimirum quatuor Baſſi, quatuor Tenores, quatuor Contralti nuncupati, ac ulterius pro voce Suprani nuncupati quatuor Eunuchi, ſi habiles reperientur, ſin minus ſex Pueri, qui Cantores ſinguli etiam diebus juxta morem Baſilicæ prædictæ integro Officio diurno, & nocturno, & Miſſæ adſint, & ut moris eſt, cantent (*c*). Inſuper duodecim Clerici pueri ſcholares, qui pariter dictæ Baſilicæ deſerviant, & Grammaticam, ac Muſicam diſcant; ac demum duo Magiſtri, unus Muſicæ, alter Grammaticæ, qui itidem, uti hactenus conſueverunt, ſuo munere fungantur (*d*), qui quidem omnes, & eorum unuſquiſque ſalario, ſeu mercede eis, & eorum cuilibet per Archipresbyterum, & Capitulum prædictos aſſignando, ipſorumque Archipresbyteri, & Capituli arbitrio augendo, minuendo, & alterando, ſeu augenda, minuenda, & alteranda contenti ſint, nec quidquam aliud petere, aut prætendere ſine eorundem Archipresbyteri, & Capituli licentia unquam poſſint, de cetero ſemper manuteneri debeant, ac ſalarium eis, ut præfertur, tam pro celebratione Miſſarum, quam pro cantu, & aliis ſervitiis ſupradictis eis aſſignetur. Quodque ſupradictus Cantorum cujuſque generis, necnon Capellanorum, Scholarium, Magiſtrorum, Miniſtrorum, ſeu Inſervientium numerus omnino perpetuis futuris temporibus retineatur, nec ullatenus diminuatur, eorum vero ſingulorum ſalaria, ſtipendia, regalia, & mercedes arbitrio Archipresbyteri, & Capituli prædictorum, prout ipſi Baſilicæ magis conducere videbitur, annuatim, vel in ſingulos menſes, ut dictum eſt, augeantur, minuantur, & alterentur, prout perſonarum, & temporum qualitate penſata, cognoverint expedire. Quicquid vero, eis perſolutis, ſupererit, id omne Baſilicæ prædictæ, ſeu Menſæ Capitulari pro rata, ut moris eſt, inter Canonicos, & inferiorum Ordinum Beneficiatos, & Clericos diſtribuatur. Præſentes autem literas de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, etiam ex eo, quod intereſſe habentes

Miniſtrorum Capellæ Juliæ merces ex maſſa communi ſolvenda.

Capellanorum numerus ac munia.

Cantorum item numerum ac munera deſignat.

Præterea duodecim pueros erudiendos decernit, quibus magiſtros aſſignat.

Statutum numerum perpetuo ſervandum, mercedem vero Archipresbyteri & Capituli arbitrio moderandam ſtatuit.

(*a*) Innuit Sixtum IV. a quo Cantores, qui Muſicam callent, in Baſilicam Vaticanam primum invecti. Adeas Conſtitutionem relatam Tom. I. pag. 209.

(*b*) Extant in hoc eod. Tom. III. pag. 213.

(*c*) Quæ Gregorius XIII. de numero Cantorum Capellæ Juliæ ſtatuerat in ſanctione ſupra relata pag. 113. & ſeqq., Sixtus haud improbat; numerum tamen adauget. Gregorius duodecim Capellanos deſignaverat; totidem Sixtus conſtituit; ille muſicos duodecim; at Sixtus ſexdecim, aut etiam octodecim invexit. Neque hac in parte Clemens VIII. Sixtinam Conſtitutionem aut rejecit, aut immutavit. Alius tamen in eadem Capella mos invaluit, qui etiam hodie in uſu eſt. Nonniſi ſex Capellani enumerantur, qui horas Canonicas in choro decantant. His alii duodecim ex Cantorum ſive muſicorum numero accedunt, qui Capellanis Divinorum Officiorum tempore adjumento ſunt, ac gemino funguntur munere, Capellanorum in choro, & Cantorum in muſicas concentu. His addendi alii ſex, quæis vox elatior, acutiorque; hinc *Suprani* nominantur. Numerum igitur univerſim ducas, & nil diſſonum a Gregorii & Sixti voluntate occurret. Cantores ac Capellani viceſimum quartum numerum explent: Hunc numerum Gregorius definivit. Sixtus *Supranos* ſex addidit; hoſce etiam habemus. Deficiunt quidem ſex Capellani, quum Sixtus duodecim nominaverit. Alii tamen ex Cantoribus præſto ſunt, qui reliquorum ſex Capellanorum vices explent. Quia vero merces ſive Cappellanis ſive Cantoribus perſolvenda, Archipresbyteri, & Capituli arbitrio taxanda relinquitur; hinc Capellani quovis menſe ſcuta quatuor, Cantores ſcuta ſeptem; *Suprani* ſcuta quinque percipiunt. Ex quo patet, ſumtus Capellæ Juliæ hodie graviores eſſe quam quos Gregorius XIII. olim ſtatuerat.

(*d*) De Magiſtro muſices; de Magiſtro item grammatices nihil, quo ad mercedem a Gregorio XIII. illis ſtatutam, immutatum fuit. Hoc unum intercedit diſcrimen. Magiſtro Grammatices Gregorius id oneris impoſuit, ut pueros Grammatices artem docere teneretur. Quia vero mos obtinuit, ut inter Capellæ Juliæ muſicos anceuſeantur, qui cantum, non etiam Grammaticam probe teneant; hinc una Magiſtri Grammatices cura eſt, pueros, qui Sacrario inſerviunt, prima latini ſermonis elementa docere.

(*a*) Præ-

Præſentes literas a quovis vitio liberat. bentes vocati, auditi, & cauſæ, propter quas emanarunt, juſtificatæ non fuerint, aut alias quovis prætextu impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus eas quodcunque juris, aut gratiæ remedium impetrari nullo modo poſſe, aut debere, ſed perpetuo validas, & efficaces fore; ſicque in univerſis, & ſingulis præmiſſis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerino, & dilectis filiis noſtro in Alma Urbe in ſpiritualibus Vicario, necnon Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capituli, Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum prædictorum, & cujuslibet eorum fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes, eiſque, & cuilibet ipſorum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem literas præſentes, & omnia & ſingula in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, necnon Archipresbyterum, Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos prædictos, ac alios, quorum intereſt, & intererit quomodolibet in futurum, illis pacifice frui, & gaudere. Nec permittant, eos, aut eorum quempiam contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſecularis. Non

Judices executores eligit.

Oppoſitas conſtitutiones ac regulas non obſtare decernit. obſtantibus prædictis, & præſertim ipſius Gregorii noſtri Prædeceſſoris noviſſime editis ſuper ſtatu, & adminiſtratione Capellæ Juliæ, literis, necnon aliis quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in noviſſime celebrato Lateranenſi, Uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibente, ac aliis Conciliis etiam generalibus, editis, noſtriſque de Unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, & de exprimendo vero valore, ac non tollendo jure quæſito, & aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ac ſanctæ memoriæ Pii Papæ Quarti, etiam noſtri Prædeceſſoris, de regiſtrandis in Camera Apoſtolica gratiis intereſſe Cameræ prædictæ quomodolibet, directe, vel indirecte concernentibus; itaut ipſi Capitulum, Canonici, Beneficiati, & Clerici, nec alius pro eis, præſentes literas inſinuare, præſentare, aut regiſtrare non teneantur; & nihilominus valeant, legibus Imperialibus, dictæque Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice obſervatis, atque adeo ipſis fundationibus, primævis inſtitutionibus, teſtamentis, donationibus, Fundatorumque, & Teſtatorum diſpoſitionibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis præſervativis, reſtitutivis, & efficaciſſimis, ac validiſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis alias quomodolibet Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut niſi ſub certis inibi expreſſis modis, & formis, & de conſenſu perſonarum inibi expreſſarum, aut illis ſaltem prius monitis, & citatis, & ex cauſis urgentiſſimis, ac prorſus neceſſariis tunc ſpecificatis, nec alias derogari queat, & aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, deque illis, eorumque totis tenoribus ad verbum inſertis ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime Motu ſimili derogamus, contrariis quibuſcunque; Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod obligatio manutenendi quindecim Cappellanos, ut præfertur, & privatim quindecim Miſſas prædictas quotidie in dicta Baſilica celebrari faciendi, a Kalendis Januarii proxime venturi incipiat, quodque onera quæcunque, etiam hic non expreſſa, debita, & conſueta, dictis Sacriſtiæ, & Capellæ

Privilegia contraria ſuſpendit

Onerum implementum injungit.

pellæ Juliæ incumbentia, ex redditibus Maſſæ communis prædictæ, etiamſi redditus proprii ipſarum Sacriſtiæ, & Capellæ Juliæ ſic, ut præfertur, incorporati ad id non ſufficiant, ſicuti ipſius Baſilicæ dignitas, & amplitudo requirit, congrue ſupportentur; nec propterea dicti Canonici, Beneficiati, & Clerici pſallendi, canendi, orandi, ac aliorum hujuſmodi munerum functiones negligant, aut ab iis ſe abduci ſinant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis, remiſſionis, condonationis, diſpenſationis, abolitionis, reſtitutionibus, reintegrationis, converſionis, Indulti, ſublationis, ſubmovitionis, æquationis, reductionis, moderationis, commutationis, decretorum, innovationis, ampliationis, ſuppreſſionis, ſeparationis, applicationis, aſſignationis, annexionis, declarationis, reductionis, ſtatuti, & ordinationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Tenor autem dictæ Tabellæ Anniverſariorum particularium ſequitur, & eſt talis, videlicet. (a)

Onerum, & Anniverſariorum numerum ſubjicit.

Feria ſexta primæ hebdomadæ Quadrageſimæ, Exequiæ Nicolai III.

Feria ſexta ſecundæ hebdomadæ Quadrageſimæ, Exequiæ Bonifacii VIII.

Feria ſexta tertiæ hebdomadæ Quadrageſimæ, Exequiæ Sixti IV.

Feria ſexta quartæ hebdomadæ Quadrageſimæ, Exequiæ Riccardi Cardinalis Conſtantii.

Feria ſexta hebdomadæ quintæ Quadrageſimæ, Exequiæ Jacobi Muti Epiſcopi Spoletani.

Februarius.

Die 21. celebrantur Exequiæ Julii Secundi.

Martius.

Die 20. Exequiæ Romuli Neronis Beneficiati.

Die 26. Exequiæ Flaminii Diotajuti Clerici, & Diaconi.

Die 31. Exequiæ Bonihominis Beneficiati.

Aprilis.

Die 13. Exequiæ Gherardi Tribulot Beneficiati, & Subdiaconi.

Majus.

Die 3. Cantatur Miſſa ad Altare Vultus Sancti, & poſt Miſſam dicitur Reſponſorium. (b)

Die 22. Exequiæ Aurelii de Tortis Canonici.

Julius.

Die 17. Exequiæ Jacobi Herculani Canonici, & Altariſtæ, & ejus Fratris, & Avunculi, ad Altare Sanctiſſimi Sacramenti.

Die 26. Exequiæ Innocentii VIII. ad propriam Capellam.

Die 31. Exequiæ Anſuini Prioris Beneficiatorum.

Auguſtus.

Die 16. Exequiæ Bernardini de Cruce Epiſcopi Comenſis, & Canonici.

Die 18. Exequiæ Pauli III.

Die 31. Exequiæ Ludovici Francorum Regis.

September.

Die 2 Exequiæ RR. DD. Canonicorum hujus Baſilicæ.

Die 11. Exequiæ Gaſparis Blanchi Canonici.

Die 18. Exequiæ Cæſaris de Ruere Clerici, & Subdiaconi.

November.

Die 2. Commemoratio omnium Defunctorum.

Die 3. Exequiæ RR. DD. Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum.

Die 4. Exequiæ Societatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

Sequentibus diebus in Choro gradatim celebrantur Exequiæ infraſcriptæ, præſente Clero Mediariæ, & poſt Miſſam cantatur Reſponſorium in locis propriis.

Exequiæ Nicolai III.
Exequiæ Cardinalis Conſtantii.
Exequiæ Bonifacii Octavi.
Exequiæ Innocentii Octavi.
Exequiæ Sixti Quarti.
Exequiæ Julii Secundi.
Die 10. Exequiæ Pauli Tertii.

December.

Die 12. Exequiæ Mutii de Fabiis Canonici, qui obiit die XIII.

Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, quinto Kalen. Octobris, pontificatus noſtri anno quinto.

Bona

(a) Quæ hic numerantur Anniverſaria, & Miſſarum onera, etiam noſtra ætate ad amuſſim implentur. Nonnulla tamen, quorum exigui reditus, in unum collecta, una eademque ſolemniori Miſſa, ex Decreto Sac. Congregationis Concilii, exſolvuntur.

(b) Poſt erectam a Paulo V. alteram Baſilicæ Vaticanæ partem, Majores Reliquiæ, ut in ejuſdem Pontificis Diplomatibus adnotabimus, in nobiliorem locum translatæ ſunt Hinc mos iſte canendi Miſſam, ac Reſponſorium ad Altare Vultus Sancti, jamdiu exolevit.

(a) Præ-

Bona, ac cenſus, e quibus aliqui ex Clero Vaticano peculiare lucrum percipiunt, Menſæ Capitulari attribuit; fructus vero ad Menſam eamdem convertit quum primum Canonicatus aut Beneficia vacaverint.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 3. Faſc. 258.

AN. CHR. 1590. 24. *Febr.*

Pontificum curæ, ut honores ac onera in Baſ. Vaticana paria ſint.

Aliqua in Baſil. Vaticana inæqualitas adhuc reliqua.

Sixtus Bona omnia in unam maſſam communem congerit.

Domos excipit, quæ ad inhabitandum conceduntur.

MOtu proprio &c. Cum inter Perſonas eidem Eccleſiæ æqualiter inſervientes deceat etiam æqualitatem, & uniformitatem in percipiendis emolumentis ſervari, non immerito noſtri Prædeceſſores ſtatuerunt, ut in Sacroſancta Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, congeſtis in Maſſam communem redditibus Archipresbyteratus, Canonicatuum, & præbendarum, & Beneficiatorum tam per Beneficiatos quam per Clericos nuncupatos obtineri ſolitorum, facta primum diſtinctione inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, prout cujuſque gradus dignitas requirit, æquis poſtmodum portionibus inter ipſos Archipresbyterum, & Canonicos æqualiter, & inter Beneficiatos demum, & peræque inter Clericos ipſi redditus diſtribuerentur. Sed quoniam, ſicut nuper accepimus, adhuc remanſerunt propriæ quædam Domus, ſeu ædes, aut redditus, ſeu cenſus, vel alia bona Archipresbyteratui, aut certis Canonicatibus, & præbendis, Beneficiis, aut Clericatibus annexa, quæ non in communem maſſam conferuntur, ſed privatim, & ſingillatim ab iſporum aliquibus poſſidentur; Nos ad tollendam omnem inter eos æmulationum, controverſiarum, aut contentionum, quæ ex hac inæqualitate exoriri poſſent, occaſionem, Motu ſimili &c. & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ab ipſis Archipreſbyteratu, ſingulis Canonicatibus, & præbendis, necnon Beneficiatibus, etiam Clericatibus nuncupatis, ex nunc prout ex tunc, & e contra, cum primum ipſorum quodlibet per ceſſum, etiam in manibus noſtris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, etiam ex cauſa permutationis, vel per deceſſum aut quomodolibet per aliam dimiſſionem, ſeu amiſſionem, privationem, promotionem, aut aſſecutionem, vel alias quomodolibet ex perſonis illa obtinentibus ubilibet, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacare contigerit, omnia, & quæcumque fructus, redditus, & proventus, jura, emolumenta, bona immobilia, Cenſus, Canones, reſponſiones, & domos, exceptis tamen iis domibus, ſeu ædibus, quæ intra ipſius Baſilicæ, & illi contiguorum ædificiorum ambitum conſiſtunt, & ad eorum uſum, & habitationem retinentur, non autem aliis locatæ ſint, quoad quæ nihil intendimus innovare, ad ipſa, & ipſorum quodlibet ſigillatim, ſeorſum, & ſeparatim a maſſa Communi quomodolibet pertinen. perpetuo diſmembramus, ſeparamus, & disjungimus, & ſegregamus, eademque omnia, & ſingula ſic diſmembrata, maſſæ communi, fructibus, redditibus, & proventibus ejuſdem Baſilicæ, ita quod liceat pro tempore exiſtentibus Camerariis, Procuratoribus, & Exactoribus eorum corporalem poſſeſſionem, ex nunc &c. fructus vero inde provenientes in eventus prædictos propria auctoritate, ſine alicujus Judicis, vel executoris, aut cujuſvis alterius licentia, aut conſenſu libere apprehendere, & perpetuo retinere, & inter eoſdem Archipresbyterum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ſervata cujuſque ordinis diſtinctione, æqualiter pro rata diſtribuere, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam perpetuo applicamus, appropriamus, concedimus, & aſſignamus, & in unam maſſam unumque corpus conjungimus, confundimus, annectimus, & incorporamus (*a*). Decernentes præſentes, & deſuper forſan. con-

(*a*) Præſens Sixti V. Decretum ſuperioris Bullæ conſectarium quoddam eſt. In præcedenti Bulla Pontifex omnimodam in Vaticano Clero, ſervata tamen cujuſque ordinis dignitate ac prærogativa, ſtatuerat æqualitatem; oportebat igitur, ut peculiares quoſdam reditus, qui a quibuſdam Canonicis, Beneficiatis, aut Clericis percipiebantur, e medio tolleret, atque pari ratione honores ac onera in Vaticano Clero partiretur. Facilis enim diſcordiarum aditus, ubi ſervitii, ac emolumenti diſpar menſura eſt. Quiſnam vero ex Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, ſingulari quadam reditus acceſſione ditior fuerit, ex Baſilicæ noſtræ moribus ac diſciplina definire non licet; quandoquidem, ut ſupra monuimus pag. 170. not. *a.*, ex ipſa Beneficiorum fundatione, ſi paucos excipias, omnibus eadem jura, eadem item onera erant communia.

Illud interim accurate notatum velim, nimirum, Præbendas, de quibus ſermonem habui Tom. 21. pag. 176. not. *b.*, eos duntaxat fructus qui unicuique Canonicatui conjuncti erant, reipſa ſignificare; non etiam portionem quampiam conſuetis reditibus majorem ſuperaddere. Rem hanc præſens Sixtina Conſtitutio indubiam reddit. Licet enim Canonicatus omnes Baſilicæ Vaticanæ in fructuum menſura Sixtus æquaverit, licet poſt Sixtinum Decretum Canonicorum omnium, excepto Altarario, omnino paria ſint emolumenta, nihilominus Præbendarum ac Canonicatuum nomina adhuc permanent; imo familiariſſima

Haſce litteras a quovis vitio liberat.

conficiendas litteras de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu, etiam ex eo quod intereſſe habentes vocati, & auditi, eorumque conſenſus minime præſtitus fuerit, vel alio quovis prætextu impugnari, annullari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci non poſſe, nec illas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium diſmembrationum &c. application. &c. & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, annullationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, ſeu etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis ſeu edendis, per quas gratiæ hujuſmodi effectum nondum ſortitæ revocantur, umquam comprehendi, ſed eaſdem præſentes ſemper ab illis exceptas, & quoties contraria hujuſmodi emanabunt, toties illas in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reintegratas, & repoſitas, & de novo ſub quacunque poſteriori data per eos, quorum intereſt, eligenda, de novo conceſſas eſſe, & cenſeri, ac perpetuo validas, & efficaces fore, ac alias quam de conſenſu unanimi Archipresbyteri, & Capituli factas derogationes, ſuſpenſiones, aut revocationes &c. nullius eſſe roboris vel momenti; ſicque per quoſcunque Judices &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales &c. ſublata &c. Irritum &c. attentari. Non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam de unionibus &c. committendis, ad partes vocatis &c. ac de exprimendo vero valore, necnon Lateranenſis noviſſime celebrati, & quorumlibet aliorum generalium &c. Conciliorum, etiam application. niſi in caſibus a Jure permiſſis fieri prohiben. dictæque Baſilicæ, etiam optandi majores Præbendas &c. ac domos ſeu etiam Cameras Canonicales, etiam Juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus &c. privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, ejuſdem Capitulo, ſuperioribus, & perſonis &c. ſub quibuſcunque tenoribus & formis &c. clauſulis, & Decretis in genere, & ſpecie quomodolibet conceſſis, quibus omnibus &c. illorum tenores &c. ſpecialiter, & latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Robur perpetuum illis conciliat.

Quæ obeſſe poſſunt, eliminat.

Fiat Motu proprio F.

Pontificis ſubſcriptio.

Rei ſumma, & clauſularum additamentum.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. Et quod ejuſdem Baſilicæ fructus &c. eorumque veri annui valores, necnon union. &c. alias Maſſæ communi, ſeu eidem Baſilicæ fact. cenſ. ipſorumque fructus &c. Jurium, obventionum, & emolumentorum domorum, regionum, cenſuum, domorum, ædium per præſentes diſmembrat. & applicat. ſituat. denominat. qualitat, confin. annui valores, ac perſonarum illa ad præſens poſſidentium nomina, cognomina, gradus, qualitates, tituli, & jura habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in litteris, & de perpetuis diſmembratione, ſeparatione, disjunctione, ſegregatione, applicatione, appropriatione, conceſſione, aſſignatione, conjunctione, confuſione, approbatione, decreto, derogatione &c. aliiſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter repetitis habeantur. Et cum opportuna ſi videbitur Judicum executorum deputatione, qui aſſiſtant &c. etiam ſub cenſuris &c. cum facultate aggravandi &c. invocato &c. ſecularis. Et quod præmiſſor. omnium, & ſingulorum, etiam fructus &c. cognomin. denominat. annexor. qualitat. &c. dependen. ſituat. aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio & expreſſio fieri poſſit in litteris, ſeu etiam ſi videbitur, ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra illud, Regula quacunque contraria non obſtante.

Iterata ſubſcriptio.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſexto Kal. Martii, anno quinto.

Ut

riſſima ſunt in Dataria Apoſtolica. Neque vero Bullarum ſtylo, quem Dataria immutatum noluit, id tribuendum. Sicut enim ante Sixtinam ſanctionem erat promiſcuus ac perpetuus Præbendæ ac Canonicatus titulus, quemadmodum ex Bullis quamplurimis quas ſuperiori Tomo retulimus perſpicuum eſt, quamvis certo certius Baſilicæ noſtræ Canonicatus fere omnes ab eorum inſtitutione in reditibus pares eſſent; ita poſt Sixti conſtitutionem adhuc in uſu eſt, licet in cujuſque Canonicatus portione eadem ſervetur æqualitas.

Excipit tamen Pontifex Domos, quæ Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ad inhabitandum obtigerant; & ſummo quidem jure, quum nullum inde lucrum illis accederet. Hodie tamen ejuſmodi exceptio fruſtranea plane eſt, quum poſt erectam a Paulo V. novæ Baſilicæ partem alteram; poſt excitatas ab Alexandro VII. ampliſſimas prope Baſilicam porticus, nulla domus ſuperfuerit, qua Canonici, Beneficiati, aut Clerici utantur.

(a) Quo

Ut latiſſima terrarum ſpatia, quæ Capitulum S. Petri poſſidet in territorio Corneti, quantocyus ac diligentius excolantur, eidem Capitulo ac Colonis concedit, ut quinquennii ſpatio, frumentum inde colligendum pro libito vendant; nulla a Camera Apoſtolica, ejuſve Miniſtris petita facultate.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 5. Faſc. 263.

AN. CHR. 1590. 28. *Martii*.

MOtu proprio &c. Cupientes pro noſtro Paſtorali officio Eccleſiarum omnium, præſertim vero earum, quæ in alma Urbe noſtra Primariæ ſunt, & ſub noſtra peculiari, & immediata protectione, cura, & tutela receptæ ſunt, utilitatibus, & commodis in ſpiritualibus, & temporalibus providere, ac nuper intelligentes, quod dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum ejuſdem Urbis, quaſdam Terras ad eorum Capitularem Menſam legitime pertinentes in territorio, & Diœceſi Cornetana ſitas, in diverſis petiis inſimul quantitatem & menſuram M. C. C. Jugerum, ſeu rubrorum, vel circiter conſtituen. (*a*) majori ex parte nemoroſas ac incultas, & propterea parum fructuoſas, magna ſua, aut colonorum,

Baſilic. S. Petri multas in territorio Corneti terras poſſidet, quæ cultura indigent.

(*a*) Quo tandem jure latiſſima hæc terrarum ſpatia ad Baſilicam Vaticanam pervenerint, aperire, nec inutile erit, nec injucundum. Erat olim ſub proprietate Monaſterii S. Martini in Montibus Viterbii vaſtiſſimus ille camporum ſylvarumque tractus, in Territorio Corneti poſitus; Hinc, eodem Monaſterio Pii IV. juſſu in Menſam Capitularem Baſilicæ noſtræ translato, ea item, quæ eidem Monaſterio tamquam membra capiti conjuncta erant, una translata ſunt. Obvia quidem hæc, atque ex ejuſdem Pontificis literis a nobis ſuo loco editis, cuique perſpecta. Illud vero inquirendum ſupereſt, quo titulo Monaſterium S. Martini hæc bona, ac immenſas veluti terras acceperit. Hoc illud eſt, quod paucis enarrandum ſuſcipio. Quo tempore Cardinalis Matthæus Urſinus (& hic inter Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteros numeratur) Rectoris Patrimonii in Tuſcia, & Legati a latere munus geſſit, indociles, ac minus obſequentes Cornetanorum animos ſæpius expertus eſt. Tum vero in apertam defectionem pro nos animadvertit, quum Neapoleo, & Bertuldus de Urſinis, alter Legati Patruus & Patrimonii Vicarius, alter germanus frater, ad ipſam Corneti Urbem cum Romanæ Eccleſiæ militum manu acceſſere. In ipſo quippe Civitatis ingreſſu non ſine injuriis excepti ſunt. Nec melior illis ſors, aut major ſecuritas, dum in ipſamet Civitate moram traherent. Hinc feſtinato diſceſſu, ex Urbe illa abire coacti ſunt. Neque interim Cornetani ad meliora converſi; eorum contumacia in dies gliſcente. Cardinalis Legatus Viterbium ſecedere ſatius duxit, ibique contra rebelles meritas pœnas ſtatuere. Capti interim primores Cornetanorum in Vetrallæ Territorio reperti, atque in Montis flaſconis Carceres tracti ſunt. Quumque majora ac graviora in ſontes pararentur, Corneti Cives Legati animum demulcere, veniam petere, crimen execrari communi conſilio ſtatuerunt. Veniæ ſpes a Cardinali Legato illis injecta, ea tamen ſub lege, ut mulctam pecuniariam ſcutorum viginti quinque millium ſubirent, ac exſolverent. Conditione accepta, die 7. Novemb. 1265. communi omnium ſuffragio electus eſt Joannes Contadinus, qui univerſæ civitatis nomine ſolutionem polliceretur; ac die 26. ejusdem menſis & anni eadem promiſſio coram Cardinali ſolemni inſtrumento Viterbii firmata eſt per Tabellionem Scambium Joannis Sperati.

Quia vero univerſæ ſummæ præſtandæ Corneti Civitas impar erat, ideirco tertiam terrarum partem Civitatis dominio ſubjectam, Monaſterio ac Monachis S. Martini in Montibus Viterbii vendere decrevit. Itaque die 11. Februarii 1266. Magiſtro Sinibaldo Procuratore ad vendendum ſtatuto, die 18. ſequenti venditio peracta eſt; ſoluto pretio bis mille Librarum parvorum denariorum uſualis monetæ (hoc eſt ſcutorum quinque millium, ut infra monſtrabimus) ac die poſtera tradita Cardinali Legato indicta pecuniæ mulcta decem millium Librarum, venia Cornetanis conceſſa fuit, obſides redditi, ac crimina oblivioni tradita.

Ne autem quæ huc uſque diſſerui, aut gratis conficta, aut ultra quam par eſt aucta videantur, quaſdam monumentorum lacinias ſubjiciam, e quibus Lectores rei veritatem plene planeque cognoſcant.

Inſtrumenti a Notario Cittadino conſcripti die 11. Februar. 1266. tenor ſic habet; *Conſules, & Homines Civitatis Corneti ſolemniter conſtituerunt Magiſtrum Sinibaldum de Corneto Procuratorem ad vendendum D. Raynaldo Abbati, & D. Blaſio Priori Monaſterii S. Martini de Monte, nomine dicti Monaſterii ementibus, tertiam partem pro indiviſo omnium terrarum, & poſſeſſionum Communitatis Corneti &c. pro pretio librarum 2000. denariorum parvorum uſualis monetæ, cauſa ſolvendi dictum pretium Vener. Patri D. Matthæo S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Rectori Patrimonii S. Petri in Tuſcia, Apoſtolicæ Sedis Legato. Quam pecuniam dictum Commune & Univerſitas Corneti eidem D. Cardinali dare & ſolvere tenebantur pro injuriis, exceſſibus, & offenſis factis, & illatis a dictis Cornetanis, & Commune Corneti Romanæ Eccleſiæ, & ipſi D. Cardinali in dicto Patrimonio, Brictuldo fratri dicti Cardinalis, & Sociis ſuis cum intraverunt Cornetum, & etiam ex redemptione nobilium Virorum de Corneto, qui capti fuerunt in tenuta Vetrallæ a militibus Romanæ Eccleſiæ, & detenti fuerunt in Carceribus, ſeu pro obſidibus in Monteflaſcone.* Eadem repetuntur in ipſo venditionis Inſtrumento per acta Scambii Joannis Sperati die 18. Februarii ann. 1265.

Sed elatioribus adhuc verbis rem enarrat ipſemet Cardinalis Legatus in Inſtrumento per Simeonem de Reate Notarium eadem die condito, qua & pecuniariam mulctam recepit, & Cornetanis veniam eſt elargitus, inquiens: *Nos Matthæus &c. confitemur recepiſſe ſex millia Librarum denariorum parvorum currentium &c. quæ nobis ſolutæ fuerunt pro emendatione & ſatisfactione offenſarum, injuriarum & damnorum illatorum ſeu commiſſorum, vel factorum per Commune Corneti, & ſingulares homines de Corneto &c. contra nobilem virum D. Neapulionem Patruum, & Bertoldum fratrem noſtrum &c. toto noſtri tempore Rectoratus. Item confitemur nos recepiſſe &c. quatuor millia Librarum dictæ monetæ &c. pro ſatisfactione expenſarum factarum a nobis poſtquam æſtate proxime præterita intravimus Civitatem Viterbii, & ibi moram contraximus occaſione diſcordiæ, quæ fuit inter nos, & prædictum Commune &c.* Hæc, & alia quæ ſupra indicavimus monumenta, ſervantur in Archivo noſtræ Baſilicæ Capſ. 53. Faſc. 254.

Ut autem bis mille Librarum ſummam, quam in terrarum emtionem Abbas & Prior Monaſterii S. Martini contulere, cum ſcutis Romanis conferamus, transferenda huc quæ ex Grimaldo noſtro prænotavimus Tom. 1. pag. 90. not. a. *Decem & ſeptem libræ uſualis monetæ*, inquit Grimaldus, *conſtituunt ſummam ſcutorum XXXXII. & bolenorum 50. monetæ papalis*. Quævis libra igitur ſcuta duo, ac obolos quinquaginta exæquat; proindeque, eadem ratione ſervata, duo millia librarum, quinque ſcutorum millibus ad amuſſim reſpondent. Nec quempiam moveat exigua pretii ſumma, pro mille ex ducentis terræ jugeris ſive rubris ſolutæ. Merces quippe emtori oblata, vileſcit. Deinde terrarum illarum pars multa ſterilis ac inculta, quam nemora ac ſylvæ oppleverant, quum nulli aut fere nulli eſſet uſui, minori in pretio habita fuit.

Gravior impenſa in iis excolendis neceſſaria.

rum, ſive affictuariorum ſuorum impenſa ad culturam redigere intendunt; ut id quanto citius, ac libentius, & promptius minori quo fieri poterit diſpendio peragatur, ſi pro iis ſumptibus, qui in hoc fructuoſo opere neceſſarii erunt, congruæ compenſationis, & lucri certam ſpem ſibi propoſitam videant; Motu ſimili & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eidem Archipresbytero, & Capitulo, ut iidem ipſi, vel eorum affictuarii aut terrarum hujuſmodi coloni, vel quæcunque aliæ

Ut ſumtibus conſulat, Pontifex Privilegium concedit ad quinquennium.

perſonæ, etiam mercatores, & forenſes, qui cum eis ſuper hoc contraxerunt, per quinquennium, quoad terras coli, & ſeri ſolitas, die quo præſcriptæ terræ incultæ ad culturam reductæ erunt, & in eis triticum ſatum fuerit, quicquid inde, nimirum ex terris in territorio Cornetano ſitis, ad prædictam menſam Capitularem ſpectantibus, colligetur tritici, ſeu frumenti ſive ad ipſam menſam Capitularem, ſive ad affictuarios, vel colonos terrarum hujuſmodi pertinentis, ad quamcunque ſummam, & quantitatem aſcendat,

Liberam frumenti venditionem tribuit, nulla licentia petita.

ſingulis dicti quinquennii annis gratis, & ſine aliqua ſolutione, vel recognitione Cam. Ap. aut illius officialibus facienda, etiam noſtra, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentium ſucceſſorum noſtrorum, aut S.R.E. Camerarii, Vicecamerarii, Clericorum Cameræ prædictæ, aut Præfecti Annonæ, vel Gubernatorum ſeu Præſidentium locorum, aut Commiſſarii, vel cujuſvis alterius officialis, ſeu miniſtri ejuſdem Cam. licentia, bulletta, aut bullettino, ſigno, vel contraſigno minime requiſita, propria auctoritate extrahere, & ad quæcunque loca tam intra quam extra ſtatum temporalem Eccleſiæ, etiam ultra mare eis beneviſa, tam per terram, quam per mare exportare, ſeu exportari facere, vel ad effectum ut exportetur ſive extrahatur, & ſub pacto, ac conditione, ut id facere liceat, vendere, & alienare, terraſque ipſas ſub his pactis locare, & arrendare, ſeu Jus, & licentiam extrahendi, & exportandi hujuſmodi tractam nucupatam, quibuſvis Mercatoribus, pretio beneviſo concedere, aut vendere, & alias ſuo arbitrio diſponere libere, & licite valeant, auctoritate Apoſtolica plenam, liberam, & omnimodam facultatem concedimus & indulgemus.

Si annonæ caritas urgeat, frumentum Cam. Apoſt. tradatur.

Et ſi aliquo anno quinquennii hujuſmodi, ea, quam Deus avertat, annonæ caritas, & penuria contigerit, ut ad comparandam annonæ copiam pro ſubditis ſtatus noſtri temporalis eccleſiaſtici Cam. Ap. Miniſtri frumenta ipſa emere, & ad loca dicti ſtatus, quo opus fuerit comportare velint, tunc liceat quidem ex cauſa vere urgenti id facere, dummodo ipſamet Camera dicta frumenta emat; ſed volumus, ut ille annus

Annus tamen, ſive anni, in quinquennio non computantur.

in dicto quinquennio minime computetur, & nihilominus proxime ſequenti anno, quo penuria ipſa ceſſaverit, liceat, ut præfertur, frumenta extrahere atque exportare; ita ut dicti Archipresbyter, & Capitulum, ſive alii præfati ab eis cauſam habentes, omnino quinque annorum recollectas ex dictis terris gratis, & ſine aliquo impedimento licite exportare valeant. Decernentes quaſcunque talium extractionum prohibitiones, ac

Contraria quæcunque e medio tollit.

edicta, & banna, aut proclamata, tam per Gubernatores locorum, & terrarum, quam per quoſcunque Annonæ Præfectos, aut Commiſſarios, & Camerarium præfatum, & per Congregationem S.R.E. Cardinalium ſuper Annona deputatorum, aut de illorum, ſeu etiam de noſtro, & pro tempore exiſtentis Roman. Pont. ſpeciali mandato pro tempore edita, etiam certam licentiæ, aut bullettæ, ſeu bullettini petendi, aut renovandi formam præſcribentia, ipſos Archipresbyterum, & Capitulum, ac alios ab eis cauſam habentes præfatos nequaquam afficere, nec eos deſuper a quocumque quavis auctoritate, & dignitate fungente, nec etiam a dictis Cam. Ap. Miniſtris, aut officialibus moleſtari, impediri, aut perturbari; minuſ-

Præſentes litteras a quovis vitio liberat.

que præſentes, & deſuper conficiendas litteras de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis noſtræ, aut quovis alio defectu notari, impugnari, aut invalidari poſſe, nec illas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium licentiarum, & gratiarum, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo conceſſarum, ſpecialibus, vel generalibus revocationibus, ſuſpenſionibus, aut annullationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam a nobis, vel Succeſſoribus noſtris pro tempore edendis,

Futuris Conſtitutionibus occurrit.

comprehendi, aut per eas ſuſpendi, revocari, limitari, ad minorem ſummam reduci, earumve effectum, & vim quoquomodo retardari, aut impediri poſſe, nec debere; nec ipſos Archipresbyterum, & Capitulum alioſve præfatos, ab eis cauſam habentes, ad parendum illis teneri, & ob non paritionem, cenſuras & pœnas aliquas minime incurrere, ſed quoties illæ emanabunt, toties eaſdem præſentes in priſtinum validiſſimum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum repoſitas, reſtitutas, reintegratas, & de novo ſub quacunque poſteriori data, per eos eligenda, conceſſas cenſeri, minuſque illos ad eas in Camera Ap. intra certum per conſtitutionem fel.re. Pii IV perfixum tempus,

Decretum de Regiſtrandis excludit.

aut alias quandocumque præſentandas, inſinuandas, aut regiſtrandas teneri, ſed illas, etiam non præſentatas, admiſſas, inſinuatas, nec regiſtratas, etiam lapſo hujuſmodi tempore, perpetuo validas, & efficaces fore,

ac eis

ac eis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi præſentatæ &c. ac regiſtratæ fuiſſent; ſicque per quoſcunque &c. etiam Cam. Ap. Clericos, & S.R.E. Cardinales, ſublata &c. irritum &c. attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac præſcripta Pii IV. & aliis quibuſvis conſtitution.& ordination.Apoſtolicis, etiam gratias hujuſmodi concedi prohibentibus, aut conceſſas niſi certis modo, & forma, & in certis caſibus ſuffragari diſponentibus,dictæque Cameræ juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,privilegiis quoque conceſſis; quibus omnibus &c. illorum tenores &c. ſpecialiter, & latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis.

Pontificis aſſenſus.

Fiat Motu proprio F.

Rei ſumma cum clauſulis.

Et cum Abſolutione a cenſuris ad effectum &c. Et quod dictarum Terrarum qualitates ſituationes valores menſuræ quantitates, & fructuum &c. inde colligendorum pretia, & valores, necnon prohibitionum, & contrariarum conſtitutionum tenores ad effectum latiſſimæ & ſpecificæ derogationis habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in litteris,& de indulto,conceſſione,decreto,derogatione, & aliis præmiſſis, quæ hic pro repetitis habeantur; & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum major, & verior ſpecificatio fieri poſſit in litteris, per Breve, aut officium minoris gratiæ, vel aliis expediendis; ſeu etiam ſi videbitur ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat,& tam ipſa, quam ejus etiam tranſumpta Notarii publici manu ſubſcripta, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu ipſius Archipresbyteri, vel ejus Vicarii obſignata, eandem prorſus fidem faciant in Judicio & extra, quam originales ipſæ facerent exhibitæ, vel oſtenſæ; Regula contraria non obſtante.

Iterata ſubſcriptio.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Petrum Quinto Kal. Aprilis, anno quinto.

GREGORIUS XIV.

Poſt Sixti V. obitum VI. cal. Septemb. ann. 1590. Pontifex dierum 12. electus fuerat Joannes Bapt. Caſtanea, qui Urbanus VII. dici voluit: eumque excepit die quinta Decembris Card. Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis, cui nomen Gregorio XIV. Is die feſto Sanctiſs. Conceptionis, juxta novam diſciplinam coronatus (*a*) ſedit menſes decem totidem dies occubuit mortem die 15. Octobris an. 1591.

Tribus Canonicis Baſilicæ Altariſtæ, & Sacriſtis majoribus concedit facultatem extrahendi Reliquias.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 2. Faſc. 4.

AN.CH. 1591. 21. Jun.

Dilectis filiis Magiſtro Jacobo Oldrado noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Notario, Altariſtæ (*b*), ac Mario Alterio (*c*), & Pomponio de Magiſtris (*d*) Baſilicæ Sancti Petri de Urbe Canonicis, & Majoribus Sacriſtis. Dilecti filii; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

De veſtra pietate, fide, & integritate con-

(*a*) Quamvis nullum extet Diploma Urbani VII. quippe qui vix electus in morbum incidit, quo ante Coronationem deceſſit; ratio tamen novæ cujuſdam diſciplinæ in Pontificum inauguratione exigit, ut nullius omnino Pontificis inexplorata prætereantur initia. Omnia parabantur pro *ejus coronatione, & Baſilicæ Lateranenſis poſſeſſione*, ait Ciaconius. Qui mox de Gregorio XIV. ejus ſucceſſore agens ait, quod die 5. Decembris electus, octava ejuſdem menſis eſt coronatus, nec niſi 13. ad Lateranenſem Eccleſiam eſt profectus, cujus exemplum cæteri omnes ſequuti ſunt contra morem majorum. Huc accedit poſſeſſionis nomen inditum proceſſioni quæ coronationem continuo ſequebatur. Quod quidem nomen haud antiquum eſt: nam primum occurrit quod ego viderim, in Annal. Gregor. XIII. an. 1572. & apud Ciaconium in Coronatione Sixti V. an. 1585. *Poſt Lateranenſis Eccleſiæ poſſeſſionem, ſolemnes precationes indictas &c.* (Hunc enim docet Van. Eſpen. *Jur. Eccl. p. 2. tit. 7. c. 4. parag. 21.* primum omnium Pontificum indixiſſe Jubilæum ſtatim poſt aſſumtionem ſuam *Bullar. Tom. 2.*) Poſſeſſionis hujuſmodi nomen quandonam Proceſſioni poſt Coronationem dari cœptum ſit, explorandum. Id minime dubium, Pontifice Leone X. quum Electus Corcyrenſis Cæremoniale Patritii ab ſe uſurpatum in lucem edidit, proceſſionem iſtam Coronationis conſectariam fuiſſe. Ubi enim agitur (*l. 1. ſect. 4. cap. 1.*) de coronatione extra urbem, hæc leguntur; *Ipſa coronatio fiet ſupra gradus, vel loco commodiori, & magis in conſpectu populi: nam ibi parandus erit ſuggeſtus, ubi majus erit ſpatium ad capiendam multitudinem. Pontifex ornatus poterit equitare cum ſolemni proceſſione ut ad Lateranum conſuevit.* Perinde etiam certum, quod claves Baſilicæ, & Palatii Lateran. Cæremoniali eodem teſte poſſeſſionem hujuſmodi non innuebant. En verba ipſa (*lib. 1. ſect. 2.*) *Prior Eccleſiæ Lateranenſis accedit, & genuflexus dat Pontifici ferulam in manu in ſignum correctionis, & regiminis; & Claves ipſius Baſilicæ, ac Palatii Lateranenſis in ſignum poteſtatis claudendi, & aperiendi, ligandi, atque ſolvendi.* Quæ item in Ordine Rom. Iacobi Gajetani (*cap. 29.*) reperiuntur, præter priorem Lateran. cujus loco Prior S. Laurentii habetur. Quum vero cæremonia eadem inſtaurabatur tum Gregorio XIII. tum Sixto V. Pontificatum ineuntibus non proceſſio ad Lateranenſem Eccleſiam, ſed poſſeſſio Eccleſiæ Lateranen. dictitabatur. Ejus autem rei prorſus novæ originem facile quis deprehendat; ſi animadverterit, quod Sanctus Pontifex Pius V. ad Lateranenſem Baſilicam perrexit die ipſo Coronationis more majorum, queis poſſeſſio iſta ignota erat. Quum vero an. 1569. literas illas dediſſet de Primatu Lateranenſis Eccleſiæ, novam hanc diſciplinam in Eccleſiam invexit. (*pag. 73. hujus volum.*) Nec tamen negaverim, vulgi opinionem fuiſſe antiquiorem S. eo Pontifice: Nam Angelus Maſſarellus (*Diar. Jul. III. an. 1550.*) *Moris eſt*, inquit, *quod Pontifex noviter creatus, antequam in publicum equitet, eat ad ipſam Eccleſiam Lateranen. ut (quod vulgo dicitur) dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem capiat.* At niſi S. Pius vulgi leviſſimam opinionem adoptaſſet, ac ſuo Decreto roboraſſet, ea plane numquam obtinuiſſet. Antiqua enim neceſſitas repetendi Lateranenſe Palatium, quod Pontifices incolebant, proceſſionis ejus ritum peperit, ad cæremonias nonnullas Coronationem conſequentes perficiendas. Itaque poſt S. Pium V. Succeſſores non quo die ſupremæ capiebant inſignia dignitatis illuc proficiſci cœperunt; ſed veteri ea cæremonia bipertito diviſa, primum dies aliquot, deinde integros etiam menſes profectionem, ſive ut vulgo audit, poſſeſſionem a coronatione disjunxerunt. Id tamen notatu dignum, quod quemadmodum vetuſta ea proceſſio cum Coronatione conjuncta Pontificiæ majeſtatis, ac poteſtatis argumentum erat; ita poſſeſſio recens a Coronatione disjuncta antiqui dumtaxat ritus ſolemnitatem, citra ullum novi juris indicium præſefert. Hinc eſt quod ſummi Sacerdotis, ſummique Principis electionem, ſeu creationem, & coronationem anniverſaria celebritate proſequimur: poſſeſſionem, ut pompas alias, ſemel viſam obliviſcimur. Die præcipue illo quotannis redeunte, quum Pontificii Tiaram Imperii ſuſcepit novus Pontifex, alma Urbs;

Maxima ſolemni teſtatur gaudia pompa;
Perque vias crepitant ignes; perque alta domorum
Culmina ſub primam ſubluſtri lumine noctem
Diſpoſiti effulgent lychni: perque ardua Divum
Templa repercuſſis reſonant tinnitibus æra.
Ipſaque flammivomis centum tonat undique moles
Ælia tormentis: ſtellaſque imitata cadentes
Multa volat, rutiliſque in nubibus ardet arundo
Miſſilis, & cælum crepitanti luce ſerenat,

ut canebat Joannes Baptiſta Stella de hujuſmodi anniverſaria celebritate Sixto V. Pontifice. Et quidem jure: quum enim ordinationem, aut conſecrationem, ſive benedictionem Pontificis coronatio expleat; inde ſupremæ Dignitatis initium ſumitur. Quod maxime attendendum nobis, qui Apoſtolicas literas, ac Pontificia monumenta cætera in lucem edimus.

(*b*) Jacobus Oldradus Presbyter Mediolanenſis, ut habetur apud Grimaldum in ſæpe laudato libro Deſcendentiæ Canonicor. &c. erat *vir Philoſophus facetus, & hilaris.* Idem, quum eſſet Beneficiatus noſtræ Baſilicæ in Aulis Cardinalium Principum domeſtice verſabatur. Nullo alio, præter ſe, agente Canonicatum alioſque honores eſt adeptus: nam Cardinali de Monte Alto, qui fuit poſtea Sixtus V. aliquando dixiſſe fertur: *Ill. Domine ſi D.O.M. te ad Petri ſedem evexerit, da mihi obſecro tunc Canonicatum in dicta Baſilica.* Cardinalis autem hilari ſeni amico ſuo indulgens multo etiam majora eſt pollicitus. Interea quum Pontifex eſſet factus, ac poſt menſes undeviginti Aurelius Savignanus Canonicus obiiſſet ſupremum diem, Oldradus

Extractio Reliquiar. conceditur.

confiſi, vobis, ut ea qua decet, reverentia, ex iſta Sacroſancta Baſilica aliquas Reliquiarum particulas Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum (*a*), ac S. Gregorii Magni nullius alterius ad id requiſita licentia, vel conſenſu ſumere, illaſque inde extrahere, & ad nos quamprimum deferre poſſitis, per præſentes licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prohibitionibus, nec non etiam dictæ Baſilicæ ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Obſtantib. quibuſcumque remotis.

Datum Romæ in Monte Quirinali (*b*) ſub Annulo Piſcatoris die xxi. Junii 1591. Pontificatus noſtri anno primo.

CLEMENS VIII.

Gregorio XIV. Juſtis rite perſolutis, altero Comitiorum die ad Petri Cathedram eſt evectus Joannes Antonius Fachinettus Bononienſis, qui nomen Innocentii IX. ſibi aſcivit: at duobus vix menſibus expletis deceſſit die 29. Decembris 1591. (*c*) Quare Comitiis poſt Novenam repetitis Hippolytus Aldobrandinus (*d*) ejus ſucceſſor eligitur die 30. Januar. 1592. qui Clementis VIII. nomen ſumſit. Conſecratus die Dominico 2. Febr. ac poſt dies 8. Coronatus (*e*), ad Lateranenſem Baſilicam eſt profectus die 4. Aprilis (*f*). Sedit annos omnino 13. m. 1. d. 3. occubuit mortem die 4. Martii 1605.

Confirmat Motum proprium Pauli IV. de non commodandis Paramentis, & aliis rebus Sacriſtiæ &c. præter vaſa aurea, argentea &c. eademque ſub prohibitione vaſa ipſa & utenſilia omnia comprehendit propoſita pœna excommunicationis reſervatæ Pontifici ipſi pro abſolutione.

Ex Autograph. Archiv. Baſil. Caps. 8. Faſc. 271.

AN. CHR. *Incerto.*

Paulus IV. ſatagens ſacræ ſuppellect. Sacriſtiæ Vat.

MOtu proprio &c. Cum alias fe. re. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Urbe, ejuſque ſacræ ſuppellectilis indemnitati providere cupiens Motu proprio, & ex certa ſcientia dictæ Baſilicæ Archipresbytero, nec non Capitulo, & Canonicis, ac Sacriſtis, aliiſque Miniſtris tunc. & pro tempore exiſtentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indigna-

tionis

dadus Datario ſopplicem libellum tradidit legendum Pontifici, in cujus calce erat: *Memento ſervo tuo verbi tui, in quo mihi ſpem dediſti*. Annuit Pontifex ſubridens; ac paulo poſt agenti gratias per ea verba *Bonitatem feciſti cum ſervo tuo &c.* de improviſo repoſuit Sixtus: *Conſideravi opera tua, & expavi*. Die 20. Decembris ann. 1587. Canonicatus poſſeſſionem iniit. Divinum *officium & pſalmos per vias & foras gradiens recitabat*. Altariſtæ munus non Sixto, ſed Gregorio XIV. acceptum retulit. *Singulis Sabbatis* (eſtque id maxime animadvertendum) *ipſemet gradus majoris altaris, ejuſque ambitum Rochetto indutus ſcopis mundabat, multaſque eleemoſynas pauperibus erogabat*.

(*c*) Inclyta ex hac familia Romana non uno hoc Canonico gloriatur noſtra Baſilica. Joannem Baptiſtam præcipue extollit Theologum inſignem atque eruditione ſingulari præditum, quem præbenda Theologali auctum Urbanus VIII. Epiſcopum Camerinenſem creavit ann. 1624. ac demum ann. 1643. inter Cardinales retulit. Erat is Æmilii Card. Alterii poſtea Pontificis Clementis X. germanus frater. Conſule *Ughell. & Ciacon.*

(*d*) Hunc humili loco natum in Somneno oppido Tarracinen. diœceſis virtutum meritis commendabilem Paulus V. an. 1608. Tarracinenſem creavit Epiſcopum, quam quidem ſedem uſque ad 1614. ſupremum vitæ ſuæ annum tenuit.

(*a*) Sequitur opinionem, quæ tunc temporis obtinebat. Secus eruditi ſentiunt noſtro ævo.

(*b*) Octo, aut novem annis circiter ante has litteras Apoſtolicas Gregorius XIII. ſupremo ſuæ vitæ tempore magnificas ædes ædificaverat in Quirinali colle, Succeſſorum commoditati ſtudens, ut ibi diverſarentur per æſtivos calores. Villa ibidem erat Card. Aloyſii Eſtenſis liberaliſſimi Principis, quam ipſe ultro dono dederat Pontifici Gregorio XIII. ut habent Annales editi *Tom. 2. pag. 458.*, Aliud Palatium eodem in loco ædificavit Sixtus V. Gregorianis ædibus contiguum, cuſtodiæ Helvetiorum domicilia inchoavit, locumque ita ornavit, ut juxta Gregorii vota inhabitari jam cœperit æſtivo tempore a Succeſſoribus ut teſtantur hæ literæ.

(*c*) Veteri jam diſciplina obſoleta & hic die Dominico 1. Novembris coronatus die 6. ejuſdem menſis *in Lateranenſi Eccleſia poſſeſſionem Romani Epiſcopatus accepit*. Vide quæ nuper ajebam ad Greg. XIV.

(*d*) Vir iſte ſummus omnium virtutum laude celeberrimus, ac S. Philippi Nerii familiaritate conſpicuus, maximam præcipue gloriam eſt aſſequutus Ducatu, atque omni ſtatu Ferrariæ recepto, ac S. Sedi acerrime vindicato. Spond. *an.* 1598. *num.* 2. Conſtitutio typis edita extat in noſtro *Arch. capſ.* 8. *faſc.* 272.

(*e*) Per nongentos fere annos Diaconi ut plurimum Cardinales, quandoque Presbyteri, nunquam Epiſcopi eligebantur. Poſtquam omnium Sacri Collegii Ordinum communis eſſe cœpit electio, ſi forte aliquis Epiſcopali haud dignitate conſpicuus ad Summi Pontificatus apicem evehebatur, quod raro accidit,

ret

Digitized by Google

tionis ſuæ, & excommunicationis pœna præceperit, & mandaverit diſtrictius inhibendo, ut de cætero aliqua dictæ Baſilicæ cujuſcumque generis, & qualitatis paramenta, & indumenta, vaſis argenteis, & aureis, quæ conteri, aut conſumi non poſſe idem Prædeceſſor cenſuerat dumtaxat exceptis, quibuſcumque Prælatis, & ſuis domeſticis, aliiſque perſonis cujuſcumque gradus, & conditionis, etiamſi eſſent S. R. E. Cardinales, præterquam ejuſdem Baſilicæ Vicario, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, pro uſu perſonarum ſuarum tantum, etiam extra dictam Baſilicam, & præterquam pro uſu Eccleſiarum dictæ Baſilicæ ſubjectarum commodare, ſeu mutuare quocumque modo aut quovis quæſito ficto, vel non ficto colore auderent, vel præſumerent, quorum contrafacientium abſolutionem ſibi, & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus dumtaxat reſervavit, prout in ejus Cedula Motu proprio ſignata latius continetur. (*a*) Nos intelligentes uſu, & experientia compertum eſſe, non modo præceptum, ac prohibitionem hujuſmodi admodum utile dictæ Baſilicæ, ejuſque Sacriſtiæ extitiſſe; ſed quia poſtmodum benedicente Domino complura, ut accepimus, admodum pretioſa, nec mediocri ſumptu, & artificio elaborata aurea, & argentea, ſive ærea vaſa, & utenſilia Divino cultui dicata, partim ex Chriſtifidelium piis, ac præſertim illuſtrium Perſonarum largitionibus, partim vero ex redditibus ejuſdem Baſilicæ aucta, & comparata fuerunt, quæ, ſi paſſim Prælatis, & aliis Perſonis illa frequentiſſime petentibus commodentur, ſucceſſu temporis conteri, aut infringi neceſſe eſt in magnum dictæ Baſilicæ damnum: Idcirco in hoc quoque opportune ut par eſt conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia prædictam Pauli Prædeceſſoris cedulam, cujus tenorem hîc volumus pro expreſſo haberi, harum ſerie

Solis Canonicis Benef. & Cler. commodandum decreverat, præter Vaſa Aurea &c.

Clemens decretum illud confirmat.

Vaſa etiam aurea &c. comprehendens.

approbantes, & innovantes, illamque cum omnibus in ea contentis pœnis, decretis, præcepto, & inhibitione ad hæc etiam extendentes, & ampliantes: eidem Archipresbytero, ejus Vicario, Canonicis, Capitulo, & Sacriſtis ac aliis quibuſcumque Miniſtris, & perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, pariter in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, & excommun. pœna diſtricte, ac perpetuo interdicimus, & prohibemus, ne in futurum aliqua non modo per dictam Cedulam prohibita, ſed etiam quæcumque ex illius tenore permiſſa argentea, aut etiam aurea, ſive ærea, & ex quocumque metallo confecta vaſa, calices, patenas, cruces, ſanctorum Imagines, candelabra, naviculas, lampades, urceos, urceolos, & cujuſcumque generis utenſilia tam ſæcularibus, quam regularibus Eccleſiis, Monaſteriis, Capellis, Oratoriis, lociſve piis, ſive etiam perſonis quavis mundana videlicet Eccleſiaſtica, & Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & alia majori, etiam S. R. E. Cardinal., dignitate præfulgentibus etiam domeſticis, & familiaribus noſtris, aut Succeſſorum noſtrorum, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis fuerint, præterquam ad uſum perſonarum, ut præfertur, de gremio Cleri ipſius Baſilicæ uti voluerint, & aliarum ipſi Baſilicæ ſubjectarum Eccleſiarum commodare, aut ad modicum temporis quovis prætextu utenda concedere audeant, vel præſumant, abſolutionem, & inobedientiam nobis ſcilicet, & Succeſſoribus noſtris dumtaxat reſervantes, præſentiſque Motus proprii ſolam ſignaturam, quæ in Archivio dictæ Baſilicæ regiſtretur, abſque alia data, vel regiſtratura ſufficere, plenamque in judicio, & extra illud, regula contraria non obſtan., fidem facere volumus, & declaramus.

Decreti executionem demandat ſub pœnis &c.

Excipiens ſacra loca ſubjecta Baſil.

Abſolution. ſibi & S. ſucceſſor. reſervat.

Placet Motu proprio Hi.

Pro-

res nimis longa viſa eſt, majorum exemplo uno eodemque die conſecrationem, & reliqua omnia peragere. Auctor Cæremonialis id fatetur (*ſect. 2.*) ſimulque cauſam affert, cur ab inſtitutis majorum recedatur: *Epiſcopalis Conſecratio Electi in Romanum Pontificem, ſi prius non erat Epiſcopus, fieri debet ſecundum majorum noſtrorum inſtitutiones eadem die, qua benedicitur, & coronatur. Sed quoniam noſtris temporibus, brevitatis ſtudio alio die facta eſt, ut in perſona fel. rec. Sixti Papæ IV. qui quum fuit electus, presbyter tantum erat &c.* Hæc ſcribebat Auguſtinus Patritius ſub finem ſeculi xv. & Electus Corcyrenſis evulgabat an. 1517. Rite igitur Clemens VIII. poſt annos quinque & ſeptuaginta conſecratur octo integris diebus ante coronationem, quippe uſu receptum erat, ut contra inſtituta majorum coronatio a conſecratione disjungeretur.

(*f*) Profectio ad Lateranenſem Baſilicam, de qua nuper ſatis multa, ubi ſemel fieri cœpta eſt ſeorſim a Coronatione, nihil mirum, ſi a Clemente duos fere menſes fuit dilata. Profecto qui duas tantum res olim ſpectabamus in Romano Pontifice, Electionem, & Conſecrationem; quatuor jam conſideremus oportet: nam tripertito dividitur Conſecratio. Die ſiquidem Dominico, ſeu alio ſolemni Electus conſecratur Epiſcopus aut benedicitur: alio pariter Dominico ſive ſolemni, Pontificia Corona inſignitur (qui ſane ritus antiquiſſimus, tametſi prima ejus mentio occurrat an. 858. quum S. Nicolaus I. eam ſuſcepiſſe omnium primus videtur (*Pag. in V. Nic. I. n. 2.*) ac denique alio die, inſigni apparatu ad Lateranenſem Baſilicam proficiſcitur.

(*a*) Pauli IV. Motum proprium habes ſupra pag. 41. cum conſule. Illi quidem nota omni temporis carenti poſtremum inter Pauli literas locum tribuimus: hunc vero perinde incerti temporis loco principe conſtituimus, ut de una eademque re agentes minus, quam fieri poſſit, diſſocientur.

(*a*) In

Prohibet ſub pœna excommunicationis, aliiſque pœnis, ne ullus Typographus, aut Bibliopola imprimat aut vendat Pſalterium ad uſum Baſil. Vatic. abſque licentia Capituli, & Canonicorum ejuſdem Baſilicæ.

Ex Autograph. Archiv. Baſil. Capſ.7. Faſc. 269. (a)

AN. CHR. 1593. 19. Jun.

Motu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe magna cura, & diligentia Pſalterium, Preces, laudeſque Divinas feſtis, & profeſtis diebus in dicta Baſilica toto anni circulo vetuſto ejuſdem Baſilicæ ritu, perſolvi

Pſalterium ad uſum Baſilicæ Vatic.

ſolitas complectens, pro eorum, ac totius Cleri ejuſdem Baſilicæ uſu, & commoditate confici, & compilari fecerint, & de proximo illud a mendis omnibus quam diligentiſſime expurgatum, typis excudi facere intendant: verum dubitent ſi a ſingulis Typographis indifferenter imprimatur, ne mendoſum paſſim, & defectuoſum, aut alias incaſtigatum non levi eorum incommodo, & præjudicio in lucem prodeat. Nos igitur operæ precium fore cenſentes, ſive abſurdo, ut par eſt, occurrere; volenteſque dictos Capitulum favore proſequi gratioſo; Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Capitulo, quod deinceps in per-

Imprimi vetat ſine licentia Capituli in ſcriptis

petuum nullus omnino cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit Pſalterium prædictum ſine expreſſa dictorum Capituli in ſcriptis licentia imprimere, aut imprimi facere, vel impreſſum vendere, aut venale proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, diſtrictius inhiben. omnibus, & ſingulis Typographis, bibliopolis, & librorum impreſſoribus, ac mercatoribus, aliiſque perſonis quibuſcumque tam in Italia, quam extra eam, ubilibet conſtitutis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua non niſi per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis ar-

Pœnas contrafacientibus comminatur.

ticulo abſolvi poſſint, in terris vero S. R. E. mediate, vel immediate ſubjectis amiſſionis operis, ac mille ducator. auri de Camera pro una Cameræ Apoſtolicæ, & pro altera medietatibus dictis Capitulo applican. pœnis, & per eos, & alios quoſcumque ipſis auxilium, conſilium, vel favorem præſtan., & talia facien. tacens, & non revelans cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis exiſten. toties quoties id fecerint ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrens, ne Pſalterium hujuſmodi ſub quacumque forma, & quocumque charactere alicubi abſque expreſſa dictorum Capituli in ſcriptis licentia imprimere, ſeu imprimi facere, vel impreſſum vendere, aut venale proponere audeant; vel præſumant.

Quæ etiam non revelantes incurrant;

Decernentes præſentem noſtrum Motum proprium, & deſuper conficiendas litteras ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus a Nobis, & Succeſſoribus noſtris pro tempore emanatis nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & eum, in quo ante erant, ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plena vi reintegratas, ac de novo ſub quacumque etiam poſteriori data per dictos Capitulum eligen. conceſſas fore, & eſſe, ſicque per quoſcumque Judices &c.

Literarum auctoritatem declarat.

etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ac legatos etiam de latere, & vicelegatos ſublata &c jud.&c. debere, ac irritum &c. attentari. Quocirca mandamus Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archipresbyteris, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis; necnon dilectis filiis eorum Vicariis, & Officialibus generalibus ac Sedis Apoſtolicæ Legatis, Vicelegatis, & Gubernatoribus in virtute Sanctæ obedientiæ, eorum vero locatenen., ac cæteris Officialibus, & juſtitiæ miniſtris quibuſcumque ſub pœnis prædictis, & ut præfertur imponen., & applican., ut quoties pro præſentium obſervatione, & exequutione requiſiti fuerint in præmiſſis efficacis defenſionis

Quarum obſervantiam demandat Superioribus.

præſidio aſſiſten. faciant auctoritate noſtra præſentes, & in eis content. quæcumque inviolabiliter obſervari. Contradictores, & rebelles quoſcumque per ſupraſcriptas cenſ. & pœnas etiam ſæpius illas aggravando, & reaggravando, ac alia opportuna juris, & facti remedia compeſcen. invocato &c. auxilio. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii

cii

(a) In edit. Breviar. an. 1673. Summa Motus proprii affertur ex *lib.1. Secretor. fol.30.*

(a) No.

Obſtantia quæcumque removet.

cii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus diætis, & aliis Apoſtolicis, nec non provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitution., & ordination., ac Statutis etiam juramento &c. roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Populo Romano, ſeu officinæ *impreſſoriæ* Romæ erectæ, ac quibuſvis Collegiis, Univerſitatibus, Communitatibus, aliiſque perſonis, ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritan., aliiſque decretis in contrarium etiam motus, ſcientiæ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac alias quomodolibet conceſſis, illis præſertim, quibus caveri debetur, quod Sacri, & alii libri alibi, quam Romæ in dicta officina imprimi aut impreſſi vendi non poſſint ſub cen., & pœnis tunc expreſſis, & alias quomodolibet diſponen., quibus omnibus etiamſi de illis &c. latiſſime hac vice ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat ut petit. Hi.

Et cum abſolutione a cen. ad effectum &c. Et de conceſſione indulto, inhibitione, decreto, mandato, derogatione, aliiſque præmiſſis utſupra in forma gratioſa perpetuo in litteris latiſſime exten. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam denominat. qualit., nuncupat., invocat. anex., aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpec. & exp. fieri poſſit in litteris per Breve noſtrum ſeu officium minoris gratiæ expedien., ſeu ſi dicto Capitulo videbitur, ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, ac juxta illius ſeriem, & tenorem judicari debeat in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtan. (& ad decennium tantum., — Summarium pro expeditione.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum tertiodecimo Kal. Julii anno ſecundo.

Fiat Hi.

Hieronymus Card. Ruſticuccius Vicarius Urbis intimare juſſus Patriarchalibus & Collegiatis ejuſdem Urbis Decreta S. Pii V. de modo inſerviendi & pſallendi in Divinis Officiis, per Jacobum Card. Sabellum ſimiliter Vicarium indicta anno 1566. id facit per hoc Edictum propoſitis pecuniariis, aliiſque gravioribus pœnis.

Ex informi, ſed antiquo exemplo noſtri Archivi Capſ. 7. Faſc. 269. & ex lib. Decretor. Viſitation. noſtræ Baſ. ibid.

AN. CHR. 1593. 30. Sept.

Eccleſiis Patriarchalib. & Collegiat. Urbis

Hieronymus miſeratione Divina Tituli S. Suſannæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Ruſticuccius S. D. N. Papæ Vicarius Generalis (a), Romanæque Curiæ Judex Ordinarius. Univerſis, & Singulis RR. DD. Capitulis, & Canonicis, Beneficiatis, & Clericis S. Joannis Laterani, Sancti Petri in Vaticano, & Sanctæ Mariæ Majoris Patriarchalium, nec non Sancti Laurentii in Damaſo & Sanctæ Mariæ Tranſtyberim inſignium, & aliarum Eccleſiarum Collegiatarum, quibus per bo. mem. Card. Sabellum Prædeceſſorem noſtrum ſervitium præſcriptum, moduſque, & forma eiſdem Eccleſiis aſſignata extitit, inſervien. auctoritate S.D.N. D. Clementis Divina Providentia PP. VIII., vivæ vocis oraculo deſuper conceſſa præſenti ſcripto edicimus, & eorum cuilibet ſub 50. ducatorum locis piis aplican., aliiſque majoribus — Indicit auctor. Apoſtolica.

(a) Nequicquam Cohellius (Notit. Card. Cap. 55.) exemplo utitur Petri Saxonii Anagnini Card. S. Pudentianæ, quo uſus eſt Vicario Honor. III. ut Vicarii Card. originem altius petat. Paulus IV. hiſtoria omni teſte pro Epiſcopis, queis Prædeceſſores uſi erant, Cardinalem Vicarium perpetuum inſtituit unum ex Cardinalibus. Ita Acta Conſiſtorial. apud Rainald. an. 1558. n. 24. *Statuit & ordinavit, ut officium Vicariatus, reduceretur in Collegium Cardinalium, & deputavit Reverendiſs. D. Roſarum cum facultate reformandi quidquid neceſſarium fuiſſet in utroque officio*. Seq. anno 1559. deſiit vivere die 23. Maji. Succeſſorem habuit Jacobum Sabellum, qui vitam perduxit ad an. 1587. Sixtus autem V. Hieronymum Ruſticuccium ei ſuffecit eodem anno: functumque laudabiliter eo munere ad annum 1603. Camillus Card. Burgheſius excepit per biennium; quoad electus Pontifex Pauli V. nomine, perpetuum Urbis Vicarium renunciavit Hieronymum Pamfilium patrum Innocentii X. cui mortuo an. 1610. idem Paulus V. ſubſtituit Joannem Garziam Card. Millinum, qui vitam perduxit ad ann. 1629. Quare Urbanus VIII. contulit Vicarii perpetui munus Martio Card. Ginetto, qui obiit ſupremum diem an. 1671. Huic vero per ceſſionem Card. Palutii Alterii ſucceſſit Card. Carpineus uſque ad an. 1714. quum Clemens XI. in Joannem Dominicum Paracecianum id oneris reclinavit. Qui quum deceſſiſſet an. 1721. paulo poſt Clementis ejuſdem obitum, Fabritium Card. Paulutium ſucceſſorem habuit Innocen. XIII. beneficio, uſque ad anno 1726. quum obiit ſupremum diem. Proſper Mareſoſchus a Benedicto XIII. electus Vicarius perpetuus eodem anno emortuali Paulutii pervenit ad 1732. cui vita functo Clemens XII. ſuffecit Joannem Antonium Card. Guadagnum, qui nunc floret. En ſeries 12. Card. Vicariorum per annos 192. a prima illorum inſtitutione ad annum 1751. quum hæc ſcribimus.

(a) Erat

Rationem inſerviendi Divinis Officiis.

bus arbitrio noſtro imponen., & erogan. pœnis, debeant, & quilibet eorum debeat in ſingulis eorum Eccleſiis ſinguli adeſſe, & illis deſervire juxta per nominatum Card. Sabellum traditam formam, cujus copiam eis, & cuilibet ipſorum tranſmittimus; quam formam, continentiam, & tenorem ab omnibus, & ſingulis RR. DD. Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, & Capitulis obſervari omni colluſione, & cunctat. excluſa, & ad hoc ut melius obſervetur folium dicti Servitii formam in ſe continens, quod eis, & cuilibet ipſorum tranſmittimus in Sacriſtia, & loco evidenti cujuslibet ex Eccleſiis prædictis affigi, & ab inde non amoveri ſub eiſdem, & aliis etiam gravioribus pœnis jubemus; decernentes, quod præſentium executio, uni ex Camerariis Canonicis dimiſſo dicti ſervitii folio, facta ita alios arctet, perinde ac ſi unicuique perſonaliter fuiſſent intimatæ, vel oſtenſæ. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 30. Septembris 1593.

Juxta normam Cardin. Sabelli Vic. S. Pii V.

Ant. Maziottus Not.

Nos Jacobus miſeratione Divina tit. S. Mariæ in Coſmedin S. R. E. Presbyter Card. Sabellus S.D.N.D. PP. Vicarius Generalis RR. DD. Canonicis, & Capitulo, nec non Beneficiatis, & Clericis Baſilicæ B. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe tenore præſentium vivæ vocis oraculo deſuper nobis facto (*a*) a S.D.N. Pio Papa V. Inrimamus, & mandamus, & præcipimus, ut in Divinis Officiis in dicta Baſilica adſint, & deſerviant modo infraſcripto, videlicet: Ut omnes Canonici Beneficiati, & Clerici dictæ Baſilicæ omnibus diebus Dominicis, & feſtis, eorumque Vigiliis, ut inferius adnotabitur, ac Quadrageſimæ diebus, Adventu autem Chriſti Domini duæ eorum partes, reliquo vero anni tempore dimidia eorum pars ſingulis menſibus per alternas hebdomadas Matutinali Officio Miſſæ, & Veſperis, necnon Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, & Completorii horis in Choro, ubi celebrantur, perſonaliter interſint, deſerviant & pſallant, Dei nomen reverenter diſtincte, devoteque laudando.

Servitium temp. Adventu. a S. Pio V. inſtitut.

Ratio percipiendor. fructuum.

Canonicus qui Matutinali Officio aderit bol. 45. Miſſæ 20. Veſp. 30., qui aliis horis intererit pro qualibet hora bol. 10. percipiet. Beneficiatus vero dimidium ejus quod Can. ſupra aſſignatum eſt. Clericus autem quartam partem juxta conſuetam Eccleſiæ diviſionem habeat (*b*), ſi quæ autem majora ſtipendia nonnullis ſolemnibus, aliis diebus juxta Eccleſiæ conſuetudinem diſtribuuntur, ea ſalva, & integra permaneant.

Si quis vero ſingulis menſibus per quindecim dies ſaltem Matutino, & Veſp. & Miſſæ non inſervierit, præter damnum Punctationis dimidiam ejus partem quam eo menſe quacumque ratione percipere potuiſſet, omni colluſione, & remiſſione excluſa amittat, quæ pars una cum mulcta punctationis deſervientibus eo menſe jam nunc aſſignata inter eos pro ſervitii, & uniuſcujuſque Ordinis ratione dividatur. Permittimus tamen eis propter malam aeris intemperiem, in menſibus Julii, & Auguſti, exceptis Dominicis, & aliis feſtis in Tabula notatis per Quartarias ut valeant deſervire. Volumus autem, ut Officium Mortuorum per Beneficiatos, & Clericos celebrari ſolitum nullatenus omittatur; Quodque Proceſſiones, & alia Officia non expreſſa tam intra, quam extra Eccleſiam per Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ex conſuetudine Eccleſiæ dici, & celebrari ſolita non negligantur, ſed omnino celebrentur, ac fiant. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes fieri, ſigillique noſtri juſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ in Ædibus noſtris die ultimo menſis Novembris 1566. Pontificatus S.D.N. Pii PP. V. anno primo.

Quicquid mittunt abſentes dividitur inter deſervientes.

Januarius.

Dies Circumciſionis Officium integrum videlicet Matutinum, Miſſa, Veſp., & reliquæ Horæ, & ſic ſucceſſive in reliquis feſtis. Vigilia Epiphaniæ Veſper. tantum, Epiphania Domini, Feſtum Catedræ S. Petri (*c*) Converſio S. Pauli (*d*).

Dies communes enumerantur cum debito ſervitio.

Februarius.

Dies Purificationis, Feſtum S. Blaſii (*e*) Fe-

(*a*) Erat tum Archipresb. noſtræ Baſil. Alexander Card. Farneſius, qui ab an. 1543. ad 1589. per quinque & quadraginta annos eidem præfuit. Qua vero auctoritate is polleret, habes (*Tom. 2. pag. 439. & ſeqq.*) Conſule præſertim *pag. 441. not. a.* Mitto Juriſdictionem propriam & aliorum Archipresbyterorum Patriarchalium, quam poſtea Innocentius XII. aliquatenus coarctavit. Hinc autem facile quis intelligat, quare Card. Sabellus delegata ſe facultate uti profiteatur; quippe cui nullum omnino jus competebat in Canonicos &c. Vaticanæ Baſilicæ. Perinde factum vides a Ruſticuccio Cardinali, cujus tempore erat Archipresbyter Card Evangeliſta Pallotta quem Sixtus V. multis cumulavit honoribus, utpote familiarem ſuum, omni virtutum genere commendabilem, ac præcipue Archipresbyterum noſtræ Baſilicæ renunciavit an. 1589. cujus Canonicum feceræt in Pontificatus primordiis.

(*b*) Fuſius iſta legeſis in laudatis capitibus Conſtitutionum *pag. 29. & ſeqq.*

(*c*) Feſti hujus inſtitutio recens; videlicet ante annos decem per Paulum IV. videſis quæ ajebam in notis *pag. 34. & ſeqq.* hujus volum.

(*d*) Feſtum S. Jo. Chryſoſtomi deſideratur, utpote inſtitutum ab Urbano VIII. de quo infra.

(*e*) Deeſt Feſtum S. Gregorii II. namque illud inſtituit ex pio Legato Card. Franc. Barberinus Urb. VIII. nepos.

Feſtum aliud Cathedræ Sancti Petri, Feſtum S. Mathiæ.

Juxta eorum tempor. conſuetudinem.

Martius.

Feſtum Sancti Gregorii (*a*), Feſtum Annunciationis.

Aprilis.

Paſcha Reſurrectionis Domini cum duobus ſequentibus (*b*) Feſtum S. Marci.

Majus.

Feſtum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, Feſtum S. Crucis. Vigilia Aſcenſionis Domini Veſp. tantum. Aſcenſio Domini. Vigilia Pentecoſtes Veſperæ tantum. Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.

Junius.

Vigilia Corporis Chriſti Veſp. tantum, Dies Corporis Chriſti cum tota Octava, S. Antonii de Padua (*c*), Vigilia Apoſtolorum Veſp. tantum. Dies eorumdem, Dies S. Joannis Baptiſtæ (*d*).

Julius.

(*e*) Octava Apoſtolorum, (*f*) Feſtum S. Jacobi (*g*) Feſtum S. Petronillæ (*h*).

Auguſtus.

S. Petri ad Vincula (*i*), S. Laurentii, Vigilia Aſſumptionis Veſperæ tantum, Feſtum Aſſumptionis, Feſtum Sancti Bartholomæi.

September.

Feſtum S. Ægidii (*k*). Nativitas Beatæ Mariæ, Feſtum S. Matthæi, Feſtum S. Michaelis.

October.

S. Franciſci, S. Lucæ. Vigilia SS. Simonis, & Judæ Veſp. tantum, Feſtum eorumdem, Vigilia omnium Sanctorum.

November.

Dies omnium Sanctorum, Dies defunctorum (*l*). Vigilia, & Feſtum Dedicationis Baſilicæ, Feſtum S. Mauti, Feſtum Sanctæ Catherinæ, Feſtum S. Andreæ.

December.

Feſtum Conceptionis, S. Thomæ, Vigilia & dies Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis, Vigilia Circumciſionis Veſp. tantum. In quorum &c. Die ultima menſis Novembris 1566.

Jacobus C. Sabellus Vic.

Tranſumtum Decretorum Sacræ Viſitationis S.D.N.D. Clementis Divina Providentia PP. VIII. (*m*)

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 7. Faſc. 269.

AN. CHR. 1593. 2. *Octobr.*

I. Intimetur omnibus, & ſingulis RR.DD. Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Patriarchalium, & Collegiatarum, ac aliarum Urbis Eccleſiarum ex Ordine S. D. N. D. Clementis Papæ VIII., ut diebus ſaltem Dominicis, & feſtivis de præcepto Miſſam celebrent, & Diaconi, ac Subdiaconi iiſdem diebus cum Altari miniſtraverint Sacram Communionem ſuſcipiant. Qui vero id omiſerint (niſi legitima cauſa impediantur) ſuorum Canonicatuum, aut beneficiatorum per eum diem diſtributiones, & fructus in foro conſcientiæ non faciant ſuos.

Onus presbyter. Diaconorum & Subdiac. altari miniſtrantium dieb. feſt.

Jacobus Butius Not.

II. Intimetur omnibus, & ſingulis RR. DD. Patriarchalium, & Collegiatarum Urbis Eccleſiarum Canonicis, & Beneficiatis, ac Clericis, qualiter S.D.N.D. Clemens Papa VIII. die 20. menſis Novembris 1592., in Congregatione declaravit, omnes Patriarchalium, & Collegiatarum Urbis Eccleſiarum Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, qui miſſam non celebrabunt, & qui non ſument ſacram Euchariſtiam juxta formam decreti jam editi amittere tantum quotidianas diſtributiones, quas voluit accreſcere pro rata aliis eo die celebrantibus, & communicantibus. Inſuper declaravit, quod ſi contigerit eum, qui fungi debet munere Dia-

Celebrandi, ac reſpective communicandi ſub pœna amiſſion. fructuum ejus diei.

(*a*) Feſtum deſideratur S. Joſeph ex poſteriori inſtitut. Romuli Spetioli presb. Beneſ. die 19.

(*b*) Item S. Leonis a Clem. XI. inſtitutum.

(*c*) S. Silverii feſtum ex pia inſtitut. Silverii Campanæ presb. beneſ. die 20. & die 22. SS. Martyrum &c. noſtræ Baſil. inſtit. a Franc. Card. Nerlio Archipresb.

(*d*) Commemoratio S. Pauli, die 30.

(*e*) Dies 3. SS. Proceſſi & Martiniani ex pia inſtit. Ant. Mariæ Aldobrandini presb.

(*f*) Dies 22. S. Mariæ Magdalenæ ex pia diſpoſ. Hugonis Ubaldini Can. Decani.

(*g*) Dies S. Annæ ex pia diſp. Ludov. Lentii presb. Can.

(*h*) Spectat ad diem 31. Maji, ſed forſan hic ponitur, tanquam eo anno, ut ſæpe alias translatum propter Octavam Pentecoſtes.

(*i*) S. Hormiſdæ feſtum ex Silverii Campanæ diſpoſit. ut ſup. de S. Silver. die 9.

(*k*) Anton. Petri in Diar. Mſs. ad *an.* 1409. *fol.* 17. *Die*, inquit, *Dominico, primo m. Septemb. qui fuit etiam feſtum Sancti Ægidii.... Camerarii Cameræ exiverunt per portam Caſtri S. Angeli cum ſociis ad faciendum dictum feſtum, ut moris eſt, quia porta Viridaria erat clauſa.* Et hodie ibi cantatur Miſſa ſine aſſiſtentia: neque eſt amplius dies communis.

(*l*) Dies S. Caroli ex pio Legato Caroli Card. Barberini noſtræ Baſil. Archipresb.

(*m*) Singuli horum Decretorum Articuli Conſtitutionibus, ſeu Conſtitutionum Capitibus a Paulo V. probatis, quæ leguntur quotannis in Choro noſtræ Baſilicæ, inſerti ſunt; atque ut reliqua Conſtitutionum Capita vigent in noſtra Baſilica. De aliis, ad quas iidem extenduntur, noſtra nihil refert.

(*a*) Poſt

Si Diaconus inſerviens eſſet presbyter ſatis facit, celebrando miſſam.

Diaconi, vel Subdiaconi Altari miniſtrando, ordini Sacerdotali inſignitum eſſe, & quo die percipere a celebrante Sacroſanctam Euchariſtiam juxta formam Decreti debet, ſi maluerit ipſe Miſſam celebrare huic decreto ſatiſfacere. Illum autem, qui munus ſuum per alium exequetur, decreto nullo pacto ſatisfacere.

Jacob. Butius Not.

III. Intimetur omnibus, & ſingulis RR. DD. Patriarchalium, & inſignium, ac aliarum Eccleſiarum Collegiatarum Canonicis de ordine S.D.N.D. Clementis Divina providentia Papæ VIII. qualiter S.D.N.D. Clemens Papa Octavus decrevit, ne in poſterum Illuſtriſſimi DD. S.R.E. Cardinales Baſilicarum Urbis Archipresbyteri, aliarumque Eccleſiarum Præsbyteri, ſeu Diaconi tam præſentes, quam pro tempore exiſtentes per ſe ipſos ſoli, neque cum Canonicorum conſenſu, multoque minus Canonici, vel Capitula ipſa, quomodocunque quovis prætextu omni remiſſione excluſa diſpenſare, aut exemptionem, ac facultatem concedere poſſint Canonicis, aliiſque, qui ſtatis horis Choro intereſſe debent, ut tempore abſentiæ diſtributiones intereſſentibus tantum dari conſuetas ulla ratione lucrari, aut percipere poſſint, cujuſmodi facultatibus S.D.N. eos omnino carere voluit. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis privilegiis, facultatibus conceſſis, & innovatis, ac conſuetudinibus etiam juramento, ac confirmatione Apoſtolica roboratis.

Nec Archipresb. nec Capitulum diſpenſare poſſunt abſentes ut lucrentur.

IV. Intimetur RR.DD. Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Patriarchalium Sancti Joannis Lateranenſis (a), S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris de Urbe de ordine S. D.N.D. Clementis Papæ VIII., ut de cætero omnes in Choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei Nomen reverenter, diſtincte, devoteque laudent juxta formam decreti Congregationis Sacri Concilii Tridentini in cauſa pro RR.DD. Canonicis S. Petri. Quod qui non fecerint quotidianas diſtributiones non lucrentur.

Jacob. Butius Not.

V. De mandato S.D.N.Clementis PP.VIII. præcipitur omnibus, & ſingulis Canonicis, & Capitulis Patriarchalium, & Collegiatarum Urbis Eccleſiarum, ne de cetero diſtrahere, aut alienare præſumant venditionis, donationis, aut quovis alio titulo etiam oneroſo quaſcumque marmoreas ſtatuas, Columnas, Tabulas, aut lapides cujuſvis generis magni valoris ad eorum Eccleſias quomodolibet pertinentes abſque S. Sedis Apoſtolicæ beneplacito ſub pœnis, & cenſuris &c. Datum Romæ die VIII. menſis Maji 1593.

Statuas, columnas, lapides &c. Eccleſiar. nemo alienare poteſt abſq. auct. Apoſtol.

Andreas Sorbolongus Sec. Viſit.

VI. De mandato S.D.N. Clementis Divina providentia Papæ VIII. Intimetur omnibus, & ſingulis RR. DD. Canonicis & Capitulis Baſilicarum Principis Apoſtolorum S. Petri, & S. Mariæ Majoris, necnon Sancti Laurentii in Damaſo, & S.Mariæ Tranſtiberim inſignium Collegiatarum Urbis Eccleſiarum, ut de cætero proviſis pro tempore de Canonicatibus, & præbendis, ac Beneficiatuum, & Clericatuum in ingreſſu, ſeu poſſeſſionis adeptione aliquam pecuniam, niſi illam tantum neceſſitatibus Sacriſtiæ exigant, ſi tamen ante Concilium Tridentinum ſolvebatur, reliquam vero pecuniam pro regaliis Cantorum, Sacriſtiæ, Manſionariorum, & aliorum Eccleſiarum pro tempore officialium, vel pro jentaculis minime recipiant ſub pœnis contentis in Decreto Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 14. *In pluribus*, & aliis arbitrio S.D.N. reſervatis. Quibuſcumque conſtitutionibus, ſeu potius corruptelis tanquam ſcandaloſis omnino rejectis. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 2. Octobris 1593.

Quid largiri permiſſum, quid vetitum novis Canonicis Benef. &c.

Jacob. But. Viſit. Apoſt. Not.

VII. De mandato S.D.N. Clementis Divina providentia PP. VIII. Intimetur omnibus, & ſingulis RR.DD. Canonicis, & Capitulis Baſilicarum Principis Apoſtolorum S. Petri, S. Mariæ Majoris, & S. Mariæ in Tranſtiberim, aliarumque Collegiatarum Almæ Urbis, ne de cetero aliquam pecuniam Capitula, & Officiales recipiant pro proviſionibus beneficiorum ad eorum collationem ſpectantium. Notariis autem mercedem ſuo labori convenientem, quæ tamen pro ſcriptura, ſigillo & cæteris omnibus computatis unum aureum non excedat accipere poſſint, & dummodo ipſis Notariis pro eorum officio exercen. aliquod ſalarium conſtitutum non ſit, & ex pecunia, quam Notarii accipient, nihil prorſus Collatores percipiant ſub pœnis contentis in decreto Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 14. *in pluribus* & aliis arbitrio S.D.N. Papæ reſervatis. Quibuſcumque Conſtitutionibus, ſeu potius corruptelis tanquam ſcandaloſis omnino rejectis, & abrogatis. In quorum fidem. Datum Romæ die 2. Octobris 1593.

Nil pro collatione Beneficior. accipiend. Notario tantum pro ſcriptura &c. liceat unum aureum accipere

Jacob. Butius Viſit. Apoſt. Not.

De-

(a) Poſt definitionem S. Pii V. de qua *pag.* 72. & *ſeqq.* ſatis multa, principem ſemper locum tenuit Capitulum Lateranenſe.

Detentores Bonorum ad Baſilicam pertinentium prius monitos, publice excommnnicandos decernit, quoad plene ſatisfecerint. Eidemque pœnæ ſubjicit non revelantes hujuſmodi detentiones uſque ad revelationem.

Ex Autogtapho in Archiv. Baſil. Capſ. 8. Faſc. 271.

AN. CHR. 1593. 13. *Decemb.*

Canonici dolent bona Baſil. detineri, & celari.

Pontifex mandat Epiſc. &c. ut reſtitui, aut revelari curent.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Theatin., ac Sulmonen., & Aquilan. Epiſcopis, ſeu dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus; ſalutem, & Apoſtolicam Bened. Significarunt nobis dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, Cenſus, terras, domos, poſſeſſiones, bona mobilia, & immobilia, Scripturas concernentes præſertim Collationes Beneficiorum, ac jura, nec non pecuniarum ſummas auri, & argenti quantitatem, domuſque ſupellectilia magni momenti, ad menſam capitularem dictæ Baſilicæ legitime ſpectantia, ſubtraxetunt, & temere occuparunt, eaque malitioſe occultare, ac occulte, & indebite detinere præſumpſerunt, & præſumunt: ex quo prædictæ menſæ gravia damna valorem quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum ſuarum periculum, & dictæ menſæ non modicum detrimentum. Super quo iidem ſignificantes Apoſtolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca fraternitati veſtræ Fratres Archiepiſcope, & Epiſcopi, ſeu diſcretioni veſtræ filii Vicarii per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos & quilibet veſtrum videlicet in ſuis Civitate, & Diœc. ſi cauſa diligenter, & magna maturitate per vos examinata pro rei, loci, temporis, & perſonæ qualitatibus totis pro veſtra conſcientia videbitur expedire, contra hujuſmodi bonorum detentores, & illorum celatores, aut alias ſcientiam habentes, ac damnorum illatores occultos ex parte veſtra publice in Eccleſiis coram populo per vos, vel alium, ſeu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea prædictæ menſæ a ſe debita detentores quidem, & occupatores reſtituant, occultatores vero, ac illa ſcientes revelent. Et ſi id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hæc duxeritis peremptorie præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, eamque faciatis ubi, quando, & quoties expedire videritis, uſque ad ſatiſfactionem condignam, & revelationem debitam ſolemniter publicari. Volumus autem, quod ex revelatione hujuſmodi, ſi eam fieri contingat, non poſſit, niſi pro civili intereſſe, & civiliter tantum agi, & aliter revelatio ipſa neque in judicio, neque extra judicium fidem faciat.

Aſſignando eis terminum competentem.

Alias excommunicationem in eos ferant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio. Idib. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Confirmat locationem cujuſdam Domus in Burgo novo a Capitulo factam Juliæ de Opicis juſta de cauſa, quamquam eadem domus devoluta jam eſſet ad menſam Capitularem, vita nimirum durante ejuſdem Juliæ.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

AN. CHR. 1595. 26. *Nov.*

Domus locata a capitulo in emphyteuſim.

** Sic.*

AD futuram rei memoriam. Expoſitum Nobis nuper fuit pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Juliæ de Opicis rel. q. Baptiſtæ Fregoſini, dum vixit, in Urbe Fabrilignarii, nunc dilecti filii Joſephi Blanchi fabrilignarii de Narnio uxoris, quod dudum, videlicet de anno * 1595. dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe quamdam domum ſitam in Burgo novo, juxta ſuos notiſſimos fines ad eorum menſam Capitularem ſpectan. eidem Baptiſtæ Fregoſino in Emphyteuſim ad tertiam generationem, vel nominationem ſub annuo canone ſcutorum quiodecim monetæ certis tunc expreſſis terminis perſolvendo, & cum promiſſione per dictum B. facta, quod in melioramentis d. domus ſcuta trecenta quinquaginta ſimilia exponeret, & cum aliis pactis, conditionibus, & clauſulis in Inſtrumento deſu-

Cum pacto meliorament. faciendi.

Moritur is, & unicus ejus filius absque liberis.

desuper per q. Simonem Tegeronum Notarium rogato latius expreſſis conceſſerunt, quodque d. B. prædefuncto, q. Marcus Aurelius ipſius Baptiſtæ ex d. Julia filius in d. domus poſſeſſione ſucceſſit, qui Marcus Aurelius cum exercitu noſtro Eccleſiaſtico unius Cohortis Peditum Anteſignanus in Hungariam adverſus Turcas Chriſtianæ fidei hoſtes profecturus (a), cum filios non haberet, d. Juliam ejus Matrem nominavit, quæ in d. domo ſuccederet, prout in alio Inſtrumento per Michaelem Volam Notarium rogato etiam dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, d. Marcus Aurelius in expugnatione Civitatis Strigoniæ a noſtris facta ſtrenue dimicans occubuerit, ipſaque Julia Mater, accepto mortis nuncio dictis Capitulo, & Canonicis nominationem per dictum Marcum Aurelium factam in ejus perſonam denunciaverit; ipſi vero Capitulum, & Canonici nominationem hujuſmodi admittere ex cauſis tunc expreſſis renuerint, domumque prædictam ad eos legitime devolutam eſſe prætenderent; dicta Julia ob ejus paupertatem de Jure ſuo in præmiſſis experiri non valens, nec intendens, ab eiſdem Capitulo, & Canonicis obtinuit, quod domum eamdem ſibi, quoad viveret, aucto canone, ad alia quindecim ſcuta ſimilia, ſolutis ulterius ſcutis triginta pro una vice, concederent, prout iidem Capitulum, & Canonici ejuſdem Juliæ ſtatum commiſereſcentes illi juxta tenorem Inſtrumenti deſuper per dilectum filium Quintilianum Notarium rogati conceſſerunt. Cumque d. Julia pro firmiori d. conceſſionis ſubſiſtentia cupiat per Nos auctoritate Apoſtolica confirmari; Nos eidem Juliæ ſpecialem gratiam facere volentes, ac Inſtrumenti ultimo dicti tenores, ac ſi ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, ſupplicationibus ejuſdem Juliæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; conceſſionem ipſi Juliæ de dicta domo ad vitam, ut petit. factam, ac Inſtrumentum deſuper celebratum hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in illo contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ confirmationis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Decernentes conceſſionem eamdem ipſius Juliæ vita durante validam firmam, & efficacem fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere debere, nec ipſam Juliam a quoquam ſuper pacifica dictæ domus poſſeſſione moleſtari, perturbari, vel inquietari debere, nec poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. fel. rec. Pauli II. Sixti V. & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ, & dictæ Baſilicæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Baſilicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Idem filius matrem nominaverat in Turcas abiens.

Eidem Capitulum concedit domum ad vitam aucto Canone.

Pontifex hanc conceſſionem ratam habet.

A motis quibuſcumque obſtantibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die 26. Novembris 1595. Pontificatus noſtri anno quarto.

Sixti

(a) Turcarum rebus nimium ſecundis in Hungaria, atque opem jugiter flagitante Rodulpho II. Aug. hoc demum an. 1595. Clemens VIII. eo miſit duodecim millia peditum ac mille equites Joanne Aldobrandino nepote ſummo copiarum Duce. Hiſce auxiliis Imperator, qui Strigoniam ceperat, Arcem ejus civitatis ad deditionem compulit, multo tamen amiſſo milite, præſertim ex Italia, Italorum quippe ſtrenuitati victoria illa fuit adſcripta.

(a) Ex-

Sixti V. trium Conſtitutionum ſuper unione, atque annexione Capellæ Juliæ, Sacriſtiæ, Camerariatus exceptorum ac Vinearum &c. ſummam præmittit; necnon Pauli IV. & aliorum Prædeceſſorum conſtitutiones, queis vetantur Canonici locare conſanguineis &c. ſummatim recenſet. Deinde multis harum Capitibus derogat; atque unione reſciſſa in ſtatum priſtinum revocat adminiſtrationem Capellæ Juliæ, Sacriſtiæ, exceptorum &c. Privilegia, aliaque plura in iis contenta rata habet, & confirmat.

Ex Autogr. Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 12. Faſc. 277

AN.CH: 1596. 22. *Apr.*

Summa Litterarum Pauli IV circa locationes

AD perpetuam rei memoriam. Dudum fel. rec. Paulus Papa Quartus Prædeceſſor noſter ſtatuit, & ordinavit (*a*), quod de cætero locationes, & conceſſiones de quibuſvis Pratis, Tabernis, Hoſpitiis, Nemoribus, Silvis, Capannis, Hortis, Vineis, Caſalibus, Domibus, aliiſque rebus, & bonis ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, & ejus Menſam Capitularem ſpectantibus, & pertinentibus extraneis perſonis faciendæ, non niſi in Capitulo, nec per voces, ſed fabas albas, & nigras, ac alias ſervatis de jure ſervandis, licet forſan ita moris non eſſet, neque etiam ipſius Baſilicæ, Canonicis, Beneficiatis, Clericis, ac aliis perſonis eis ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis conjunctis, ſeu attinentibus fieri poſſent, nec deberent, alias locationes ipſæ nullius eſſent roboris, vel momenti, nullumque jus cuique tribuerent: Ac quod in location. aliis perſonis ſic faciendis non niſi Canonici prædicti ſe intromitterent, certis pœnis in contrafacientes appoſitis, & comminatis:

Item Sixti V. literæ de eadem re.

Et deinde per piæ mem. Sixtum Papam Quintum etiam Prædeceſſorem noſtrum accepto quodam dictæ Urbis ſtatuto Apoſtolica auctoritate confirmato caveri, quod finito tempore locationum de Domibus, Vineis, Hoſpitiis, & aliis Baſilicæ, ac Menſæ prædictarum bonis factarum, ſeu linea eorum, quibus locata eſſent ipſa bona Emphyteotica illis, qui de genealogia, & ſanguine priorum Conductorum forent, iiſdem pactis conditionibus, & tenoribus relocentur, & concedantur extraneis, Hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus excluſis, & ad id directus Dominus omnino compellatur, ex quo ſtatuto Baſilica, & menſa prædictæ maximum recipiebant damnum, & detrimentum ex eo proveniens, quod penſiones, Canones, & reſponſiones Domorum, & aliorum bonorum hujuſmodi temporum conditione ita permittente, auctæ jam erant, & magis augeri in poſterum poterant. Idem Sixtus Prædeceſſor, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſub Dat. videlicet Kalen. Junii Pontificatus ſui anno quinto (*b*) auctoritate Apoſtolica decrevit, & declaravit prædictam Baſilicam, necnon Capitulum, Menſam, & perſonas illius quoad bona ejuſdem Baſilicæ, & illius Menſæ, Sacriſtiæ, Canonicatuum, & Præbendarum, beneficiorum, & Cappellaniarum ſub dicto ſtatuto nullatenus comprehendi, ſed ab illo omnino excipi, exceptaque fuiſſe, & eſſe, nec aliquos ex Capitulo, & perſonis prædictis ad relocandum, & concedendum quævis hujuſmodi bona ad dictam Baſilicam, & Menſam devoluta, ac devolvenda Hæredibus, & ſucceſſoribus priorum Emphyteotarum ſub conditione, & pactis, quibus eadem bona illis locata fuerant, in vim, ſeu prætextu dicti ſtatuti, vel alias quomodolibet cogi, nec compelli, ſed bona ipſa Hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, vel quibuſvis aliis meliorem conditionem offerentibus ſub quibuſcumque aliis canonibus, reſponſionibus, pactis, & conditionibus Baſilicæ, & Menſæ hujuſmodi utilioribus libere dare, & concedere, ſeu ſi videretur, pro ſe retinere poſſe; Et inſuper expreſſe, ac perpetuo prohibuit, & interdixit, ne ipſi Canonici, & Capitulum cujuſvis conſuetudinis, conſtitutionis, & facultatis etiam de jure eis quomodolibet competen. vigore, aut prætextu, neque etiam in caſibus ab ipſo jure permiſſis quaſcumque Domos, vineas, poſſeſſiones, prædia, aut alia bona immobilia in Emphyteuſim etiam perpetuam, aut

Qui eaſdem Capitulo damnoſas repertas correxerat.

Aliud decretum pro bonis Baſil. contra Statuta Urbis.

(*a*) Extant hæ literæ Apoſtolicæ *pagin.* 39. hujus Volum.

(*b*) Hæ pariter literæ editæ ſunt *pag.* 158. Utraſque videſis.

(*a*) Pau-

aut ad Tertiam, vel aliam generationem, ſeu ad vitam, aut aliud certum, vel incertum tempus, ſeu in locatione etiam ab antiquo concedi ſolita, ſi per lineam finitam, lapſum temporis, aut alias quovis modo ad ipſum Capitulum, ejuſque Menſam devoluta eſſent, de novo, ſine ſedis Apoſtolicæ beneplacito, vel licentia ante, vel poſt celebrationem contractus, ſed omnino ante traditionem poſſeſſionis, aut ſi illa tradenda non eſſet, ante lapſum duorum Menſium a die celebrati contractus impetran. quibuſvis perſonis etiam priorum Emphyteotarum, vel Conductorum deſcendentibus, vel conſanguineis, aut propinquis ſive aliis extraneis etiam meliorem conditionem, & utiliorem offerentibus, ultra Triennium locare in Emphyteuſim, vel affictum, aut alias de novo concedere, vel caducitatem ipſam, aut devolutionem alias, quam ob canones citra quadriennium non ſolutos, provenien., quibuſvis Emphyteotis, ſeu Conductoribus, ſine ſimili beneplacito tacite, vel expreſſe remittere, aut condonare auderent, vel præſumerent, alias irritum & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctorite ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, exiſteret. Ipſique contrahentes pœnas in conſtitutionibus Apoſtolicis de rebus Eccleſiæ non alienandis, & ultra Triennium non locandis, præſertim piæ mem. Pauli Secundi quæ incipit: *Ambitioſæ* (a), & aliorum Romanorum Pontificum itidem Prædeceſſorum noſtrorum, quæ etiam ad hos caſus extenſæ cenſerentur, contentas eo ipſo incurrerent, quin etiam omnes conceſſiones de domibus prædictis, & aliis bonis devolutis, ſeu alias recuperatis citra Biennium tunc proxime præteritum ſic factas, niſi ambæ partes communi conſenſu intra tres menſes ab ea die numerandos, confirmationem a Sede Apoſtolica in forma, ſi in evidentem &c. impetrarent, & debitæ executioni demandari curarent. Similiter ex tunc reſcidit, annullavit, & irritavit neminique unquam quantacunque, etiam longiſſimi temporis poſſeſſione, ſeu detentione poſtea ſubſecuta de cætero ſuffragari decrevit, ſed voluit licere eiſdem Capitulo, & Canonicis bonorum ſic conceſſorum, ſeu locatorum poſſeſſionem propria auctoritate abſque ulla Judicis declaratione, aut Miniſterio recuperare, nec caducitatem, aut devolutiouem ob non ſolutos Canones aliter remitti, aut condonari in caſibus prædictis non ſolutionis citra quadriennium prædictum, quam de expreſſo Archipresbyteri, & Capituli prædictorum conſenſu, neque unquam per receptionem canonum, patientiam, vel tolerationem diuturnæ poſſeſſionis, aut alias ipſi Capitulo, quominus caducitatem ipſam, ſeu devolutionem quandocumque acceptare valeat, præjudicium ullum inferri poſſe declaravit. Et ſucceſſive ejus ſimili motu ſub Dat. VI. Idus Junii dicti Pontificatus ſui anno etiam quinto inter cætera ſub excommunicationis majoris, & ſuſpenſionis a divinis pœna ſtatuit, & ordinavit (b), ut omnes dicti Capituli Officiales, ac bonorum Adminiſtratores perpetuis futuris temporibus poſtquam ſua computa reddiderint, & ea ſolidata extiterint, teneantur infra menſem dimittere, & conſignare in Archivio ejuſdem Capituli, & Baſilicæ, libros Cenſualium, quietantiarum, mutui, folia diſtributionum communium, feſtivitatum, proceſſionum, exceptorum, mandatorum cum mandatellis, & quietantiis ſolutionum factarum ex parte ejuſdem Capituli, & Canonicorum Camerariorum pro tempore exiſtentium inſimul in uno volumine ligata, eaque omnia, & alias ejuſdem Baſilicæ ſcripturas cujuſvis generis a nemine quavis auctoritate Eccleſiaſtica vel mundana fungen. ex dicto Archivio ſub ſimilis excommunicationis, vel ſuſpenſionis pœna amoveri prohibuit, niſi ex licentia Archipresbyteri ejuſdem Baſilicæ in ſcriptis obtinen., & relicta in dicto Archivio fide de recepto. Et inſuper cedulas dicti Pauli Quarti, aliorumque forſan. Rom. Pont. prædeceſſorum ſuorum litteras, forſan deſuper confectas approbando, confirmando, & innovando illas ad terminos ſtatuti, ac prohibitionis ab illo emanat. hujuſmodi extendit, quod videlicet locum haberent in omnibus, & quibuſcumque ipſius Baſilicæ bonis, prædiis tam Urbanis, quam ruſticis, domibus, vineis, poſſeſſionibus tam eatenus acquiſitis, quam poſtea acquirendis, & ad ipſam Baſilicam quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, nullis prorſus exceptis, necnon Canonicis, Beneficiatis, Clericis, eorumque conſanguineis, vel affinibus prædictis uſque ad quartum gradum incluſive, & dummodo ipſos Canonicos, Beneficiatos, Clericos eorumque conſanguineos, aut affines conditionem meliorem, & ipſi Baſilicæ utiliorem, quam alios extraneos in hujuſmodi location. coram Archipresbytero prædicto offerre non conſtaret; nam, ſi id conſtaret, liceret eis, & cuique

Ac vetans Canonicos novum contract. facere ultra trien. ſine Auct. Apoſt.

Pœnis Conſtitutionum de non alienando propoſitis.

Ex non ſolutis Canonibus ultra quadrienn. caducitas.

Idem Sixtus aliis litteris mandarat ſcripturas omnes in Archivum inferendas.

Sub excommun. pœna, quam ad extra bentes extenderat, ſine Archip. licentia.

Canonicis &c. melior. conditionem offerentibus locationes conceſſerat.

(a) Pauli II. Conſtitutionem dabes inter Extravag. communes, itemque Bullar. Tom. I. pag. 400.

(b) Has item litteras habes ſupra pag. 160.

(a) Pe-

cuique eorum meliorem conditionem ab eodem Archipresbytero approban. offerre, ac etiam prædicta omnia, & quæcumque alia bona eorum cuilibet licite locari poſſent. Et poſtremo ſimili motu ſub Dat. v. Kalen. Octobris dicti Pontificatus ſui anno pariter quinto (a) Capellæ Juliæ nuncupat. per ſimilis mem. Julium PP. II. etiam Prædeceſſorem noſtrum in dicta Baſilica erectæ & inſtitutæ, ac dotatæ nomen & titulum perpetuo ſupprimens, & extinguens ac ab ea, necnon a Sacriſtia ipſius Baſilicæ & Officialibus ad eas pro tempore deputatis, bona, fructus, redditus, & proventus aliaque ad eas pertinentia, ac omne jus illa adminiſtrandi etiam perpetuo ſeparans, & diſmembrans, ea omnia Menſæ Capitulari, ſeu Cameræ dictæ Baſilicæ cum infraſcriptis oneribus tantum pariter perpetuo applicavit, appropriavit, conceſſit, & aſſignavit, ac cum aliis Cameræ dictæ Baſilicæ bonis conjunxit, univit, & incorporavit, & tam prædictorum etiam Capellæ Juliæ, & Sacriſtiæ, quam aliorum quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, bonorum, cenſuum & jurium ad eamdem Baſilicam, ejuſque Menſam Capitularem, ſeu Cameram, necnon Capellam Juliam & Sacriſtiam, ac aliorum ſub exceptorum, & vinearum, vel alio nomine ſpectantium plenam, liberam, & omnimodam adminiſtrationem ad Archipresbyterum, & Capitulum prædictos pertinere licereque ad hunc effectum eis dictarum Sacriſtiæ, & Capellæ Juliæ bonorum, jurium, & pertinentiarum quarumcumque, & illis annexorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem abſque alicujus licentia, vel mandato propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, ac debere per ipſum Capitulum non prout eatenus ſolitum fuerat, per proprios Camerarios ea adminiſtrare, ſed in poſterum per Camerarium, ſeu Camerarios Burſæ nuncupatos illa exigere, & eorum annuos proventus ſuo arbitrio diſtribuere, & cum mandatoCanonicor.Camerarior.Beneficiator. Reviſor. ſolita ſubſcriptione, erogare, ac in librum cenſualium cum cæteris deſcribi facere, ac in unam maſſam, unumque corpus cum redditibus ordinariis menſæ, ſeu Cameræ confundere, atque conjungere declaravit; ſic tamen, ut omnia jura, & redditus annui, certi, & incerti, emolumentaque ordinaria, & extraordinaria, quæ ad ipſam Sacriſtiam in ingreſſu cujuslibet Canonici, Beneficiati, vel Clerici pertinent

Capella Julia ac Sacriſtia bonorum adminiſtrationem ſeparatam

Item ex epiſcoporum, & vinearum idem Sixtus V. univerſæ Cameræ Baſil.

Ut unum corpus, & una maſſa evaderent.

integre in uſum divini cultus tantum, nec aliter erogarentur, prout in Motus proprii dictorum Prædeceſſorum cedulis, ac forſan litteris Apoſtolicis ſuper illis, ac etiam ſuppreſſione, diſmembratione, & unione hujuſmodi expeditis, quarum etiam ſingularum veriores, ac totos tenores, & Dat. ac ſi infererentur eiſdem præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, ut ſimiliter habemus, plenius etiam continetur. Cum autem ſicut accepimus & aliæ de Domibus, ac aliis bonis menſæ, & Baſilicæ prædictarum conceſſiones dietim occurrant, ac proinde non minus moleſtum, quam diſpendioſum ſit eiſdem Capitulo, & menſæ toties ad Sedem Apoſtolicam pro impetranda ſuper locationibus, ut ſupra, hujuſmodi faciendis licentia, ſeu jam factarum confirmatione, recurrere, quin etiam dicta facultas locandi domos, & bona ipſiſmet Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, eorumve conſanguineis hujuſmodi aliqua menſæ, & Baſilicæ hujuſmodi afferre poſſit damna, & incommoda, uſuſque docuerit ſatius fuiſſe Capellam Juliam in ſuo primo fundationis, & inſtitutionis ſtatu, ac Sacriſtiam hujuſmodi, eorumque fructuum & reddituum adminiſtrationem immutatas remanere: Nos Capituli, & Canonicorum aliorumque prædictorum, qui etiam ob comminatas cenſuras, & pœnas contra præmiſſa non obſervantes in aliquas illarum facile, ac veriſimiliter incurriſſe dici poſſunt ſtatui, ac indemnitati, & commoditatibus, necnon & tutiori ſcripturarum Archivii hujuſmodi conſervationi, & alias in præmiſſis, ac infraſcriptis conſulere, ac Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulos, & quemlibet ipſorum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis tam a jure, quam ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quilibet ipſorum Capituli Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum innodati exiſtunt, ſeu innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorumdem Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum nobis hac in parte humiliter porrectis inclinati, eoſdem Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ac quoſvis officiales ex eis, necnon & locatarios, & Conducto-

Clemens VIII. Prædeceſſor. decretis inſiſtens

Videnſque utiliorem eſſe primævam inſtitutionem,

Capitulum &c. de more abſolvens a cenſuris,

(a) Perinde editas haſce litteras invenies pag. 164.

(a) Con-

ductores ad præſen. exiſtentes, & qui eſſe deſierunt univerſos, & ſingulos a quibuſvis excomm. ſuſpen., & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis etiam in prædictis, aut aliis quibuſvis conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper rebus Eccleſiæ non alienandis editis contentis, ſi quas forſan propter aliquas locationes, vel conceſſiones in Emphyteuſim, ſeu alio modo de domibus, & bonis Baſilicæ, & menſæ prædictarum hactenus factas, aut ob non petitam, & obtentam illarum, aut aliarum jam factarum confirmationem, & quia forſan dicti officiales poſt reddita computa libros in dicto Archivio minime, aut non ſemper conſignarunt, vel alia juxta litteras, & Motus proprii cedulas prædictas adimplenda forſan non obſervata, aut alias quomodolibet ex præmiſſis, & occaſione illorum, & inde ſecutorum incurrerunt vel incurriſſe dici poſſunt, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium in utroque foro abſolvimus, & totaliter liberamus, ipſaſque cenſuras, & pœnas quaſcumque, necnon etiam fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, aliaque emolumenta per eos, & quemcumque ipſorum ex Canonicatibus, & Præbendis necnon Capellaniis, beneficiis, Beneficiatis, & Clericatibus nuncupatis, ac aliis quibuſcumque per eos obtentis interim quomodolibet indebite forſan perceptos ad quamcumque ſummam aſcendant, quam etiam hîc pro expreſſa haberi volumus, ſibi gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eis, & quocumque ipſorum ſuper quavis irregularitate per eos, vel quemlibet eorum ex eiſdem præmiſſis & occaſione illorum, ac etiam quia interea miſſas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrarunt, eiſdemque interfuerunt, quomodolibet forſan contracta, ac quod illa, & aliis hujuſmodi præmiſſis cum inde ſequutis nequaquam obſtantibus ſuo quique clericali charactere, quo alias rite inſigniti fuerunt, omnibus etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus per eos jam ſuceptis, illorumque privilegiis uti, ac ad non ſuſceptos promoveri, & in eiſdem omnibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare. Nec non quæcumque & qualiacumque cum cura, & ſine cura beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates etiam majores & principales, Perſonatus, Adminiſtrationes, & officia etiam curata, & elect. etiam in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis, aliiſque Eccleſiis, ſeu Parrochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, aut ipſi eligantur, vel alias aſſumantur, in eiſdem recipere, & illa, dummodo plura non ſint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, necnon Canonicatus, & Præbendas, ac Eccleſias, Capellanias, & alia beneficia per eos obtenta, quoad vixerint retinere libere, & licite valeant, & eorum quilibet valeat, diſpenſamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam contra eos ex præmiſſis quomodolibet inſurgen., ab illis omnibus & ſingulis abolemus, ipſoſque, & pariter eorum ſingulos in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erat, ſtatum in omnibus, & per omnia reſtituimus reponimus, & plenarie reintegramus. Et inſuper prædictam facultatem locandi, & concedendi bona immobilia menſæ, & Baſilicæ prædictarum Canonicis, Beneficiatis, & Clericis prædictis illorumque conſanguineis, & affinibus, præter ſolas domos ad eorumdem Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum uſum, atque habitationem dumtaxat, dum in Eccleſia permanſerint, ita quod domus, præterquam pro habitatione, vel alia ſtabilia bona hujuſmodi Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, eorumque conſanguineis, & affinibus uſque ad ſecundum gradum incluſive, nullo unquam tempore locari, vel quoquomodo, & ad quodvis ſive breve, ſive longum tempus nullatenus concedi poſſint, neque debeant, & ſi contrarium fiat, irritum, & inane quicquid ſecus attentatum, vel contigerit attentari, exiſtat, Apoſtolica auctoritate tenore earumdem præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus, ac ex nunc revocatam, caſſatam, & annullatam, nec jam Capitulum, & Canonicos prædictos illa uti, aut alias illam eis in aliquo ſuffragari decernimus, & declaramus. Prohibitionem vero locandi bona Baſilicæ, & menſæ hujuſmodi ultra Triennium ſine Apoſtolicæ Sedis licentia ſic limitamus & moderamus, ut ex nunc de cætero in perpetuum Capitulum, & Canonici prædicti omnia, & quæcumque, domos, poſſeſſiones, vineas, Caſalia & alia cujuſvis qualitatis bona Menſæ, & Baſilicæ prædictarum in Emphyteuſim concedi, & locari ſolita, ac alias etiam in caſibus a jure permiſſis, non tamen ultra Novennium abſque alia ſpeciali dictæ ſedis licentia pro juſto pretio, & dummodo illius ſolutio ultra ſex menſes anticipate non fiat, locare & concedere, necnon quaſcumque devolutiones, & caducitates ob non ſolutos Canones, etiam ultra quadriennium, dummodo tamen devolutiones per Capitulum declaratæ, & acceptatæ non ſint, remittere, & condonare libere, & licite valeant. Ubi vero devolutio declarata, ac acceptata fue-

Quas incurrerint ob violatas Conſtitution. de non alienando.

Fructus ac redditus male perceptos eis condonat:

Ab omni irregularitate abſolvit, quoad percepta, ac percipienda Beneficia.

Revocat facultatem locandi bona non movenita Canonicis &c. eorumq. Conſanguineis.

Limitat prohibition. locandi ultra trienn. abſque Apoſtol. benepl.

Conditiones neceſſarias apponit.

ta fuerit, ut præfertur, tunc remiſſio aliqua ſine novo dictæ ſedis beneplacito fieri nequeat. Ita etiam quod locationes extraneis pro tempore faciendæ in Capitulo per fabas albas, & nigras juxta formam alias traditam ut præfertur fieri debeant, licentiam, & facultatem liberam, & abſolutam concedimus, & impartimur. Declarantes inſuper, quod Camerarii poſt computa reddita, Cenſuale computi anni proxime dati, quo novi Camerarii ad conficiendum novum quoque Cenſuale egent in dicto Archivio, niſi poſt confectum novum Cenſuale bujuſmodi conſignare obligati non ſint. Poſtremo unionem annexionem, incorporationem, & quamvis aliam conjunctionem de Capella Julia, ac Sacriſtia prædictis, necnon annexis juribus, & bonis illarum Menſæ Capitulari, ſeu Cameræ prædictis per Sixtum Quintum Prædeceſſorem, ut præfertur factas eiſdem auctoritate, & tenore in perpetuum diſſolvimus, & ſimiliter & diſſolutas eſſe, & cenſeri decernimus, & declaramus, eaſdem Capellas Juliam, & Sacriſtiam earumque jura, res, bona, ac redditus, ac illorum adminiſtrationem, ac adminiſtrat. rationem, necnon etiam officium exceptorum in priſtinum, & eum, in quo ante unionem, annexionem, incorporationem, & quamvis aliam conjunctionem, & alia præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum in omnibus, & per omnia, ac quoad omnia. Ita quod jura, res, & bona fructuſque, & redditus earum ipſumque officium exceptorum propriis officialibus, & exactoribus a Canonicis Sacriſtis, & Capellæ Magiſtris, ac aliis pro tempore deputatis, & ut prius ſolitum erat, regantur, & adminiſtrentur, ac regi, & adminiſtrari pariter ex nunc poſſint, & debeant, juſque ipſum illa, & illos adminiſtrandi quod, & quatenus opus ſit ab Archipresbytero & Capitulo,ſeu Menſa,& Camera prædictis ad hunc effectum diſmembramus, & ſeparamus, ad proprios, & primos Officiales, atque Exactores prædictos ſpectet, & pertineat, perinde, ac ſi unio, annexio, incorporatio, ac conjunctio, & alia præmiſſa circa hæc diſpoſita nunquam emanaſſent, amoto inde Camerario Burſæ prædictæ, & quovis alio in hoc forſan ſe ingerente, itidem perpetuo reſtituimus, reponimus & plenarie reintegramus. Ac propterea aliud Officium Exactoris Vinearum nuncupatum, quod antea etiam ſeparatim adminiſtrari ſolebat, & in quo adminiſtrando pauca, ac levis cura requiritur, juſque illud adminiſtrandi cum omnibus facultatibus, & aliis ei quomodolibet competentibus alteri officio Exceptorum prædicto ſimiliter ex tunc, ita quod ipſa duo Exceptorum, & Exactoris vinearum officia ab hac die in antea perpetuis futuris temporibus per unum, & eumdemmet Officialem, ſeu Officiales, qui ante unionem annexionem incorporationem, ac diſmembrationem prædictas ad officium Exceptorum deputati erant, & deputari ſolebant conjunctim in omnibus, a moto etiam quovis alio ab illis & quolibet eorum Officiali, exerceri, & adminiſtrari poſſint, ac debeant, perpetuo quoque unimus, annectimus, & incorporamus, ac conjungimus, ac ita in præmiſſis Capitulo, & Canonicis prædictis concedimus, & indulgemus. In reliquis vero omnibus, quæ præſentibus non contrariantur, prædictas omnes literas, & Motus proprii cedulas tam Pauli Quarti, quam Sixti Quinti Prædeceſſorum prædictorum cum omnibus clauſulis, & decretis in eiſdem contentis, & appoſitis, nec non etiam indultum, ſeu privilegium alias dictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis per re. me. Sixtum Papam Quartum Prædeceſſorem noſtrum ſuper eligendo ſibi Presbyterum ſæcularem, vel regularem idoneum, qui eorum confeſſione diligenter audita Plenariam omnium peccatorum ſuorum etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſpecialiter ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis; aliis vero non reſervatis toties quoties opportunum foret, remiſſionem elargiri poſſet, conceſſum, ac literas forſan deſuper confectas eadem auctoritate in perpetuum approbamus, & confirmamus. Decernentes præſentes noſtras in hac forma Brevis literas nullo unquam tempore etiam ex eo quod forſan aliqui intereſſe habentes vel prætendentes ad hoc vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, aut ex quovis alio capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu, notari, impugnari, in jus vel controverſiam vocari, ad terminos Juris reduci, aut contra illas quodcumque Juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, ſeu etiam Motu proprio concedi poſſe, neque ſub ullis omnino ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, per quoſvis Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, & in craſtinum Aſſumptionis ſuæ ad Apoſtolatus apicem, aut alio quovis tempore ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis pro tempore factis, & conceſſis ulla ratione comprehendi, nec comprehenſas cenſeri, ſed ab illis omnibus, & ſingulis omnino excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum

Tempus deſinit Cenſuale in Archivum referendi

Capellæ Jul. Sacriſt. & Exceptor. uniones diſſolvit, revocatque in priſtinum.

Perinde in priſtinum revocat Officium Exactoris Vinear.

Ut uni eidemque Officiali utrumque ſubſit.

Cætera omnia, ac etiam Privilegia antiquiora Capitulo &c. confirmat.

Auctoritatem har. literar. declarat.

mum ſtatum ſuum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori & nova Data per Capitulum, & Canonicos prædictos pro tempore eligenda conceſſas, ac contra & adverſus quaſvis ſupervenientes conſtitutiones, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, per quas illis quoquo modo derogari contigerit, ſemper validas & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & ab omnibus ſupradictis & aliis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, & adimpleri; ſicque & non aliter in præmiſſis omnibus per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus ſaltem ſemel in anno, & illo ipſo die quo novi officiales juramentum de bene, & fideliter adminiſtrando præſtant, præſens conſtitutio una cum aliis, quæ in præſentiarum obſervantur, publice omnibus audientibus legantur, prout jam alias ſuper hoc per fe. rec. Nicolaum Papam Tertium etiam Prædeceſſorem noſtrum proviſum fuiſſe accepimus (*a*). Non obſtantibus præmiſſis ac fel. recor. Pauli Secundi, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper rebus Eccleſiæ non alienandis, ac alienatis recuperandis, & alias quomodolibet diſponentibus, ac ſupradictis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac prædictis Pauli Quarti, & Sixti Quinti Prædeceſſorum, aliiſque litteris Apoſtolicis, & Motibus propriis etiam ipſis Baſilicæ Archipresbytero, Capitulo, Canonicis, ac quibuſvis aliis ſuperioribus, & perſonis, & in eorum, & cujuſvis ipſorum favorem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, & iteratis vicibus quomodolibet, & quandocumque in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat latiſſime ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac plene, & ſufficienter derogatum eſſe volumus, & decernimus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut nulla Conſtitutio, vel regula Cancellariæ illis obſtet.

Harum lectio demandatur ſemel quotannis, & in Official. inſtitut.

Obſtantia quæcumque removet;

Iis hac vice pleniſſime derogando.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris Die XXII. Aprilis 1596. Pont. noſtri anno quinto.

Ra-

(*a*) Conſule Indicem, V. *Conſtitutiones*; inde enim ſuppetet, quot Pontificum Bullæ ſimiliter legi, ac memoria repeti jubentur: molemque ingentem deprehendes conſtitutionum, quarum capita in ſummam redigi, atque Apoſtolica auctoritate muniri oportuit Paulo V. Pontifice.

(*a*) Hie-

Ratam habet venditionem cujuſdam domus ſpectantis ad Capellam Juliam pro pretio 489. Scutor. B. 10. quorum 30[?]. Capitulum converterat in ſolutionem alterius domi permutatæ cum alia minoris pretii; 130. expenderat redimendo omni jure emphyteutico ejuſdem domus permutatæ, ac reliqua 59. B 10. retinebat: dummodo hoc reſiduum inveſtiat in bonis ſtabilibus, aut in extinctionem cenſuum dictæ Capellæ Juliæ convertat.

Ex Regeſto lib. 5. anni 8. Clem. VIII. ap. Archiv. Apoſtol.

AN.CH. 1599. 15. *Maji.*

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio in Urbe & ejus diſtrictu Vicario noſtro (*a*) in ſpiritualibus generali; ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. His, quæ pro Menſarum Capitularium omnium, præſertim Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe commodo, & utilitate provide facta &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt Litteræ tenoris ſequentis videlicet: *Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Nulli &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno &c. Milleſimo quadringenteſimo ſexageximo quinto Quinto Idus Maji &c. Anno Primo*. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Capituli dictæ Baſilicæ, ac Pauli Æmilii & Hippolyti laicorum, & dilectarum in Chriſto filiarum Juliæ, & Orinthiæ de Vitelleſchis mulierum de dicta Urbe petitio continebat, quod alias quondam Ricardus deMazzatoſtis tunc Prior domus S. Balbinæ de dicta Urbe (*b*), ordinis S. Auguſtini, quamdam Domum in Via Curſus ſimiliter de Urbe, juxta dilectæ in Chriſto filiæ Claricis Marganæ, ac Pauli Æmilii, & Hippolyti, & Juliæ præfatorum bona, alioſque fines, ſitam, & ad primo dictam Domum legitime ſpectantem quondam Aurelio, & Æmilio etiam de Vitelleſchis fratribus germanis pro annuo Canone decem Scutorum monetæ Romanæ ad tertiam eorum generationem locaviſſet, & conceſſiſſet, dicti vero Paulus Æmilius, ac Hippolythus & Julia in tertia, nec non Orinthia eorumdem Pauli Æmilii, & Hippolythi, ac Juliæ Amita in ſecunda generationibus hujuſmodi reſpective exiſtentes alias domos ad ipſos communiter, & legitime ſpectantes fabricare, ac ſecundo dictam Domum illis ad ornatum Urbis incorporare, & propterea contra Capitulum hujuſmodi, tanquam perpetuos adminiſtratores Cappellæ Juliæ in dicta Baſilica fundatæ & erectæ, cui Cappellæ poſtea primodicta Domus per fel. rec. Pium PP. IV. Prædeceſſorem noſtrum Apoſtolica auctoritate unita extitit (*c*), pro illius venditione, juxta formam Conſtitutionis piæ mem. Gregorii PP. XIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Juris congrui*: agere intenderent; Capitulum vero hujuſmodi conſiderantes juxta formam dictæ Conſtitutionis ad venditionem ſecundo dictæ Domus via Juris compelli poſſe, volenteſque Litium expenſis parcere, & quia etiam pro ampliatione Parochialis Eccleſiæ S. Benedicti (*d*) Regionis Arenulæ de dicta Urbe quamdam aliam Domum ad dictam Baſilicam etiam ſpectantem, quæ dilecto filio Dominico, & quondam Bernardo de Maccarolis Fratribus ad tertiam eorum generationem per dictum Capitulum conceſſa fuerat, valoris trecentorum Scutorum dictæ Monetæ extimata, ex qua Capitulum hujuſ-

Nititur litteris Apoſtolicis Pauli II.

Domus ſpectans ad Priorat. S. Balbinæ

Aliis ædificiis incorporanda ad ornatum Urbis

Venditur a Capitulo pro utilitate Baſil.

(*a*) Hieron. Ruſticuccius fungebatur hoc munere.

(*b*) Prioratum S. Salvatoris in S. Balbinæ Ricardus obtinuit a Paulo III. anno 1545. Apoſtolicas litteras conſule (*To.2. pag.442. & ſeqq.*)

(*c*) Superiori volum. (*pag.345. & ſeqq.*) omnia occurrunt beneficia; & bona, quæcumque Julius II. Capellæ fundator eidem adſcripſit. Inconſtantia item & vices hujuſmodi dotis palam fiunt (*pag.351. not.a.*) Leo X. (*pag.372.*) Prioratum Albani eidem eripiens, aliis Beneficiis id damni compenſatum iri promiſerat an. 1521. Contra vero Clemens VII. poſt annos quinque in magnis S. Sedis neceſſitatibus inter plura Caſalia ad menſam Capitularem ſpectantia illud *Piſciarelli* eidem Capellæ addictum alienavit. Utrique autem damno, aliiſque non minoribus, quæ patent ex ejuſdem Tomi *pag.351.* remedium attuliſſe Pium IV. hinc diſcimus. Litteras autem Apoſtolicas hujuſmodi unionis, ſeu mavis. Conſtitutionem Pii PP. IV. celebrem, qua pro alienatis olim Caſalibus Abbatiæ quatuor, & Prioratus S. Balbinæ tribuuntur Baſilicæ, edidimus hoc volumine *pag.50. & ſeqq.* Menſæ tantum Capitularis mentio ibidem fit; quamquam Capellæ etiam Juliæ compenſatio debebatur. Hæ tamen Clementis litteræ abunde teſtantur, Pium IV. Capellæ etiam Juliæ conſuluiſſe Sanctæ Balbinæ Prioratum ei largiendo.

(*d*) Martinellus (*Rom.Sac.pag.79.*) eam eſſe putat, quam *alii appellant Tagliacotii, eundo verſus vicum Judæorum a campo Floræ*, parvamque eſſe ait, ac venuſtam ob inſtaurationem a Rectore factam an.1600. qui proxime ſequitur Dat harum literar. Quare 300. ea ſcuta, quæ habuit Rector a Capitulo ob permutatam domum, inſtaurationi eidem applicaſſe videtur.

(*a*) Ex-

hujuſmodi Decem Scuta ſimilia annuatim percipiebant, cum Rectore dictæ Parochialis Eccleſiæ pro alia Domo in eadem regione Arenulæ, & in conſpectu parvæ Januæ S. Pauli (a) juxta Thomæ Tetii ac Societatis Confalonis de eadem Urbe domos ſita, & ad dictam Parochialem Eccleſiam legitime ſpectante, Valoris in proprietate ſexcentorum Scutorum ſimilium; annui redditus vero quadraginta Scutorum parium: ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito permutaverant, ex quo præfatæ Parochiali Eccleſiæ ſummam trecentorum Scutorum dictæ Monetæ reficere tenebantur, ſecundodictam Domum Paulo Æmilio, ac Hippolytho, & Juliæ ac Orinthiæ præfatis pro ſe, ſuiſque Hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumqne pretio quadringentorum, & octuaginta novem Scutorum, & decem bajochorum ejuſdem monetæ juxta extimationem per Peritos hinc inde electos factam, comparato augmento ex forma dictæ Conſtitutionis per Paulum Æmilium, & Hippolythum, ac Juliam, necnon Orinthiam præfatos ſoluto, ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito expenſis Panli Æmilii, ac Hippolythi, & Juliæ, ac Orinthiæ prædictorum impetrando, perpetuo vendiderunt, & alienarunt, prout in Scripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri; necnon ſummam trecentorum Scntorum ex pretio venditionis hujuſmodi proveniente in ſolutionem ultimodictæ Domus converterunt, ac Dominico, & ſucceſſoribus dicti Bernardi, ut omni Juri emphyteutico eis in ſecundo dicta Domo competenti cederent, centum & triginta Scuta ſimilia perſolverunt. Reliqua vero quinquaginta novem Scnta, & decem bajochos hujuſmodi, donec aliqua bona ſtabilia pro illorum Inveſtitura reperirent, retinuerunt, & retinent. Quare pro parte Capitnli, & Pauli Æmilii, ac Hippolyti, & Juliæ, nec non Orinthiæ præfatorum aſſerentium, venditionem, & converſionem Pretii hujuſmodl in evidentem dictæ Cappellæ utilitatem ceſſiſſe, & cedere; Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus venditioni, & conceſſioni pretii hujuſmodi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliiſque &c. dignaremur. Nos igitur certam &c. non habentes ac ſingulares perſonas Capituli, necnon Paulum Æmilium & Hippolytum ac Juliam, & Orinthiam hujuſmodi & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, ac ſingularum Domorum hujuſmodi ſituationes, confines, vocabula, & denominationes præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi, & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, ac ſpecificatis prius coram te domibus venditis præſatis, earumque circumſtantiis univerſis, & ſervata forma Litterarum Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi, Tibl de venditione, & pretii converſione hujuſmodi, & quod illæ in evidentem dictæ Cappellæ ceſſerint, & cedant utilitatem legitime conſtiterit, venditionem, & pretii converſionem hujuſmodi auctoritate noſtra perpetuo approbes, & confirmes, ac omnes & ſingulos tam Juris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, in eiſdem ſuppleas. Ita tamen quod confirmationis ſententia non feratur, niſi poſtquam reſiduum dicti pretii in aliis bonis ſtabilibus pro dicta Cappella fuerit realiter, & cum effectu inveſtitum, vel in extinctionem cenſuum, qnos dicta Cappella ſolvit, converſum. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. ac dictæ Baſilicæ juramento &c. quibuſcumque.

Pretium eo penditur permutando ejus valorem

Summa venditionis perſoluta non integre

Apoſt. Auctoritate confirmari petitur.

Delegatio facultatis ad confirmand. modo pretii reliquum inveſtiatur.

Datum &c. Tuſculi anno &c. milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, Idus Maji &c. anno octavo.

Con-

(a) Extat Eccleſia iſta celebris in vico coriariorum ſub cura Fr. tertii Ordinis S. Franciſci nationis Siculæ. Olim ſchola S. Pauli appellabatur, ut teſtatur Martinell. (*Ibid. pag.* 270.) nam traditio eſt, S. Apoſtolum ibi commoratum eſſe. *S.Paolino della Regola* hodie audit.

(a) He-

Concedit Jacobo Grimaldo Notario Publico, & Capitulari ut litteras Apoſtolicas, aliaque Inſtrumenta in Archivo Baſilicæ noſtræ exiſtentia tranſumat: atque hujuſmodi tranſumtis auctoritatem impertit, ne Autographa produci debeant, ac forſan pereant.

Ex Autograph. Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CH. 1600. 31. Maji.

Canonicorum petitio;

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod, cum ipſi privilegia, & Indulta Romanorum Pontificum eidem Baſilicæ conceſſa, ac Inſtrumenta, & alia documenta, & ſcripturas ad ipſam Baſilicam, ejuſque Capitulum, & Canonicos pertinentia in eorum Archivio accommode diſponi, & repertoria fieri opera, & diligentia tua curaverint. Cumque opus ſit diverſa privilegia, authentica, & Bullas Pontificias nimium vetuſtas, ac etiam librum Bullarum & Conſtitutionum ipſorum Capituli, & Canonicorum dudum ex privilegio ſel. rec. Leonis Papæ X. (a) Prædeceſſoris noſtri a quondam Ludovico Cæcio Notario publico tranſumptatum, ob ejus etiam vetuſtatem de novo tranſumptari, & quandoque etiam de aliis Privilegiis, Inſtrumentis, & Scripturis ſupraſcriptis, ne inde originalia extrahantur, tranſumpta fieri oporteat. Cupiunt hujuſmodi tranſumpta, ſeu exemplaria authentica per te, qui etiam publicus Notarius in Archivio Romanæ Curiæ deſcriptus exiſtis, ac de cujus fide, & integritate, ipſi Capitulum, & Canonici valde confidunt, fieri poſſe. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut opportunam ad hoc licentiam tibi concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Tibi, ut privilegia, & Bullas Pontificias, necnon librorum, bullarum, & conſtitutionum hujuſmodi, ac omnia, & ſingula Inſtrumenta, & alias ſcripturas dictæ Baſilicæ in præfato Archivio exiſtentes per te ipſum fideliter tranſumere, & exemplare, ac in publicam formam tranſumpti redigere, & publicare libere, & licite poſſis, & valeas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus, & indulgemus. Decernentes omnibus, & ſingulis privilegiis, Inſtrumentis, & ſcripturis præfatis per te tranſumptis, & tuo ſub ſigno in publicam formam redactis in judicio, & extra illud, tam in Romana Curia, quam alibi, ubicumque tanquam originalibus fidem indubiam adhiberi. Sicque ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Imperialibus, ſtilo Curiæ, & Capitolii, ac Collegii Notariorum ejuſdem, ac etiam Archivii Romanæ Curiæ ſtatutis, & conſuetudinibus, ac dictarum Curiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut documenta Baſilicæ tranſumantur authentice.

Conceſſioni de more præmittit abſolutionem

Indulget ut ipſe per ſe tranſumat quævis documen.

Iiſque tanquam originalibus fidem haberi mandat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXXI. Maji MDC. Pontificatus noſtri anno nono.

Per

(a) Hujuſmodi Privilegium vulgatum eſt Tom. 2. pag. 371. Illud conſulesis.

(a) Hanc

Per chirographum ſolvi mandat ſcuta 1621. b. 44. Textori Sericario pro Palliis, queis de more donaverat Baſilicas Vaticanam, Lateranenſem, & Liberianam anno 1600.

Exemplum authentic. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 3. Faſc. 257.

AN. CH. 1601. 13. Febr.

IN nomine Domini Amen. Univerſis & ſingulis præſens tranſumptum ſive Inſtrumentum publicum inſpecturis, & lecturis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a Nativitate ejuſdem Domini milleſimo ſexcenteſimo primo Indictione xiv. die vigeſima ſeptima Menſis Februarii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis divina providentia Papæ Octavi, anno ejus decimo. In mei Notarii &c. rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Illuſtris admodum, ac R. D. Julianus Magdalenus Capiferreus Sacroſanctæ Vaticanæ Baſilicæ Canonicus habens, & tenens in manibus ſuis, & extendens quoddam chirographum, ſive ordinem in papiro manu Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis VIII. ſubſcriptum, ſalvum, & integrum, non vitiatum, non cancellatum, non abraſum, neque in aliqua ſua parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carens, hujuſmodique chirographum mihi Notario infraſcripto ad manus tradidit, & præſentavit, ac de verbo ad verbum perlegit, requirens me, ut hujuſmodi chirographi vigore *vidimus* (a) in forma autentica Inſtrumenti publici conficerem, illudque tranſumerem, ejuſque etiam veram copiam, ſive tranſumptum facere, & cum originali collationari, ac collatione facta tranſumptum prædictum ſive copiam hujuſmodi dare, & in publicam formam redigere curarem. Tenor vero ſupradicti chirographi talis eſt:

Inſtrumenti præſentis auctoritas.

Chirographum a Canonicis exhibitum Notario

Per far pagar a Lauterio Butio S. 1621. 44. m.

Monſig. Ceraſio noſtro Teſauriere generale ordinarete a Vincenzo Giuſtiniani noſtro Depoſitario generale, che paghi a Lauterio Butio teſſitor de drappi di oro, ſcudi mille ſeicento ventiuno b. 44. di moneta, quali ſono per il prezzo de diverſi drappi, che ha dato di voſtro ordine per far li Pallii, che ſogliamo donar ogni anno alle Chieſe di San Pietro (b), S. Giovanni Laterano, e Santa Maria Maggiore, per l'anno paſſato 1600., & anco per il Paliotto dell' Altar maggiore di S. Paolo, conforme al retroſcritto conto, e prezzi già con lui concordati, e così pagati vogliamo che ſiano accettati, e fatti buoni a detto noſtro depoſitario in conto corrente della noſtra Camera, & tanto eſſeguirete, che tale è mente voſtra. Dal noſtro Palazzo queſto di xiij. di Febraro 1601.

Ipſum Chirographum recitatur.

CLEMENS PAPA VIII.

Sig. Vincenzo Giuſtiniani V. S. eſeguirà quanto ſi contiene nel ſopraſcritto ordine di Noſtro Signore.

Mandatum Theſaurarii pro executione.

Di Caſa queſto dì 20. di Febraro 1601.

Tiberius Ceraſius Theſaurarius generalis.

Quod quidem chirographum ego Jacobus Grimaldus Presbyter Bononienſis Sacriſta dictæ Baſilicæ S. Petri, ac publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, in Archivio Romanæ Curiæ deſcriptus ad me recipiens ipſoque viſo, & perlecto *vidimus*, ſeu tranſumptum, atque copiam ejuſdem cum originali præinſerto diligenter auſcultatam in omnibus, & per omnia per me tranſcripta concordare repperi, & inveni. Idcirco tranſumptum hujuſmodi, ſive actum authenticum in publicam formam redigere curavi, ſignoque, & ſubſcriptione mei Notarii, conſuetis ſignavi, ut eidem tanquam originali in quocumque foro, ſive judicio, & extra fides adhibeatur, & adhiberi poſſit plenaria. Super quibus &c. Acta ſunt hæc omnia in Archivio Baſilicæ ſupradictæ præſentibus &c. RR. DD. Mutio Celſo Romano Manſionario, & Georgio Juſtiniano Chienſi ſub-Sacriſta reſpective ejuſdem Baſilicæ teſtibus &c.

Plena fides conciliatur Inſtrumento.

Ego Jacobus Grimaldus Sacriſta qui ſupra ac publicus Notarius ad præmiſſa rogatus in fidem manu propria ſubſcripſi, & ſignavi ſigno meo ſolito.

Ratum

(a) Hanc vocem ſemel & iterum a Notario Grimaldo adhibitam luculenter explicat Du.Cangius in Gloſſario V *Vidimus*. Summa eſt, perinde adhiberi hanc vocem, atque Apographum. *Vidimus unum aut plura fieri vim originalis in ſe habentia*. Vide plura in Gloſſario.

(b) Hinc facile intelligas, minime perſuaſum eſſe Clementi, quod Vaticana Baſilica Lateranenſi poſthabenda eſſet, ut S. Pius V. tam vehementer decreverat.

(a) De

Ratum habet, confirmat, atque Apoſtolica auctoritate munit Decretum Capitulare pro Cantoribus Capellæ Juliæ; ut nempe per anni circulum medietas eorum inſerviat Divinis Officiis, diebus tamen feſtis, communibus, Quadrageſ. & exequiar. Canonicalium exceptis.

Ex Autogr. Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 65. Faſc. 184.

AN. CH. 1601. 15. Apr.

AD futuram rei memoriam. Decet eos, qui Divinorum Officiorum miniſterio frequenter incumbunt, aliqua interdum vacatione frui, ut eo libentius ſtatutis diebus ad ipſa officia celebranda ſtudeant convenire. Sane cum, ſicut accepimus, dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe conſiderantes dilectos filios duodecim Cantores Cappellæ Juliæ nuncupat., qui juxta fel. rec. Julii II., ac Gregorii XIII., & Sixti V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum nnſtrorum ordinationes ad divina officia in dicta Baſilica decantanda ſingulis diebus intereſſe tenentur, huic tamen arctæ obligationi difficile ſatisfacere poſſe, ac aliquam illis vacationem eſſe concedendam decreverint, ut Cantores ipſi omnes ſingulis Dominicis, ac aliis feſtis de præcepto Eccleſiæ ſervari ſolitis, ac diebus communibus ipſius Baſilicæ Laudibus, Horis, Miſſæ, Veſperi, & Completorio; in octava Corporis Chriſti Miſſæ, & Veſperi; ſingulis diebus Quadrageſimæ Miſſæ, & Veſperi; Feriis vero ſextis Menſis Martii etiam completorio, ac exequiis Canonicalibus intereſſe teneantur; reliquo vero anni tempore medietas ipſirum Cantorum alternatim per Hebdomadas Matutino, Horis, Miſſæ, Veſperis, & Completorio intereſſe debeant: Nos conſiderantes hujuſmodi decretum æquitati valde conſonum eſſe, ac eoſdem Cantores ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum Capitulare ſupradictum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illique perpetuæ, ac inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui in eodem intervenerint, ſupplemus, & eiſdem Cantoribus, ut, exceptis diebus ſupradictis, toto reliquo anni tempore medietas tantum illorum alternatim per Hebdomadas, in eadem Baſilica, Matutino, Horis, Miſſæ, Veſperi, & Completorio intereſſe teneantur, concedimus, & indulgemus, illoſque deſuper moleſtari, perturbari, vel inquietari non poſſe, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilecto filio ejuſdem Baſilicæ Archipresbytero per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicans, ac ipſis Cantoribus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra illos enrumdem præmiſſorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens eos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtan. prædictorum Julii, Gregorii, & Sixti, ac aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, & ordinationibus, & ipſius Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, quorum, omnium tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis haberi volumus, ac Conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Decretum Capitulare pro duodecim Cantorib. Capellæ Juliæ.

Definiens tempus eorum ſervitii.

Auctorit. Apoſt. confirmari petitur.

Approbat ut alternatim medietas deſerviat.

Archipresbytero Decreti executionem committit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Aprilis 1601. Pontificatus Noſtri anno decimo.

Antiquis

Antiquis Documentis inſiſtens confirmat jus Patronatus Regum Galliarum ſuper duabus Capellaniis ſub invocatione S. Petronillæ ad Altare SS. Crucifixi.

Ex veteri exemplo in Archiv. Baſil. Capſ. 25. Faſc. 310.

AN. CH. 1601. 10. *Sept.*

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in ſupremo Juſtitiæ ſolio divina diſpoſitione conſtitutum ex ſui miniſterii debito efficaciter providere, ut quorumlibet, præſertim ſublimium Principum, Jura ex beneficiorum Eccleſiaſticorum fundatione acquiſita perpetuo ſalva, & illæſa conſerventur, nec ulla temporum intercapedine labefactentur, omniſque deſuper dubitandi, & litigandi materia de medio ſubmoveatur; prout rationi, & æquitati conſentaneum eſſe cognoſcit. Nuper ſiquidem poſtquam de una ex duabus perpetuis Capellaniis ſub Invocatione Sanctæ Petronillæ (*a*) in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe tunc per obitum qu. Laurentii Chriſtiani Clerici in dicta Eccleſia, dum viveret, perpetui Capellani extra Rom. Curiam de menſe Maji proxime præterito defuncti vacante, dilecto filio Joſepho de Dominicis presbytero Lucen. Diœceſis, Magiſtro in Theologia per alias noſtras litteras provideramus, prout in illis plenius continetur: cum dilectus filius noſter Evangeliſta tituli S. Matthæi in Merulana presbyter Cardinalis Palottus (*b*) nuncupatus qui Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet, eamdem Capellaniam, ut præfertur vacantem, dilecto filio Lælio Foſchetto Clerico Reatin. Diœceſis ordinaria ſua auctoritate, ſeu vigore Indulti Apoſtolici ſibi deſuper conceſſi contuliſſet, dictus vero Joſephus ex diligenti veterum monumentorum, ac ſcripturarum Inveſtigatione notitiam habens, prædictas Capellanias olim a tunc Franciæ Regibus Chriſtianiſſimis fundatas, atque dotatas fuiſſe notulam monumentorum & ſcripturarum hujuſmodi dilecto filio noſtro Arnaldo tituli Sancti Euſebii presbytero Cardinali Oſſato (*c*) nuncupato tanquam Regni Franciæ Viceprotectori, & negotia Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Francorum Regis Chriſtianiſſimi (*d*) in ejus Oratoris abſentia tunc gerenti exhibuiſſet; Et quarenus dicta Capellania de Jurepatronatus præfati Henrici Regis foret, ejuſdem Arnaldi Cardinalis nomine, & vice ipſius Henrici Regis conſenſum pariter, & aſſenſum proviſioni ſibi, ut præfertur, factæ præſtari obtinuiſſet; idemque Henricus Rex, conſenſum hujuſmodi ratum habuiſſet: Nos de monumentis, & ſcripturis præfatis plenius informari voluimus, ac inter cætera coram nobis deducta deprehendimus ex dictæ Baſilicæ Archivio, in quo libri rationum aſſervantur, comprobari cl. me. Ludovicum ejus nominis Undecimum Francorum Regem circa annum Domini milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum primum Capellam ejuſdem Sanctæ Petronillæ, quæ tunc ad dexteram Altaris Majoris dictæ Baſilicæ partem conſtructa erat, reſtaurari feciſſe, ac in mille, & ducentis ſcutis Capitulo ejuſdem Baſilicæ ad eum finem erogatis dotaſſe (*e*); in eodem quoque Archivio reperiri Regium diploma, ſeu patentes litteras ſimilis mem. Ludovici eorumdem Francorum Regis Duodecimi Papiæ ſub die undecima Auguſti anno ejuſdem Domini milleſimo

Juſpatronatus ex tit. fundationis conſervandus illæſus.

Pontifex contulerat unam ex Capellaniis S. Petronillæ.

Ab Archipresbytero antea collatam.

Proviſus a Pontifice juſpatronatus Regium detegit.

Conſenſum Patroni obtinet.

Pontifex documenta Archivi conſulit.

(*a*) De Templo rotundo S. Petronillæ, ac de ejus Capellaniis ab Innocentio VIII. erectis, quas nimirum Reges Franciæ fundaverant, conſule Bullam ipſam Innoc. VIII. (*to.* 2. *pag.* 259. & *ſeqq.*) & ſubjectas notas.

(*b*) Viri hujus præſtantiſſimi, humili licet loco nati in Diœceſi Camerin. habes apud Ciacon. ubertimas laudes. Inter familiares Card. Montalti, poſtea Sixti V. recenſebatur. Qui ſane Pontifex omnibus eum honoribus cumulavit, præſertim Archipresbyterali Vatic. Baſilicæ; cujus inſtitutionis literas habes ſupra *pag.* 154. Cætera vide ap. Ughell. in Epiſc. Conſentin. ac præcipue in Portuen. *tom.* 1. *pag.* 149. ubi Card. Jo. Baptiſta Pallottus ejus nepos Epitaphio ſatis prolixo omnia illius munera, atque honores amplectitur. Tiber. Alpharanus huic ſuam tabulam Ichnographicam veteris Baſil. dedicavit an. 1589.

(*c*) Obſcuris & hunc natum parentibus, omni diſciplinarum genere imbutum, una præſertim re ſummopere commendabilem Henrici IV. reconciliatione per ipſum procurata Sacro Senatui adſcriptum liquet poſtulatu Regis. Summa ejus experientia in gerendis rebus, S. Sedi æque utilem ac Regno Galliarum tantum virum reddidit. Ita hiſtoria omnis teſtatur.

(*d*) Hunc Regem Borbonienſium primum ex Navarræ Regno aſſumtum, &, quia infectum hæreſi, anathemate abſolutum a Galliæ Epiſcopis, Clemens (irritam declarans eorum ſententiam) rite abſolvit in porticu S. Petri die 17. Sept. 1595. damnantem atque abjurantem errores ſuos per Procuratores Perronium, & Oſſatum poſtmodum Cardinales, qui etiam Regis nomine infirmam declararunt abſolutionem Galliæ Præſulum, ac Fidei Catholicæ profeſſionem ediderunt. Quare cariſſimum jure filium appellat; parique honore his literis proſequitur, ac cæteros Chriſtianiſſimos Reges.

(*e*) Rurſus conſulenda hic Bulla Innoc. VIII. loco nuper citato.

leſimi quingenteſimi ſecundi expeditas (*a*) in quibus ipſe, præter alias Cauſas, ob quas profitebatur ſe prædictis Capitulo obſequi velle, hanc in medium affert, quod in dicta Baſilica habebat capellam ſub dicta Invocatione per prædeceſſores ſuos fundatam.

Eodemque ſingillatim recenſet.

Præterea extare fragmentum pervetuſti libri unius Notarii cognomine *Trecourt* in cujus Indice actus receptionis cujuſdam Clerici ad Capellaniam Sanctæ Petronillæ hujuſmodi una cum dote unius domus in platea Campi Floræ dictæ Urbis de anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto conſtituta ſub folio vigeſimo nono deſignatur (*b*), ac binæ litteræ, videlicet Caroli Regis Francorum, & bo. mem. Philiberti, olim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Matiſconen. nuncupati ſuper eadem Capellania enunciantur, & exinde facile conjici poſſe, quod ſi liber hujuſmodi integer reperiretur, de fundatione, & dotatione Regia palam conſtaret. Ad hæc in libro Sacriſtiæ dictæ Baſilicæ in quo Miſſæ, quæ quotidie ab illius Capellanis celebrari debent annotatæ fuerunt, de Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto ad numeros octuaginta octo, & nonaginta ſex ſcriptum eſſe,

Numerus miſſarum ex libris Sacriſtiæ.

præfatum Laurentium ratione Capellaniæ Sanctæ Petronillæ hujuſmodi ad celebrationem trium miſſarum qualibet hebdomada ex inſtitutione, & Jurepatronatus dicti Ludovici Undecimi Regis teneri (*c*), ac itidem de Germanico Ruſcio altero ibidem Capellano ex ipſamet inſtitutione decerni. Rurſus tres tabellas unam videlicet prope Altare SS. Crucifixi, quod unum ex ſeptem privilegiatis exiſtit, & aliam ad Altare Majus; tertiam autem in Capella Gregoriana dictæ Baſilicæ appenſas, non mediocre argumentum ad hanc rem ſuppeditare. Etenim ex prima apparet dictum Altare SS. Crucifixi etiam conſecratum fuiſſe in honorem ipſius Sanctæ Petronillæ, cujus

Alia argumenta juſpatr. recenſita.

Corpus ex Altari olim per beatum Paulum Papam Primum conſecrato, & per dictum Ludovicum Undecimum Regem poſtea dotato, ad Altare SS. Crucifixi tranſlatum, & ſub eodem reconditum (*d*). Reliquæ vero duæ tabellæ quarum una vulgari Italico & altera latino ſermone in eamdem ſententiam ſunt ſcriptæ, ac pro inſtructione peregrinorum & advenarum appenſæ fidem faciunt, idem Corpus Sanctæ Petronillæ ſub prædicto Altari SS. Crucifixi nedum repoſitum, & ex Altari per dictum Beatum Paulum conſecrato quod ex via Ardeatina erutum fuerat tranſlatum, ſed etiam ipſummet Altare Sanctæ Petronillæ a prædicto Ludovico Rege magnificentiſſime dotatum fuiſſe.

Ex titulo dotationis Regum Francorum.

Præterea etiam ad hanc rem non mediocriter facere, quod Beneficiati dictæ Baſilicæ teneantur celebrare, prout revera celebrant ſingulis annis dicta die ultima Menſis Auguſti Anniverſarium in expiationem, & refrigerium animæ dicti Ludovici Regis, & ea ratione duo Capellani Sanctæ Petronillæ hujuſmodi illis ſummam ſeptem ſcutorum monetæ pendant (*e*). Inſuper in multis veteribus actis Notariorum de dicta Capellania Sanctæ Petronillæ mentionem facientium eam Regis Francorum vulgariter, & communiter appellari. Ac poſtremo in pleriſque Capellaniarum hujuſmodi proviſionibus etiam Apoſtolica auctoritate factis multos conſenſus deſuper a diverſis pro tempore exiſtentibus Regum Franciæ apud dictam ſedem Oratoribus præſtitos fuiſſe:

Conſenſus præſtiti ab oratoribus Reg. Franc.

Ac ex his omnibus ſimul conjunctis ſatis demonſtrari, dictas duas Capellanias de Jurepatronatus eorumdem Regum Franciæ etiam ex fundatione, vel dotatione exiſtere. Quo circa nos de præmiſſis omnibus plene informati, & attendentes quod ſicuti non permittendum, ut beneficia Eccleſiaſtica prætextu alicujus confictæ fundationis aut alterius minus ſubſiſtentis cauſæ, in ſervitutem redigantur, ita etiam non æquum eſt legitima patronatuum Jura tollere piaſque fidelium, & præſertim Chriſtianorum Regum voluntates violare, ac propterea ne Juſpatronatus hujuſmodi ullo unquam tempore in contentionis ſcrupulam revocari di-

Pontifex Juſpatron. idem agnoſcit.

(*a*) Hinc facile aſſequimur, prædictam Innocentii VIII. Bullam tunc temporis ignorari. Inde enim luculente adeo fundatio Capellaniarum educitur, ut Ludovici XII. teſtimonium ſit prorſus inutile. Conſenſio autem Documentorum rem magis magiſque comprobat.

(*b*) Ex eadem Bulla duas fuiſſe domos accipimus ad ejuſmodi dotem ſpectantes.

(*c*) Fundatoris mens, ut patet ex Bulla erectionis, fuerat, ut Miſſa quotidiana alternis celebraretur per duos Capellanos. Quare autem centum poſt annos miſſæ tantum ſex a Fundatore inſtitutæ dicantur in ſingulas hebdomadas, non intelligo. Secus ſane eſſet, ſi imminutos ob reditus Miſſæ ad minorem numerum redactæ ad Capellanorum favorem dicerentur. Id factum liquet deinceps: noſtra enim ætate tres tantum miſſæ ſingulis hebdomadis celebrantur: nec niſi una Capellania extat in memorialibus libris adnotata.

(*d*) Anno 1574. juſſu Greg. XIII. ex Sacrario, quo erat inlatum id Sacrum corpus, ubi Julius II. ſolo æquavit Templum S. Petronillæ, tranſlatum fuit in veterem Eccleſiam ſuperſtitem inter undecimam & duodecimam columnam minoris, anterioriſque navis dexteræ ſub Altari Sanctiſs. Crucifixi. Quo exciſo an. 1606. Paulo V. jubente in novam Baſilicam ſummo cum honore ductum, locatumque eſt in Boreali ejus parte ſuper aram, cui Sanctæ ejuſdem nomen acceſſit: quod omnibus patet.

(*e*) Ex Decreto reductionis Sac. Cong. Concilii tria celebrantur Anniverſaria in Quadrageſ. quæ vocantur reducta; quum redituum inopia plura ſimul coaluerint ex antiquis Anniverſariis. Horum alterum principe habet loco Ludovicum XI. Galliarum Regem. Præterea die 30. Maji, vel alio die, ſi feſtum S. Petronillæ transferri contingat, poſt Miſſam funduntur preces pro anima ejuſd. Ludovici XI.

(*a*) De

dictumque Joſephum, ob lites, & Cauſas ſibi occaſione primodictæ Capellaniæ comminatas, & jam forſan contra ipſum introductas a ſuo tranquillo & quieto vivendi Inſtituto, ac etiam ei in dicta Baſilica commiſſo ſubparochi officio ad diverſa Tribunalia Judiciorumque ſtrepitum diſtrahi contingat providere, necnon litibus moleſtiis & vexationibus hujuſmodi occurrere, & alias tam Henrici Regis, ejuſque ſucceſſorum, quam Joſephi prædictorum indemnitati conſulere volentes, ipſumque Joſephum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon earumdem litium, & cauſarum prædictarum ſtatum, & merita, ac Judicum, & collitigan. hujuſmodi nomina, & cognomina dictorumque Joſephi, & Lælii, ac aliorum quorumcumque collationes, proviſiones, jura, & prætenſiones necnon præmiſſorum omnium tenores, cauſaſque, & occaſiones præſentibus pro expreſſis habentes: Motu proprio non ad Henrici Regis, & Joſephi prædictorum, vel alicujus ipſorum, ſeu alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cauſam & cauſas univerſas ſuper dictis Capellaniis, aut earum altera, necnon exiſtentia Juriſpatronatus earumdem, rebuſque aliis in actis cauſæ, ſeu cauſarum hujuſmodi latius deductis coram quibuſcumque Judicibus ordinariis, vel delegatis etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ac alias quomodolibet, & ubilibet pendentes in quibuſcumque ſtatu, & terminis reperiuntur, ad nos harum ſerie avocamus, ac lites hujuſmodi penitus extinguimus, perpetuumque ſuper his dicto Lælio, & aliis, ſiqui ſint, collitigantibus ſilentium imponimus; Joſephum vero prædictum in dictæ Capellaniæ ſibi a nobis collatæ poſſeſſionem immitti, vel ſi illam jam aſſecutus ſit, in ea manuteneri, ſibique de ejuſdem Capellaniæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi debere volumus, & mandamus. Et nihilominus certam ſuperiorum temporum ac præſertim excidii dictæ Urbis (*a*) in quo complura Jura, & documenta deperdita fuiſſe conſtat rationem, & ad piam ſupradictorum Chriſtianiſſimorum Regum erga ipſam Sanctam Petronillam devotionem dignum reſpectum merito habentes, ex iis quæ ſuperius enarrantur argumentis, & conjecturis prædictas duas Capellanias de Jurepatronatus pro tempore exiſtentis Regis Franciæ ex fundatione & dotatione exiſtere, illudque ſibi competere ac ad ipſum ſpectare, & pertinere declaramus: dictumque Henricum Regem, ac ejus ſucceſſores Franciæ Reges pro tempore exiſtentes adverſus quamcumque præſcriptionem, non uſum, & contrariam obſervantiam, ac alias in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erat, ſtatum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac etiam Juſpatronatus hujuſmodi innovamus. Et nihilominus quatenus opus ſit Henrico Regi, ejuſque ſucceſſoribus prædictis in infinitum Juſpatronatus, & præſentandi per ſe, vel eorum apud ſedem prædictam Oratores, aut alios pro ipſis in dicta Urbe Agentes pro tempore exiſtentes, perſonas idoneas undecumque oriundas nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romm. Pontificibus, ſeu Archipresbytero, vel Capitulo, & Canonicis dictæ Baſilicæ ad prædictas duas Capellanias, quoties ipſas & earum quamlibet ex nunc de cetero per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illas pro tempore obtinentium, ac alias quibuſvis modis etiam apud ſedem eamdem & ex quorumcumque perſonis ſimul, vel ſucceſſive vacare contigerit, per nos, & ſucceſſores noſtros, vel Archipresbyterum, aut Capitulum, & Canonicos prædictos ad præſentationem hujuſmodi inſtituendas auctoritate, & tenore prædictis etiam de novo reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Decernentes Juriſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi Regum Franciæ dumtaxat exiſtere, ac Henrico Regi ejuſque ſucceſſoribus prædictis non ex privilegio, ſeu indulto Apoſtolico, ſed ex earum primæva, reali, actuali, plena integra & omnimoda fundatione, dotatione, & munifica largitione tantum competere, nec ſub derogatione Juriſpatronatus ex privilegio Apoſtolico quæſiti ullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illa exceptam cenſeri debere; ac illi nullo unquam tempore quovis prætextu, etiam ratione vacationis dictarum Capellaniarum, vel alterius ipſarum apud Sedem prædictam, vel etiam ex permutationis, aut

Collationem ab ſe factam eod. jure tuetur.

Controverſiam quamcumque tollit.

Cauſam hujuſmodi ad ſe avocat.

Juſpatronatus Regium declarat.

Præſentatio perpetuo facienda a Regibus Franc. per ſe, vel per oratores Agentes &c.

Illud diſtinguit a Jurepat. ex Privil. Apoſt.

(*a*) De hoc teterrimo excidio Urbis Clemente VII. Pontifice an. 1527. ſatis multa in compendium redegi (*to. 2. p. 393. & ſeqq.*)

aut alia quantumvis legitima, & rationabili cauſa per nos, & Rom. Pontificem pro tempore exiſtentem, ac ſedem prædictam, ſeu illius etiam de latere Legatos, & motu, & ſcientia ſimilibus, ſeu cujuſvis intuitu, & contemplatione niſi in litteris deſuper conficiendis de toto tenore, & dat. præſentium ac nominibus ipſorum Regum pro tempore exiſtentium ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facta fuerit, ac eorumdem Regum vel ſuorum Oratorum, ſeu Agentium expreſſus ad hoc acceſſerit aſſenſus, derogari, aut derogatum cenſeri poſſe, neque debere: nec non quaſcumque collationes, proviſiones, inſtitutiones, commendas, vel alias diſpoſitiones de dictis Capellaniis, ut præfertur, vel aliis quomodocumque vacantibus quibuſvis perſonis aliaſque ad præſentationem Regum, aut Oratorum, vel Agentium prædictorum quandocumque etiam cum ſpeciali, & expreſſa derogatione ejuſdem Juriſpatronatus pro tempore factas nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac pro infectis haberi debere, nec jus, aut titulum coloratum poſſidendi cuique tribui, vel per eas acquiri poſſe, ipſaſque præſentes, etiam ex eo quod dictus Lælius, ac modernus alterius Capellaniæ Sanctæ Petronillæ poſſeſſor, & forſan alii ſua quomodolibet intereſſe putantes, vel prætendentes, ad hoc vocati, & cauſæ propter quas emanarint prius examinatæ, verificatæ, vel juſtificatæ non fuerint, ſeu ex quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, invalidari, ad viam, & terminos Juris reduci, in jus, vel controverſiam vocari aut adverſus eas quodcumque Juris, ſeu facti aut Juſtitiæ, vel gratiæ remedium intentari, impetrari, ſeu concedi, aut ab alio, vel ab aliis impetratis ſeu etiam motu, & ſcientia, paribus conceſſis, uti illa ſive etiam per nos, aut dictos ſucceſſores noſtros ſeu quoſcunque alios revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, quos concernunt, & pro tempore quomodolibet in futurum concernent, inviolabiliter perpetuo obſervari debere, ac etiam illas ad plenam probationem hîc narratorum ſufficere nec ad id cujuſvis alterius probationis adminiculum requiri: ſicque etiam in præmiſſis omnibus cenſeri, atque ita & non aliter per prædictum Archipresbyterum, & ejus Vicarium, necnon quoſvis Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum palatii hujuſmodi Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. litis pendentia, præſcriptione, uſu contrario, non obſervantia, & aliis præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Baſilicæ, & Urbis prædict. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac etiam novis reformationibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illis, necnon Baſilicæ Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis prædictis, ac quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque ten. & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis, necnon irritantibus & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. abſolutionis, voluntatis mandati, declarationis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis decreti, & derogationis infringere &c. Siquis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo primo, quarto Idus Septembris Pontificatus noſtri anno decimo.

Jus Patron. aſſerit Regib. Francor.

Proviſ. a Pontif. jus certum ac firmum.

Quod auctorit. Apoſtol. roboratur

Dempta cuilibet facultate ſecus judicandi.

Obſtantia quæcumque removentur.

Contrariis omnibus derogat

Per-

Permittit Capitulo, ut concedat in Emphyteuſim perpetuam pro annuo Canone quatuor Ducatorum quoddam ſolum 60. Cann. prope portam Angelicam, ad fabricandum. Soli hujus partem nunc occupat Eccleſia nova S. Peregrini.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 20.

AN. CH. 1602. 5. Nov.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam Ben. (a) Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Quod cum ipſi quoddam terrenum capacitatis ſexaginta Cannarum vel circa ſubtus ſtratam, qua itur ad portam Angelicam de dicta Urbe, cui ab uno Eccleſiæ Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis prope dictam portam, & ab alio via publica, ac ab alio Univerſitatis Beneficiatorum, & Clericorum Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo de eadem Urbe dilectorum filiorum bona, a reliquis autem lateribus ſui notiſſimi fines cohærent, poſſideant, nihilque ex eo percipiant, & proinde cupien. eorum, & dict. Menſæ conditionem efficere meliorem, dictum terrenum uni, vel pluribus Perſonis plus offeren. & meliorem dict. Menſæ conditionem efficien. ad effectum unam, vel plures domus ibi fabrican., & Emphyteuſim perpetuam ſub annuo canone unius Caroleni pro qualibet canna, vel circiter, ſummam in totum quatuor ducatorum auri de Camera, vel circiter conſtituen., ac aliis pactis, & conditionibus inter ſe convenien. licitis tamen, & honeſtis, ac dictæ Menſæ utilibus, & ſtatuen., in eviden. dict. Menſæ utilitatem dare, & concedere decreverunt. Propterea exponentes prædicti aſſerentes dationem, & conceſſionem hujuſmodi, ſi fiant in eviden. dict. Menſæ ceſſuras eſſe utilitatem, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti Terreni ſituationes, confines, vocabula, & denominationes præſentibus pro expreſſis habentes, ipſoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, necnon dicti Capituli ſingulares Perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, certam tamen de præmiſſis notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: diſcretioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus Terreno hujuſmodi cum illius circumſtantiis, univerſis prius coram te ſpecificatis, ac vocatis ad id, qui fuerint vocandi, de præmiſſis omnibus, & ſingulis te diligenter informes, & ſi per informationem eamdem tibi legitime conſtiterit, dationem & conceſſionem præfatas, ſi fiant, in eviden. dictæ Menſæ utilitatem ceſſuras eſſe, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, illas eiſdem exponentibus modo, & forma præmiſſis facien., & quæcumque Inſtrumenta deſuper neceſſaria, & opportuna, quæ poſtquam confecta fuerint, ea Apoſtolica auctoritate approbata ſint, & eſſe cenſeantur, confici facien., licentiam auctoritate noſtra concedas & impartiaris. Non obſtan. fe. re. Pauli PP. II. Prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ, quatenus opus ſit, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Quantitas ſoli ad Capitulum ſpectantis

In Emphyteuſim dari poſſe orant

Pontifex id conceſſurus præmittit abſolution. &c.

Rei examen demandat Vicario Card.

Eidem delegat facultatem rei gerendæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die v Novembris 1602. Pontificatus noſtri anno XI.

Pau-

(a) Hæ literæ inſcribuntur: *Dilecto filio in Urbe & illius diſtrictu Vicario noſtro in Spiritualibus Generali*. Is erat ſcilicet Hieronymus Card. Ruſticuccius, quem ſane mirum, Fratris honore non affici, quum jam eſſet Epiſcopus Albanus ab an. 1598. die 30. Martii deinde Sabinus a die 21. Febr. 1600. Huc accedit, quod vixdum Sacro Collegio adſcriptus Presb. Card. S. Suſannæ, Senogallienſis Epiſcopus fuit renunciatus. At quem primum titulum adeptus fuit an. 1570. illum uſque ad mortem retinuit, quam oppetiit an. 1603. ut videre eſt in Epitaphio apud eamdem Eccleſiam ab ſe mirum in modum ornatam, ubi ejus Cineres quieſcunt. Ciac. Ughell. *in Epiſc. Senogall.*

(a) Bre-

PAULUS V.

Leone XI. paucos poſt dies ab inito Pontificatu e vivis erepto (*a*), Camillus Cardinalis Burgheſius in Summum Eccleſiæ Pontificem eligitur die 16. Maji 1605. ſumto Pauli V. nomine, & die 26. ſolemni Pentecoſtes die coronatur in Baſilica S. Petri. Obiit 28. Januarii (*b*) 1621., exactis in Pontificatus gubernio annis 15. menſibus octo diebus tredecim ab ejus electione.

SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ, necnon SS. Martyrum Proceſſi & Martiniani Corpora e vetere in novam Baſilicam transferri jubet; ac iis, qui aut translationi interfuerint, aut ſtato Sacri Ritus die Baſilicam viſitaverint, omnimodam peccatorum Indulgentiam concedit.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CH. 1605. 2. *Decemb.*

UNiverſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum eum honorem, quem Reliquiis Sanctorum, in quibus etiam Deus glorioſus exiſtit, adhibemus, tanquam ſibi ipſi habitum idem Deus accipiat; cumque eo acrius ad debitam alicui reverentiam exhibendam impellamur, quo pluribus inde commodis, & utilitatibus augeri, ornarique poſſe ſperamus; Ideo, quo Chriſtifideles vehementius ad hunc cultum Sanctis præſtandum incitentur, cæleſtes Indulgentiarum theſauros aperimus. Cum itaque propediem ex antiqua Eccleſia Principis Apoſtolorum de Urbe, Sanctorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ, quæ ſub Altare Sanctiſſimi Sacramenti in eadem Eccleſia in hunc uſque diem recondita (*c*); & Sanctorum Proceſſi, & Martiniani Martyrum Corpora, olim ſub alio ejuſdem Eccleſiæ antiquæ Altari pariter poſita (*d*), ad novam Baſilicam ejuſdem Principis Apoſtolorum, & ad Altaria per Nos deſignanda, noſtro juſſu transferenda ſint (*e*); Nos ad augendam fidelium pietatem, & religionem, ac animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ſupplicationibus quoque dilecti filii noſtri Euangeliſtæ tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis Cuſentini ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteri, necnon dilectorum filiorum Capituli, & Ca-

Status in veteri Baſilica Locus ubi SS. Apoſtol. Simonis & Judæ, & SS. Mart. Proceſſi & Martiniani Corpora quieſcebant.

Eorum in novam Baſilicam translatio.

(*a*) Breviores Pontificatus dies ita enumerat V. Cardinalis Baronius, qui *Tom. XII. annal. ad an.* 1187. de Gregorio VIII. duorum duntaxat menſium Pontifice ſermonem habens, ita orationem flectit ad Leonem XI. *Leo Sanctæ memoriæ Papa XI. ne unum quidem in Pontificatu menſem explevit. O rerum humanarum inconſtantiam! Creatus Pontifex Kal. Aprilis, eſſe morte deſiit vigeſima ſeptima ejuſdem: ſed qui vere egregio ac ſingulari virtutis exemplo, conſummatus licet in brevi, explevit tempora multa.* Quibus verbis ſingularem hujuſce Pontificis animi fortitudinem commendat, quippe qui morti proximus, flecti non potuerit, ut Nepotem ſuum in Cardinalium numerum cooptaret; imo vero Confeſſarium, qui acrius inſtabat, a ſe rejecerit.

(*b*) In Epitaphio quod apud Ciaconium exſcribitur, hæc poſtrema occurrunt verba: *Obiit anno Salutis MDCXXI. Die XXII. Januarii.* Error tamen apertiſſimus Typographo tribuendus; quandoquidem epigraphe Pauli V. tumulo appoſita, quam oculis noſtris luſtravimus, ſic habet: Obiit an. Salutis MDCXXI. *Die* XXVIII. *Januarii.* Si Joannes Palatius id perſpectum habuiſſet, mendoſum epitaphium quod in Ciaconio legerat, non probaſſet, ita ſcribens in vita Pauli V. *Obiit die* 28. *Januarii ann.* 1621.... *vel, ut in epitaphio, die* 22. *Januarii.*

(*c*) Sanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ Sacra Corpora in Vaticana Baſilica fuiſſe tumulata vetus traditio habuit, de qua Benedictus Canonicus XII. ſeculi Scriptor luculentiſſimum præbet teſtimonium, inquiens *Deinde*: (Summus Pontifex) *incenſat duo Altaria in media navi ad Crucifixum, ubi ab antiquis Patribus audivimus requieſcere Apoſtolos Simonem & Judam.* Quod ferebat traditio, probavit experimentum; quippe, ut infra videbimus, utriuſque Apoſtoli Sacra Corpora ſub Altari eorum nomini dicato reipſa inventa ſunt. Statum Altaris locum in veteri Baſilica indicat Alpharani Tabula ſub. num. 44. Illud etiam huic Altari acceſſit decus, quod in eo SS. Euchariſtiæ Sacramentum ad hæc uſque tempora fuerit aſſervatum. Hinc in eo exornando multorum cura fuit, præcipue vero Societatis SS. Sacramenti, quam Paulus III., ut ſuo loco diſſeruimus, in Baſilica Vaticana primus inſtituit.

(*d*) Altare SS. Proceſſi & Martiniani, illique conjunctum Oratorium, Paſchalis Papa I. qui e Cemeterio B. Agathæ via Aurelia eorum Corpora ſolemni ritu extulit, a fundamentis excitavit. Stetit ea moles ad ætatem Julii II., ſub quo dejecta, Sacra Martyrum lipſana eodem clauſa porphyretico loculo, in alio Altari, inter nonam & decimam Vaticani Templi columnam extructo, quod Alpharanus indicat ſub num. 42., fuere collocata. Hoc item Altari Pauli V. juſſu everſo, ea translatio peracta eſt, de qua præſens Diploma loquitur.

(*e*) Quo tempore utraque translatio contigerit, paucis repetam ex Grimaldo, qui huic ſacro ritui interfuit, & de eo ſcripſit locupletiſſime in Opere cui titulus, *Inſtrumenta authentica translationis Sanctorum Corporum &c.* Die 1. Octob. 1605. Ara ſub qua SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ Corpora claudebantur, diſſecrata, die 26. inſequentis Decembris tumulo, & arca reſeratis, utriuſque Apoſtoli Corpora in Cineres & Oſſa redacta, & intermedia plumbi lamina ſejuncta, reperta ſunt. Actum id circa horam noctis nonam, eodem Grimaldo referente. Inde vero amota, & in Capellam Chori translata, ibidem uſque ad inſequentis diei auroram manſere. Rurſum igitur (poſtera die 27. Decembris illuceſcente) ad veteris ſepulchri locum relata, ac ligneo Altari decenter ornato ſuperpoſita, poſt Veſperas decantatas, ac Proceſſionem ſolemniori ritu habitam, adveniente hora noctis ſecunda, a Cardinali Euangeliſta Pellotto Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero, ſub eodem Altari eorum nomini dicato, in quo hodie ſervantur, condita ſunt.

In translatione Corporum SS. Proceſſi & Martiniani res ita habuit.

& Canonicorum ejuſdem Baſilicæ nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui translationibus eorumdem Sanctorum Corporum devote interfuerint, aut dictam Baſilicam a primis Veſperis diei Feſti S. Joannis Euangeliſtæ, uſque ad occaſum ſolis diei feſti Sanctorum Innocentium immediate ſequen. proxime futuri devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt dictos dies minime valituris.

Occaſione translationis Plenaria Indulgentia conceditur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Decembris MDCV. Pontificatus noſtri anno primo.

Plenaria item Indulgentia conceditur iis diebus conſequenda, quibus Vultus Sancti, Lanceæ, Capitis S. Andreæ Apoſtoli, aliorumque SS. Reliquiæ in novam Baſilicam transferentur.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 254.

AN. CHR. 1605. 23. Decemb.

PAulus PP. V. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Si unquam Chriſtifidelium ardor & pietas in Deum elucet, tum profecto eſt, cum Sacris Dominicæ paſſionis myſteriis, & Sanctorum Reliquiis peculiari quadam religione obſtricti eſſe cernuntur, ex quorum pio frequentique aſpectu, non modo Chriſti Domini, & Redemptoris noſtri cruciatuum, ejuſdemque necis indigniſſimæ memoria recolitur, verum etiam magnus in ipſum Chriſtum amor, qui pro generis humani ſalute tam dirum mortis genus ſubiit, & ſimul adverſus peccata, quæ eam illi mortem conflarunt, odium acerbiſſimum excitatur. Cum igitur veteris Apoſtolorum Principis Baſilicæ Altaria ejuſdem Chriſti Domini, & Sanctorum Reliquiis conſecrata, in alio dignius, magnificentiuſque extructo, & antiquo illi contiguo Templo, noſtro juſſu collocanda ſint; Et propterea Sanctiſſima noſtræ Redemptionis Myſteria, Velum ſcilicet illud inſigne, & admirandum, cui, dum idem Dominus tanquam Agnus innocens ad occiſionem raperetur, ſuum os Sacratiſſimum Spinis redimitum, & Sanguine, ac Sudore perfuſum mirabiliter impreſſit; & Lancea, qua precioſiſſimum ejuſdem mortui pectus effoſſum, ſimul aquam, & Sanguinem emiſit: Cumque præterea Caput S. Andreæ Apoſtoli (a), & Corpora SS. Gregorii Magni (b) Jo-

Maxima fidelium utilitas, qui in Paſſionis Chriſti myſteria ſtudio fervent.

Veronica & Lancea in alium Baſilicæ locum transferenda.

Item S. Andreæ Caput, ac Sancti Gregorii Corpus.

habuit. Die 22. Octobris 1605. Altare dejicitur; arca porphyretica in qua condita primitus fuerant, aperitur, eorumque Oſſa ac Cineres una cum vaſculis ligneis, in quibus Sanguis aderat concretus, deprehenduntur. Sacra lipſana in eam Sacrarii Capellam, cui *SS. Reliquiarum* nomen eſt, inferuntur, ibique ad 27. Decembris diem aſſervantur. Sequenti die in veteris ſepulcri loco, ubi Altare erectum fuerat, publicæ venerationi propoſita, ſero veſpere ſub Ara in nova Baſilica illis erecta, ab eodem Cardinali Archipresbytero circa alteram noctis horam ſolemni ritu, multoque adſtante populo, componuntur.

(a) De majoribus Reliquiis, quæ in Baſilica noſtra aſſervantur, nimirum de lineo Velo in quo Vultus ſui imaginem Chriſtus impreſſit, quodque *Veronicam* vulgo appellant; de Lancea item, quæ Servatoris Domini latus aperuit, nihil eſt quod plura diſſeramus, quum in hac Collectionis Bullarum ſerie plura ſparſim in hanc rem ſcripta fuerint. Satis etiam declaravimus quo tempore, quove ſolemni ritu, S. Andreæ Apoſtoli Caput in Vaticanum Templum pervenerit. Supereſt igitur, ut earumdem Reliquiarum puram putamque translationem, Grimaldo noſtro facem præferente, explicemus.

Die 25. Januarii 1606. Veronica; Lancea, ac S. Andreæ Caput e veteri Baſilica in Sacrarium, inde in Archivum delata ſunt, Cardinali Archipresbytero adſtante, qui ſacratiora illa Religionis Monumenta arcæ ferreæ, ut eorum ſecuritati magis conſultum eſſet, incluſit. Altero menſe nondum exacto, nimirum die 21. Martii, recurrente tunc temporis feria 3. Majoris hebdomadæ, inde amota, & in editiorem loculum Majoris paraſtatæ ſolemni pompa translata ſunt. Ibi adhuc perſtant, eodem clauſa loculo, ad quem nulli, exceptis Baſilicæ noſtræ Canonicis, patet aditus. Anno tamen 1612 die 29. Novembris S. Andreæ Apoſtoli Caput in conditorio alterius Paraſtatæ quæ ad Septentrionem vergit, eodem Grimaldo referente, collocatum fuit.

(b) Id contigit die 8. Januarii 1606., quum die 29. Novembris præcedentis anni, dejecto Oratorio & Altari ſub quo inclyti Doctoris Corpus jacebat (locum indicat Alpharani Tabula *ſub num.* 85.) ibidem, multis ſpectantibus, in lignea Capſa reconditum, inventum fuerit.

(a) Iſthæc

Supp. Quarti. *Aliarum Reliquiarum tranſlatio in novam Baſilicam.*

Joannis Chryſoſtomi (*a*) Leonum Primi, Secundi, Tertii, * (*b*), & Noni (*c*), & Bonifatii Quarti (*d*) Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac Sanctæ Petronillæ Virginis (*e*) ad eandem novam Baſilicam propediem transferenda, & in Altaribus ejuſdem Baſilicæ per nos deſignandis honorifice conſtituenda ſint; Nos, ut majori cum veneratione, & populi frequentia hujuſmodi translationes fiant, utque animarum ſalus magis augeatur, cæleſtes Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores in terris a Domino conſtituti ſumus, libenter erogamus. Supplicationibus itaque dilecti filii noſtri Euangeliſtæ tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis Cuſentini, ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteri, necnon dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum ejuſdem Baſilicæ nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui translationibus præfatis faciendis, & cuicumque illarum devote interfuerint, aut præfatam Baſilicam quocumque ex diebus per nos præſcribendis, in quibus translationes hujuſmodi fieri contigerit, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt dictos dies minime valituris.

Plenioris Indulgentiæ beneficium Pontifex elargitur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Decembris MDCV. Pontificatus noſtri anno primo.

Locationem domus in Platea Campi Floræ a Capitulo factam Paulo Nereo quoad viveret, & conditiones contractui adpoſitas, apoſtolica Auctoritate confirmat.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullarum in Conſtitution. Pauli V. an. I. lib. XIII. fol. 473.

AN. CHR. 1606. 26. April.

Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio noſtro in Urbe, & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, Salutem & Apoſt. Benedictionem.

Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Collegiatarum earumque Menſarum Capitularium utilitatibus intendentes, iis, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firma & illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, Apoſtolici mandamus adjici muniminis firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo Papa II. Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis: Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. anno primo. Et deinde exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Joannis Pauli Nerei Novarien. dictæ tamen Urbis incolæ petitio continebat, quod nuper Capitulum hujuſmodi, ut ſuam & eorum Menſæ Capitularis conditionem efficere poſſent meliorem, quamdam Domum cum altera, & ejus Apothecis, Curtili, Cellis vinariis, membris & pertinentiis ſuis, una tamen ex prædictis Apothecis, quæ Victoriæ Crotti, ſive ejus Uxori ad vitam conceſſa reperitur, excepta, in eadem Urbe & Platea Campi Floræ, juxta Alexii de Mar-

Contractus a Capitulo initus, ejuſque conditiones.

(*a*) Iſthæc tranſlatio non jam ſub Paulo V. ſed, Urbano VIII. ſedente, anno nimirum 1626. Kal. Maji, ut liquet ex Inſtrumento Jo. Baptiſtæ Nardoni, peracta eſt. Hoc ſiquidem tempore Chori Capellæ, in qua S. Doctoris Corpus integrum, aliqua etiam carnis parte adhuc reliqua, ſervatur, ſuprema manus fuit impoſita.

(*b*) Repetas quæ de hoc Altari SS. Pontificum ſupra diſſerui in literis Gregor. XIII. pagina 138. nota *a*. Sub Paulo V. die 26. Martii 1607. amoto Altari, reperta ſunt Corpora SS. Leonum II. III. & IV. magna ex parte in cinerem ſoluta. Altius effoſſa humo, lignea capſa detecta eſt, in qua S. Leonis I. Corpus claudebatur, integrum fere univerſum, ac in altitudinem octo circiter palmorum protenſum. Pontificalia item inſignia, quibus Corpus tegebatur, & manifeſta Pallii veſtigia apparuere. Sequenti die eadem SS. Pont. Corpora ad Altare B. M. de Columna ſolemni ritu tranſlata ſunt, ibique clauſa; ita tamen ut imum locum S. Leonis I. Corpus, ſupremum cetera occupaverint. Quo vero tempore S. Leo I. ad proprium Altare in Baſilica extructum, delatus fuerit, ſuo loco aperiemus.

(*c*) S. Leonis IX. Corpus ad Altare mortuorum olim conditum, die 11. Januarii 1606. reſerato tumulo, inventum eſt, uſque adeo procerum, ut altitudinem palmorum novem exæquaret. Die 18. ſolemni Proceſſione elatum, ſub Altari SS. Martialis & Valeriæ fuit reconditum.

(*d*) Bonifacii IV. ſepulchro inter Portam Ravennianam ac Judicii poſito Bonifacius VIII. nobile Oratorium ac Altare ſuperextruxerat. Viceſima Octobris die 1605. dejecto Oratorio, ac Altari, S. Pontificis Oſſa ac Cineres figlinis vaſis recondita, detecta ſunt. In novam arcam repoſita, ac conſueto ſolemni ritu ad Altare S. Thomæ Apoſtoli tranſlata, in eo adhuc quieſcunt.

(*e*) S. Petronillæ Corpus pro temporum vicibus in varia Baſilicæ Vaticanæ loca tranſlatum eſt. Julii II. ætate disjecto celeberrimo Templo quod Paulus Papa I. excitandum curaverat, in Sacrario ejuſdem Baſilicæ aliquandiu ſtetit. Gregorii XIII. juſſu ad Altare SS. Crucifixi delatum, rurſus Paulo V. jubente, loco motum. Poſtrema hæc tranſlatio accidit die 15. Januarii 1606., poſtquam Sacri Corporis veritas ex adpoſita Epigraphe innotuerat. Sub Ara eidem Virgini dicata Corpus fuit conditum, ibique adhuc ſervatur.

(*a*) No-

Marchis, & Vincentii Amatori, necnon Petri Lini, & Hæredum quondam Horatii Bellapone dilectorum filiorum bona, aliaſque ſuos notiſſimos fines ſitam, & ad dictam Menſam legitime ſpectantem (*a*), quæ eidem Joanni Paulo ad triennium propediem finiendum, ſub annua reſpoſione centum & ſexaginta ſcutorum monetæ, ita tamen quod dictus Joannes Paulus in melioramentis præfatæ domus ſeptuaginta ſcuta monetæ exponere teneretur, & ſi in hujuſmodi locatione ultra dictum triennium non continuaret, præfati Capitulum ei trigintaquinque ſcuta ſimilia reſtituere deberent, locata reperitur eidem Joanni Paulo, qui dicta ſeptuaginta ſcuta, & ultra in hujuſmodi melioramentis expoſuit, ad ejus vitam naturalem tantum, ſub annua reſponſione centum, & ſexaginta ſcutorum hujuſmodi, de ſemeſtri in ſemeſtre, & anticipatis ſolutionibus perſolvendorum, his tamen conditionibus adjectis, quod dictus Joannes Paulus eiſdem Capitulo præfata trigintaquinque ſcuta quæ ei reſtituere debebant, remittere & condonare, prout remiſit, & condonavit, ac infra biennium proximum ducenta ſcuta ſimilia in melioramentis dictæ domus de conſenſu, & voluntate ambarum partium exponere, dictamque domum cum Apotheca, aliiſque membris, & pertinentiis ſuis hujuſmodi, neceſſariis melioramentis quantumcumque magnis & exceſſivis, ad quamcumque ſummam aſcendentibus, ſuis propriis ſumptibus, & expenſis, abſque ſpe quidquam repetendi, & compenſandi manutenere, ac ita omnes taxas & impoſitiones occaſione matonatus, ſeu ſelicatus viarum, ſeu Plateæ Campi Floræ hujuſmodi ex tunc faciendorum ſolvere deberet, & teneretur, aliiſque pactis, & conditionibus, licitis tamen, & honeſtis, dictæque Menſæ utilibus, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito locarunt, & conceſſerunt, prout in publico deſuper confecto Inſtrumento dicitur contineri (*b*). Quare pro parte Capituli & Joannis Pauli præfatorum aſſerentium locationem hujuſmodi in evidentem dictæ Menſæ utilitatem ceſſiſſe, & cedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus dictæ locationi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis &c. dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ac ſingulares perſonas Capituli, & Joannem Paulum hujuſmodi a quibuſvis &c. cenſentes, nec non Domus ſituationes, confines, vocabula, denominationes, ac Inſtrumenti hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ &c mandamus, quatenus ſi & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, & ſpecificato prius coram te de dicta domo, & ſervata forma litterarum Prædeceſſoris huiuſmodi, tibi de præfata locatione, & quod illa in evidentem dictæ Menſæ ceſſerit, & cedat utilitatem, legitime conſtiterit, locationem præfatam, dummodo juſto pretio facta fuerit, auctoritate noſtra approbes, & confirmes, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſuppleas. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. ac dictæ Baſilicæ juramento, &c. quibuſcumque. Volumus autem quod dicto Joanne Paulo vita functo, dicta domus cum omnibus & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis, necnon quibuſvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, ad dictam Menſam pleno jure, ac omnino libere revertatur (*c*), illique cedat, abſque eo quod renovatio locationis hujuſmodi a quoquam quovis prætextu vel cauſa peti, aut prætendi poſſit.

Contractus conditiones.

Judex qui contractum probet a Pontifice deſignatur.

Expleta conditione, Menſa Capituli ... utile dominium acquirit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſexto, ſexto Kalendas Maji Pontificatus noſtri anno primo.

Do-

(*a*) Noſter Domorum liber Cenſualis hanc ædem num. XV. deſignatam exhibet.

(*b*) Inſtrumentum adeas a Gargario conſcriptum 14. *Aprilis* 1606. ac relatum *lib.* 7. *fol.* 105.

(*c*) Ita quidem res habuit 9. Novembris 1616. Siquidem Paulo Nereo e vivis ſublato, domus ipſa, & quidquid conductoris impenſa illi fuerat ſuperadditum, Vaticano Capitulo acceſſit. Conſule memorati Gargarii acta, quæ lib. 14. fol. 160. & 161. poſſeſſionem a Capitulo captam late recenſent.

(*a*) Hanc

Doctrinæ Chriſtianæ Archiconfraternitatem erigit in Baſilica Vaticana: Eccleſias in quibus pium opus exercetur, ſub Apoſtolica protectione recipit: Confratribus, ac iis qui Doctrinæ Chriſtianæ aut tradendæ aut addiſcendæ ſedulo incumbunt, Indulgentias tribuit quamplurimas.

Ex Bullario Romano.

AN. CH. 1607. 6. Octob.

PAulus Papa Quintus. Ad futuram rei memoriam.

Ex credito nobis paſtoralis officii munere, piis locis, quæ majora in dies in ſpiritualibus, & temporalibus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem incrementa ſuſcipiunt, uberiora ſubſidia, ac ampliora concedimus privilegia, ne quicquam illarum rerum prætermittamus, quæ ad chriſtianam propagandam Religionem conducere videntur. Ob has cauſas conſiderantes nos jure optimo a Sacro Tridentino Concilio, & Summis Pont. Prædeceſſoribus noſtris ſtatutum, & jam multos ab hinc annos, maximo Eccleſiæ Dei commodo obſervatum fuiſſe, ut pueri ſingulis Dominicis, & aliis feſtivis diebus fidei rudimenta, obedientiam erga Deum, & Parentes, aliaſque chriſtianas virtutes ab iis, ad quos ſpectat, edocerentur, ut hac ratione, qui ad mundi voluptates ſequendas natura proni ſunt, chriſtiana pietate eruditi, de virtute in virtutem proficientes, tales evaderent, qui ad Populi Chriſtiani mores reformandos, & Catholicæ fidei incrementum idonei efficerentur Miniſtri. Atque hoc conſilio, cum nonnulli probitatis viri zelo charitatis accenſi, pro divini cultus augmento in hac alma Urbe noſtra ceterarum Matre, & Magiſtra, Tridentino Concilio publicato, in quibuſdam Eccleſiis pueros, & adultos quoſcumque ſumma pietate, ac diligentia Doctrinam Chriſtianam docere cœpiſſent, hoc pium opus, præſtante Domino, exiguo temporis ſpatio adeo incrementa ſuſcepiſſe, ut Congregatio ſub Doctrinæ Chriſtianæ nomine jampridem inſtituta fuerit, ex quibus licet aliqui tantum in communi vivant cum ſuo Præpoſito in Eccleſia S. Agathæ Regionis Tranſtyberinæ, in unum tamen omnes ſub uno Protectore conveniunt (*a*), atque ſub uno Præſide huic ſaluberrimo operi ſingulis feſtivis diebus ſedula incubuerunt, & incumbunt diligentia. Nos pro noſtro Paſtoralis officii munere hoc pium Chriſtianæque reipublicæ neceſſarium opus, ex quo hactenus uberrimi fructus provenerunt, ac multo uberiores poſthac proventuros ſperamus, ex animo amplectentes, illudque in dies augeri magis, ac magis cupientes, Congregationem prædictam in Urbe inſtitutam, nec non ſingulas illius Perſonas, & Eccleſias, nempe S. Martini Regionis Arenulæ (*b*), & S. Agathæ Regionis Tranſtyberinæ, eidem Congregationi Apoſtolica auctoritate ceſſas, ſub noſtra, & Sedis Apoſtolicæ authoritate ſuſcipientes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in celeberrima Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe Congregationem Doctrinæ Chriſtianæ hujuſmodi in Archiconfraternitatem Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium

Tridentinæ Synodi, & Summorum Pont. curæ, ut Chriſtiana Doctrina Fideles imbuantur.

Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ Romæ inſtituta.

Eccleſiæ ad pium opus exercendum deſignatæ.

(*a*) Hac in Eccleſia noſtra etiam ætate fideles conveniunt, qui Chriſtianæ doctrinæ ſaluberrimis præceptis imbuuntur. Alii tamen Religioſi Viri paucis ab hinc annis illam inhabitant. Præerant olim Clerici Seculares Congregationis S. Agathæ, Verum, quam iſthæc Congregatio ſenſim deficeret, ac tam exiguo miniſtrorum numero conſtaret, ut hi eorum muneri explendo impares eſſent, BENEDICTUS XIV. nupera Conſtitutione edita XVIII. Kal. Januarii 1747. hanc ipſam Congregationem Clericis Secularibus Doctrinæ Chriſtianæ Congregationis Avenionenſis in Provincia Romana degentibus univit, ac perpetuo ſubjecit; quibus etiam alterius Congregationis Eccleſias, Domos, Collegia, ac bona quæcumque, nonnullis exceptis, attribuit. Quæ igitur a Clericis Congregationis S. Agathæ pridem implebantur onera, poſt recens BENEDICTI XIV. Decretum, ab alterius Congregationis alumnis exſolvuntur.

Dixi *nonnullis Bonis exceptis*. Quod enim ad centum loca montium, quæ a Clericis Congregationis S. Agathæ poſſidebantur, pertinet, ea providus Pontifex ita partitus eſt, ut ex iis octoginta aſſignaverit Collegio SS. Blaſii & Caroli ad Catenarios; reliqua vero viginti in Eccleſiam Parochialem S. Jacobi de Coxa Caballi in Civitate Leonina, quæ quidem Eccleſia Baſilicæ Vaticanæ filialis eſt, perpetuo tranſtulerit; ea lege, ut fructus omnes in emolumentum Vicarii, qui curam animarum exercet, a Primicerio, qui ex numero Canonicorum Baſilicæ noſtræ eligitur, perſolvantur.

(*b*) De Eccleſia S. Martini, alias *Martinelli*, ejuſque everſione ſupra diſſerui Tom. II. pag. 434. not. *b*. Supereſt igitur, ut ſacram ædem illi ſuppoſitam, in qua Chriſtianæ Doctrinæ utiliſſimæ exercitationes habentur, oſtendam. Anguſtæ ac labanti S. Martini Eccleſiæ BENEDICTUS XIV. aliam ſuffecit, cui titulus B. M. *de Planctu*. Amplior ea eſt, atque ad Chriſtianæ Doctrinæ negocium promovendum aptior. Conjuncta illi erat Archiconfraternitas eodem B. M. *de Planctu* donata nomine. Hanc ſodalitatem memoratus Pontifex e medio tulit, ut Archiconfraternitati Doctrinæ Chriſtianæ, quæ longe nobilior ac utilior eſt, pararet locum. Quocirca illius Bona, ædes, ac reditus in hanc contulit; onera tamen intacta reliquit. Id patet ex recenti ejuſdem Pontificis Sanctione ſub dat. VII. Id. Martii 1745. quam nobis ſat eſt indicaſſe, quum hujuſce Conſtitutionis commentarios edere noſtri non ſit inſtituti.

Digitized by Google

Archiconfraternitatem in B. B. Vaticana erigit.

ſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus (a); illiuſque ſic erectæ, & inſtitutæ perpetuum Adminiſtratorem, & Protectorem dilectum filium noſtrum Hieronymum tituli S. Blaſii Presbyterum Cardinalem Pamphilium nuncupatum (b) ac pro tempore exiſtentem in Urbe, & ejus diſtrictu Rom. Pont. Vicarium harum ſerie conſtituimus, & deputamus. Ac ipſius Archiconfraternitatis Confratribus pro tempore exiſtentibus aggregandi dictæ Archiconfraternitati alias quaſvis ejuſdem Doctrinæ Chriſtianæ in qualibet mundi parte cannnice erectas, & inſtitutas, ac inſtituendas Confraternitates, illiſque privilegia, indulta, favores, exemptiones, gratias, & Indulgentias infraſcriptas ſibi per nos conceſſas, ac pro tempore a Sede Apoſtolica concedendas, communicandi; nec non de Adminiſtratoris, & Protectoris prædicti conſenſu quæcumque ſtatuta felix regimen, & gubernium dictæ Archiconfraternitatis concernentia, licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Decretis Concilii prædicti, conſtitutionibuſque Apoſtolicis minime contraria condendi, illaque ſic condita, pro rerum, & temporum qualitate, in toto, vel parte, ac toties quoties opus fuerit, immutandi, & in eorum locum alia de novo edendi, licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Ut autem devotio Chriſtifidelium ad dictum opus exercendum magis in dies augeatur, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui pro Miniſtris, Operariis, & Confratribus dictam Archiconfraternitatem ingredientur, die primo illorum ingreſſus, ſeu eo die, quo dictæ Archiconfraternitati adſcripti fuerint, plenariam; Necnon eiſdem ſic deſcriptis, qui vere pœnitentes, & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in feſto, quod ab ipſa Archiconfraternitate, & aliis Archiconfraternitatibus aggregatis, ſeu aggregandis, pro earum præcipuo, & principali reſpective eligetur, ſumpſerint, etiam plenariam; Quique vere pœnitentes, & confeſſi dictum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut id facere non valentes, animo contrito nomen Jeſu ſaltem corde in mortis articulo invocaverint, ſimiliter plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam dicta auctoritate, earumdem tenore præſentium concedimus. Præterea eiſdem Confratribus, qui vere pœnitentes, & confeſſi ſemel quolibet menſe ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, ſeptem annos & totidem quadragenas; Quique in cauſa fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ perſonæ ad diſcendam Doctrinam Chriſtianam eant, ducentos dies; Qui vero diebus Stationum Urbis hanc Doctrinam in Eccleſiis docuerint, ac etiam illi qui ad eamdem addiſcendam acceſſerint, eaſdem Indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, & conſequi poſſent, ſi Eccleſias Stationum perſonaliter viſitarent. Eaſdem etiam Indulgentias Viſitatores dictæ Archiconfraternitatis, qui ex commiſſo ſibi officio viſitabunt illas Scholas, quas in illo die viſitare poterunt, conſequantur. Inſuper eiſdem Confratribus, qui diebus feriatis hanc Doctrinam Chriſtianam aut publice aut privatim explanaverint, centum dies; Necnon omnibus, & ſingulis Præceptoribus, qui diebus feſtivis Diſcipulos ſuos ad Doctrinam Chriſtianam duxerint, eiſque illam docuerint, ſeptem annos; Quique diebus feriatis in propriis Scholis eamdem Doctrinam explicaverint, centum dies. Sacerdoti etiam dictæ Archiconfraternitatis, qui in Eccleſia, ſeu Oratorio illius Confraternitatis verbum Dei prædicaverit, aut Collationes fecerit, licet illo die non intervenerit in aliqua Schola docendi cauſa, ſeptem annos. Omnibus autem, & ſingulis Patribus, & Matribus familias, qui in ſuis domibus, liberis, famulis, & familiaribus utriuſque ſexus Doctrinam Chriſtianam explanaverint, qualibet vice id fecerint, centum dies; Item Confratribus, qui per Civitatem viros, mulieres, aut pueros ad eamdem Doctrinam Chriſtianam ducendi cauſa circumierint, ſeptem annos; Eiſdem autem Confratribus, qui extra Civitatem ad illam docendam per Caſtella, & Villas exierint, decem annos. Item eiſdem Confratribus, qui diſputationibus, quæ in Scholis dictæ Archiconfraternitatis fieri ſolent, interfuerint, ducentos dies. Omnibus item, & ſingulis Chriſtifi-

Alias Confraternitates aggregandi jus tribuit.

Item Statuta condendi.

Indulgentias Plenarias elargitur.

Alias Indulgentias partiales concedit.

(a) Itaque Baſilicæ Sancti Petri peculiare privilegium eſt, quod in ea Chriſtianæ Doctrinæ Archiconfraternitas fuerit inſtituta. Et merito quidem, quum in eadem Baſilica, in qua B. Petri Apoſtolorum Principis Corpus quieſcit, Catholicæ unitatis centrum ſervetur, ut alio in loco monſtravimus. Hinc in eadem noſtra Baſilica quovis die Dominico Chriſtianæ Doctrinæ dogmata, duobus e Canonicorum numero ad id delectis, adſtantibus, publice explicantur; & hodie Seculares Clerici Congregationis Avenionenſis (pridem Clerici Congregationis Sanctæ Agathæ id muneris exſequebantur) ad fideles docendos conveniunt; & largior ſcutorum centum eleemoſyna iis, qui Cathechesim frequentant, quotannis diſtribuitur. Quo pertinet Clementis XI. Decretum, de quo opportunior ſuo loco recurret ſermo.

(b) Jo. Baptiſtæ Pamphilii, qui mox ad Petri Cathedram evectus eſt, fuit Patruus. Vir ſane pietate ac doctrina ſingulari, qui, quum S. Philippo Nerio eſſet addictiſſimus, in Sacra Vallicellana æde ſepulturam ſibi delegit.

ſtifidelibus, qui per mediam horam Doctrinam, aut docendi, aut diſcendi gratia ſtuduerint, centum dies; Eiſdem etiam Confratribus, qui infirmos dictæ Archiconfraternitatis viſitaverint, quoties id fecerint, ducentos dies; Quoties vero Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, dum ad infirmos defertur, comitati fuerint, ſeptem annos; Eiſdemque Confratribus, qui Corpora Confratrum, & Conſororum defunctorum, ac defunctarum ad ſepulturam aſſociaverint, aut exequiis, anniverſariis, officiiſve, quæ pro eis celebrantur, pro eorum animabus preces fundentes, interfuerint, tres annos; Ac quoties divinis Officiis, & Congregationibus publicis, vel ſecretis dictæ Archiconfraternitatis intervenerint, ducentos dies. Eamdemque Indulgentiam conſequantur, quandocumque proceſſionibus a locorum Ordinariis ſub vexillo dictæ Archiconfraternitatis præſcribendis interfuerint. Item omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus, & cujuslibet ætatis Chriſtifidelibus ad Doctrinam Chriſtianam diſcendam in dictis Scholis convenire ſolitis, qui peccata ſua quolibet Beatæ Mariæ Virginis, aut alio feſto a ſuperioribus dictæ Congregationis determinando, confeſſi fuerint, tres annos; Iis vero, qui ad communicandum habiles ſunt, ſi dictum Euchariſtiæ Sacramentum devote ſumpſerint, quinque annos. Præterea quolibet die dicta Congregatio in quavis Civitate, vel Terra publicabitur, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Confratribus dictæ Confraternitatis vere pœnitentibus, confeſſis, ac communicatis ſeptem annos, & totidem quadragenas de eis injunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino concedimus, & relaxamus.

Indulgentiarum ad alias Confraternitates canonice erectas extenſio.

Noſtræ propterea intentionis eſſe declaramus, quod Indulgentiæ, gratiæ, & indulta prædicta intelligantur, ac ſint conceſſa cuivis Confraternitati canonice erectæ, ſeu erigendæ in qualibet Orbis parte, ſtatim ac prædictæ Archiconfraternitati, juxta Conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri fuerit aggregata, nec abſque aggregatione hujuſmodi gratiarum, & Indulgentiarum prædictarum particeps ullo modo eſſe poſſit. Declarantes nihilominus, quod cum una Confraternitas dictæ Doctrinæ Chriſtianæ unius Civitatis aggregata fuerit, intelligantur, & ſint omnino aggregatæ reliquæ omnes utriuſque ſexus ab Ordinario loci erectæ, & erigendæ, earumdemque Indulgentiarum, & gratiarum prædictarum participes ſint. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumtis fides adhibenda.

Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Archiconfraternitatis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Tuſculi (a) ſub annulo Piſcatoris die 6. Octobris 1607. Pontificatus noſtri anno tertio.

Ut

(a) Tuſculano cælo ac ruſticatione ſummopere delectabatur Paulus V.; hinc plurimæ Tuſculi editæ Conſtitutiones occurrunt. Quod ſingulari quadam animi voluptate hic Pontifex Tuſculano aere frueretur, idcirco magnificentiſſima ibidem extruxit ædificia, quæ hodie inter Burgheſiæ domus delicias, ac ſplendida familiæ ornamenta juremerito numerantur.

(a) Ad

Ut graviora, quæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos fervebant diſſidia, omnino extinguantur, ſaluberrima conſtitutione nonnulla decernit, quæ ad Chori diſciplinam, ad Divinorum Officiorum celebrationem, atque ad Menſæ Capitularis adminiſtrationem pertinent.

Ex Bulla Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 230.

AN. CH. 1611. 14. Octob.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Super Cathedram præeminentiæ Paſtoralis, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia conſtituti, etſi cunctarum Eccleſiarum aſſidua nos ſolicitudo premat, & quotidiana ipſarum ad nos hæc pulſet inſtantia, præcipue tamen cura Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua Sanctitas Principatus Eccleſiæ reſplendet, & innumera Martyrum, aliorumque corpora Sanctorum coluntur, excitat mentem noſtram, ut poſtquam ad illius maximum, & admirabile ædificium perficiendum, animum noſtrum extendimus (a), etiam ad divini cultus in ea augumentum, illiuſque Miniſtrorum pacem, & profectum, ferventibus votis intendamus, ac noſtræ pietatis dirigamus affectum, varias controverſias, & lites inter ejuſdem Baſilicæ Canonicos ex una, ac illius Beneficiatos, & Clericos ex altera partibus, pacis æmulo, ſatore zizaniæ procurante ortas, & a pluribus annis in diverſis temporibus non ſine magno diſpendio agitatas, nec tamen hactenus abſolutas, terminando; cum non deceat eos, qui in ſortem Domini vocati ſunt, exercere lites, quæ criminum materiam pariunt, diſcordiam nutriunt, praviſque actibus aditum præbent, ac diſſidia, & odia ſuſcitant, ut ipſi Canonici Beneficiatos, & Clericos fraterne pertractent, & verſa vice Beneficiati, & Clerici eoſdem Canonicos, ea qua convenit decentia revereantur (b), & inter eos præciſis radicibus, diſſidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus omnino ſubductis, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæſtuet, invaleſcat concordiæ unitas, animorum conformitas perſeveret, cum nonniſi pacis tempore bene colatur pacis auctor, ipſi omnes eo ferventius, & frequentius poſſint divinis in ipſa Baſilica, ut par eſt, intereſſe, quo prorſus fuerint ab omni contentione, & inquietudine ſemoti. Unde nos pii Patris more laudabili, moleſte ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac inter pectoris clauſtra ſolicite revolventes, quam ſit plena periculis, quam onuſta diſpendiis, quamque in divino majeſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta, & propterea pro noſtri Paſtoralis officii munere, paternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus evellere, ac omnimode ſubmovere intendentes (c), nullis unquam futuris temporibus, favente Deo, ſuſcitandam, grandi quoque deſiderio cupientes, ut hujuſmodi negotium, quod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem, & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, litium, & controverſiarum hujuſmodi, tam ſuper bonorum & rerum ad dictam Baſilicam ſpectantium & pertinentium adminiſtratione, & gubernio, quam divinorum Officiorum in eadem Baſilica recitatione, & celebratione, coram quibuſcumque Judicibus Ordinariis, & Delegatis, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, eorumque Locatenentibus, ac S. R. E. Cardinalibus pendentium, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum & Collitigantium, eorumque jura, & actiones præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, motu proprio, non ad Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum

Pontificis in Baſilicam Vaticanam ſoli ſtudio præcipua.

Multæ in Vaticano Clero lites, ac controverſiæ.

Quanta ex diſſidiis mala;

Quanta ex pacis ſtudio profluant bona.

Pontifex ad lites di menſas intentus.

Cauſas in quovis Judicio pro[f]ſitas ad ſe advocat.

(a) Ad Vaticani Templi ædificium non jam conſummatum, ſed brevi perficiendum hæc verba referuntur. Quippe, Grimaldo teſte in accuratiſſimo Opere *de tranſlatione SS. Reliquiarum &c.* pag. 162., Templi Vaticani Porticus ac facies an. 1612. menſe Julio abſoluta eſt; Magno vero ac latiſſimo Templi ejuſdem fornici die 22. Decembris 1614. ſuprema manus impoſita.

(b) Verbis fere iiſdem pridem uſus fuerat Nicolaus III. in celeberrima Conſtitutione, quam repetes ex Tom. 1. Bullarii noſtri pag. 184.

(c) Magna quidem hoc tempore in Vaticano Clero fervebant diſſidia, Canonicis ex una, Beneficiatis & Clericis ex alia parte decertantibus. Eo uſque crevit diſſenſio, ut Beneficiati & Clerici Apoſtolicas quaſdam Conſtitutiones typis edi curaverint, quas in Capitulum opponerent, eaſque Paulo V Pontifici inſcripſerint, præfixa epiſtola quadam nuncupatoria, in Canonicos minus officioſa, & liberiori ſtylo conſcripta. Hinc anno eodem 1609. quo Conſtitutionum editio e typis prodiit, a Sac. Apoſtolici Palatii Magiſtro die 7. Martii proſcripta fuit. Etſi vero id Beneficiatis haud proſpere ceſſerit, eorum tamen clamoribus permotus Pontifex hanc Conſtitutionem promulgavit, quæ, ut ſua Canonicis jura tribuit, ita Beneficiatorum expoſtulationibus occurrit, ac Clero Vaticano tamdiu exoptatam pacem reſtituit.

eorum prædictorum, aut aliorum quorumcumque inſtantiam, & petionem, ſed ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine lites, & controverſias prædictas in quacumque inſtantia, & in quovis ſtatu, & terminis pendentes, etſi ſuper illis, vel earum incidentiis plures deciſiones, & ſententiæ ad favorem cujuſvis eorum latæ, & promulgatæ, ac in rem judicatam tranſactæ fuerint, ad nos harum ſerie avocamus, illaſque penitus extinguimus, ac ipſis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis deſuper perpetuum ſilentium imponimus. Inſuper motu, ſcientia, ac poteſtate ſimilibus, ad honorem Dei, quietum ſtatum omnium prædictorum, ac divini cultus in dicta Baſilica incrementum, fel. record. Nicolai III., Bonifacii VIII. Sixti IV. Julii II., Clementis VII. Pauli III., Pii V. & Sixti etiam V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones ſuper modo, & forma dictæ Baſilicæ in divinis inſerviendi, ac ſuper ... urium, & bonorum illius adminiſtratione editas, quarum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum hic inſertæ forent, præſentibus pro expreſſis habentes (*a*), auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, cum moderatione tamen ac declaratione infraſcriptis, perpetuo innovamus, confirmamus, & approbamus, illaſque adverſus quaſcunque revocationes, ſuſpenſiones, uſus, conſuetudines, & illarum non obſervantiam reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, eaſque omnes, & earum ſingulas a Canonicis, Beneficiatis, & Clericis antedictis inviolabiliter, ſalvis tamen moderatione, ac declaratione infrapoſitis, ſub pœnis, & cenſuris in illis & in hac noſtra contentis, de cetero obſervari præcipimus, & mandamus. Præterea cum diſtributionum quotidianarum uſus adinventus fuerit ne qua in parte divinus cultus minueretur, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtaretur, nec juri conſonum videatur, aliquem diſtributiones hujuſmodi lucrari, munia vero Eccleſiaſtica non obire; hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut non ſolum Beneficiati, & Clerici, ſed etiam Canonici prædicti omnibus horis canonicis tam diurnis, quam nocturnis in dicta Baſilica celebrandis intereſſe, & in Choro non privatum Officium dicere, aut, quod valde indecens eſſet, literas, libroſque, aut alia ſcripta legere, ſed hymnis, pſalmis, & canticis Dei nomen reverenter, diſtincte, devote, ſtudioſe, & attente, non autem per ſyncopam, vel tranſcurſum laudare, & horas canonicas præfatas alta voce pronunciantes, & aliis Capellanis, & Cantoribus ſuas voces pro majore illius excelſi Templi decore adjungentes, recitare, Miſſaſque tam pro vivis, quam pro defunctis celebrare, & alia divina officia per ſe ipſos, non autem per ſubſtitutos perſolvere teneantur, & debeant (*b*); alioquin diſtributiones quotidianas, necnon quæ ſecundum Conſtitutionem ejuſdem Nicolai III. ſunt dividendæ, inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos prædictos præſentes, & inſervientes tantum, prout ceteræ diſtributiones, ad quatuor, duo, & unum, ac minuta, & excepta (*c*) intereſſentibus, & inſervientibus debita non lucrentur, & ſua non faciant. Quo vero ad recitandarum horarum hujuſmodi tempus, multum laudabile eſſet illud correſpondere Officio; quia tamen aliquando id per aliud Eccleſiaſticum munus impeditur, liceat propterea eiſdem Canonicis ex proceſſionis, ſeu concionis, aut adventus Papæ, vel alia ſimili juſta cauſa arbitranda per Vicarium dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentem, ſtatum horarum canonicarum hujuſmodi recitandarum tempus anticipare, vel differre (*d*). Et quia valde honeſtum eſt laudabiles conſuetudines, præſertim quæ laudem, & honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ reſpiciunt, obſervare, volumus, quod iidem Canonici, Beneficiati, & Clerici Officium ejuſdem Immaculatæ Virginis, prout hactenus in dicta Baſilica laudabiliter obſervatum fuit, devote, ac attente recitare teneantur. Et cum ſancta, & ſalubris ſit cogitatio pro defunctis exorare, Beneficiati, & Clerici Officium mortuorum per eos celebrari ſolitum (*e*) nullatenus omittant. Necnon proceſſiones, & alia Officia tam intra quam extra Baſilicam ipſam per eoſdem Canonicos, Beneficiatos, & Cle-

Ac ſilentium imponit perpetuum.

Prædeceſſorum Conſtitutiones de Choro ſerviendo, ac bonorum adminiſtratione confirmat.

Præcipit ut omnes Choro interſint, ac Divina Officia perſolvant.

Contra inobedientes, pœnas irrogat.

Quandonam, & qua auctoritate ſtatum Horarum immutari poſſit.

Officii B.V.M. & Mortuorum recitationem injungit.

(*a*) Nicolai, & Bonifacii Conſtitutiones proſtant Tom. 1. pag. 177. & 229. Ceterorum vero Pontificum literas Apoſtolicas complectitur Tomus II. pag. 206. 340. 399. 444. & Tomus III. pag. 71. & 165.

(*b*) Ita quidem Romani Pontifices decrevere. Quia vero longo experientiæ uſu innotuerat, Sanctionum illarum rigorem vix ac ne vix quidem ſervari poſſe; Hinc in viſitatione Apoſtolica ab Urbano VIII. inſtituta, propoſito dubio, an contraria conſuetudo rejicienda eſſet; Sacræ viſitationis Congregatio die 30. Octobris & 21. Novembris 1626. ita ſancivit: *Mentem Sac. Congregationis non eſſe excludere conſuetudinem rationabilem hactenus obſervatam celebrandi, & alia divina Officia perſolvendi per Subſtitutos ejuſdem Ordinis; & dummodo ſubſtituatur perſona eadem hora alteri ſervitio non obligata, ſitque ejuſdem, non autem inferioris Ordinis, & ſiat ex æqua, & rationabili cauſa.* Hinc mos inolevit, ut aliena ope ſacra miniſteria peragantur.

(*c*) Hoc eſt minutiores reditus, qui ad Maſſam communem non pertinent, ſed excipiuntur; unde *Exceptorum* nomen. Adeas Bullam Nicolai III. Tom. 1. pag. 151. & ſeq. ubi Exceptorum ſeries attexitur.

(*d*) Hæc ſi rite expendantur, patebit ſtatum Horarum tempus nec pro libito, nec ſolo Capituli arbitrio immutari poſſe.

(*e*) Ita pridem ſtatuerat Sixtus V. in Conſtitutione, quam ſupra retulimus pag. 169.

(*a*) Pro-

& Clericos ex conſuetudine dictæ Baſilicæ fieri, & celebrari ſolita omnino celebrentur, & fiant. Ne autem in Officiis celebrandis, & aliis muniis obeundis, per ignorantiam, vel incuriam error oriatur, vel ipſa Officia omittantur, in Sacriſtia dictæ Baſilicæ teneatur appenſata Tabella, in qua juxta Conſtitutionem ejuſdem Sixti V. (*a*) munera, Anniverſaria, & onera omnia, præſertim quæ ex præſcripto ejuſdem Sixti V. perſolvi debent, & quæ ex conſuetudine præſtari ſolent, deſcribantur. Ceterum ſicut ipſa Baſilica tam ſanctitatis, quam ædificii ratione celebris exiſtit, ita ratione gubernii circa divinum ſervitium, & ſervientium mores celeberrima evadat, ſtatuimus quod quemadmodum Canonici ipſius Baſilicæ, qui Dominicis, & ſolemnibus diebus, quando in Diaconatus, & Subdiaconatus munere miniſtrant, Sacram Communionem percipiunt, antiquum, & ſanctum primitivæ Eccleſiæ morem in hoc ſervando, ita a Beneficiatis, & Clericis, qui Acholiti officio in Miſſarum celebratione funguntur, & Altari miniſtrant, peragatur. Præterea ipſi Beneficiati, & Clerici, qui Sacerdotes non ſunt, ſaltem ſemel in menſe, & in ſolemnibus feſtivitatibus ſanctam Euchariſtiam ſumant; Sacerdotes vero tam Canonici, quam Beneficiati, & Clerici ſingulis ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ſolemnibus Miſſas celebrent, & ad hoc per Vicarium dictæ Baſilicæ cogantur (*b*), niſi onus ſæpius celebrandi, vel cura illis immineat animarum; tunc etenim ſuo muneri omnino ſatisfaciant. Ut autem ipſius Baſilicæ Sacriſtia impenſas, quas quotidie neceſſario ſubire cogitur, ſuſtinere poſſit, ſtatuimus etiam quod Canonici, Beneficiati, & Clerici prædicti primo eorum reſidentiæ anno, ultra alia pro dicta Sacriſtia ſolvi ſolita, dimidiam tantum diſtributionum, ac aliorum quorumcumque fructuum, & obventionum partem percipere valeant, relicta reliqua dimidia integre, & ſine diminutione aliqua eidem Sacriſtiæ juxta illius conſuetudinem hactenus obſervatam, & a Concilio Tridentino approbatam. Dulciaria vero, Turnorum lucra nuncupata, nec ſolvi, aut peti, & exigi, vel etiam a ſponte dantibus recipi valeant, ſub pœnis quæ in Concilio prædicto, & Conſtitutione ejuſdem Pii V. incipiente, Durum eſt, continentur (*c*). Licet autem in eadem Baſilica ultimi quatuor Canonici Subdiaconi, quatuor vero immediate Superiores Diaconi eſſe hactenus conſueverint, tamen quia interdum Diaconi, & Subdiaconi abſentes, vel impediti, ſuis vicibus non miniſtrant, decernimus quod Diaconos, & Subdiaconos deſignare, qui abſentium, vel impeditorum vices impleant, ad Archipresbyterum pertineat. Et cum eorumdem Nicolai III., Bonifacii VIII., & Sixti IV. Prædeceſſorum Conſtitutionibus cautum ſit, quod Beneficiati omnes, exceptis ſex qui in minoribus Ordinibus miniſtrare debent, Sacerdotes, vel Diaconi, aut Subdiaconi omnino eſſe, vel ſaltem infra annum promoveri debeant; mandamus quod Beneficiati, qui Sacerdotes, vel Diaconi, aut Subdiaconi non exiſtunt, Ordinem prædictum infra ſex menſes ſub Beneficii privationis pœna eo ipſo incurrenda, ſuſcipiant (*d*). Et Conſtitutioni ejuſdem Nicolai III. qui numerum Canonicorum dictæ Baſilicæ nunquam diminui poſſe decrevit, non minori affectu erga dictam Baſilicam, inhærentes, ſtatuimus quod Beneficiatorum in ea numerus triginta ſex, Clericorum vero vigintiquinque ad minus exiſtat, & nullo unquam tempore diminui poſſit. Capellanorum vero, & Cantorum, necnon Clericorum, & Magiſtrorum ac ſervientium ſtatum immutari nolumus, ſed numerus eorum ab eodem Sixto V. præfixus retineatur (*e*), eiſque ſalarium de Maſſa communi, prout hactenus ſervatum fuit, & hodie ſervatur, ſolvi debeat pro majori ornatu, & decore dictæ Baſilicæ, & pro ſubeundis oneribus, & canendis horis. Nec propterea Canonici, Beneficiati, & Clerici canendi, & orandi, aut aliorum munerum functiones negligere poſſe, aut ab illis ſe exemptos eſſe exiſtiment, ſed ſupra diſpoſita omnino obſervare teneantur. Beneficiati vero, & Clerici Chori, quorum inter cetera munus eſt antiphonas, reſponſoria, & pſalmos cantare, ac in divino-

Onerum Index in Sacrario proponatur.

Canonici ac Beneficiati & Clerici Altari miniſtrantes Euchariſtiam ſumant.

Alii ſtato tempore id peragant.

Annatæ dimidium Sacrario perſolvatur.

Altaris Miniſtri qui abſentium vices agant, ab Archipresbytero deſignandi.

Ut Canonici, ita & Beneficiati, ſex dumtaxat exceptis, ad Sac. Ordines aſcendant.

Status Cleri Vaticani numerus nunquam minuatur.

(*a*) Proſtat hæc onerum Tabella in Sacrario Baſilicæ omnium oculis propoſita.

(*b*) Huic Decreto lenimentum aliquod, inſtantibus Baſilicæ Vaticanæ Canonicis, a Sac. Viſitationis Congregatione fuit ſuperadditum. Quum enim ex vi Paulinæ Conſtitutionis integra illius diei diſtributio denegetur iis, qui aut Miſſam omittunt, aut Sacram Communionem negligunt, timendum erat, ne aliquis die illo ad Baſilicam accederet, aut etiam ne forte, pœnæ timore adactus, Sacram Synaxim indignus ſumeret. Quocirca memorata Congregatio 30. Octob. & 21. Novemb. ita dubium quarto loco propoſitum exſolvit: *Eſſe in facultate Illmi. & Revmi. D.Cardinalis Archipresbyteri, ſive ejus Revmi. Vicarii cogere vel diſſimulare, & a pœna in totum vel in partem abſtinere, prout ſibi in Domino magis expedire videbitur.* Noſtra ætate lex iſta pœnalis non obtinet; Quippe Cardinalis Archipresbyter ejuſque Vicarius incuriam, ſi quæ ſit, taciti diſſimulant.

(*c*) Eam conſulas in Bullar. Romano edition. an. 1692. Tom. 2. pag. 308.

(*d*) Beneficiatorum nomine etiam Clericos Beneficiatos intellige; de quibus idcirco in noſtro Conſtitutionum Breviario, de quo infra agemus, ita ſtatuitur *in § de Beneficiatis & Clericis num. 11. Clerici omnes in ſacris Ordinibus conſtituti eſſe debent; vel ſaltem infra annum ad ipſos promoveri.*

(*e*) Adeas Sixtinam Conſtitutionem, & notam illi ſubjectam *pag. 172. not. c.*

vinorum celebratione decenter ſervire, antequam promoveantur, ſeu ſaltem ad diſtributiones quotidianas lucrandas admittantur, ſuper cantus firmi peritia examinentur, & hujuſmodi antiphonas intonare, matutinum inchoare, & ad Lectorium reſponſoria, aliaque in cantu firmo decantanda decantare, ac ſimilia munera per ſe ipſos ſubire teneantur (*a*). Hebdomadarius autem ſive Beneficiatus, vel Clericus exiſtat, dum divina celebrat, primum locum ex parte Chori, videlicet Canonicus inter Canonicos, Beneficiatus inter Beneficiatos, & Clericus inter Clericos tenere debeat; & quando Miſſa cantatur, Pax detur primo Canonicis, deinde Beneficiatis, & Clericis, idemque ordo in ipſa danda omnino ſervetur, qui hodie in incenſando ſervatur. Si quis vero Hebdomadarius aliquo legitimo detineatur impedimento, quominus intereſſe, & deſervire poſſit, id tali tempore denunciare curet, quo ſequentibus Hebdomadariis per eum, ad quem tunc ſpectabit, notificari poſſit, ne aliquod oriatur ſcandalum; alioquin hujuſmodi Hebdomadarius deficiens, & non denuncians ſaltem decenti tempore, pœna arbitrio Vicarii dictæ Baſilicæ mulctetur. Ceteri autem, qui propter infirmitatem inſervire non poterunt, impedimentum hujuſmodi ſignificent Vicario, aut Punctatori antea, vel ſaltem ſequenti die, & Vicarius Viſitatorem qui viſitet, & referat, ad præfatum infirmum tranſmittere debeat. Abſentes quoque pro negotiis dictæ Baſilicæ, eorum abſentiam ſignificare teneantur. Et ſi quis exierit e Choro antequam hora finiatur, abſque licentia Vicarii, vel eo abſente, illius qui præeſt Choro, ab eodem Vicario, vel ab eo qui Choro præeſt corrigatur, & in amiſſionem diſtributionum illius horæ, vel alias arbitrio Vicarii, vel Præſidentis, pro qualitate exceſſus mulctetur; & ſimili pœna teneantur, qui etiam finita hora canonica, ſed non finita hora officii Beatiſſimæ Virginis, quando in Choro recitatur, ab eodem Choro abſque dicta licentia diſceſſerint. Nec Capitulum dictæ Baſilicæ, aut aliquis particularis ex dicto Capitulo, quibuſvis intereſſe, & deſervire deficientibus, ſive donatione pura, ſive alio quovis modo mulctam remittere valeat, juxta Conſtitutionem Pii V. incipientem, Cum in omnibus (*b*). Quo vero ad abſentiam pertinet, licet Beneficiatus, qui per annum continuum, abſque Archipresbyteri, ſive ejus Vicarii licentia abſens fuerit, ex diſpoſitione Conſtitutionis Nicolaii III., anno hujuſmodi elapſo, ſit ipſo jure privatus Beneficio, non ideo minus poſſit contra talem Beneficiatum ſic abſentem, etiam infra annum procedi juxta Conſtitutionem Concilii Tridentini (*c*). Nec idem Archipresbyter, ſeu illius Vicarius præfatis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, ut ultra tres menſes contra ejuſdem Concilii Tridentini Decretum poſſint abeſſe, niſi ex cauſis a jure communi, vel ex conſtitutionibus Apoſtolicis conceſſis; quinimmo ſe abſentandi etiam citra tres menſes, & diſtributiones interim lucrandi, ex aliis cauſis in prædictis conſtitutionibus Apoſtolicis non contentis, nec a jure conceſſis, licentiam concedere non valeat. Quia vero oportet Presbyteros, & Clericos præſertim divino cultui in tam celebri Baſilica conſtitutos, veſtes propriæ congruentes dignitati, & ordini, dum divinis Miniſteriis aſſiſtunt, deferre, ut per decentiam habitus, Miniſtrorum qualitas, & Officium oſtendatur, & Chriſtifidelium corda ad devotionem excitentur, ſtatuimus, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici prædicti eumdem habitum, quem hodie in dicta Baſilica deferre, & quo uti noſcuntur, in futurum pariter deferre, & eo uti, abſque ulla prorſus differentia debeant, & juxta recolendæ memoriæ Eugenii IV., etiam Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem, in eadem Baſilica non alias quam cum habitu Chori ingredi, aut in ea morari valeant (*d*). Et quia ſancta ſancte tractanda ſunt, & res divinæ ex quavis temporaria cauſa prætermitti non debent, prohibemus, quod nullo modo

Beneficiati & Clerici cantum Eccleſiaſticum calleant.

Alia in Divinorum Officiorum celebratione ſervanda.

Contra abſentes pœnæ.

Quænam Archipresbytero in cauſa abſentiæ competat juriſdictio.

Quod veſtis genus in Baſilica ſit deferendum.

(*a*) Statuerat Clemens VII. (*Bullar. Tom. 2. pag. 399.*) ut Beneficiati ac Clerici, qui Eccleſiaſticum canendi ritum ignorarent, alios ſufficerent, per quos id muneris expleri poſſet; ſecus Archipresbyter & Capitulum ſub excommunicationis pœna alios deſignarent, qui eorum vices gererent, ac de illorum fructibus emolumenta perciperent. Decretum hocce Paulus III. revocavit (*ejuſd. Bullar. pag. 244.*) ita tamen, ut Divino cultui nihil detractum voluerit. Ex quo licet colligere, hac poſteriori Sanctione cenſuras fuiſſe ſublatas; onus tamen Beneficiatis ac Clericis impoſitum, haud fuiſſe imminutum. Paulus V. Prædeceſſorum ſtatuta confirmat; ac inſuper decernit, ut nulli Beneficiorum reditus perſolvantur, niſi primum ſuper cantus peritia, prævio examine idoneus inveniatur. Legem hanc ſaluberrimam Urbanus VIII. in viſitatione habita 1628. ratam habuit; itemque Alexander VII. die 15. Julii 1660. occaſione viſitationis probatam voluit, hoc edito Decreto: *Cum in Conſtitutionibus Summor. Pontificum diſponatur, ac etiam in viſitationibus, ut antequam promoveantur, ſeu antequam ad diſtributiones lucrandas admittantur Beneficiati & Clerici, ſuper Cantus firmi peritia examinentur; Non examinati ſubjiciant ſe examini; & qui non docuerint per fidem juratam Magiſtri Capellæ, intra tres menſes, ſe habere peritiam cantus firmi pro ſervitio Chori, amittant quartam partem diſtributionum; & ſi intra ſex menſes hujuſmodi fidem non exhibeant, tertiam partem, quæ inſervientibus accreſcat.*

(*b*) Eam ſupra retulimus pag. 71.

(*c*) Nimirum Seſs. VII. cap. I. *de Reformatione.*

(*d*) Eugenii IV. Literas complectitur *Tomus II. pag. 91.* Illas igitur adeas, ac notam quam indicat *litera c.*

(*a*) Pre-

modo liceat Canonicis, Beneficiatis, & Clericis dictæ Baſilicæ convocare, vel intimare Capitulum, ſeu Congregationem, aut aliud munus peragendum differre in tempus, quo divina officia in eadem Baſilica ſolita ſunt celebrari. Volumus autem quod Archipresbyter, ſeu illius Vicarius una cum Capitulo, vel ſaltem duobus ejuſdem Baſilicæ Canonicis certam formulam præſcribat in iis, quæ ad debitum in divinis Officiis ordinem ſpectant, & de congrua in his canendi, vel modulandi ratione, de certa lege in Choro conveniendi, & permanendi, ac ab eo recedendi, ſimulque de omnibus ejuſdem Baſilicæ Miniſtris, juxta prædicti Concilii Tridentini conſtitutiones. Abſentibus vero Archipresbytero, & ejus Vicario, correctio eorum, qui verbis, vel factis, aut corporis geſtu, Chriſtianæ, & Clericalis modeſtiæ formam, & modum in Sacriſtia, eo præſertim tempore, quo ſacris ſunt veſtibus induti, ad Altare Dei miniſtraturi, non ſervant, ad Canonicos Sacriſtas pro tempore exiſtentes pertineat, & qui parere noluerit, etiam ſi fuerit Canonicus, illius diei diſtributionem amittat. In Choro autem, abſente Vicario, Canonicus, qui prior in ordine reſidere ſolet, & præſens fuerit, invigilare debeat, ut Officium divinum recte, ut decet, celebretur; in his etenim Canonicus prior in ordine, tanquam Chori præfectus ab omnibus, etiam ab aliis Canonicis habeatur; & cum ipſe aliquid dicendum, providendumque juſſerit, omnes ejus dicto obedire teneantur; reſiſtentes vero, & obedire renuentes, illius diei diſtributiones non lucrentur. Verum cum ejuſdem Baſilicæ ſacra ſupellex pro officiorum varietate, & in ea celebrantium qualitate multiplex, & varia, coloribus diſtincta, ac una altera pretioſior exiſtat, ut apparatuum, & ſupellectilium hujuſmodi tum valores, tum etiam colores cum feſtivitatibus, tum perſonarum, quæ iis uti debent, dignitatibus omnino reſpondeant, Archipresbyter ejuſdem Baſilicæ pro tempore exiſtens, de his curam habebit, ejuſque officium erit ſtatuere quæ pars ejuſdem ſupellectilis communis eſſe debeat ſolemnium Miſſarum, & divinorum Officiorum, tum Epiſcopalium, tum aliorum, quæ a Canonicis in ſolemnitatibus Dominicis, & feſtis diebus, qui a populo coluntur, collegiatim celebrantur, & quæ item aliorum divinorum Officiorum, quæ in aliis feſtivitatibus etiam duplicibus, & ferialibus a Beneficiatis, & a Clericis habentur. Ita ut in poſterum Miſſis, & divinis Officiis, ceteriſque ſacris Miniſteriis quibuſcumque in ſolemnitatibus Dominicis, & feſtis diebus hujuſmodi celebrandis pretioſior ſacrarum veſtium, & ornamentorum, ac reliquæ ſupellectilis apparatus proprius addictus ſit, ac diſtincte aſſervetur, & cuſtodiatur; quique apparatus loco etiam proprio cuſtodiendus addictus eſſe debeat Miſſis, diviniſque Officiis a Beneficiatis & Clericis celebrandis, ut univerſa ſupellex ad ejuſdem Baſilicæ uſum comparanda, tam pro Miſſarum etiam privatarum, aliorumque divinorum Officiorum celebratione, quam pro Altarium ornatu, & Miniſtrorum veſtitu neceſſaria, decens, atque conveniens, dignitatique, & ſplendori tanti templi congruens exiſtat. Et propterea idem Archipresbyter ſingulis annis omnem ſupellectilem hujuſmodi viſitabit, recognoſcet, deſuperque, prout opus fuerit, decernet, & ſtatuet; ac ab iis, ad quos pro tempore ſpectabit, provideri præcipiet. Cum autem valde indecens, & indecorum, ac eidem Venerabili Baſilicæ indignum videatur, dum divina Officia extra locum Chori ordinarium celebrantur, ſcamna in quibus ipſi Canonici reſident, pannis, ſeu tapetibus ornata eſſe, ea vero in quibus Beneficiati, & Clerici ſedere ſolent, nuda, & omni prorſus ornamento ſpoliata conſpici; Statuimus, ut perpetuis futuris temporibus, quando Officia hujuſmodi extra Chorum celebrari contigerit, ſcamna, etiam inferiora Beneficiatorum, & Clericorum cooperiantur, pannis tamen viridis coloris, ut Canonicorum loca, prout convenit, magis ornata appareant. Presbyterium vero, ſive Canonicus, ſive Beneficiatus, aut Clericus Miſſam cantet, eodem modo, & ſine aliqua prorſus differentia ſemper ornari debeat. Ne autem negligentium culpa immunis evadat, ipſorumque impunitas materiam ceteris præbeat delinquendi, ſed munera ſua non obeuntes debitis puniantur mulctis, ut delinquentium pœna reliquorum ſit magiſtra; Volumus quod juxta eorumdem Nicolai III., & Julii II. conſtitutiones ſex Camerarii, quatuor vero Canonici, & duo Beneficiati a Capitulo deligantur, qui certo libro ad id ſpecialiter deputato abſentias tam Canonicorum, quam Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque, qui Miſſis, & divinis Officiis etiam Defunctorum, ac aliis muneribus per eos obeundis non interfuerint, ſeu non inſervierint, fideliter, ac diligenter notare teneantur, ipſique Camerarii mercedem in conſtitutione præfati Julii II. aſſignatam recipiant. Quicumque vero Canonicus, Beneficiatus, vel Clericus, cui ejuſdem Baſilicæ fuerint commiſſa negotia, malitia, dolo, ſeu fraude eidem Baſilicæ damnum aliquod intulerit, illud omnino de ſuo reſarciat, & præterea ad aliorum exemplum puniatur. Verum ut ipſi Canonici, Beneficiati,

Methodus in Divinis Officiis ſervanda, ab Archipresbyt. & Capitulo præſcribatur.

In Sacrario, Canonicus Sacriſta,

In Choro Canonicus ordine prior jus habet.

Decretum de Sacris veſtibus, earumque uſu.

Sacra Supellex ab Archipresbytero quotannis inſpiciatur.

Beneficiatorum Clericorumque ſedilia extra Chorum, panno viridi cooperiantur.

Camerariorum numerus, ac munus.

Privatorum lites propriis expenſis perogantur.

ficiati, & Clerici abſtrahantur a litibus inter ſe exercendis, providere cupientes, ſtatuimus, quod iidem Canonici non valeant in futurum aliquas expenſas de maſſa communi facere in quibuſvis litibus, quas inter ipſos, & Beneficiatos, ac Clericos præfatos oriri contigerit, ſed ut expenſarum gravitate deterriti, procliviores ad concordiam reddantur, unaquæque partium lites hujuſmodi propriis proſequatur expenſis, & de hujuſmodi communi maſſa ſolummodo liceat eis expenſas in litibus facere, quando pro juribus ejuſdem Baſilicæ defendendis, & de communi Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum intereſſe agetur.

Canonici Bonorum adminiſtratores.

Valeant tamen Canonici præfati ejuſmodi maſſam communem abſque Beneficiatis adminiſtrare, & de ipſa diſponere, præterquam in præfato, & aliis caſibus per alias conſtitutiones Apoſtolicas eis prohibitis. Inhærentes autem conſtitutionibus ejuſdem Nicolai III. necnon ſimilis recordationis Pauli etiam III. præfatorum, volumus quod in alienationibus immobilium, & jurium Baſilicæ, & in locationibus Caſalium ultra novennium, ſeu domorum ultra tertiam generationem, Beneficiati vocari debeant, &

Quibus in caſibus Beneficiatorum conſenſus exigitur.

una cum Canonicis vocem aſſentiendi & diſſentiendi habeant. Demum ad evellendas omnes ambiguitates declaramus, Conſtitutionem dicti Nicolai III. incipientem, Civitatem ſanctam, non fuiſſe, nec eſſe ſublatam per non uſum, vel per contrarium uſum, ſeu per præſcriptionem. Ut autem omnium, & ſingulorum tam in hac noſtra, quam aliis Prædeceſſorum noſtrorum ſuper præmiſſis editis conſtitutionibus contentorum facilior notitia ad quos pertinet ad præſens, & in futurum pertinebit, devenire poſſit, ſtatuimus, quod conſtitutiones præfatæ una cum præſentibus litteris inſimul, & in libellum per capita, ſingulorum officia, & munera continentia, ac communibus impenſis ad uſum totius Cleri dictæ Baſilicæ redigantur, & imprimantur (a) ſinguliſque annis certa die per Archipresbyterum, vel ejus Vicarium ſtatuenda, perlegantur.

Prædeceſſorum conſtitutiones in libello contrahantur.

Huic vero lectioni a principio uſque ad finem intereſſentibus ſingulis Canonicis octo, Beneficiatis quatuor, Clericis vero duo julii perſolvantur. Non intereſſentes autem pœna in conſtitutione ejuſdem Nicolai PP. III. contenta, puniantur. Quicumque vero imposterum ejuſdem Baſilicæ Canonicatum, & præbendam, ſive Beneficium Beneficiatum, aut Clericatum nnncupatum quovis modo obtinuerit, & de eo proviſus fuerit, unum ex præfatis libellis ab Archipresbytero Baſilicæ præfatæ pro tempore exiſtente, ſive ab ejus Vicario, ut ad illam inſtructus accedat, recipere, & in adeptione poſſeſſionis Canonicatus, & præbendæ, ſive Beneficii hujuſmodi, omnium, & ſingulorum in dicto libello contentorum obſervantiam ad ſancta Dei Euangelia jurare debeat, & teneatur.

Libelli uſus.

Decernentes Ordinationes, ſtatuta, & alia ſupradicta quæcumque in præſentibus contenta, ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pertinet, & in futurum quomodolibet ſpectabit, & pertinebit, in perpetuum inviolabiliter obſervari; Ipſaſque præſentes literas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, nullo unquam tempore ex quavis etiam urgenti, urgentiſſima, & legitima cauſa, & occaſione, ſeu quocumque prætextu, vel capite undecumque reſultante, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controverſiam revocari, ſive ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, ſeu in Judicio, vel extra in dubium a quocumque revocari poſſe, aut debere, etiam ſub prætextu quod dicti Canonici, Beneficiati, & Clerici auditi, vel citati non fuerint. Sicque & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales Legatos etiam de Latere, necnon dictæ Baſilicæ Archipresbyterum, dictæque Sedis Nuncios in quavis inſtantia judicari, & diffiniri debere; ſublata eis, & quibuſvis aliis aliter judicandi, & diffiniendi poteſtate, & auctoritate; Ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Huic Conſtitutioni robur adjicit.

Eam a quovis vitio liberat.

In quovis judicio ſervanda.

Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, & conſuetudinibus etiam longiſſimo, & immemorabili tempore obſervatis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis etiam Baſilicæ, vel illius Canonicis, Beneficiatis, & Cle-

Obſtantia e medio tollit.

(a) Præcipua Conſtitutionum capita in libellum redacta omnium teruntur manibus. Poſt Paulinam hanc Sanctionem libellus primum prodiit; moxque anno 1697. iterum typis ſubjectus eſt. Dolendum vero, quod in eo multa deficiant, quæ a Pauli V. Succeſſoribus pro bono Baſilicæ noſtræ regimine ſequenti ævo ſtatuta fuere; potiſſimum in Apoſtolicis viſitationibus. Hinc nonnulla quæ in libelli ſerie occurrunt, aut explicanda aliquando ſunt, aut etiam immutanda.

(a) Re-

& Clericis, ſeu illius Capitulo, Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis etiam per nos & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem præfatam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Necnon ſententiis, decretis, deciſionibus deſuper forſan latis, & in rem judicatam tranſactis, ac aliis omnibus, quæ præſentibus literis quomodolibet obeſſe, vel illarum executionem impedire, differre, aut retardare poſſent. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia expreſſa forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum revocationis, extinctionis, impoſitionis, innovationis, confirmationis, approbationis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, præcepti, ſanctionis, voluntatum, mandatorum, ſtatutorum, prohibitionis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſulæ derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo undecimo, pridie Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ut in ædificio Confeſſionis B. Petri honor, religio, ac mundities ſervetur, quatuor argenteas Lampades donat, ac pro expenſis olei, ac Miniſtri, qui Confeſſionis curam gerat, Beneficium ſub tit. S. Euſebii in Parochiali Eccleſia de Gambalo Vaticanæ Baſilicæ attribuit.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 231.

AN. CH. 1616. 25. Julii.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

In beati Petri Principis Solio, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti, ad ea, per quæ Eccleſiarum quarumlibet ejuſdem Principis honori dicatarum, præſertim illius Baſilicæ de Urbe, quam olim glorioſæ memoriæ Coſtantinus Magnus ædificavit, & beatus Silveſter Prædeceſſor noſter Deo, & prædicto Apoſtolo dedicavit, temporis autem vetuſtate dirutam, fel. rec. Julius II. aliique Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri, novo, ampliſſimoque Templo a fundamentis inchoato, reſtaurare, & amplificare cœperunt, cujuſque nos nuper eam, quæ ſupererat, partem, etiam vetuſtate caducam, ruinamque minantem, demoliri (*a*), novumque, & amplum Templi ædificium, incluſo ambitu veteris Baſilicæ, in ejuſdem Apoſtolorum Principis honorem, & S. Silveſtri reverentiam, ac Conſtantini hujuſmodi memoriam conſtrui, perfici, & ornari curavimus (*b*), demumque ad Sacram beati Petri Confeſſionem converſi, illam exornandam duximus, ac ambitum ſuperni pavimenti pro majori adorantis populi commoditate aperiri mandavimus (*c*), majori venuſtati, & ornamento conſuli, ac Miniſtrorum illi dicatorum ſuſtentationi provideri poſſit, libenter intendimus, ac offi-

Novum Baſil. Vaticanæ ædificium a Julio II inchoatum.

A Paulo V. abſolutum.

(*a*) Reliquam veteris Baſilicæ partem ruinæ proximam indicabant frequentes in parietibus rimæ. ipſaque murorum, qui a perpendiculi menſura deflexerant, inclinatio. Metum auxit ingens lapis e feneſtra, quæ Altari B. M. de Columna imminebat, ſubito avulſus, dum Sacerdos in eodem Altari Sacrificium offerret. Fama ad Pontificem perlata, novi Templi ſtructuram maturavit. Ita Grimald. *in oper. cit. pag.* 125.

(*b*) Hoc tempore ſupremam manum Vaticano Templo Artifices impoſuerant. Conſule quæ in hanc rem ſupraſcripſimus

(*c*) Anno ſuperiori, hoc eſt 1615. B. Petri Confeſſionem a Paulo V. fuiſſe exornatam narrat Grimaldus in citato opere *Tranſlat. Sacr. Reliq. p.* 189., ac patet ex epigraphe ejuſdem Sac. Confeſſionis ædificio appoſita. Ne veteris Baſilicæ area Sanctorum Martyrum ſanguine conſecrata, extra novi Templi ambitum protenderetur, Paulus V. provido conſilio decrevit, ut veteri ædificio amplior & productior novi Templi ſtructura eſſet. Hac methodo Carolus Madernus ichnographicum ſpecimen concinnavit, ac Pontifici obtulit, addita epiſtola, quam exſcribit P. Bonanni in ſua *Templi Vaticani Hiſtoria Cap. xx.*

Ejuſd. Pontificis de Baſilicæ Miniſtris ſolicitudo.

ac officii noſtri partes extendimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica, quæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ viventium tunc, & qui eſſent noſtro tempore Cardinalium familiares continui Commenſales obtinebant, & in poſterum obtinerent, quorum familiaritate durante, tunc vacantia, & inantea vacatura, collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum perpetuum ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione, vel ad Altare S. Euſebii ſitum in Parrochiali Eccleſia loci de Cambalo Papien. dioec., quod quondam Franciſcus Viſdominus Clericus in dicta Eccleſia perpetuus Beneficiatus, dum viveret, obtinebat, per obitum ejuſdem Franciſci, qui illud obtinens, & dilecti fili noſtri Michaelis Angeli, tituli S. Bartholomæi in Inſula Presbyteri Cardinalis de Nazareth nuncupati (*a*), familiaris continuus Commenſalis exiſtens, extra Romanam Curiam de Julii proxime præterito, ſeu alio veriori menſe diem clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illo præter nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis; Ut igitur divinus cultus apud omnes Chriſtianos hæc ſancta Limina viſitantes, & frequentantes conſervetur, ac magis in dies augeatur; Nos qui dudum inter alia voluimus, ſtatuimus, & ordinavimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem extimationem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio ipſa non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, ſingulares perſonas dilectorum filiorum Capituli dictæ Baſilicæ, illiuſque Miniſtrorum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes; necnon Capituli hujuſmodi fructuum, redditituum, & proventuum verum annuum valorem ſecundum extimationem præfatam præſentibus pro expreſſo habentes, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ peritionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera liberalitate noſtra, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quatuor, unam videlicet majorem (*b*), & reliquas tres minores illi annexas lampades argenteas, quas confici curavimus, & eidem ædificio, ſeu ornamento prædictæ Confeſſionis perpetuo donavimus, ante eandem Confeſſionem continuo diu, noctuque accenſas, & ardentes perpetuo remanere debere apoſtolica auctoritate tenore præſentium volumus, & decernimus. Pro illarum autem, & unius Clerici, vel Laici ſcopatoris, vel alias nuncupandi, ad nutum Capituli Baſilicæ hujuſmodi ponendi, & amovendi, qui curam, & onus eaſdem lampades accendendi, eaſque, ac pavimentum, & ambitum totumque opus ornamenti, ſeu ædificii prædicti Confeſſionis, mundandi, & abſtergendi, ac debite, & prout decet, manutenendi habeat, manutentione, ac reſpective ſuſtentatione, aut ſalario, vel mercede, Beneficium præfatum, cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus, ſeptuaginta quatuor ducatorum auri de Camera, ſecundum eandem extimationem, valorem annuum ut accepimus non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Franciſci, vel cujuſvis alterius de illo in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſequutionem alterius Beneficii eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſumque Beneficium diſpoſitioni apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatum exiſtat, & ſuper eo inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ædificio ſeu ornamento Confeſſionis hujuſmodi; Ita quod liceat Capitulo præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios, ædificii, ſeu ornamenti Confeſſionis hujuſmodi nomine, ejuſdem Beneficii, ac quorumcumque illius bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum, dependentiarum, pertinentiarum, rerum, & pro-

Vacatio Beneficii in Eccleſia S. Petri de Gambalo.

Pauli V. donatio quatuor Lampadarum.

Ad Sac. Confeſſionis decus ac cuſtodiam, Beneficii fructus attribuit.

(*a*) Is eſt Cardinalis Michael Angelus Toutus, cui a Nazarethano Archiepiſcopatu quem geſſit, cognomen Cardinalis *de Nazareth* inditum. A Paulo V. ad Sacram Purpuram vocatus anno 1608. Romæ die 21. Aprilis 1622. diem clauſit extremum, Collegio, quod in ſuis domibus erexerat, atque e ſuo cognomine *Nazaraenum* vocari juſſerat, herede relicto.

(*b*) Ponderis librarum ſeptuaginta, teſte Grimaldo *loc. ſup. citat.*

(*c*) Hu-

proprietatum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem propria auctoritate libere, & omnino apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere (a), illaque perpetuo arrendare, locare, dislocare, exigere, percipere, levare, adminiſtrare, ac in uſus ſupradictos convertere, Diœceſani loci ejuſdem Beneficii vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſine tamen præjudicio jurium Officii Altariſtatus dictæ Baſilicæ (b), auctoritate, & tenore præfatis perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Decernentes unionem, annexionem, & incorporationem per præſentes factas hujuſmodi ex nunc, & in poſterum perpetuo ſuum effectum ſortiri, ac etiam ex nunc ſortitas eſſe, & eaſdem præſentes perpetuo validas, & efficaces fore, & eſſe, ac etiam ex nunc plenum jus ædificio, & ornamento Confeſſionis hujuſmodi in Beneficio, illiuſque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, bonis, & aliis rebus ſupradictis acquiſitum eſſe, & fore; Necnon eaſdem præſentes etiam ex eo quod quicumque intereſſe quomodolibet habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, vel ex quocumque alio capite, prætextu, vel cauſa, etiam quantumvis juridica, de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, ac ad viam, ſeu terminos juris revocari, aut adverſus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari minime poſſe neque debere, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam unionum effectum non ſortitarum revocatoriis, etiam a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus tam in craſtinum cujuslibet eorumdem ſucceſſorum ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumptionis, quam alias quomodolibet, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis pro tempore emanatis, etiamſi de eiſdem præſentibus litteris earumque toto tenore ac data ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio fiat,

Salvis tamen Altariſtæ juribus.

Conſtitutionem vindicat.

Cavet ne ullo tempore revocetur.

minime includi aut comprehendi, ſed illis, ac quibuſvis contrariis non obſtantibus, in ſuis robore & efficacia perſiſtere, ac quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per Capitulum Baſilicæ hujuſmodi pro tempore eligenda, conceſſas eſſe, & ita per quoſcumque Judices, ac Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & dictæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere; Necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, & recolendæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri, ac Beneficia unius diœceſis aliis Beneficiis, ſeu locis aliarum diœceſum uniri prohibentis, aliiſque etiam in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, & Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſequuta quæcunque ad dictum Beneficium volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſequutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari; Et quibuſvis aliis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, dictum Beneficium debitis non fraudetur obſequiis, ſed illius

Contraria eliminat.

(a) Hujuſce Beneficii reditus ad Baſilicæ noſtræ Sacrarium pertinent, cujus impenſa quatuor lampades, quas Pontifex Paulus dono dedit, perpetuo collucent; & Miniſtro, cui Sac. Confeſſionis cuſtodia ac munditiei curæ eſt, ſtipendium exſolvitur.

(b) Ad Canonici Altararii jus pertinet Sacræ Confeſſionis Claves, eas nimirum, quibus loculus in quo Pallia aſſervantur, aperitur; eas item per quas Confeſſionis penetralia revelantur, cuſtodire.

(a) Huic

Beneficii onera impleri mandat

illius congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, voluntatum, decretorum, unionis, annexionis, & incorporationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſextodecimo, octavo Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Altare S. Mariæ Gratiarum in Eccleſia S. Blaſii *della Pagnotta*, perpetuo Privilegiatum pro Defunctis declarat.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 27. Faſc. 116.

AN.CH. 1617. 13. *April.*

PAulus PP. V. Ad perpetuam rei memoriam.

Omnium ſaluti paterna charitate intenti, ſacra interdum loca ſpiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium Defunctorum animæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutæ, ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur Eccleſiam S.Blaſii dellaPagnotta nuncupat. Urbis, ſimili hucuſque privilegio, ut accepimus, minime decoratam, & in ea ſitum Altare Beatæ Mariæ Gratiarum nuncupatum (*a*), hoc ſpeciali dono illuſtrare, auctoritate nobis a Domino tradita, ac de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ut quandocunque Sacerdos aliquis ſecularis, ſive cujuſvis Ordinis, de Superiorum ſuorum licentia, Regularis, Miſſam Defunctorum pro anima cujuſcumque fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad præfatum Altare celebrabit, Anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur; ita ut ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facien. non obſtan. quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Aprilis MDCXVII. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Con-

(*a*) Huic Altari nomen dedit vetuſtiſſima ac miraculis conſpicua B. M. Virginis Imago in lignea Tabella pennicillo expreſſa. P. Caroccius nuperus ſcriptor l.3.p.360. eamdem Imaginem Altari ad ſiniſtrum Eccleſiæ latus erecto olim ſuperpoſitam affirmat. Noſtra ætate in Ara principe ſedem habet, ibique viſitur adhuc, & colitur. Quum enim Baſilicæ noſtræ Capitulum tempore Benedicti XIII. Eccleſiam S. Blaſii inſtaurandam exornandamque decreverit, ſatius duxit in digniori Templi loco celeberrimam Imaginem, quam jam tum ab anno 1671. aurea corona donaverat, collocare; ex quo Altaris Privilegium in majus Altare translatum eſt.

Quo tempore Eccleſia iſthæc Baſilicæ Vaticanæ conjuncta fuerit, pridem diſſerui t.2. p.98.l.*a*. ubi tamen caſtiganda quæ de Vicarii Curati inſtitutione e calamo exciderunt. Non enim ad Cardinalem Urbis Vicarium ejus inſtitutio pertinet, ſed ab uno Capituli Vaticani juſſu aſſenſuque repetenda. Quippe Capituli intereſt Rectorem animarum deligere; literas, Bullas vocant, expedire, illumque in poſſeſſionem immittere.

(*a*) Haſce

Contractum emphyteuſis a Capitulo S. Petri initum cum Santino Taglietto ſuper gemina exigua domo eidem Santino ad tertiam generationem tradita, & conditiones pactioni appoſitas Apoſtolica authoritate confirmat.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Pauli V. an. XIII. Lib. IV. fol. 325.

AN. CHR. 1617. 4. Septemb.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio noſtro in Urbe & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, Salutem & Apoſt. Benedictionem.

Ædium locatio ac conditiones.

Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo PP. II. emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis: Paulus &c. Anno primo. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Santini Taglietti Laici Roman. petitio continebat, quod ipſi Capitulum, ut ſuam & Menſæ eorum Capitularis conditionem efficerent meliorem, duas domunculas in regione Parionis, & via Cappellariorum juxta ſuos notiſſimos fines ſitas (a), & ad dictam Menſam legitime ſpectantes, valoris in proprietate mille vel circiter, annui vero redditus quinquaginta duorum ſcutorum monetæ Romanæ præfato Santino in Emphyteuſim pro ſe ac utriuſque ſexus filiis, nepotibus, & pronepotibus ſuis uſque ad tertiam generationem ſub Canone ſeu redditu annuo duodecim ſcutorum ſimilium, cum hoc, quod dictus Santinus trecenta ſcuta ſimilia anticipatim in ipſo actu adeptionis poſſeſſionis dictarum domuncularum perſolvere, ad effectum illa in extinctionem Cenſuum eidem Menſæ impoſitorum convertendi, & propterea idem Fantinus ſexcenta ſcuta ſimilia in reparandis dictis domunculis expendere, ac deinceps eaſdem domunculas omnibus melioribus & neceſſariis modis de ſuo proprio manutenere teneatur, ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito dederunt & conceſſerunt, prout in publico deſuper confecto Inſtrumento dicitur contineri (b). Quare pro parte Capituli ac Santini præfatorum aſſerentium dationem & conceſſionem præfatas in evidentem dictæ Menſæ ceſſiſſe & cedere utilitatem, Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus dationi & conceſſioni hujuſmodi, pro eorum ſubſiſtentia, robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ac ſingulares perſonas Capituli & Santini præfatorum a quibuſvis &c. cenſentes, nec non dictarum domuncularum ſituationes, vocabula, denominationes, qualitates, nuncupationes præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi, & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, ſervataque forma præinſertarum litterarum, ac domunculis hujuſmodi, earumque circumſtantiis univerſis prius coram te ſpecificatis, de datione & conceſſione præfatis, ac quod illæ in evidentem dictæ Menſæ ceſſerint & cedant utilitatem, tibi legitime conſtiterit, eaſdem dationem & conceſſionem auctoritate noſtra approbes & confirmes. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. quibuſcumque. Volumus autem quod finita ſeu deficiente tertia generatione hujuſmodi, dictæ domunculæ una cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, nec non quibuſvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, ad dictam Menſam pleno jure revertantur, illique libere cedant (c), abſque eo quod renovatio locationis hujuſmodi ab aliquo ex quovis prætextu, & ex quavis cauſa peti vel prætendi poſſit.

Contractus confirmatio petitur a Pontifice.

A quo Judex deſignatur.

Conditio a Pontifice appoſita.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno &c. milleſimo ſexcenteſimo decimoſeptimo, pridie Nonas Septembris, Anno tertiodecimo.

Ju-

(a) Haſce ædes liber cenſualis indicat ſub num. XII. & XIII.
(b) Inſtrumentum hocce ſcripſit Gargarius die 14. Auguſti 1607.
(c) Utramque domus ad menſam Capitularem ann. 1733. die 16. Januarii tandem recurſa eſt. Conſulantur acta Notarii Corvini lib. V. pag. 320.

(a) Ver-

Juriſdictionem, quam Paulus III. Cardinali Alexandro Farneſio, Sixtus V. Cardinali Euangeliſtæ Pallotto Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteris contulerant, Paulus V. in Cardinalem Burgheſium ejuſdem Baſilicæ Archipresbyterum transfert.

Ex veteri exemplo in Archiv. Baſil. Capſ. 25. Faſc. 310.

IN DEI NOMINE AMEN.

CUnctis ubique pateat evidenter; & ſit notum quod anno a Nativitate ejuſdem D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, Indictione quarta, die vero ſecunda menſis Januarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli divina Providentia Papæ Quinti, anno ejus decimoſexto; Pro parte & ad inſtantiam Illuſtriſs., & Reverendiſs. Domini Scipionis Cardinalis Burgheſii comparuit in Officio mei Notarii publici infraſcripti D. Hieronymus Tanſonius, & facto exhibuit facultates, & privilegia eidem Illuſtriſs., & Reverendiſs. Domino Cardinali Burgheſio uti Archipresbytero Venerabilis Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe nuper electo conceſſa in forma Brevis, ut apparet ſub die vigeſimaſecunda menſis Auguſti a Sanctiſſimo D. N. Papa expediti, tenoris infraſcripti videlicet:

AN. CH. 1620. 23. Aug.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Eximia Baſilicæ laus.

Cum ex debito Paſtoralis officii omnium Eccleſiarum indemnitati, utilitati, ac bono regimini ſalubriter conſulere teneamur, cum vero ad venerandam, ſanctamque Principis Apoſtolorum in Alma Urbe noſtra Baſilicam eo diligentiori ſtudio aciem dirigimus noſtræ mentis, quo & illa dignitate, & præſtantia ceteris antecellit (*a*), & noſter ſingularis, quem gerimus erga eumdem Beatum Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus, ſinceræ devotionis affectus id impenſius requirit. Quare ejuſdem Baſilicæ, ac dilectorum filiorum illius Capituli, Canonicorum, & Miniſtrorum commodis, ac jurium conſervationi, ac ne ad diverſa Tribunalia perſonæ prædictæ trahantur, earum quieti, & litium diſpendio providere cupientes, ac proinde de integritate, prudentia, & circumſpectione dilecti filii Scipionis tituli S. Chriſogoni Presbyteri Cardinalis Burgheſii nuncupati, noſtri ex Sorore germana Nepotis, cui nuper Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ tunc vacantem, ad vitam commendavimus (*b*), plurimum in Domino confidentes; Motu proprio, non ad Scipionis Cardinalis, vel Capituli, & Canonicorum prædictorum, aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas juriſdictiones, poteſtates, privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, indulta, auctoritates, & facultates per fel. rec. Paulum III. Pium IV., & Sixtum V. (*c*) & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros bon. mem. Alexandro Oſtien. Cardinali Farneſio, & ſucceſſive Euangeliſtæ Portuen. Epiſcopis Cardinali Cuſentino reſpective nuncupatis, alias tamquam dictæ Baſilicæ Archipresbyteris, quoad Baſilicam, & Eccleſiam prædictam, etiam illorum perſonæ intuitu, vel ad eorum vitam dumtaxat, in genere, vel ſpecie

Sanctiones a Prædeceſſoribus favore Archipresbyterorum pridem editas in Card. Burgheſium transfert.

(*a*) Verba hæc, quæ in maximum Baſilicæ noſtræ honorem cedunt, paulo accuratius inſpicienda; non enim de Eccleſiis extra Urbem Paulus duntaxat loquitur, ſed, ſi orationis contextum una colligas, eas etiam, quæ in Urbe poſitæ ſunt, comprehendit. *Cum vero*, inquit, *ad venerandam ſanctamque Principis Apoſtolorum in alma Urbe noſtra Baſilicam &c. aciem dirigimus &c. quo & illa dignitate ac præſtantia ceteris antecellit &c.* Vis argumenti urget magis, ſi rei circumſtantias ad trutinam revocemus. Ita nimirum Paulus V. loquutus eſt, quum Cardinali Scipioni Burgheſio Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero ampliorem contulit juriſdictionem. At vero notatu dignum eſt, eumdem Pontificem eidem Cardinali Burgheſio Baſilicæ Lateranenſis Archipresbytero fere geminam pridem tribuiſſe authoritatem, anno nimirum 1608., ut patet ex Pontificia ſanctione relata in Bullario Romano. In pari tamen cauſa diſpari loquendi ratione utitur. Quæ enim de præſtantia ac dignitate Baſilicæ S. Petri hic loquitur, in alio Diplomate pro Archipresbytero Eccleſiæ Lateranenſis nuſquam occurrunt. Conferantur ad invicem Apoſtolicæ literæ, reſque incurret in oculos.

(*b*) Scriptur Grimaldus *in Serie Archipresbyterorum Baſilicæ Vaticanæ* affirmat, Cardinalem Burgheſium die 20. Auguſti 1620. Archipresbyteratus poſſeſſionem accepiſſe. Qua pompa, quove ſolemni apparatu id geſtum fuerit, idem Grimaldus fuſiori ſtylo proſequitur. Tanta enim Prælatorum, Principum, ac primorum ex Romanis Civibus ad Baſilicam Vaticanam acceſſit copia, ut in iis recenſendis accuratiſſimus ſcriptor multas impleverit paginas. Illud procul dubio licet aſſerere, neminem ex Cardinalibus Baſilicæ noſtræ Archipresbyteris ad noſtra uſque tempora enumerari poſſe, qui pari ſplendore, comitatu, ac pompa, eximiæ illius dignitatis poſſeſſionem adiverit.

(*c*) Pauli III. Diploma favore Cardinalis Farneſii repetas ex Tom. II. pag. 439. Literas Pii IV. exhibet Tomus hic III. pag. 45. quo item in Tomo pag. 154. proſtat conſtitutio Sixti V. ſuper juriſdictione Cardinalis Cuſentini Baſilicæ noſtræ Archipresbyteri.

(*a*) Huc

ſpecie conceſſa, ad eumdem Scipionem Cardinalem, quamdiu Archipresbyteratum prædictum obtinuerit, ejuſque in dicta Baſilica Vicarium, ab ipſo Scipione Cardinale nunc forſan deputatum, & pro tempore deputandum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Et nihilominus motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, omnes, & ſingulas cauſas etiam Beneficiales, Eccleſiaſticas, Spirituales, meras, & mixtas, etiamſi compromiſſas, tam civiles, quam criminales, citra tamen pœnam ſanguinis, & corporis afflictivam, inter dictos Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, ac Clericos, nec non Capellanos, Miniſtros, & Servientes reſpective, ſeu quemcumque eorum ex una, & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, necnon Hoſpitalia, Pia Loca, & Collegia, Comunitates, vel Univerſitates ex altera partibus, ſive inter dictos Capitulum, & Canonicos, vel eorum quemlibet, ac Beneficiatos, Clericos, ſeu Capellanos prædictos, vel quoſcumque eorum coram quibuſcumque Judicibus ordinariis, & extraordinariis, Commiſſariis, & exequutoribus, etiam S. R. E. Cardinalibus, & Rotæ, ac Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, & Locumtenentibus, ſuper quibuſcumque rebus, bonis, & pecuniarum ſummis, etiam vigore obligationis in forma Cameræ Apoſtolicæ vertentes, & pendentes reſpective, quarum omnium, & ſingularum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina, & qualitates tam partium, & perſonarum prædictarum, quam etiam rerum, ſuper quibus pendent, pro expreſſis habentes, ad Nos per præſentes avocamus, illaſque in ſtatu & terminis, in quibus ad præſens reperiuntur, & quas in futurum moveri de novo contigerit, tam active, quam paſſive, etiam per prædictos Canonicos, & Capitulum, & Beneficiatos, Clericos, & Capellanos, ſeu eorum quemlibet contra quaſcumque Perſonas, Conventus, Collegia, Capitula, Univerſitates, Societates, Hoſpitalia, & Loca quæcumque ſecularia, & quorumvis Ordinum, militiarum, & hoſpitalium regularia, privilegiata, & etiam per prædictos Canonicos, & Capitulum contra Beneficiatos, Clericos, & Capellanos prædictos ſuper quibuſcumque pecuniarum ſummis, Beneficiis Eccleſiaſticis, cenſibus, canonibus, tritici, grani, vini, pecuniarum, & aliarum rerum reſponſionibus, prædiis, rebuſque, & bonis ad quarumcumque pecuniarum ſummam, numerum, quantitatem, & valorem aſcendentibus, ad dictam Baſilicam, aut illi unitas, vel annexas Eccleſias etiam Parochiales, ſeu ejus Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Miniſtros, etiam privatim, & ratione ſingularum perſonarum quomodolibet ſpectantibus, aut eorum intereſſe directe, vel indirecte, communiter, vel diviſim, ac eorum quemlibet concernentibus, rebuſque aliis in actis Cauſarum hujuſmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occaſione, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis eidem Scipioni Cardinali, ejuſque prædicto Vicario nunc, & pro tempore per eum deputato, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, & quatenus opus ſit, executive, etiam manu regia, abſque terminorum ſubſtantialium, & alicujus telæ judiciariæ obſervatione, ſine confectione regiſtri, ſive extractus, quacumque appellatione poſtpoſita, etiam non frivola, audiendas, cognoſcendas, dicendas, fineque debito terminandas, dicta auctoritate, tenore earumdem præſentium committimus, & mandamus eiſdem præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Cum poteſtate dictas partes reſpective, & omnes alios, quos opus fuerit, & ſua comuniter, vel diviſim intereſſe putantes, in executione citationis nominandos, in Romana Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, citandi, & omnibus Judicibus ſupradictis, & quibus, ac quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis ſuo arbitrio moderandis, & applicandis, etiam per ſimile edictum inhibendi, cauſaſque ipſas coram quibuſvis eorum de facto forſan introductas, ſeu introducendas, ab eis avocandi, & reaſſumendi, & in eventum non paritionis, pœnas & cenſuras prædictas damnabiliter incuriſſe, & incidiſſe declarandi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, Interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & brachii ſecularis auxilium invocandi; Loco vero ſententiæ, ſeu ſententiarum prædictarum etiam mandata executiva in forma ſolita, & conſueta decernendi, illudque, vel illa, & quidquid per prædictum Scipionem Cardinalem Archipresbyterum, ejuſque Vicarium prædictum, vel alterum ipſorum judicatum fuerit, exequendi, expenſas quaſcumque taxandi, & moderandi, atque in cauſis omnibus, & ſingulis præmiſſis, vel earum qualibet, ſeu quolibet præmiſſorum, etiam ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, procedendi, nec non Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, Clericos, & Capellanos prædictos, ſive eorum quemlibet

Cauſas quaſcumque defi[n]iendi, juriſdictionem tribuit.

Etſi apud alios Judices pendeant,

Aut de graviori quapiam re agitentur.

Judicii ſolemnitatibus derogat.

Jus in judicium vocandi etiam extraneos

Item cenſuras irrogandi.

A juramento abſolvendi.

libet a vinculo juramenti, ad effectum agendi, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis, quatenus oportuerit, abſolvendi, omniaque, & ſingula alia faciendi, gerendi, & exercendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna. Ac inſuper ne in præjudicium auctoritatis, juriſdictionis, & facultatum prædictarum contingat

Cauſas ad alios Judices deferri vetat.

cauſas ſub diverſis prætextibus, aut rationibus a prædicto Scipione Cardinale Archipresbytero, ſeu illius Vicario avocari, & aliis Judicibus committi, omnes, & quaſcumque Commiſſiones tam gratiæ, quam juſtitiæ, intereſſe Baſilicæ, Capituli, & perſonarum prædictorum quomodolibet concernentes, aliter quam manu noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, eodemque Scipione Cardinali Archipresbytero ad id vocato ſignatas, & inhibitiones earum prætextu emanandas, proceſſuſque per eaſdem habendos, & inde pro tempore ſequuta quæcumque nullius roboris, ac momenti eſſe, ac illis non obſtantibus, prædictum Scipionem Cardinalem, ejuſque Vicarium ad ulteriora in cauſis hujuſmodi procedere poſſe, atque ad parendum commiſſionibus prædictis, earumque prætextu, & vigore emanatis inhibitionibus minime teneri, ac ob non paritionem cenſuras, aut pœnas aliquas minime incurrere poſſe decernimus, & declaramus (*a*).

Pontificalium exercitium Archipresbytero aſſerit.

Dantes eidem Scipioni Cardinali Archipresbytero etiam facultatem exercendi munia Pontificalia in Baſilica prædicta, ac ordinariam etiam in Juriſdictionibus ſuper Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & Miniſtris prædictis, itaut a prædicto Scipione Cardinali vel de ſua licentia tantum, nec alias, a quocumque Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, per ipſum deputando, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordinas promoveri; Ipſeque Scipio Cardinalis, & Antiſtes hujuſmodi eos promovere abſque noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum, aut Vicarii Urbis, vel cujuſvis alterius Ordinarii licentia, dimiſſoriis, aut examine licite poſſint, & debeant.

Collegii Fabricæ erectio per Clementem VII & privilegia illi collata.

Poſtremo attendentes, quod licet alias piæ memoriæ Clemens Papa VII. etiam Prædeceſſor noſter unum Collegium Deputatorum Fabricæ prædictæ Baſilicæ nuncupat. erexerit, ac tam ipſe, quam diverſi alii Romani Pontifices noſtri Prædeceſſores ipſi Collegio Officiales creandi, cauſas privative quoad omnes, & quoſcunque alios Judices cognoſcendi, & plures ampliſſimas facultates, juriſdictiones, exemptiones, immunitates, indulta, & privilegia conceſſerint, & in ſpecie Collegium, & Fabricam hujuſmodi, illiuſque perſonas ſub immediata ſua, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperint, ſibique, & Sedi Apoſtolicæ prædictæ, ita ut nullum alium, quam Romanum Pontificem Superiorem recognoſcerent, immediate ſubjecerint, eximendo Fabricam, & Collegium hujuſmodi etiam ab ipſius Archipresbyteri dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentis omnimoda ſuperioritate, & juriſdictione; nihilominus, ſicut idem Sixtus Prædeceſſor pervalde utile, & expediens judicavit eidem Collegio prædictum Euangeliſtam Cardinalem Archipresbyterum in Protectorem, Superiorem, & Præſidentem, vel alias præficere; ita & nos pariter expedire judicamus, quod idem Scipio Cardinalis Fabricæ prædictæ ſua auctoritate, conſilio, & laudabili ſtudio incumbat, &

Cardinalem Burghesium ejuſdem Collegii Præſidem creat.

propterea eumdem Scipionem Cardinalem, quamdiu vixerit, & Archipresbyteratum prædictum obtinuerit, Fabricæ & ejus Collegii prædicti Protectorem, & Superiorem auctoritate Apoſtolica prædicta, earumdem tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.

(*a*) Huc uſque paria omnino ſunt, quæ Archipresbytero Vaticanæ & Lateranenſis Eccleſiæ Pontifex elargitur; quæ vero ſequuntur, atque ad Pontificalium exercitium, & Fabricæ Sanctis Petri Præfecturam pertinent, uni Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero propria ſunt, ac peculiaria. Fatemur ultro nihil Archipresbyteri Lateranenſis juriſdictioni decedere, ſi nullam de Fabrica Vaticani Templi, quæ extranea illi eſt, curam gerat. Illud vero dubitationem excitat, cur Baſilicæ Vaticanæ, non etiam Lateranenſis Eccleſiæ Cardinalis Archipresbyter, jus habeat Pontificalia exercendi.

Haud ignoramus, Cardinalem Urbis Vicarium Pontificalia munia in Lateranenſi Baſilica obire, non item in Vaticana. Num vero præcipua quædam dignitatis prærogativa inde profluat, in controverſiam vocatur. Lateranenſes eorum Eccleſiam *Papalem* oſtentant; quod Cardinalis Papæ Vicarius in ea ſedem fixerit pro uſu Pontificalium. Id vero argumenti genus corruit univerſum ſi vera ſint quæ Onuphrius Panvinius *lib. 4. cap. 18. de Præstantia Baſil. Vaticanæ* diſſerit hiſce verbis: *Scilicet in Romano Pontifice duplex Perſona ineſt; epiſcopalis, qua Romæ, & Papalis qua Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus eſt. Ut Romanus Epiſcopus, habet ſuam Cathedralem Eccleſiam intra Urbem, in qua Epiſcopalia munia tranſigit, habet ſuum Vicarium in rebus ſpiritualibus. Ut Papa, habet ſuam aliam Baſilicam, in qua Papalia officia ab Epiſcopalibus diſtincta facit; habetque Cameræ Apoſtolicæ Auditorem, omnibus mundi Prælatis jus dicentem.*

Itaque, ſi Panvinio audiamus, Cardinalis Urbis Vicarius in Lateranenſi Baſilica exercens Pontificalia, Romani Pontificis, qua Urbis Romæ Epiſcopus eſt, vicez gerit. Cumque in Principis Apoſtolorum Baſilica non jam Cardinalis Vicarii, ſed Archipresbyteri miniſterio utatur ad Pontificalium exercitium, ſatis colligitur Vaticanum Templum nulli obnoxium eſſe, ſed a ſola Romani Pontificis juriſdictione pendere.

Neque vero hocce Baſilicæ noſtræ Privilegium aut recens eſt, aut priſcis ſeculis inauditum. Jam tum ab XI. ſeculi initio Joannes XIX. hanc juriſdictionem PetroSylvæ Candidæ Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus quibus in Baſilica Vaticana jus inerat, conciliavit; nec conciliavit duntaxat, ſed confirmavit. Conſulendum hujuſce Pontificis Diploma *in primo Bullarii noſtri Tomo pag. 17.* Nil mirum igitur, ſi in Archipresbyteros Vaticani Templi eadem authoritas tranſlata fuerit, quæ Sylvæ Candidæ Epiſcopis olim communis erat.

(*a*) Juxta

Præſidis juriſdictio.

mus. Dantes, & concedentes eidem Scipioni Cardinali, ſeu eius Vicario plenam, liberam, & omnimodam facultatem Congregationes Collegii prædicti ubi, quando, & quoties ſibi videbitur convocandi, in eiſque præſidendi, Officiales, Deputatos, Miniſtros, ac perſonas dictæ Fabricæ reformandi, & corrigendi, & ab eis adminiſtrationis, & muneris cuilibet eorum commiſſi, ac tam accepti, quam expenſi rationes exigendi; Salaria cum conſilio Collegii prædicti conſtituendi, minuendi, & ſi opus fuerit augendi; eos, qui in cauſis Fabricam prædictam concernentibus ſententias tulerint, aut alias judicaverint, ſindicandi; in creationibus Officialium, & admiſſionibus perſonarum, ſeu Deputatorum Collegii prædicti ſuffragium ferendi, itaut idem Scipio Cardinalis, ſi aderit, ſuffragium duplex habeat, abuſus quoſcunque tollendi, ſtatuta cum conſilio ejuſdem Collegii de novo condendi, immutandi, declarandi, & corrigendi, cauſas quaſcunque intereſſe dictæ Baſilicæ in ejuſdem Fabricæ Tribunali pendentes, tam motas, quam movendas, perſonæ, ſeu perſonis eidem Scipioni Cardinali beneviſis de ejuſdem tamen Fabricæ Collegio exiſtentibus, committendi, eaſque, ſi videbitur, etiam ab iis, coram quibus introductæ, & inſtructæ fuerint, avocandi, & per ſe ipſum cognoſcendi, audiendi, terminandi, ſeu alii, vel aliis ejuſdem Collegii Fabricæ perſonis committendi, omniaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, mandataque decernendi, & exequendi.

Juriſdictionis duratio.

Decernentes inſuper eaſdem præſentes ad vitam ipſius Scipionis Cardinalis, ac quamdiu Archipreſbyteratum hujuſmodi obtinuerit, tam noſtris, quam etiam Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum temporibus durare, ſuaſque vim, & roboris firmitatem obtinere,

Conſtitutioni firmitatem tribuit perpetuam.

nec eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum revocationibus, derogationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, moderationibus, annullationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per Nos, vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, etiam motu, ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine paribus edendis comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed eaſdem præſentes perpetuo validas, & efficaces fore, & quoties hujuſmodi contraria emanabunt, toties illas in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antea erant, ſtatum reſtituta, etiam ſub poſteriori data per eumdem Scipionem Cardinalem, ſeu ejus Vicarium eligenda, de novo conceſſas cenſeri, & quidquid illarum vigore alias rite geſtum, declaratum, factum, mandatum, indultum, & exequutum fuerit, perpetuam vim, & roboris firmitatem obtinere.

Judicibus legem ſervandam indicit.

Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, quacunque auctoritate fungentes, etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Præſidentes, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, ac eorum cuilibet quovis aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere; necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria e medio tollit.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, ſtylo Palatii Cancellariæ Apoſtolicæ prohibente mandata executiva alias, quam ſub plumbo expediri, facultatibus, & juriſdictionibus prædictæ Fabricæ, illiuſque Collegio, Deputatis, Officialibus, nec non Vicario noſtro in Alma Urbe, ac Senatori, Auditori Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cardinalibus, & quibuſvis Urbis Judicibus ſupradictis ſub quavis verborum forma, & ex cauſis urgentiſſimis, etiam per Nos eiſdem conceſſis, & innovatis, quas, etiamſi in eis caveatur expreſſe quod illis nullatenus, aut niſi certis modo, & forma in eis expreſſis derogari valeat, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum ſpecialis mentio facta foret, præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, ampliationis, commiſſionis, mandati, decretorum, declarationis, dationum, conſtitutionis, deputationis, conceſſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1620. Decimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno decimoſexto.

Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit a me Notario publico infraſcripto, ut præſens tranſumptum conficerem, atque traderem.

Ego Antonius Lucatellus Cauſarum Curiæ Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis, Sanctiſſimi D. N. Papæ Vicarii Generalis Notarius de prædictis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi requiſitus. In fidem &c.

GREGORIUS XV.

Poſt Pauli V. emortualem diem 28. Januarii an. 1621. decem ſpatio dierum abſoluta novena, & cæteris, quæ comitia præeunt, Cardinales conclave ingreſſi die 8. Februarii, altero comitiorum die (a) unanimes elegerunt Alexandrum Ludoviſium Bononienſem (b), qui Gregorii XV. nomen ſibi aſcivit. Coronatus ni fallor ſequenti Dominica 14. ejuſdem menſis (c), omnino ſedit annos duos, menſes quinque, ac deſiit in humanis eſſe die 8. Julii 1623.

Ratam habet, & confirmat Capellaniam ab Antonio Maria Aldobrandino fundatam, & dotatam ad Altare SS. Proceſſi & Martiniani una cum die eorum feſto communi per totum.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN.CH. 1621. 6. Jul.

AD perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non Antonius Maria Aldobrandinus dictæ Baſilicæ Canonicus, quod ipſe cenſum annuum quadragintanovem ſcutorum monetæ cum dimidio alterius ſimilis ſcuti alias per dictos Capitulum, & Canonicos ſuper eorum Menſæ Capitularis bonis ſtabilibus ad favorem ejuſdem Antonii Mariæ impoſitum, & eidem Antonio Mariæ pro pretio mille, & centum ſcutorum ſimilium venditum, necnon duo loca Montium non vacabilia Montis Sixti ſecundæ erectionis de Urbe Capitulo, & Canonicis prædictis donavit; ita tamen ut cenſus, & loca montium hujuſmodi in bonorum ſtabilium emptionem inveſtiantur, & eidem Menſæ Capitulari uniantur, & cum hac conditione, ut iidem Capitulum, & Canonici unum Capellanum ad nutum amovibilem in eadem Baſilica, qui duas Miſſas ſingulis hebdomadis celebret perpetuo manutenere, illique vigintiquatuor ſcuta ſimilia ſingulis annis pro eleemoſyna perſolvere, inſuper Miſſam cum cantu ſingulis annis in perpetuum, ac Veſperas die, quo celebratur Officium Sanctorum Proceſſi, & Martiniani communes, & Canonicales facere (d), ac in Miſſa vigintiquinque ſcuta ſimilia, & in Veſperis prædictis quicquid ſupererit diſtribuere teneantur, pro ut in Inſtrumento deſuper per dilectum filium Bernardinum Gargarium Curiæ Capitolii Almæ Urbis noſtræ Notarium confecto, plenius dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Capitulum, & Canonici, ac Antonius Maria prædicti plurimum cupiant donationem hujuſmodi pro firmiori illius validitate, & ſubſiſten-

Dos aſſignata ab Antonio Aldobrandino.

Pro fundatione Capellaniæ.

Quam Capitulum, & Fundator confirmari petunt.

(a) Juxta Pii IV. Conſtitutionem *In eligendis &c.* mature admodum facta electio rejicit ad ſequiora tempora jus illud novum *excluſivæ*, quod ſemel in quavis electione competere dicitur Cæſari, necnon Galliarum & Hiſpaniarum Regibus; atque hærere æquitati naturali propter inſignia merita tantorum Principum erga Rom. Eccleſiam; ne ſcilicet eligatur Pontifex, qui illis diſpliceat. Altius nonnulli repetunt jus iſtud, ex Concilio videlicet Lateranenſi anno 1059. per Nicolaum II. celebrato, cujus quidem Decretum refertur quoque (*Diſt. 23. cap. 1.*) necnon vulgatum legitur in Cæremoniali Electionis Rom. Pontificis. Verum ſententia ejuſmodi Decreti audienda: *Salvo debito honore, & reverentia dilecti filii noſtri Henrici, qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente ſperatur, & jam ſibi conceſſimus, ſicut Succeſſoribus illius, qui ab hac Apoſtolica Sede perſonaliter hoc jus impetraverint.* Quamobrem dixiſſent melius ſimilitudinem juris delegati, ſeu Privilegii conceſſi Imperatori a Nicolao II. tametſi Privilegium *excluſivæ*, quod ab annis circiter centum obtinet, Pontificia potius conniventia, quam Apoſtolica auctoritate nititur; ac præterea electionem ſpectat, non conſecrationem: quare nullam eum privilegio Auguſtorum affinitatem habet. Eo tamen jus iſtud, ac diſciplina omnis recens collineat, ut Summus Catholici orbis Pater nulli non gratus & acceptus eligatur: quod maxime optat, ſemperque optavit vehementer Sancta Sedes.

(b) Summo huic viro omnium doctrinarum genere ornatiſſimo diſciplina recens electionis Rom. Pont. refertur accepta. Vide Cæremoniale *Elect. Rom. Pont.*

(c) Quum nullus alius dies feſtus occurrat inter 9. & 14. Februarii, dicantque Auctores, *poſt paucos dies*; coronationem poſtremo huic tribuo, tanquam Dominico, nil certum affirmans de proceſſione ad Lateranum, quam ſupra ajebam (*p. 180.*) ſecerni ſolitam a coronatione contra morem majorum. Id nihilominus Chronologiæ Pontificum percommodum accidit, quod Pontificatus initium jam tum deſumi cœperat ab ipſa die electionis, ſeu creationis, quantumcumque coronatio protraheretur.

(d) Utrumque onus ad amuſſim impletur. Capellanus enim hujuſmodi unaquaque hebdomada celebrat duas miſſas, ad altare SS. Proceſſi, & Martiniani unam, alteram vero ad Sanctæ Mariæ de Columna. Miſſa autem, & veſperæ ſiunt communes die 3. Julii, qui Sanctis iis Martyribus ſacer eſt: ac præterea poſt miſſam Canonicalem ſolemnem funduntur preces pro anima Fundatoris Aldobrandini.

(e) Au-

ſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Capitulum, *Pontifex præmittit de more abſolutionem.* & Canonicos, ac Antonium Mariam prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, donationem cenſus, & locorum hujuſmodi, ut petitur, fact., ac prout illas concernunt omnia, & ſingula in Inſtrumento prædicto contenta, licita tamen, & honeſta, Apoſtolica auctoritate te- *Apoſt. auctorit. eam confirmat.* nore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, dictiſque Capitulo, & Canonicis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. *Obſtantia quæcumque removet.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 6. Jul. MDCXXI. Pontificatus noſtri anno primo.

Confirmat Decretum Conſervatorum Cameræ Apoſtolicæ de offerendo quotannis Baſilicæ Vaticanæ Calice Argenteo cum octo cereis, in feſto SS. Apoſtolor. Petri & Pauli: ſtatuitque, ut ſit valoris 60. Scutor. deſumen. ex augmento Gabellæ Studii Urbis.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CH. 1621. 17. Aug.

AD perpetuam rei memoriam: Expoſitum nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum Conſervatorum Cameræ Almæ Urbis noſtræ, quod alias ſub die 23. Septembris anni 1619. in conſilio ſecreto ejuſdem Cameræ decretum *Senatusconſultum de hujuſm. oblatione.* fuit, quod impoſterum ſingulis annis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe die feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ad Veſperas unus Calix valoris triginta ſcutorum monetæ una cum octo cereis facibus, prout aliis Eccleſiis dari ſolet, daretur, & offerretur, reſervato tamen deſuper noſtro beneplacito, ac ſubinde decretum hujuſmodi in alio Conſilio publico die 26. menſis, & anni prædict. approbatum, & confirmatum fuit, prout in ſcripturis deſuper confectis dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Conſervatores prædicti plurimum cupiant decretum hujuſmodi, pro firmiori illius ſubſiſtentia & validitate, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis *Petitur confirmari auct. Ap.* robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Conſervatores prædictos ſpecialibus favoribus, &c. cenſentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, decretum prædictum Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, *Auctor. Apoſt. confirmatur in perpetuum.* ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Inſuper quod Calix prædictus valoris ſexaginta ſcutorum ſimilium eſſe debeat, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, eiſdemque Conſervatoribus, ut pecunias pro Calice valoris ſexaginta ſcutorum, ac facibus cereis hujuſmodi neceſſarias, de & ſuper augmento gabellæ ſtudii ejuſdem Urbis deſumere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Urbis, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumq. *Obſtantia quæcumque amoventur.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Auguſti 1621. Pontificatus noſtri anno primo.

Supraſcriptum Breve fuit præſentatum Illuſtriſs. DD. Conſervatoribus per me Alphonſum Donninum petentem recipi & admitti, omni meliore modo &c.

Qui Illuſtriſs. Domini præfati, ea qua decet reverentia, dictum Breve receperunt, & admiſerunt, ac regiſtrari mandarunt, prout regiſtratum fuit in lib. rub. inclyti Pop. Rom. fol. 62.

Alphonſus Donninus Rom. Pop. S.

Indul-

Indulget Capitulo, & Canonicis ut Anniverſaria omnia ad Altare aliquod Privilegiatum celebranda, in Choro celebrentur hyemali tempore ad vitandum frigus, cui obnoxia erant altaria privilegiata Baſilicæ.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CH. 1621. 3. *Novemb.*

Capitulum exponit Anniverſarior. onera.

AD futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod ipſi nonnulla Anniverſaria ad aliquod ejuſdem Baſilicæ Altare Privilegiatum ſingulis annis celebrare tenentur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Altaria Privilegiata hujuſmodi in locis ipſius Baſilicæ hyemali tempore frigori maxime obnoxiis ſita ſint (*a*): cupiantque propterea iidem Capitulum, & Canonici ſibi per nos, ut infra, indulgeri. Nos Capitulum, & Canonicos prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. ſupplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eiſdem Capitulo, & Canonicis, quatenus anniverſaria hujuſmodi a Kal. Novembris uſque ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis Domini, ad Altare Chori (*b*) ipſius Baſilicæ celebrare, ac per celebrationem hujuſmodi Animabus, pro quibus celebrantur, perinde ſuffragari, ac ſi in aliquo ipſius Baſilicæ Altari Privilegiato, ut petitur, celebrarentur, libere, & licite valeant Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. In contrarium facien. non obſtan. quibuſcumque.

Pontifex concedit ut omnia ad altare chori celebrentur per hyemem.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 3. Novembris 1621. Pontificatus noſtri Anno primo.

Domus jampridem alienatæ a Capitulo extinguitur Canon, Jus emphyteuticum &c. pretio Scutorum 700. quæ ſumma inveſtienda decernitur in locis Montium non vacabil. ab eodem Capitulo. Domum vero a Præpoſito, & Presbyteris Congr. Oratorii excindi, & in Sucrarii amplificationem converti poſſe conceditur.

Ex Regeſto lib. 1. an. 2. Gregorii XV. pag. 51. ap. Arch. Apoſt.

AN. CH. 1622. 21. *Januar.*

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio noſtro in Urbe & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo PP. II. (*c*) emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis *Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c.* (*d*) *Anno primo*. Et deinde

Petitio Capituli, & Presbyter. Oratorii.

(*a*) Auguſtum Principis Apoſtolorum Templum omnium Urbis & Orbis celeberrimum Paulus V. ut ſupra dictum fuit (*p.*219.*n.*b.) abſolverat. Sed innumeris immane ædificium patens oſtiolis, plurimiſque ad ornatum apertis locis, præter feneſtras ampliſſimas vitreis clathris hinc illinc rimarum plenis munitas, tantum frigoris accipiebat hyemali tempore; ut perquam neceſſaria fuerit hæc indulgentia. Secus hodie eſt: nulli enim ex Eccleſiis Urbis contra intemperiem diligentius inſtructis, tempore concedit, quum hyems maxime ſævit: tanta cum ſollertia indagatæ ſunt cauſæ omnes, unde Baſilica id incommodi hauriebat; tantumque operæ iis removendis navatum eſt noſtra ætate. Nihilominus Privilegium iſtud centum quadraginta annorum conſuetudine roboratum obtinet; nec fiunt Anniverſaria per hyemem niſi in Capella Sixtina ad Altare Chori.

(*b*) Prætereri non debet, quod Capellæ Sixtinæ, ſeu Chori fornicem ornavit hic Pontifex auratis illis tabulis ex hiſtoria veteris Teſtamenti petitis, quæ Urbanum VIII. quodammodo impulerunt, ut aliis tabulis ex novo Teſtamento parietes exornaret, eamque ad religioſam magnificentiam, quæ omnibus patet, ſacellum iſtud, ſeu Capellam perduceret.

(*c*) Clemens VIII. & Paulus V. in re ſimili eadem auctoritate utuntur liter. Pauli II. delegantque parem auctoritatem Hieronymis Ruſticuccio & Pamfilio tum Vicariis Urbis. Hoc autem tempore ab anno videlicet 1610. Joannes Garſias Millinus presb. Card. SS. quatuor Coronat. fungebatur eo munere. Ad eumdem extant aliæ literæ (*Bull. Rom. Tom.* 4. *n.* xi.) quæ illuſtrandis his noſtris valde conducunt, & quarum initium *Quum ad uberes*.

(*d*) Hæ Pauli II. literæ (*Bull. Rom. Tom.* 1.) ſpectant ad munus Judicum delegatorum a Sede Apoſtol. in cauſis alienationum bonor. Eccleſiaſticor. Hinc vero ſatis liquet: quare Vicarius Urbis in Baſilicæ Vaticanæ rebus alienandis adhibeatur: ut nempe delegatam auctoritatem exerceat, qui ſecus nullo jure uteretur in ejuſd. Baſil. perſonas, aut res.

(*a*) Juxta

deinde exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti & Presbyterorum Congregationis Oratorii Beatæ Mariæ & S. Gregorii in Vallicella nuncupat. de Urbe ac Capituli & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Urbe petitio continebat, quod alias piæ mem. Paulus PP. V. etiam Prædeceſſor noſter (*a*) ſupplicationibus dictorum Præpoſiti & Presbyterorum inclinatus illis, ut omnes & ſingulas domos majorem & minorem Inſulas inter plateam montis Jordani & eorum Eccleſiam conficientes, excepta tamen domo Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Cæciliæ (*b*) de eadem Urbe pro eorum Sacriſtiæ & Oratorii, ac domus ampliatione ſeu conſtructione emere poſſent licentiam Apoſtolica auctoritate conceſſit & indulſit, prout in litteris dicti Pauli V. Prædeceſſoris deſuper ſub Annulo Piſcatoris confectis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat Præpoſitus & Presbyteri præfati omnes fere domos dictarum duarum Inſularum emerint, quarum una contigua Hoſpitio Coronæ ſignata ſub numero nonageſimoſexto (*c*) juxta ſuos notiſſimos fines ſita dictis Præpoſito & Presbyteris a dilecto filio Magiſtro Diomede Vareſio in utraque Signatura noſtra Referendario & quondam Marco Antonio etiam Vareſio germanis fratribus vendita ſub proprietate & directo dominio Capituli & Canonicorum hujuſmodi annuo Canone quindecim ſcutorum monetæ Romanæ, & quatuor librarum piperis gravata reperitur. Conſiderantes igitur Capitulum & Canonici, ac Præpoſitus & Presbyteri hujuſmodi ipſam domum ad præſens in toto vel parte pro conſtructione novæ Sacriſtiæ, ſeu alias demoliri debere, cupienteſque illorum neceſſitati ad præmiſſa exequenda in aliquo, quantum in eis eſt, conſulere, ſuamque, & eorum Menſæ Capitularis conditionem meliorem efficere, præfatam domum, quæ eſt valoris in proprietate mille & ſeptingentorum ſcutorum ſimilium, vel circa, ab omni Canone & quocumque onere Emphyteutico, quæ erga eamdem Menſam obnoxia reperitur, mediante ſolutione ſeptingentorum ſcutorum parium per Præpoſitum & Presbyteros præfatos una vice facienda dumtaxat, & per dictos Capitulum & Canonicos in emptionem bonorum ſtabilium ſeu locorum montium non vacabilium Cameræ Apoſtolicæ de dicta Urbe, ex quibus majores redditus dictæ Menſæ obveniant convertenda, ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito, ſumptibus, & expenſis dictorum Presbyterorum impetrando & non alias, affrancare & eximere decreverunt. Quare pro parte Præpoſiti & Presbyterorum, nec non Capituli & Canonicorum hujuſmodi aſſerentium, affrancationem & exemptionem hujuſmodi, ſi fiant, in evidentem Fabricæ & Sacriſtiæ conſtruendæ hujuſmodi neceſſitatem ac dictæ Menſæ utilitatem ceſſuras eſſe; Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportune &c dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes ac Presbyteros, eorumque, ac Capituli hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, ſervataque forma præinſertarum litterarum Pauli II. Prædeceſſoris hujuſmodi de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem eamdem ita eſſe, ac affrancationem & exemptionem hujuſmodi, ſi fiant, in evidentem Fabricæ novæ Sacriſtiæ conſtruendæ hujuſmodi neceſſitatem ac dictæ Menſæ utilitatem ceſſuras eſſe repereris, eiſdem Præpoſito & Presbyteris, nec non Capitulo & Canonicis præfatis illas ut præfertur faciendi; dummodo tamen affrancatio, & pretii in emptionem bonorum ſtabilium & locorum montium hujuſmodi ab omni & quocumque onere fidei commiſſo devolutione, caducitate, & hypotheca liberorum converſio unico contextu fiant, licentiam auctoritate noſtra concedas; & quatenus ad affrancationem, & exemptionem hujuſmodi verbo vel in ſcriptis ſit ſub hujuſmodi beneplacito deventum, illos dicta auctoritate approbes, & confirmes. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Baſilicæ & Congregationis præfatarum juramento &c., quibuſcumque.

Conceſſio iiſdem presbyteris facta a Paulo V.

Domus Capituli vendita & Canoni ſubjecta.

Ab eodem liberari petitur Ap. auctor.

Exemtio hujuſmodi neceſſaria Presbyteris, & utilis menſæ.

Committit Vicario, ut rei veritatem inquirat.

Quæ ſi expoſitis reſpondes petita concedit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, duodecimo Kalendas Februarii, anno primo. (*d*)

UR-

(*a*) Juxta conceſſionem Pauli V. hic memorari audis, Grimaldus in Cataſtro Domorum urbis *pag.* 55. hæc adnotavit: *Anno* 1616. *die* 7. *Novemb. Capitulum conſenſit venditioni d. domus factæ a Dominis de Vareſiis Patribus S. Mariæ in Vallicella ſalvo annuo Canone Scutor.* 15. *& librar.* 4. *piperis necnon ſingulis* 15. *annis Scutor.* 34.

(*b*) Huic Eccleſiæ parochiali hodie exciſæ antiquum nomen *de Saxo*, aut *de Saſſo*, *de Turre Campi*, *& Stephani de Petro*. Martinell. qui *Rom. Sac. pag.* 83. varia iſta nomina ſuppeditat, pauca hæc adjungit in fine: *Nunc incidi in Conſtitution. Greg. XV.* Cum ad ubere 11. *Tom.* 4. *Bullar. qua idem Congregationi Oratorii conceditur demoliendum* (puta Templum) *ita ut in Oratorio ab eadem Cong. noviter extruendo altare majus in honorem & ſub invocatione S. Cæciliæ, ac S. Philippi Nerii erigatur, & jam deſtructum eſt*. Tempore har. literar. Rector erat Angelus Baldus, cui emolumenta domus, &c. præſervantur in literis, quas dedit Paulus V.

(*c*) Grimaldus loco nuper cit. hæc adnotat: *Anno* 1622. *die* 27. *Jun. Procura in perſonam Reverendiſſ. Domini Juliani Magdaleni Capoferrei ad exigen. Cedulam Sacri Montis pietatis Scutor.* 700. *& reinveſtien. in locis Montium*. Cætera ex his literis patent.

(*d*) Annus Incarnationis, ut liquet, & toties innuimus in noſtra hac collectione, a die 25. Martii principium ſumit quare annus 1621. qui nobis eſt, 1622. adhuc fluit.

(*a*) Quam-

URBANUS VIII.

Gregorii XV. ſupremum diem 8. Julii 1623. Interpontificium minime diuturnum 29. dierum excepit. Etenim poſt novemdialia juſta perſoluta, die undecima Patres comitia ingreſſi, juxta Gregorii XV. conſtitutionem tacitis ſuffragiis elegerunt Maphæum Card. Barbarinum Florentino inclyto genere die 6. Auguſti: qui Urbani VIII. nomen aſſumſit. Is coronatus die 29. Septembris (*a*) ad Lateranum proceſſit die 19. Novembris ejuſdem anni (*b*). Eccleſiam moderatus eſt annos 20. menſes 11. dies 24. occubuit mortem an. 1644. 29. Julii.

Confirmat auctoritate Apoſtolica Tranſactionem & concordiam inter Capitulum & Gulielmum Scalinum Vicarium Curatum perpetuum Parochiæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum conſenſu Archipresbyteri.

Ex Autograph. Archivi Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1623. 19. Decemb.

Exordium ab Officio Summi Pontificis.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio his, quæ inter fideles quoslibet, præſertim perſonas Eccleſiaſticas, concorditer facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata remaneant, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem; prout conſpicimus in Domino ſalubiter expedire. Nuper ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Gulielmi Scalini Vicarii perpetui Parochiæ ejuſdem Baſilicæ, Nobis expoſitum fuit; quod orta alias inter ipſos Canonicos, & Capitulum ex una, ac quondam Aſcanium Torum, tunc dictæ Parochiæ Vicarium ex altera partibus lite, ſeu controverſia deſuper interpretatione litterarum fel. rec. Pii Papæ V. (*c*) Prædeceſſoris noſtri ſuper erectione Vicariæ hujuſmodi emanatarum, & præſertim ſuper eo, *An Cura dictæ Parochiæ ſpectaret ad ipſum Vicarium Curæ dictæ Baſilicæ, & privative ad ipſos Capitulum, & Canonicos*, negotioque hujuſmodi in Congregatione Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum mature diſcuſſo, cum iidem Cardinales *dictam Curam habitu ad ipſos Capitulum & Canonicos, exercitium vero ad ipſum Vicarium ſpectare* declaraſſent, atque idcirco Capitulum, & Canonici, ac Aſcanius prædicti litem, ſeu controverſiam hujuſmodi in dilectos filios Joannem Baptiſtam Zarzaram tunc dictæ Baſilicæ Canonicum pro ipſius Aſcanii, nec non Magiſtrum Marcum Aurelium Maraldum in utraque Signatura noſtra Referendarium, dictæ Baſilicæ ſimiliter Canonicum pro Capituli, & Canonicorum prædictorum partibus reſpective præſertim ſuper eo: *An prædictum exercitium dictæ Curæ ad eumdem Vicarium privative quoad ipſos Capitulum, & Canonicos ſpectaret* rebuſque aliis circa exercitium Curæ hujuſmodi declaran. compromiſiſſent articulis hujuſmodi cum omnibus aliis inciden. & dependen., ac annexis, & connexis minime reſolutis, dictus Aſcanius ab humanis deceſſit; dictus vero

Status quæſtionis inter Capitulum, & Vicar. Curat.

Sententia Congreg. Concil. Trid.

Lis per compromiſſum reſolvenda

(*a*) Quamvis poſt comitiorum tempus maxime incommodum Cardinalium aliquot morbo tentati ſint, idemque Pontifex febri correptus Coronationem tamdiu differre coactus fuerit, quoad convaleſceret: tamen Archangeli Michaelis diem feſtum Urbanus ipſe elegit, quod eum præcipua veneratione coleret. Quare & aram illi conſtituit in Vatic. Baſilica prope S. Petronillam, quæ viſitur ſub tholo minori ad Boream, factamque ejus imaginem a Cæſare Arpinate delineatam exprimi curavit muſivo opere per Joannem Baptiſtam Calandram an. 1628. Numiſma item cudi voluit cum Sancti ejuſdem Archangeli imagine, ſe ante ipſum genibus innixo, hiſce adjectis verbis in circuitu: TE MANE. TE VESPERE: Cæleſtium quippe Legionum Principem Catholicæ Eccleſiæ, & Romani Pontificis cuſtodem eſſe ajebat.

(*b*) Contra Cæremoniale centum ante annos vulgatum proceſſio a Coronatione diſtat quinquaginta diebus. At de hujuſmodi nova diſciplina dictum eſt in ſuperioribus (*pag.* 180.) Addi hîc tantum poteſt, quod Paulus V. Coronatus die 29. Maji ad Lateranum proceſſit menſe inde ſexto, videlicet die 6. Novembris: quum interea Cardinales novem creaſſet, conſtitutiones, multaque alia geſſiſſet pro ſuprema dignitate. In Lateranenſi autem Baſilica ab Archipresbytero Aſcanio Columna claves duas, argenteam unam, alteramque auream accepit, cujuſmodi Principis Apoſtolorum ſignis, ac tabulis aptari ſolent, quæ res magis magiſque explicat ſymbolum ligandi atque ſolvendi, rejicitque opinionem vulgi de poſſeſſione, quæ jam obtinebat.

(*c*) Has literas dedimus ſupra (*pag.* 90. *b. te.*) eas conſole.

(*a*) No-

vero Gulielmus ſubinde de Vicaria hujuſmodi a fel. rec. Gregorio Papa XV. (a) Prædeceſſore noſtro ad eorumdem Capituli, & Canonicorum nominationem proviſus, ac uti de ſtatu hujuſmodi negotii, & antiquis dictæ Baſilicæ conſuetudinibus abunde informatus, pro bono pacis ad infraſcriptam cum eiſdem Capitulo, & Canonicis ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito devenit tranſactionem, ſeu concordiam prout plenius continetur in publico Inſtrumento confecto, cujus tenor eſt, qui ſequitur videlicet *Die 19. Decembris 1622.* Cum ſit quod alias orta fuit controverſia inter quond. D. Aſcanium Torum, tunc Vicarium perpetuum Parochiæ Sacroſanctæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, circa interpretationem litterarum fel. rec. Pii V. erectionis dictæ Vicariæ perpetuæ & præſertim ſuper eo, *An cura dictæ Parochiæ ſpectaret ad ipſum Vicarium Curæ dictæ Baſilicæ, & privative ad Reverendiſſimum Capitulum prædictæ Baſilicæ*, prout idem Aſcanius Vicarius prætendebat: ſed quia negotio ad Sacram Congregationem Concilii delato partibus tam prædicti Vicarii, quam Reverendiſſimi Capituli informantibus *fuit reſolutum in favorem Reverendiſſimi Capituli, ſcilicet Curam habitu ſpectare ad Capitulum, exercitium vero ſpectare ad ipſum Vicarium dictæ Curæ*. Idcirco partes prædictæ poſtea compromiſerunt controverſiam in R. P. D. Joannem Baptiſtam Zazzaram, tunc Canonicum pro parte dicti Vicarii, & in R. P. D. Marcum Aurelium Maraldum, etiam dictæ Baſilicæ Canonicum pro parte dicti Reñi Capituli nominatum, præſertim *ſuper eo, an prædictum exercitium dictæ Curæ ſpectaret ad prædictum & pro tempore exiſtentem Vicarium dictæ Curæ privative ad Capitulum prædictum, & etiam ſuper declaratione facienda circa illos actus, qui tam nudum exercitium, & habitum; ac etiam mixtum exercitium, & habitum concernebant*. Cumque articulis prædictis, omnibuſque aliis inciden., & dependen., annexiſque & connexis non aliter reſolutis obierit prædictus D. Aſcanius Vicarius dictæ Curæ, & de Vicaria prædicta fuerit a SS. D. N. ad nominationem Reverendiſſimi Capituli prædicti proviſus R. D. Gulielmus Scalinus poſſeſſione ſubſequuta, & ipſe D. Gulielmus ex eo, quod per multos annos etiam tanquam Coadiutor prædicti Aſcanii ab eodem Capitulo deputatus ſit, abunde de ſtatu hujuſmodi negotii & de conſuetudinibus, etiam antiquis dictæ Baſilicæ informatus, hinc pro bono pacis, etiam ut prædictus D. Gulielmus *bonam fidem in hoc negotio alias Baſilicæ prædictæ ſervitio, & quieti valde præjudiciali, agnoſcat, decreverit tam nomine proprio, quam & nomine ſuorum in prædicta Vicaria dictæ Curæ Succeſſorum, & ſub SS. D. N. & ſeu Sedis Apoſtolicæ beneplacito*, quatenus illo opus ſit, cum prædicto Reñio Capitulo ad infraſcriptam tranſactionem, ſeu concordiam devenire, & alias omni meliori modo infraſcripta capitula cum prædicto Reñio Capitulo, & ſtabilire, & publicum deſuper conficere Inſtrumentum, ut veritas perpetuis futuris temporibus eluceſcat. Hinc igitur eſt, quod in mei præſentia conſtituti RR. PP. DD. præſidente eis Illño & Reñio D. Fauſto Caffarello, videlicet Paulus Bizonus, Marcus Antonius de Magiſtris, Aloyſius Cittadinus, Aloyſius Rainalduccius, Julianus Magdalenus de Capite ferreo, Joannes Baptiſta Bandinus, Ugo Ubaldinus, Angelus Damaſcenus, Paulus Alaleo, Hieronymus Mutus, Marcus Aurelius Maraldus, Joannes Baptiſta Coſtagutus, Gaſpar Palonus, Serranus Triſſinus, Clemens Bonſius, Marius Maffeus, & Ludovicus Cincius omnes Canonici dictæ Sacroſanctæ Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe in eorum ſolito loco Capitulari dicta die de mane ad Capitulum faciendum pro rebus, & negotiis dictæ Baſilicæ gerendis, & pertractandis, ut moris eſt, ordinarie deputata Capitulariter congregati, aſſerentes ſeſe totum Capitulum repræſentare ex una, & dictus R. D. Gulielmus Scalinus filius q. Bartholomæi *Modernus Vicarius perpetuus Curæ dictæ Parochiæ Baſilicæ S. Petri pro ſe, & Succeſſoribus in prædicta Vicaria* ex altera partibus aſſerentes, & affirmantes partes prædictæ ſupranarrata omnia, & ſingula vera fuiſſe, & eſſe: illaque tamquam talia ratificantes, & acceptantes ſponte &c. omnibus &c. ad invicem, & viciſſim mutua hinc inde ſtipulatione interveniente devenerunt, & deveniunt ſuper prædictis, & infradicendis ad tranſactionem, & concordiam modo, & forma infraſcriptis, videlicet:

I. Quod omnia juriſdictionalia quoad curam animarum Parochiæ, & Eccleſiæ ſpectent ad Capitulum prædictæ Baſilicæ etiam in prædictum Vicarium dictæ Curæ nunc, & pro tempore exiſten.

II. Quod emolumenta omnia funeralia, & anniverſaria ſpectent ad Eccleſiam ſeu ad ejus exceptorum officium, *exceptis tamen candelis Cadaveris, in domo, vel alibi per modum*

Tenor Inſtrumenti tranſactionis, ſeu concordiæ.

Compromiſſio ſuper tali concordia.

Mortuo Vicario Curato ſuccedit Coadjutor ejuſdem.

Capita tranſactionis ſtabilienda.

Capitulum rite congregatum.

Capitula ipſa tranſactionis exhibentur.

(a) Nominationem ſpectare ad Capitulum; inſtitutionem vero ad Vicarium, aut ejus Vicesgeren. ſtatuit S. Pius V. in prædictis literis Apoſtolicis.

Quæ ad eſſ. Exceptionum, quæ ad Vicar. ſpectent.

modum Depoſiti aſtantibus & eleemoſyna, quæ ſolet dari Curato pro delatione Cadaveris ad Eccleſiam: ita tamen quod ſi Vicarius prædictus, & pro tempore exiſtens vult intereſſe cum ſua ſtola Cadaverum omnium delationibus, ſcilicet tam illis, pro quibus eleemoſyna ſolvitur, quam pauperibus, pro quibus nihil ſolvitur, poſſit, & debeat omnibus prædictis per ſe ipſum non per alium etiam Coadjutorem intervenire, & caſu, quo Vicarius nolit omnibus prædictis per ſe ipſum intereſſe, tunc jus intereſſendi ſpectet ad Miniſtrum Capituli, ſeu ad Sacriſtam minorem, qui cum ſtola poterit intervenire, ac ſuam eleemoſynam, *& Candelas Cadaveri in domo, vel alibi per modum Depoſiti aſtantes percipere, & pro ſe ipſo retinere, cum hactenus ita fuerit obſervatum. Intortitia vero, & jura ſepulchrorum, & ſeu ſepulturarum ſpectent & in futurum ad ipſam Eccleſiam, & Capitulum, ſeu ejus officium exceptorum, quia ſic etiam hactenus fuit ſemper obſervatum*. Excipiuntur autem aliqui caſus in favorem Vicarii dictæ Curæ, quia ſi voluerit per ſe ipſum, non autem per alium intervenire delationibus Cadaverum Summi Pontificis, Archipresbyteri, Canonicorum, Beneficiatorum, Clericorum, ſeu aliarum perſonarum Palatinarum, & alias inſignium pro tempore decendentium, poterit in illis intereſſe, & ſuam eleemoſynam ſolitam, & prædictas *Candelas ſolitas percipere*, etiam quod in aliis Cadaverum delationibus, non intervenerit, vel non interveniat: ita tameo, quod propterea non impediatur Canonicus in ſepultura Canonici, & Beneficiatus in ſepultura Beneficiati, & Clericus Beneficiatus in ſepultura alterius Clerici, quin poſſint facere ſolitam benedictionem, & abſolutionem ſuper eodem Cadavere.

Nonnullæ exception. pro Vicario.

Jura Capituli in Vicarium, & Coadjutores.

III. Quod deputatio & amotio Coadjutorum Vicarii dictæ Curæ (*a*) ſpectet ad Capitulum, quia ſic hactenus obſervatum fuit, & ideo, etiam Capitulum tenetur ipſis Coadjutoribus Vicarii dictæ Curæ ſolvere ſalarium annuum, & in examine quod ſolet dari a dicto Vicario, dicat ipſe Vicarius dictæ Curæ pro tempore exiſtens, quod illud datur de ordine R̃mi Capituli; ſimiliter deputatio, & amotio aliorum Presbyterorum, etiam extraneorum ad confeſſiones in dicta Baſilica audien. in diebus majoris hebdomadæ, Paſchatis Reſurrectionis, & Natalis D. N. Jeſu Chriſti, aliiſque temporibus alicujus neceſſitatis ſpectet ad ipſum Capitulum; ipſi autem Presbyteri ſint ſubordinati eidem Vicario Curæ prædictæ nunc, & pro tempore exiſten. reſpectu Parochianorum Parochiæ dictæ Baſilicæ, non autem reſpectu aliorum ad ipſam Baſilicam confluentium, etiam forenſium. Iſta tamen ſubordioatio intelligatur, quoad actus obſequiales tantum, non autem Vicarius prædictus poſſit illos amovere, nec quoquo modo impedire io functionibus ſibi a Capitulo pro tempore commiſſis.

Limites facultatis Vicarii Curati, circa Eccleſias filiales

IV. Quod Vicarius prædictus dictæ Curæ, & pro tempore exiſtens non poſſit ſe ingerere in Eccleſiis filialibus Curatis dictæ Baſilicæ, nec in earum Parochiis, & Parochianis, ſed caſu, quo aliquis ex earum Vicariis perpetuis committeret aliquem defectum in cura animarum, tunc poterit Vicarius Parochiæ Curæ dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtens illum ſignificare Capitulo prædicto, ut idem Capitulum pro eius munere remedium opportunum adhibeat. In Eccleſiis erectis, ſeu deputatis in adjutorium Curæ dictæ Baſilicæ, ſcilicet in Eccleſia S. Lazari ad radices montis Marii, & in Eccleſia S. Angeli ad fornaces extra portas, & mœnia Burgi, liceat Vicario prædicto, & pro tempore exiſtenti ſe ingerere in exercitium tantum curæ pœnitentialis; non tamen impediendo ſuos Coadjutores per Capitulum pro tempore in prædictis Eccleſiis deputatos, & deputandos.

Canonicor., Beneff. & Clericor. independentia a Curato in audien. Confeſſ.

V. Quod Canonici, & Beneficiati, ac etiam Clerici Beoeficiati dictæ Baſilicæ, qui tamen a Capitulo ſint, vel fuerint pro tempore ad confeſſiones audiendas deputati, & per eos, ad quos ſpectat ad id approbati; poſſint ad eorum libitum etiam abſque licentia prædicti Vicarii dictæ Curæ, & pro tempore exiſtentis, audire confeſſiones in prædicta Baſilica tam Parochianorum Parochiæ dictæ Baſilicæ, quam aliorum ad prædictam Baſilicam confluentium, etiam forenſium.

Canonicus a Capitulo deputatus intervenire poſſit ad functiones Curati.

VI. Quooiam exercitium Curæ animarum dictæ Parochiæ ſpectat ad dictum Vicarium ante dictæ Curæ, & pro tempore exiſtentem, non tamen privative quoad prædictum Capitulum, quin potius eidem Capitulo ſubordioatum: ideo ſi Capitulum prædictum ex aliqua cauſa, ab ipſo ſolo Capitulo approbanda, decreverit, & ordinaverit, quod aliquis

(*a*) Quum Clemens VIII. perſonaliter inviſiſſet Baſilicam Vatic. & nonnulla demandaſſet od Divinum Cultum, & præcipue ad curam animarum pertinentia; Canonici ſcripto gratias agentes Pontifici, hæc præcipue teſtantur: *Il Vicario perpetuo deputato in detta loro Chieſa ha doi Coadiutori, che lo ſervono nel detto eſercitio, ed oltre quelli, vi e un' altro Cappellano del Santiſs. Sagramento, il quale con li detti eſercita le medeme funzioni di confeſſare, comunicare, & andare quando ſi porta il Santiſs. Sagramento alli infermi*. His veto ſatis ſuperque illuſtratur hic locus. Idem ſcriptum ſpectat ad an. 1592. extatque in Archivo Baſil. Vat. *lib. novo Pergam. fol.* 125.

(*a*) Eſt

aliquis Canonicus interveniat in aliquo, vel aliquibus matrimonio, ſeu matrimoniis, baptiſmo, ſeu baptiſmis, vel SS. Sacramenti Euchariſtiæ delatione, vel alterius Sacramenti ſubminiſtratione, aut in quolibet alio actu particulari, etiam eidem Vicario dictæ Curæ, ut ſupra dictum eſt, vel alias quomodolibet incumbente, vel incumbentibus, tunc prædictus Vicarius ſupradictæ Curæ, & pro tempore exiſtens non poſſit, nec debeat prædictum Canonicum deputatum quoquomodo impedire in exequendis actibus ſibi per Capitulum prædictum, ut præmittitur, commiſſis.

Facultas Curati limitata.

VII. Quod Vicarius prædictus dictæ Curæ, & pro tempore exiſtens, quoniam habet Coadjutores, non poſſit dare alicui Sacerdoti licentiam prædicandi, nec etiam Sacramenta miniſtrandi, audiendi confeſſiones in Baſilica, nec in Parochia prædictæ Baſilicæ, nec alibi abſque decreto, & ordine, ſeu beneplacito prædicti Capituli prius obtinendo.

In neceſſitate tantum urgenti Oleum S. extra Baſil. tenendum

VIII. Quod Vicarius prædictus antedictæ Curæ, & pro tempore exiſtens, non debeat, nec poſſit tenere Oleum ſanctum extra eamdem Baſilicam, nec dare alicui perſonæ, nec etiam Eccleſiæ, vel Monaſterio cujuſcumque conditionis, ſtatus, ordinis, vel privilegii, facultatem tenendi prædictum Oleum, exceptis ſuis Coadjutoribus a prædicto Capitulo, ut præmittitur, pro tempore deputatis, vel alias in caſu urgentis neceſſitatis, & tunc nonniſi durante eadem neceſſitate, & pro tempore tantum, quo duraverit ipſa urgens neceſſitas.

Liber Mortuor. ap. Sacriſtam Minor. tenendus.

XI. Quod liber Mortuorum retineatur prout adhuc fuit retentus, penes Sacriſtam minorem dictæ Baſilicæ, a Capitulo pro tempore deputatum & propterea non liceat Vicario prædicto, & pro tempore exiſtenti, nec cuilibet alteri librum Mortuorum dictæ Parochiæ conficere, habere, nec tenere.

Libri baptiſmi & matrimonior. eoi perfecti erunt Archiviſtæ Majori conſignandi.

X. Quod Vicarius prædictus dictæ Curæ, & pro tempore exiſtens debeat tenere librum Baptiſmi, & Matrimoniorum in bona, & canonica forma, teneaturque illos, & quemlibet eorum poſtquam perfecti fuerint, deferre ad Archivium prædictæ Baſilicæ, & illos Archiviſtæ majori pro tempore exiſtenti actualiter tradere, & conſignare, ut ibi cuſtodiatur juxta motum proprium fel. record. Sixti Papæ Quinti & caſu quo neceſſarium vel alias opportunum fuerit tradere aliquam atteſtationem alicujus baptiſmi, vel matrimonii, tunc debeat Vicarius prædictus & pro tempore exiſtens ſubſcribere atteſtationem ſubſcriptam ab Archiviſta majore pro tempore exiſtente, poſtquam tamen idem Vicarius in eodem Archivio illam inſimul cum prædicto Archiviſta, ſeu Subarchiviſta collationaverit, & concordare invenerit cum libro, vel nota originali in Archivio prædicto exiſtente ex pacto &c. quæ omnia &c. alias ultra præmiſſorum præciſam, & inviolabilem obſervationem, ad quam ſemper cogi, & compelli poſſint, teneri etiam voluerunt ad omnia damna &c. de quibus &c. abſque &c. pro quibus &c. dicti RR. PP. DD. Canonici bona &c. dictæ eorum Baſilicæ, & dictus R.D. Gulielmus ſe ipſum, & Succeſſores in Vicaria dictæ Curæ bona &c. obligarunt &c. in forma Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis ſolitis &c. citra &c. renunciantes &c. conſenſerunt &c. unica &c. atque ita tactis &c. jurarunt ſuper quibus &c. Actum Romæ in dicto loco Capitulari præſentibus &c. RR. DD. Franciſco Benedictonio Tudertino, & Franciſco Speronio Romano teſtibus &c. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tam Capitulum, & Canonici, quam Gulielmus prædicti plurimum cupiant, tranſactionem, ſeu concordiam hujuſmodi pro firmiori illius validitate, & ſubſiſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri; nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Capitulum, & Canonicos, ac Gulielmum prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. ſupplicationibus inclinati; *Tranſactionem, ſeu concordiam prædictam, ac prout illam concernunt omnia, & ſingula in præinſerto Inſtrumento hujuſmodi* contenta de conſenſu tamen dilecti filii noſtri Scipionis tituli S. Chryſogoni Presbyteri Cardinalis Burgheſii nuncupati dictæ Baſilicæ Archipresbyteri Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, de quo deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, *necnon Capitulum, & Canonicos, ac Gulielmum ejuſque Succeſſores prædictos ad plenariam præmiſſorum obſervationem teneri, nec ab illis ullo unquam tempore reſilire poſſe*, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, & conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis necnon, quatenus opus ſit, dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmi-

Inſtrumenti abſolutio cum clauſulis.

Tranſactionem Apoſtol. auct. firmari petitur.

Cum conſenſu Archipresbyteri confirmatur ead. auctoritate.

Obſtantia quæque amoventur.

firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Decembris 1623. Pontificatus noſtri anno primo.

A tergo Bullæ ſupradictæ.

Instrumentum ex quo conſtat Archipresbyteri conſenſus:

In nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis ubique evidenter pateat & ſit notum, quod anno a Nativitate ejuſdem D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoquarto Indictione ſeptima, die vero decimaſeptima menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno primo, Illmus, & Rmus D. Scipio tituli S. Chryſogoni S. R. E. Presbyter Cardinalis Burgheſius Sacroſanctæ Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe Archipresbyter informatus, ut aſſeruit, & nihilominus per lecturam mei &c. fuit certioratus de quadam tranſactione, ſeu concordia inter RR. DD. Canonicos, & Capitulum ejuſdem Baſilicæ ex una, & R. D. Gulielmum Scalinum Vicarium perpetuum Curæ animarum in dicta Baſilica ex altera partibus per acta D. Bernardini Gargarii Notarii Capitolini ſub die 19. menſis Decembris 1623. ut dicitur rogat. ſeu &c. ad quæ &c. necnon de Brevi SS. D. N. Papæ Urbani VIII. ſuper confirmatione tranſactionis, ſeu concordiæ prædictæ deſuper expedito ſub Annulo Piſcatoris ſub datum Romæ apud S. Petrum die 19. Decembris 1623. De quo, illiuſque tenore etiam per me &c. fuit certioratus. Et cum in ipſa confirmatione idem SS. D. Noſter expreſſe mandet per hæc verba præciſa videlicet: De conſenſu tamen dilecti filii noſtri Scipionis tituli S. Chryſogoni Presbyteri Cardinalis Burgheſii nuncupati dictæ Baſilicæ Archipresbyteri Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, *& prout latius in dicto Brevi ad quod &c. Quapropter præfatus Illmus, & Rmus D. Cardinalis Burgheſius Archipresbyter in executionem dicti Brevis, illique ut par eſt, parendo ſupradictæ tranſactionis, ſeu concordiæ, omnibuſque, & ſingulis in ea contentis & enarratis conſenſit, ejuſque conſenſum deſuper neceſſarium, & opportunum dedit, & præſtitit, ac dat, & præſtat, illamque ratificavit, & approbavit, ac ratificat, & approbat non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, ſicque tacto pectore &c. juravit &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit a me Notario publico infraſcripto, ut unum, vel plura publicum, ſeu publica conficerem, atque traderem Inſtrumentum, & Inſtrumenta, prout opus fuerit, & requiſitus ero. Actum Romæ in Palatio Illmi, & Rmi D. Cardinalis Leni in Platea Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Regionis Trivii præſentibus ibidem, audientibus, & intelligentibus Excell. D. Petro Guerino J. U. D. ad præſens Caſtri Olebani Gubernatore, & D. Henrico Dusbergh fil. quond. Juliani Colonicen. familiari Illmi, & Rmi D. Fauſti Caffarelli Archiepiſcopi S. Severinæ teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.*

Quem ſcilicet exigebat Pontifex in allatis literis.

Archipr. idem permittit fieri unum aut plura Inſtrumenta ſuper ea re.

Ego Antonius Lucatellus C. Curiæ Illmi, & Rmi Domini Cardinalis Vicarii Notarius de præſenti &c. rogatus &c. præſens Inſtrumentum ſubſcripſi & publicavi requiſitus &c. In fidem &c.

Uladislaum Principem Poloniæ Regis filium creat Canonicum Baſilicæ Principis Apoſtolorum.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1624. 30. Decemb.

Dilectiſſimo in Chriſto Filio nobiliſſimo Viro Uladiſlao chariſſimi, & in Chriſto filii noſtri Sigiſmundi Poloniæ, & Svetiæ Regis Illuſtris nato (a). Dilectiſſime in Chriſto fili nobilis vir; ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Oritur ab eximia laude Principis.

Inter Catholicos Principes, qui Apoſtolicæ Sedis gratiam variis nominibus promerentur, Nobilitatem tuam maximo cum animi noſtri gaudio cernimus præfulgere. Ipſa enim non modo florentibus annis bellicæ virtutis gloriam adepta, paterna decora mirum in modum æmulatur; verum etiam incredibili religionis ſtudio flagrans, regias omnes virtutes tam felici fœdere ſociavit, ut dubium ſit, majoreſne tibi fortitudinis, an pietatis laudes comparaveris. Fortitudinem hoſtiles acies toties abs te profligatæ ſuo malo ſenſere: pietatem quicumque religionis ſenſu tanguntur, & nove-

(a) Invictiſſimi Sigiſmundi filium rebus geſtis adverſus Turcas celeberrimum Romæ tunc degentem Pontifex magnifice aiebat in Palatio Vaticano. Quare adfuit una cum Venetis Oratoribus die 24. Decemb. ubi Pontifex Portam Sanctam reſeravit. Enſem & galerum ſequenti nocte benedictum dono accepit: aliiſque ſubinde honoribus cumulatus ineunte anno 1625. in patriam eſt reverſus. *Victorell.*

(a) Im-

noverunt, & mirantur. Illam exercendi temporum conditio, & Chriſtiani nominis hoſtes tibi viam aperient: hanc vero excolendi, atque augendi materiam Nobilitati tuæ ſuppeditare, noſtrum eſſe arbitramur. Motu itaque proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Te Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicum (*b*) ſupranumerarium tenore præſentium, facimus conſtituimus, & deputamus. Tibique ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, ed indultis, quibus alii ipſius Baſilicæ Canonici de numero utuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo, & æque principaliter abſque ulla prorſus differentia, uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſis & valeas, Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ & aliis arbitrii noſtri pœnis dilectis filiis Capitulo & Canonicis dictæ Baſilicæ, cæteriſque ad quos quomodolibet ſpectat, ut Nobilitatem tuam ſtatim viſis præſentibus, etiamſi nullam deſuper poſſeſſionem acceperis, nec ullum de obſervandis ejuſdem Baſilicæ ſtatutis juramentum præſtiteris, nec Clericus, minuſque Civis Romanus originarius, aut Civis Romani originarii filius ſis, neque alia requiſita habeas, (*c*) privilegiis, gratiis, & indultis hujuſmodi uti, frui, & gaudere permittant, ac etiam decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, illiuſque Capitulo, Canonicis prædictis, ac quibuſvis aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Virtute & pietate præſtantem eum appellat.

Canonicum creat Baſilicæ Vaticanæ.

Eum eximit a juramento &c.

Conſtitutionibus cæteriſque contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Decembris M.DCXXV. Pontificatus noſtri Anno Secundo (*d*).

Indulgentiam plenariam concedit omnibus, qui interer unt Tranſlationi S. Joannis Chryſoſtomi aut Baſilicam viſitaverint ipſo die translationis.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN.CH. 1626. 20. April.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis; ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœniten., & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Proceſſioni de licentia dilecti filii noſtri in alma Urbe Vicarii in ſpiritualibus generalis in die translationis Reliquiarum, ut aſſeritur, Sancti Joannis Chryſoſtomi (*a*) in Eccleſia Sancti Petri ejuſdem Urbis faciendæ interfuerint, ſeu eodem die dictam Eccleſiam devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus pro una vice tantum valituris.

Diſpoſitio ad Indulg. obtinendam.

Opera ad eumdem effectum injuncta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xx. Aprilis MDCXXVI. Pontificatus noſtri anno tertio.

Indul-

(*b*) Imperatorem ante coronationem ad aram S. Mariæ de Turri in Porticu Baſil. Vat. recipi conſueviſſe in Canonicum S. Petri certo conſtat. *Ord. Rom XIV. ap. Mabill. cap.* 105. Marcell. *ſect.* 5. *c.* 3. Ciamp. *de ſacr. Ædif. pag.* 84. Alios item Principes pari honore affectos eſſe teſtatur Hiſtoria. Diploma autem Pontificum rei teſtem nullum huc uſque occurrit. Eo libentius iſtud edimus, quod ſimul Canonicorum noſtræ Baſilicæ præſtantiam patefacit, eſtque exemplo hujuſmodi collationis in Summos Principes.

(*c*) Notanda hæc exceptio conditionum omnium, quæ aſſequendo Canonicatui neceſſariæ erant. Summos enim Principes privatis Conſtitutionibus, ac privilegiis obnoxios eſſe non patitur Pontifex: nulliſque ſubjectos oneribus ſingulis honoribus frui, atque uti Apoſtolica auctoritate decernit.

(*d*) Ex literis Apoſtolicis longe plurimis didicimus, moris fuiſſe veterum Pontificum ad diem Incarnationis 25. Martii annum producere, indeque anni ſequentis initium ſumere qui eſt conſuetus Bullarum ſtylus. Hinc autem edocemur, initi annum 1625. a die Natali D. N. J. C. 25. Decembris, quod fieri conſueviſſe in Italia notat Covarr. *v.* to. 2. *Reſol. variar. l.* 1. *c.* 12. §. 1. At nullo dum Diplomatum exemplo deprehendimus id fieri a Pontificibus conſueviſſe. Annus certe Jubileus incipit, ac definit die 25. Decembris. Quare haud latet mendum in deſignando anno 1725. nos autem rationem habuimus anni Romani ſatis notam: idcirco appoſuimus 1724.

(*a*) Sacrum iſtud pignus Cpoli Romam advectum locatum fuerat in aditu a Templo S. Petronillæ, ad aliud S. Mariæ de

Indulgentiam plenariam concedit omnibus qui Baſilicæ conſecrationi intererunt die 18. Novembris: pariterque omnibus in perpetuum, qui Baſilicam viſitaverint die anniverſaria conſecrationis, vere pœnitentes ac ſacra communione refecti.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1626. 13. *Nov.*

AD perpetuam rei memoriam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ejus Majeſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Cum itaque Nos novam Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe propediem, benedicente Domino, ſolemni ritu conſecrare intendamus (*a*). Idcirco ad augendum Chriſtifidelium ad illam devotionis cauſa confluentium devotionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœniten., & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui dictam Baſilicam die 18. menſis Novembris, qua antiquæ Baſilicæ dedicationis feſtum celebratur, & per totam ejus Octavam, ac in Anniverſario Conſecrationis hujuſmodi die, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus, quoad diem Dedicationis, & Octavam hujuſmodi pro una vice tantum; quo vero ad anniverſarium Conſecrationis per Nos faciendæ hujuſmodi diem perpetuis futuris temporibus valituris.

Baſilicæ Vatic. Conſecratio peragenda,

Quo die antiqua ejus dedicatio celebratur.

Indulg. plenaria ipſo die, & anniverſaria

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 13. Novembris 1626. Pontificatus noſtri anno quarto.

Plenariam Indulgentiam largitur utriuſque ſexus fidelibus viſitantibus Sacellum Chori die feſto Sancti Joannis Chryſoſtomi 27. Januarii.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1627. 22. *Januar.*

AD perpetuam rei memoriam. De ſalute Dominici gregis curæ noſtræ divinitus commiſſi aſſidue cogitantes, cæleſtes Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores in terris a Domino conſtituti ſumus, tunc eo libentius erogamus, cum exinde fidelium pietatem & devotionem, animarumque ſalutem augeri poſſe ſperamus. Volentes itaque Altare novi Chori Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe aliquo ſpirituali dono illuſtrare, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi; omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis ac Sacra Communione refectis, qui dictum Altare die feſto Sancti Joannis Chryſoſtomi (*b*) a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis

Eccleſiæ theſauri diſpenſator Pontifex,

de febribus nunc Sacrarium Baſilicæ. Inde autem in idem Sacrarium ad Altare SS. Servatii, & Lamberti, hodie Reliquiarum, quippe quæ ibi cuſtodiuntur, an. 1567. conſecratum eodem anno die Dom. 27. Apr. a Julio Antonio Sanctorio Archiep. S. Severinæ S. Pio V. jubente. Ac demum Calen. Maji an. 1626. translatum ſolemni pompa in Sacellum Chori, collocatumque ſub ejus ara, ubi quieſcit. Tabulæ hinc inde conſtitutæ ex marmore rem plenius docent. Alpharan. Ciampin. *de Sac. Ædif. pag.* 89. *& ſeq.* De eodem infra redibit ſermo, ubi de Indulgentiis aliiſque ad Sacellum Chori ſpectantibus.

(*a*) Templum hoc admirabile a Julio II. cœptum ineunte ſeculo XVI. ac centum poſt annos abſolutum a Paulo V. tametſi ornamenta ſplendidiſſima & ſucceſſoribus adjicienda ſint relicta, conſecratum hoc anno eſt illo eodem die, quo vetus Baſilica a S. Silveſtro traditur dedicata. Indulgentiæ autem non inſtauratæ veteres, quæ aliæ erant; ſed novæ inſtitutæ. Fideſque major his literis adhibenda, quam rumoribus vulgi, ac ſuppoſitis nonnullis opuſculis.

(*b*) Edidimus Conſtitutionem Sixti IV. qua Capellam Chori ab ſe fundatam dedicat (to. 2. *pag.* 205.) Eam conſule; nam maxima inde lux affulget his Urbani literis.

(*a*) Præ-

ſolis feſti hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Permittentes mulieribus, ut ad effectum Indulgentiam hujuſmodi conſequen. dicta die dumtaxat Chorum præfatum, (prohibitione ſuper illius ingreſſu ipſis mulieribus Apoſtolica auctoritate facta, nequaquam obſtan.) ingredi valeant (a). Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulg. plenar. perpetuam concedit die S. Joann. Chryſoſt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXII. Januarii MDCXXVII. Pontificatus noſtri anno quarto.

Eximit Capitulum ab omni ſcrupulo Irregularitatis, aliuſve cenſuræ Eccleſiaſticæ, ut libere & tuto poſſit exercere Juriſdictionem etiam Criminalem, citra ſententiam ſanguinis, qua utitur in Abbatiis adnexis Menſæ Capitulari, ex auctoritate Apoſtolica.

Ex Autograph. Archivi Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

HC AN 1628. 18. April.

AD futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod, cum eorum Menſæ Capitulari diverſa Monaſteria, Abbatiæ nuncupata, juriſdictionem non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, tam in civilibus, quam criminalibus annexam habentia (b) per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros unita reperiantur, illorumque occaſione negocia, & Cauſæ criminales etiam ſanguinis ſæpe tractanda veniant; idcirco quo Canonicorum ipſius Baſilicæ, ac aliorum ad negotia, & cauſas hujuſmodi cognoſcendas per Capitulum præfatum pro tempore deputan. conſcientiæ ſecuritati conſultum ſit, per nos ut infra opportune provideri ſummopere deſiderent: Nos eorum votis annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. Supplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Dilectis filiis ejuſdem Baſilicæ,

Monaſteria juriſd. civ. & criminal. habentia.

Canonici criminalem abſque irregular. exercere cupiunt.

(a) Prædictæ Sixtinæ Conſtit. (not. a) innuebamus has literas. Ex quibus certo diſcimus, quod tribus diebus a Sixto IV. conſtitutis 12. Junii S. Antonii, 4. Octobris S. Franciſci, & 8. Decembris Sanctiſs. Conceptionis feſtivitati addictis, etiam 27. Januarii, qui S. Joanni Chryſoſtomo Sacer eſt, fœmineo ſexui patet aditus ad Capellam Chori a primis Veſperis antecedentis diei, ad occaſum ſolis quatuor eorumdem feſtorum, non curioſitatis ergo; ſed plenariam ut Indulgentiam pœnitens conſequatur. Cæteris autem anni diebus Apoſt. inde auctoritate arcentur mulieres ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut liquet ex prædicta Conſtitutione Sixti IV. Quam ſane Conſtitutionem ut liberaliſſime quis interpretetur, unam aliam diem privilegio eodem uti affirmet, anniverſariam obitus ejus Pontificis, quæ olim fuit, ni fallor, 14. Auguſti, nam is deceſſit die 13. inter quartam & quintam horam noctis: Eamdem tamen diem hodie incertam, utpote Quadrageſ. tempore recurrentem, & quotannis variam Clerus tantum novit ex Tabella anniverſarior. quæ annis ſingulis inſtauratur.

(b) Ex quatuor iis Monaſteriis, quæ Pius IV. cum plena Juriſdictione adnexuit Menſæ Capitulari an. 1564. (to. 3. p. 50.) duo præſertim illuſtrant has literas, & Capituli Vaticani juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Abbatiis, quæ hic in genere memorantur, vindicant: videlicet, Monaſterium, ſeu Abbatia S. Martini in Montibus Viterbienſibus, & Monaſterium S. Rufilli in Romandiola. Ad primum quod attinet, revocari huc oportet quæ ajebam (To. 2. pag. 165. not. a) Quod vero ad alterum ſpectat; oportet primum me ipſe corrigam, deinde afferam quæ ad rem faciunt. Ajebam igitur (Ibid. pag. 198. not. a) Forum Pompilii noſtra ætate, unde Sedes Epiſcopalis jampridem Brectonorium tranſlata eſt, non ignobile Oppidum eſſe, novæque Sedi ſubjectum: idque Ughel'o, Alberto, aliiſque Scriptoribus fretus; per quos rem perperam edoctus, falſo aſſerebam de toto Oppido, quod minori ejus parti convenit. Duæ ſiquidem Parochiæ omnino ſunt in novo Oppido: amplior nempe, quæ duas tertias partes incolarum amplectitur, S. Rufilli nuncupata, & minor altera, quæ dicitur S. Petri, & cui tertia alia pars fidelium adſcribitur. Harum poſtrema juris eſt Brectonorienſis Epiſcopi; at major illa ad omnimodam Capituli Vaticani juriſdictionem pertinet. Ratio autem eſt, quod ubi inſtauratum fuit Oppidum anno circiter 1374. non priſci fines mœnium novis ædificiis circumdati: ſed S. Rufilli Monaſterium, quod *extra murum Pompilienſem* antea extitit, ut conſtat ex Documento apud Ughelium (*to. 2. pag. 599.*) quod & a Vecchiazzano recitatur, una cum Burgis aliiſque ad illud pertinentibus majorem partem novi Oppidi effecerunt. Huc ſi animum advertiſſent Brectonorienſes Epiſcopi, haud inutilem intendiſſent litem Capitulo Vaticano poſt integra tria ſecula, anno nimirum 1672. quam iterum excitarunt 1719. Etenim poſt acerrimos maximeque diuturnos partis utriuſque conflictus, re mature diſcuſſa in Sacræ Rotæ Auditorio, emanavit ſententia pro eodem Capitulo: *Conſtare de Territorio ſeparato Abbatiæ S. Rufilli*, duabus præviis Deciſionibus *coram Cerro* 28. *April.* 1725. & 15. *Maji* 1726. Quamobrem Epiſcopus cauſæ ſuæ imbecillitatem ſentiens, qua exciderat, litem expreſſe renunciavit Calendis Juliis ejuſdem anni 1726. per Acta Valentini Notarii A.C. Hujuſmodi autem ſententiæ conſectarium eſt Breve Apoſtolicum Benedicti XIII. poſt menſes ferme decem datum Beneventi die 26. Aprilis an. 1727. ſub plumbo, per quod Canonici facultatem obtinent expediendi literas Dimiſſoriales pro Ordinandis Foropompilienſibus ſuæ juriſdictionis a quocumque Epiſcopo. Iſtud vero typis vulgabitur ſuo loco. Nunc memoriæ repeti oportet ſententiam pro juriſdictione criminali Capituli in altera Abbatia S. Martini, ſeu potius in modica ea parte, quæ remanſit, vulgo *la Tenuta di S. Salvatore*, quam tulit Sacra Conſultationis Congregatio an. 1726. die 10. Aprilis. Inde enim liquet poſt annos 187. ex quo Pius IV. anno 1564. omnimoda cum juriſdictione in ſpiritualibus & temporalibus Monaſteria illa conceſſit Capitulo Vaticano, ſartam illam tectamque eſſe.

(a) Hæc

licæ Capitulo, & Canonicis capitulariter congregatis, necnon Canonicis Camerariis, & Secretario dumtaxat nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut eorum munere hujuſmodi durante, & occaſione juriſdictionis Monaſteriorum præfatorum tantum, in negotiis, & Cauſis criminalibus quibuſcumque, quoties opus fuerit, ſe immiſcere, ac in eis conſilium, mandata, & juſſiones tam verbo, quam in ſcriptis dare, & debitæ executioni demandare, ſeu demandari facere, etiam ſi ſanguinis effuſio, membrorumque mutilatio, ſeu etiam mors inde ſequatur, libere, & licite, ac abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, & irregularitatis, ſeu cujuſvis alterius pœnæ, vel Cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu poſſint, & valeant: dummodo tamen a ſententia in cauſa ſanguinis per ipſos ferenda omnino abſtineant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Permittitur Canonicis capitulariter congregatis; necnon Camerariis, & Secretario.

Dummodo ſententiam ſanguinis ipſi non pronuncient.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Aprilis MDCXXVIII. Pontificatus noſtri anno quinto.

Vener. Sanctiſs. Crucis reliquias ex S. Anaſtaſiæ, & S. Crucis in Jeruſalem deſumtas, cruceque argentea incluſas largitur Baſilicæ Vat.; oſtendendas populo poſt ſacram Cuſpidem, & ante Sacratiſs. Imaginem Salvatoris præcipit; ac plenariam Indulgentiam unaquaque in oſtenſione trium harum reliquiarum, quæ majores nuncupantur, elargitur.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1629. 9. Aprilis.

Ad futuram rei memoriam. Ex omnibus Sacris Reliquiis, quas Chriſtus Salvator noſter Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, ad excitandas fidelium mentes, & ſpiritualem illarum conſolationem reliquit, Chriſtianus populus Sacratiſſimum Sanctæ Crucis lignum præcipuo adorationis, & honoris cultu jugiter veneratur. Unigenitus enim Dei filius, homo factus, hominis factor, in eodem Ligno humani generis ſalutem operatus, ac inſons pro ſontibus hoſtia factus eſt, & effuſo pro injuſtis ſanguine juſti, mortis ſervitutem ſuſcepit; ut nobis tribueret vitæ æternæ libertatem, cujus ſpe erecta, merito illud canit Eccleſia præconium. *Beata cujus brachiis pretium pependit ſæculi.* Hac pia meditatione dudum permoti, Sacri ejuſdem Sanctæ Crucis Ligni parvam Crucem, quæ in Sanctæ Anaſtaſiæ aſſervabatur (*a*), ac de ea, quæ in Sanctæ Crucis in Hieruſalem Eccleſiis de Urbe aſſervatur (*b*), particulam Cruce argentea lapidibus pretioſis ornata includi juſſimus. Nunc vero operæ pretium nos facturos exiſtimantes; ſi proviſionis noſtræ miniſterio Sacræ hujuſmodi Sanctæ Crucis reliquiæ, majori qua fieri poteſt, veneratione colantur; Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, Crucem argenteam ſacris hujuſmodi Sanctiſſimæ Crucis reliquiis decoratam, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quam maximus Chriſtifidelium devotionis cauſa ex omnibus mundi partibus fit concurſus; eo in loco collocandam, & perpetuo cuſtodiendam, ac aſſervandam, ubi pariter ſunt ejuſdem Salvatoris Imago Veronicæ Sudario excepta, & ferrum Lanceæ, quo Sanctiſſimi illius Corporis in ipſa Cruce pendentis, latus perforatum fuit (*c*), tenore præſentium donamus, concedimus, & elargimur. Volentes, & diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandantes dilectis filiis Capitulo, & Canonicis ejuſdem Baſilicæ, ut perpetuis futuris temporibus in feſto Inventionis Sanctæ Crucis die III. Maji, ac etiam in aliis diebus, quibus juxta ejuſdem Baſilicæ conſuetudinem Sacræ Imaginis, & Ferri præfatorum, ſeu eorum alterius reliquiæ populo adorandæ oſtenduntur, de cetero Ferri primo, deinde Crucis, poſtremo Sacræ Imaginis reliquiæ hujuſmodi oſtendi debeant (*d*). Nos enim

Præclarum exordium a Sanctiſs. Crucis laude.

Donum pretioſiſs. S. Crucis ab Urbano factum Baſilicæ.

Collocanda inter Reliquias Majores.

Eodemque ordine oſtendenda populo.

(*a*) Hanc Eccleſiam pluribus in Section. libri Pontificalis memoratam in Palatini montis radicibus an. 1634. deformatam, ejuſque porticum vi ventorum dirutam tempore bacchanalium hic Pontifex inſtauravit. Martinell. *Ro. Sac. pag.* 54. *& ſeq.* Sanctiſs. Crucis Reliquias hinc diſcis ibidem aſſervari. Quis autem intulerit, datum non eſt invenire.

(*b*) Hiſtoria hæc ſatis nota apud Baron. *an.* 326. *n.* 42. *& ſeqq.* Blanchin. Anaſt. *to.* 2. *pag.* 270. *& ſeq.* Sed præcipue Ciampin. *de Sac. Ædif. pag.* 118. *& ſeq.* & Auctores apud ipſos citati.

(*c*) Supra (*pag.* 207.) habes hiſtoriam translationis inſignium Reliquiarum tum Veronicæ, tum Lanceæ. Conſule notas *a*, & *b*.

(*d*) Moris, qui viget in noſtra Baſilica Inſtitutionem hinc certam deprehendis.

(*a*) Has

enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi; omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui in eadem Baſilica Ferri, Crucis, & Sudarii hujuſmodi oſtenſioni præſentes fuerint, & pro fidei orthodoxæ propagatione, ac Eccleſiæ Catholicæ tranquillo ſtatu, ſeu prout unicuique ſuggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, ac remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Indulgentia plenaria adstantibus oſtenſioni.

Modo confeſſi & communicati fuerint &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1629. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Literas Apoſtolicas Sixti V. ſuper relocatione bonorum Baſilicæ declarat intelligendas de quibuſcumque Bonis ubilibet conſtitutis, quæ videlicet cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ relocari valeant etiam ultra triennium contra legem ſtatuti Urbis (a).

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1629. 24. Septemb.

AD futuram rei memoriam. Alias a fel. rec. Sixto Papa V. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenor. ſubſequen. videlicet: *Sixtus Papa V. Ad futuram rei memoriam Paſtoralis cura Nos admonet &c.*

Indicantur literæ Sixti V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Junii MDLXXXIX. Pontificatus noſtri anno quinto.

Cum autem, ſicut dilecti filii Capitulum, & Canonici dictæ Baſilicæ nobis nuper exponi fecerunt, licet præinſertæ literæ hujuſmodi, prout occaſio tulit, etiam quoad bona dictæ Baſilicæ extra Urbem exiſtentia obſervatæ ſint, nihilominus a nonnullis in dubium revocetur, an eædem litteræ bona, ut præfertur, extra Urbem, ejuſque territorium exiſtentia comprehendant, proindeque ad dubia, & difficultates deſuper tollenda, ac lites ſuper contractibus dictorum bonorum tam initis quam ineundis in futurum evitan. ſibi per nos de opportunæ declarationis miniſterio in præmiſſis provideri ſummopere deſiderent: Nos Capitulum, & Canonicos prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volen., & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. Supplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus, præinſertas Sixti prædeceſſoris hujuſmodi literas in omnibus, & quibuſcumque bonis dictæ Baſilicæ in quovis loco, & provincia exiſtentibus locum habere (b), & ſic ab omnibus cenſeri, atque ita per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, irritumque, & inane ſiquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac omnibus illis quæ dictus Sixtus prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dubium & difficultas ſuper ear. interpretat.

Declaratio Pontificia earum literarum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die XXIV. Septembris MDCXXIX. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Indul-

(a) Has literas habes ſupra (*pag.* 158.) eas conſule. Clemens VIII. eas ſimiliter confirmarat an. 1596. ut liquet ex ejus literis Apoſt. ſup. (*pag.* 190.) Quod attinet ad ſtatutum Urbis, cui derogavit Sixtus V. pro Baſil. noſtra, vide item *p.* 158. *not. a*

(b) Revocanda huc *not. a*, quæ habetur ad literas Sixtinas *pag.* 159. ubi hæ literæ indicantur.

Indulgentiam plenariam concedit omnibus viſitantibus ſacram Confeſſionem, ac recitantibus Orationem *Ante Oculos &c.* ſeu decem *Pater* & *Ave*, in feſtis diebus SS. Trinitatis D. N. J. C. SS. Virginis, S. Jo: Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, & aliorum Apoſtolorum, omnium Sanctorum, & ſextis feriis Martii; diebus vero cæteris per annum, annos 7. totidem quadragenas.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1630. 15. Novemb.

AD futuram rei memoriam. Inter primarias, & Sacris Sanctorum reliquiis celebriores Orbis Terrarum Eccleſias, ea in primis Vaticani pars, quæ Sancti Petri Confeſſio appellatur (*a*), inſignis ſemper fuit, ubi deſignato Baſilicæ Principis Apoſtolorum loco, Conſtantinus Magnus Imperator, in honorem ejuſdem Beatiſſimi Principis Apoſtolorum Eccleſiam ædificavit: ad eam enim Chriſtifideles ex omnibus mundi partibus, tanquam ad fidei Petram, & Eccleſiæ fundamentum convenientes, locum Principis Apoſtolorum Sepulchro conſecratum ſumma religione, & pietate venerantur. Unde nos, qui ejuſdem Principis Apoſtolorum in univerſalis Eccleſiæ regimine, meritis licet imparibus, divina providentia ſucceſſores ſumus, ad divinam opem in S. Matris Eccleſiæ neceſſitatibus implorandam, necnon ad augendam in dies, nedum conſervandam Chriſtifidelium devotionem, tam erga eamdem Baſilicam per tot Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ingentibus expenſis magnificentiſſime reædificatam (*b*), & a Nobis tandem ſolemnibus cæremoniis conſecratam (*c*), quam erga prædictam Confeſſionem, illiuſque Altare quatuor Columnis æneis, ſumptuoſo opere elaboratis, ac Ciborio per nos ornatum, peculiari Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudio jugiter invigilamus, & cæleſtes Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores in terris a Domino conſtituti ſumus, pro ſpirituali fidelium ad eamdem Baſilicam devotionis cauſa confluentium devotione libenter erogamus, ut multiplicatis eorudmem fidelium interceſſionibus exaudiat Dominus illorum vota de templo ſancto ſuo. Igitur de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœniten. & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Sacram ejuſdem Beati Petri Confeſſionem in dicta Baſilica in ſingulis Sanctiſſimæ Trinitatis, D. N. Jeſu Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, S. Joannis Baptiſtæ, Beatorum Petri, & Pauli, aliorumque Apoſtolorum, & celebritatis omnium Sanctorum feſtis, ac cujuslibet feriæ ſextæ menſis Martii diebus, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis, feſtorum, & dierum hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi ſequentes preces, aut ſi illas legere neſciverint, vel nequiverint, decies orationem Dominicam, ac toties ſalutationem Angelicam, ad divinam miſericordiam implorandam, ut præfertur, devote recitaverint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Iis vero, qui etiamſi confeſſi non fuerint, propoſitum tamen primo quoque tempore confitendi habuerint, eamdemque Confeſſionem quolibet alio die viſitaverint, & ibi Orationes prædictas devote recitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Preces autem recitandæ ſunt hæ, videlicet, Oratio (*d*): *Ante oculos tuos Domine culpas noſtras ferimus, & plagas, quas acce-*

Praeclara laus Confeſſion. Sancti Petri.

Frequens ad eam concurſus adjuvandus ſpirituali ope.

A Pontifice caeleſt. theſauri diſpenſatore.

Indulgentia plenaria conceditur dieb. praeſcriptis, ac forma orandi.

Non confeſſis at proponentibus confiteri ſeptem annorum totid. quadrag.

(*a*) Noſtra hac in Collectione non ſemel de ſanctiſſimo iſto loco ſermo eſt. Præterea Ciampin. *de ſacr. Ædif. pag.* 29. & 48. præ aliis tot Scriptoribus uberrime agit de Sacra Confeſſione. Conſule lib. *Altarium & Reliquiar.* noſtræ Baſilicæ *p.* 132. in quem Raph Sindon. Archivi Cuſtos contulit plura ex antiqq. Scriptorib. indicavitque Auctores, unde habemus auguſtam ejus formam recentiorem juxta has literas.

(*b*) De hac re vide quæ ſupra habentur *pag.* 219. *not. b* ad Paul. V. qui auguſtiſſimum ædificium a Julio II. cœptum abſolvit an. 1616. Vide etiam Bened. XIV. *de Servor. Dei Beatif. &c. lib.* 1. *cap.* 46. §. 8. *n.* 46. hic enim indicatos Pontiff. enumerat, additque Alex. VII. qui tantum opus abſolvit. Ex Cohell. *notit. Cardin. cap.* 15. *Cong. XI.*, & *cap.* 59. multa ſuppetunt non negligenda, quamquam nonnulla cenſuræ ſubjicienda is enarrat.

(*c*) Anno videlicet 1626. die 18. Novembr. Huc repete hujus Pontif. literas Apoſtol. quas dedimus ſupra *pag.* 238.

(*d*) Nil magis notum Eruditis, quam Magdeburgenſium Centuriatorum principis Mathiæ Flacci Illyrici editio Miſſæ latinæ an. 1557. quam ſcilicet Catholicis adverſantem credidit; at Lutherani poſtmodum iiſdem Catholicis ſuffragari deprehendentes, eam ſupprimere modis omnibus conati ſunt. Hoc in errore ipſi Catholici verſabantur; quum, palinodia hæreticor. magiſtra, ſecus eſſe didicerunt, aſſerendiſque Fidei dogmatis utilem agnoverunt. Card. Bona *Append. ad Rer. Liturg. libros* eam vulgavit. Mabillonius, & Martene imitati ſunt Card. Bona, ac de ea egerunt ſatis multis.

Ad rem noſtram quod attinet, Urbanus VIII. hanc Orationem inde hauſit, in novam formam reduxit, Apoſtol. aucto-

ritate

Oratio celebris, Ante Oculos &c.

accepimus, conferimus. Si penſamus malum, quod fecimus, minus eſt, quod patimur, majus eſt, quod meremur, gravius eſt, quod commiſimus, levius eſt, quod toleramus. Peccati pœnam ſentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus. In flagellis tuis infirmitas noſtra teritur, & iniquitas non mutatur. Mens ægra torquetur, & cervix non flectitur. Vita in dolore ſuſpirat, & in opere non ſe emendat. Si expectas, non corrigimur, ſi vindicas, non duramus. Confitemur in correctione, quod egimus: obliviſcimur poſt viſitationem quod flevimus. Si extenderis manum, facienda promittimus: ſi ſuſpenderis gladium, promiſſa non ſolvimus. Si ferias, clamamus ut parcas: ſi peperceris, iterum provocamus, ut ferias. Habes Domine confitentes reos. Novimus, quod niſi dimittas, recte nos perimas. Præſta Pater Omnipotens ſine merito, quod rogamus, qui feciſti ex nihilo, qui te rogarent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. ℣. Gregem tuum Paſtor æterne non deſeras. ℟. Sed per Beatos Apoſtolos tuos perpetua defenſione cuſtodias. ℣. Protege Domine populum tuum ad te clamantem, & Apoſtolorum tuorum patrocinio confidentem. ℟. Perpetua defenſione cuſtodias. ℣. Orate pro Nobis SS. Apoſtoli Dei. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

Aliæ Orationes ad Indulgentiam aſſequendam recitandæ.

PRæſta quæſumus Omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in Apoſtolicæ Confeſſionis Petra ſolidaſti. Per Dominum noſtrum &c.

Imploret Clementiſſime Domine noſtris opportunam neceſſitatibus opem devote a nobis prolata meditatio, qua Sanctus olim Joannes Chryſoſtomus in hac Baſilica conditus, te cum Beatiſſimis Apoſtolis Petro, & Paulo repræſentavit ſic colloquentem: Circumdate hanc novam Sion, & circumvallate eam, hoc eſt, cuſtodite, munite, precibus firmate, ut quando iraſcor in tempore, & orbem terræ concutio, aſpiciens ſepulchrum veſtrum nunquam deſtruam, & quæ libenter propter me geritis ſtigmata, tuam miſericordia vincam, & ob hanc percipiam veſtram intereeſſionem; Etenim quando Sacerdotium, & Regnum video lacrymari, ſtatim quaſi compatiens ad commiſerationem flector, & illius meæ vocis reminiſcor; Protegam Urbem hanc propter David ſervum meum, & Aaron Sanctum meum. Domine Fiat Fiat; Amen Amen. In contrarium facientibus non obſtan. quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulgentia eadem eſt perpetua.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xv. Novembris MDCXXX. Pont. noſtri anno octavo.

Concedit facultatem Canonicis, tribuendi particulam Capitis S. Lamberti Capellæ ejuſdem Sancti Ep. & M. in Sanctæ Mariæ de Anima exiſtenti, debito cum honore a Proviſoribus, ſeu Sacriſta ſervandam.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1616. 18. *Martii.*

DIlecti filii; ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut nobis nuper exponi feciſtis, dilectus filius Magiſter Ægidius Urſinus de Vicariis (*a*) Canonicus iſtius Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Datarius, Auditor, & Prælatus domeſticus, & familiaris continuus Commenſalis noſter, pro ſuo ſingulari Catho-

citate firmavit, Indulgentiis auxit. Ex editione Card. Bona huc illam afferam, ut facilior collatio fit: *Si ante oculos tuos, Domine, culpas quas fecimus, & plagas, quas vel duriſſimas in hac vita pati poſſimus, conferamus, minus eſt quod patimur, majus eſt quod meremur: peccati pœnam ſentimus, & peccandi pertinaciam non evitamus, in flagellis tuis fragilitas noſtra frangitur & iniquitas non mutatur; mens ægrota torquetur, & cervix dura non flectitur; vita in dolore ſuſpirat, & tamen in opere non ſe emendat. Si expectamur, non corrigimur, ſi vindicas, non duramus, confitemur in correptione quod fecimus, obliviſcimur in viſitatione quod flevimus; ſi impreſſeris manum, facienda promittimus, ſi ſuſpenderis gladium, promiſſa non facimus; ſi ferias clamamus ut parcas, ſi parcis, iterum te provocamus ut ferias; ſi anguſtiæ veniunt tempus petimus pœnitentiæ, ſi miſericordia ſubvenit, abutimur patientia, quæ pepercit; adhuc plaga illata vix præterit, etiam non recolit mens ingrata quod pertulit: Si citius nos exaudias, ex miſericordia inſoleſcimus, ſi tardius, impatientia murmuramus. O Domine, volumus te ſervare quod feceris; non timemus negligere quod juſſeris; habes Domine confitentes reos, parce quia pius es. Novimus, quod niſi dimittas, recte nos punias, ſed apud te eſt multa miſeratio, & propitiatio perabundans; præſta ſine merito quod rogamus, qui feciſti qui te rogarent. Clamantibus autem ad te nobis, Domine miſerere. Moveat pietatem tuam vox fidelis, & flebilis, atque illa, de qua totum ſperamus, pietas non reputet quod offendimus, dum reſpicit quod rogamus; & cum ſit grandis miſeria eſſe nos reos, major tibi ſit clementia erga nos miſeros. Erige nos Domine Deus noſter, & alieva miſericordia tua, ut commune tue ſalutis & gaudio charitatis, dum ipſi ſalvari ex munere tuo cupimus, etiam fide, & pace cunctarum gentium gaudeamus. Per &c.*

(*a*) In lib. deſcend. Canonicor. &c. *pag.* 203. vocatur Eccleſiæ Leodienſis Canonicus: noſtræ autem Baſil. Canonicatum eſt adeptus an. 1611. 4. Sept.

tholicæ Religionis zelo, ac præcipuo, quem erga Sanctum Lambertum Martyrem Epiſcopum Trajecten., ſeu Leodien. gerit devotionis affectu, Sacras Capitis ejuſdem Sancti Lamberti reliquias, quæ in eadem Baſilica aſſervantur, vaſe argenteo ad formam Capitis ſuis expenſis elaborato includi curaverit (a): Vos autem ut ſpirituali ipſius Ægidii deſiderio reſpondeatis, aliquas earumdem Sacrarum reliquiarum particulas Capellæ ejuſdem Sancti Lamberti in Eccleſia Beatæ Mariæ de Anima nuncupat. de Urbe ſita, debitis cum honore, & reverentia, aſſervandas dare, & concedere poſſe deſideretis; nos votis veſtris, quantum cum Domino poſſumus, annuere, voſque ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volen., & veſtrum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicatiouis &c. Supplicationibus veſtro nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; vobis ut ſacrarum reliquiarum Capitis Sancti Lamberti Martyris, & Epiſcopi præfati nonnullas particulas eidem Capellæ debitis cum honore, & reverentia aſſervandas, abſque ullo cenſurarum, & pœnarum incurſu dare, & concedere, eidemque Capellæ, & pro ea dictæ Eccleſiæ Adminiſtratoribus, ſeu illius pro tempore proviſori, aut Sacriſtæ, ut ſacrarum reliquiarum particulas hujuſmodi, ad effectum prædictum recipere, libere, & licite poſſitis & valeatis, ac poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtan., quibuſvis prohibitionibus deſuper factis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Baſilicæ &c.

Canonici poſſunt facultatem concedendi Reliquias S. Lamberti Ep. & M.

Rom. Pontifex elargitur pro Eccl. de anima.

Obſtantia quæcumque removens.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 18. Martii 1636. Pontificatus noſtri anno decimotertio.

Altaria duo S. Gregorii, & SS. Proceſſi & Martiniani, a Paulo V. vivæ vocis oraculo privilegiata pro defunctis confirmat: tertiumque addit altare Chori cum ſimili privilegio pro animabus defunctorum.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN.CH. 1636. 14. Jun.

A D perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus, alias fel. rec. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter duo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, unum videlicet ſub mortuorum, & aliud ſub Sancti Gregorii in Capella Sancti Audreæ reſpective titulis altaria ſpecialibus indulgentiarum muneribus pro Chriſtifidelium animabus e purgatorii pœnis per modum ſuffragii liberandis decoraverit (b). Ad præſens vero poſt demolitam veterem Eccleſiam, alia duo altaria privilegiata, alterum ſub SS. Proceſſi, & Martiniani, aliud vero ſub S Gregorii in Capella Clementina (c) titulo prætendantur, vivæ vocis oraculo Romani Pontificis prædeceſſoris noſtri conceſſa. Nos volentes omnem dubitandi materiam circa præmiſſa e medio tollere; eamdemque Baſilicam ſpeciali privilegio, ut par eſt, proſequi, dictaque Sancti Gregorii in Capella Clementina, necnon SS. Proceſſi, & Martiniani altaria, & eorum quodlibet hoc ſpeciali dono illuſtrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ut quandoque ſacerdos aliquis ſæcularis, ſive cujuſvis Ordinis Regularis Miſſam Defunctorum pro anima cujuſcumque fidelis, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ad præfata duo S Gregorii in Capella Clementina, & Sanctorum Proceſſi, & Martiniani altaria, & eorum quodlibet celebrabit, Anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii indulgentiam conſequatur; ita ut Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragantibus a purgatorii pœnis liberetur, concedimus. Præterea quoniam propter quotidianam miſſarum frequentiam prædicta altaria miſſis hujuſmodi celebrandis

Altaria duo privilegiata a Paulo V.

Sed vivæ tantum vocis oraculo.

Auctoritate Apoſtol. privilegiata dedi ea pro Defunctis.

(a) De Sacello SS. Lamberti & Servatii diximus (*To. 2. pag. 200. not. 3*) De reliquiis autem Grimaldus *Catal. Reliquiar. p. 36.* hæc habet: *Fuit repoſita (an. 1636.) in capite argenteo impenſa Ill. & Rev. D. Ægidii &c.* juxta fidem harum literarum, ex quibus conſtat de reliquiis.

(b) Greg. XIII. literas habes ſopra (*pag. 101.*) Eas conſule cum ſubjectis notis.

(c) Id Sacellum a Clemente VIII. qui illud conſtruxit, nomen mutuatur. Huc an. 1606. Paulus V. tranſtulit Sacrum Gregorii Corpus ut ſupra (*pag. 207. not. b.* Gregorius IV. ante annos fere octingentos ſub ara illius nomine celebri in minoris navis auſtralis poſtremo, ait Alpharanus deſignans locum num. 85. ſacrum pignus depoſuerat, ubi & S. Andreæ Caput Pius II. collocavit, ſed illo exciſo, quum Paulus V. auguſtum Templum auxit, & terminavit, ad Sacellum Clementinum jam antea abſolutum, eſt translatum, ubi hodie quieſcit.

(d) Mar-

Paucitati conventualem tertium addit.

dis minime ſufficiunt, tenore præſentium etiam concedimus, quod miſſæ etiam conventuales, exequiarum, & aliorum pro defunctis in altare Chori dictæ Baſilicæ celebrandæ ſuffragentur animabus fidelium defunctorum perinde acſi in dictis Altaribus, ſeu eorum altero celebrarentur. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Privilegium perpetuum declarat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Junii 1636. Pontificatus noſtri anno decimotertio.

Ratam habet, & confirmat concordiam & tranſactionem inter Capitulum, & Archiepiſc. Teatinum: ita ut Monaſterium S. Martini de Fara declaretur nullius Dioec. Rom. tantum Pontifici ſubjectum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali Capituli, & aliud S. Salvatoris de Majella ſubjaceat Archiepiſcopo præter quinque parochiales Eccleſias quæ recenſentur: quod præſtat per poteſtatem delegatam Card. Vicario.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 70. Faſc. 234.

AN. CH. 1636. 14. Jun.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio noſtro in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali (*a*); ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. In Apoſtolicæ dignitatis culmine, meritis licet imparibus, diſponente Domino conſtituti ad ea, per quæ inter fideles quoslibet, præſertim quorum fides & devotio in noſtro, & Sedis Apoſtolicæ conſpectu refulget, ac perſonas Eccleſiaſticas divinis laudibus jugiter cum multo decore, & venuſtate inſiſtentes pax, & concordia cum divini cultus augmento nutritur, & augetur, ſolita conſiderationis indagine intendimus, & iis quæ propterea circa beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumlibet diſpoſitionem, ne illa longæ vacationis exponantur incommodo, ſemotis litium anfractibus concorditer terminata fuiſſe dicuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur; ſed ut perpetuo firma, & illibata perſiſtant, libenter cum a nobis petitur Apoſtolici mandamus adjici muniminis firmitatem. Sane dilectus filius noſter Antonius tituli Sanctorum Nerei, & Achillei presbyter Cardinalis Sanctacrucius (*b*) nuncupatus, modernus Eccleſiæ Theatin. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſul, ac dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nuper nobis exponi fecerunt, quod cum alias tam bonæ memoriæ Marſilius (*c*) dum vixit Archiepiſcopus Theatin. quam plures alii anteceſſores ejuſdem Eccleſiæ Præſules in Monaſteriis, Abbatiis nuncupatis, Sancti Salvatoris de Majella, & Sancti Martini de Valle, ſeu della Fara, Ordinis Sancti Benedicti in provincia Theatina ſitis, ac pridem eidem Baſilicæ Apoſtolica auctoritate perpetuo unitis, eorumdem Monaſteriorum, & Eccleſiæ Rectoribus, aliiſque Miniſtris, & Vaſſallis juriſdictionem, & jura Epiſcopalia ſibi competere, & e contra Capitulum, & Canonici hujuſmodi præfata monaſteria a diverſis perſonis fuiſſe fundata cum diverſis privilegiis, & exemptionibus, & tam in actu illorum unionum (*d*) præfatæ Baſilicæ eadem auctoritate Apoſtolica ut præfertur factarum, quam ex diverſis privilegiis, ſeu Indultis a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & præcipue a felicis recordatio-

Orditur ab Officio Summi Pontificis.

Circa Eccleſiaſtica beneficia.

Archiep. Teatini, & Cap. S. Petri petitio.

Quiſque ſibi tribuit juriſd. Monaſterior.

(*a*) Martius Card. Ginettus Veliternus Pontificiæ domus Præfectus in Sacr. Colleg. cooptatus fuerat ab Urb. VIII. an. 1626. & poſt biennium creatus Vicarius Urbis. Notandum, quod anno 1653. ex titulo S. Mariæ Tranſtiberim die 9. Jun. ad Albanenſem Sedem eſt promotus. Quare ab an. 1629. Vicarii munere functus erat 24. annos presb. Card. ne mireris filium, non fratrem appellari. Obiit ſupremum diem 1671., ut conſtat ex ejus Epitaphio in S. Andreæ de Valle in nobili Ginettæ gentis ſacello. Addit. ad Ughell. in Epiſc. Portuen. *to. 1. p. 151. & ſeq.*

(*b*) Fuerat hic Baſilicæ noſtræ Canonicus: prætere ad Archiep. Sedem Urbinatem non die 22. Maji ut habet Ughellus, ſed die 9. Jun. hujus anni, ut habent Acta, ſex nempe diebus ante has literas, tranſlatus erat; tametſi adhuc Teatinam Eccleſiam moderatus videtur; quum non habuerit Succeſſorem Stephanum Saulium uſque ad Novemb. menſem an. 1638.

(*c*) Marſilius Perutius de Mandulpho Pauli V. intimus Cubicularius, ejuſque Nepotis Scipionis Burgheſii poſtea Archipresbyteri noſtræ Baſilicæ Auditor, Teatinus Epiſcopus eſt creatus an. 1618. ante biennium, quam Scipio Archipresbyter fieret. Ciac. Ughell.

(*d*) Monaſt. S. Salvatoris de Majella univerat Paulus III. literis haud expeditis, quas Julius III. edidit, ſeu confirmavit an. 1550. Conſule eaſdem cum notis (*hoc to. p. 1. & 19. & ſeqq.*) Aliud autem S. Martini ante annos centum univerat Nicol. V. 1451. Videndæ ejus literæ cum notis (*to. 2. pag. 134. & ſeqq.*) inde enim liquet de juriſd. Capituli.

(*e*) Con-

dationis Innocentio PP. III. (*a*) conceſſis eadem Monaſteria a quorumcumque Ordinariorum juriſdictione exempta & reſpective ſtatutum fuiſſe, quod ſicut ipſa Baſilica nulli alii ſubeſt, quam Romano Pontifici; ita etiam illius monaſteria, Eccleſiæ, & bona eodem jure, & privilegio gaudere debeant, & gaudeant, nullique alteri, quam Romano Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ ſubſiot: ulteriuſque Capitulum, & Canonici hujuſmodi, licet dicta Monaſteria in dicta provincia Theatina, ut præfertur, ſeu intra illius limites ſita ſint; nihilominus illa nullius dioceſis exiſtere, ac propterea, & ex certis aliis rationibus, & cauſis juriſdictionem, & jura quaſi Epiſcopalia in præfatis Monaſteriis, ac Eccleſiis, locisque, ac terris eis ſubjectis competere reſpective prætenderint: ob idque ſuper juriſdictione hujuſmodi hinc inde pretenſa, rebuſque aliis latius per partes deductis, & illorum occaſione inter dicti Marſilii Archiepiſcopi antecelſores Archiepiſcopos, ac Capitulum, & Canonicos hujuſmodi lis, & cauſa & controverſia & differentia orta, ea denique cauſa diu inter ipſum Marſilium Archiepiſcopum, ac Capitulum, & Canonicos hujuſmodi in Sacro Rotæ Auditorio agitata fuerit, ac demum ipſe Marſilius Archiepiſcopus adhuc tunc in humanis agens, ac Capitulum, & Canonici hujuſmodi provide conſiderantes, quod ſi cauſa præfata judicialiter, & jure medio terminanda foret, procul dubio tum ob cauſæ gravitatem, & articulorum diſcutiendorum copiam, tum etiam ob probationes hinc inde neceſſario faciendas fere immortalis, non ſine animarum ambarum partium maxima inquietudine, ac moleſtia, & pene intolerabili impenſa, redderetur; perpendentes quoque litium eventus dubios, ac incertos exiſtere, ac propterea ex ſupradictis, & aliis etiam rationibus, & cauſis hinc inde diſcuſſis, & oretenus deductis, & allegatis ipſis magis expedire cauſam, & cauſas hujuſmodi per viam amicabilis concordiæ, & tranſactionis terminare, quam illas judicialiter proſequi; ad certam honeſtam concordiam, ſeu tranſactionem inter ſe devenire ſtatuiſſent: tractatu vero coocordiæ, & tranſactionis deſuper faciendæ durante, & ad effectum non perducto ipſe Marſilius Archiepiſcopus, ſicut Domino placuit, debitum naturæ perſolverit, tandem dictus Antonius Cardinalis, & Præſul tractatu per præfatum Marſilium Archiepiſcopum ejus antecelſorem, ut præfertur, facto, & per eum renovato ſeu continuato, ad infraſcriptam cum Capitulo, & Canonicis præfatis, ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, devenit concordiam, & tranſactionem, per quam videlicet partes ipſæ a quibuſcumque litibus, controverſiis, & differentiis ſuper præmiſſis & illorum cauſa, & occaſione tam in præfato Rotæ Auditorio, quam alias ubilibet quomodocumque vertentibus, unanimiter, & concorditer, ac ex ſupradictis aliis rationibus, & cauſis eorum animos moventibus receſſerunt, & recedunt; illiſque, ac omnibus & ſingulis earum ac cujuslibet ipſarum aooexis, connexis, emergentibus, & dependentibus, prout etiam omnibus & ſingulis juribus, actionibus in prætenſionibus deductis, & allegatis, quæ & quas in futurum etiam ex cauſa noviter ſupervenieote, vel a te quomodolibet quomodocumque, & qualitercumque deducere, & allegare poſſent, expreſſe ceſſerunt, & renunciaverunt illiſque in Judicio, vel extra ſub quovis prætextu, titulo, cauſa, & occaſioue etiam enormis & enormiſſimæ læſionis, ac ex quacumque alia cauſa cogitata, & inexcogitata etiam in Corpore Juris clauſa, etiam in dicta concordia non expreſſa, & forſan de neceſſitate exprimenda, minime uti promiſerunt, omneſque, & ſingulas expenſas deſuper factas, & damna, ac intereſſe hinc inde paſſa, & incurſa tam judicialiter, quam extrajudicialiter in petitorio & poſſeſſorio, ac de & ſuper ſtatu dictorum monaſteriorum, & cujuslibet illorum juriſdictione, Eccleſiis, Rectoribus, & Vaſſallis, ut ſupra, & alias quomodolibet invicem, & viciſſim remiſerunt, & condonarunt, ac remittunt, & condonant, ac ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium impoſuerunt, & imponunt promittentes, ſe ſe invicem, & viciſſim, ut ſupra, amplius non moleſtare, nec moleſtari facere ſub quovis pretextu, & colore. Imo in eventum alicujus litis, ſeu controverſiæ ſeſe eximere, & liberare, ac iodemnes prorſus relevare his adjectis pactis, & conditionibus, quod præfatum Monaſterium Sancti Martini de Valle, ſeu de Fara, ac Terra, ac totum, & integrum ejus Territorium dumtaxat, & non ultra, a dioceſi Theatina penitus, & omnino diviſa, diſtincta, & ſeparata, ac a quibuſcumque viſitationibus, correctionibus & ſuperioritate, ac omnimoda juriſdictione dicti Antooii Cardinalis, ac Præſulis, ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Theatini prorſus libera, exempta, & immunia ſint, & eſſe cenſeantur, prout dictus Antonius Cardinalis & Præſul, quatenus opus ſit, tam

Capitulum nitens vi unionum & Privil. Apoſtol.

Contra Archiepiſcopi vindicabat: unde lis orta diuque agitata.

Denique ad tranſactionem & concordiam deventum erat.

In quibus capita fuerunt convenientes.

Quorum ſententia hic exprimitur.

Pacta & conditiones, inter eos ſancita.

(*a*) Conſuli oportet literas Innoc. III. [*n.* 1. *pag.* 80. & *ſeq.*]

(*a*) Con-

ſit, tam ſuo, quam ejus ſucceſſorum dictæ Eccleſiæ Theatinæ Præſulum, ſeu adminiſtratorum pro tempore exiſtentium nominibus diviſit, diſtinxit, ſeparavit, & liberavit; ita ut deinceps perpetuis futuris temporibus dictus Antonius Cardinalis, & Præſul, & ſucceſſores præfati nullum jus, nullamque Juriſdictionem ſuper Monaſterio Sancti Martini in Terra, & Territorio prædictis habere & prætendere, ac in, & ſuper eis quomodolibet ex quavis cauſa, & occaſione minime ſe intromittere poſſint, niſi in caſibus contentis in Conſtitutione piæ mem. Gregorii Papæ XIV. (a) ſuper immunitate Eccleſiaſtica edita. In quibus caſibus cognitio Cauſarum in dicta Conſtitutione expreſſarum ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Theatinum ſpectet juxta dictæ Conſtitutionis formam, ipſumque Monaſterium Sancti Martini cum ejus Territorio hujuſmodi nullius dioceſis ſit, & eſſe perpetuo intelligatur, ac cum plena, & totali juriſdictione temporali, & ſpirituali, Epiſcopali vel quaſi in Eccleſias & perſonas, necnon cum omnibus, & ſingulis gratiis præeminentiis, & prærogativis, privilegiis, & Indultis, quæ de jure, uſu, vel conſuetudine, vel alias quomodolibet etiam cuicumque Monaſterio, vel Eccleſiæ, quæ nullius ſit dioceſ. competunt, aut competere poſſunt. Vel quæ nobis, & Sedi præfatæ eidem Baſilicæ concedere placuerit, Capitulo, & Canonicis hujuſmodi remaneat, idemque Monaſterium Sancti Martini Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Sedique præfatæ dumtaxat immediate, ſalvis caſibus in dicta Conſtitutione contentis, ſubjectum exiſtat; cum hoc tamen, quod in illis actibus, quorum Capitulum hujuſmodi incapax, ac in quibus opera alicujus Epiſcopi opus fuerit, Capitulum ipſum vocare teneatur Archiepiſcopum Theatinum pro tempore exiſtentem, quatenus in ſua dioc. tunc adfuerit: ſi vero non adfuerit, ſeu ſi abſfuerit, ac etiam extrajudicialiter requiſitus intervenire recuſaverit, vel non voluerit, tunc liceat eidem Capitulo alium Epiſcopum ſibi beneviſum, qui, ſicut etiam ipſe Archiepiſcopus Theatinus, ſi adfuerit, & intervenire voluerit, functiones neceſſarias, & opportunas nomine, & vice ejuſdem Capituli faciat, vocare; hac inſuper addita conditione quod Capitulum hujuſmodi in dicto Monaſterio Sancti Martini, & illius Territorio quaſcumque perſonas cujuſcumque gradus, & conditionis, quæ Curiæ Archiepiſcopalis Teatinæ contumaces, vel ab ea exules declaratæ fuerint, aſſecurare, vel alias quomodolibet retinere nullatenus poſſit, imo illos, quotquot fuerint, a dicto loco ſeu Terra Faræ, illiuſque Teritorio infra triduum a die requiſitionis, eidem Capitulo, ſive ejus Vicario ibidem reſidenti pro parte dicti Archiepiſcopi Theatini ſeu ejus Vicarii pro tempore exiſtentis etiam extrajudicialiter faciendæ computandum, expellere teneantur: alias triduo ejuſmodi elapſo præfatis contumacibus, & exulibus non expulſis, liceat pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Theatino Curiam ſuam, ſeu ejus Miniſtros pro capiendis contumacibus, & exulibus in hujuſmodi requiſitionibus nominatis tranſmittere. Et vice verſa Capitulum, & Canonici hujuſmodi omnem, & quamcumque juriſdictionem ipſis in præfato Monaſterio S. Salvatoris, ac quinque Parochialibus Eccleſiis infraſcriptis eidem Monaſterio S. Salvatoris unitis, ſeu ab eo dependentibus, videlicet una Propoſitura nuncupata S. Mariæ Majoris etiam nuncupatæ, terra Gipſii, & alia Præpoſitura, etiam nuncupata S. Silveſtri Terræ Guardiæ Grelis, atque alia Archipresbyteratu nuncupata S. Laurentii loci Rapini, ac alia Arcipreſbyteratu etiam nuncupata Terræ Pennæ pedemontium, necnon reliqua S. Nicolai Terræ Præturii, illarumque Rectoribus & Miniſtris ac Vaſſallis, & hominibus Parochianis dicto Capitulo quomodolibet competentem, ſeu per eos prætenſam præfatis Antonio Cardinali, & Archiepiſcopo, ejuſque Succeſſoribus Archiepiſcopis Theatinis pro tempore exiſtentibus perpetuo ceſſerunt, & renunciarunt, nullumque jus, & nullam prorſus actionem ſibi ipſis, eorumque Succeſſoribus reſervarunt, præterquam tamen collationem dictarum Parrochialium Eccleſiarum, occurrente illarum vacatione, necnon proprietates, canones, & alia infraſcripta. Ita quod toties quoties Parochiales Eccleſias præfatas quovis modo vacare contigerit, illarum collatio, & proviſio ad Capitulum Baſilicæ hujuſmodi; approbatio vero perſonarum de eiſdem Parochialibus Eccleſiis providendarum, quoad idoneitatem, ad Archiepiſcopum Theatinum pro tempore exiſtentem reſpective ſpectare: propereaque Capitulum hujuſmodi literas ejus proviſionis expedire debeat cum clauſula, quatenus proviſus idoneus repertus fuerit per Archiepiſcopum Theatinum, ſeu ejus Vicarium in ſpiritualibus generalem: & ſi proviſus ipſe in examine deſuper, abſque tamen concurſu faciendo idoneus repertus non fuerit, tunc & toties quoties id acciderit, ſemper, & perpe-

Monaſt. Sancti Martini, & territor. ejus nullius dioceſis ſint.

Gaudeatque omnibus privileg. quæ aliis hujuſm. competunt.

Functiones Epiſcopales fiant ab eod. Archiep. vel alio Epiſc. ad arbitr. Capituli

Exules, & contumaces Archiepiſcopi non recipiendos a Capitulo.

Contra Monaſter. S. Salvatoris ſubjaceat Archiep. præter Eccleſias Parochial. 5.

Collatio & proviſio Parochialium ad Capitulum; probatio ad Archiep. ſpectet.

[a] Conſtitutionem hanc celeberrimam datam nono Cal. Jun. 1590. quæ incipit *Quum alias*, habes Bullarii magni to. 2.

(b) Con-

perpetuo nova nominatio, & proviſio unius vel plurium, donec alter ex eis approbatus fuerit ſpectet pariter, & pertineat ad dictum Capitulum, ſed durante vacatione Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi, ſeu alicujus earum, ne cura animarum aliquod detrimentum patiatur, deputatio OEconomi ad arbitrium, & electionem Archiepiſcopi, ipſiuſque Archiepiſcopi cura ſit, & ad eum dicta deputatio ſpectet; declaratio vero proviſionis ſeu mercedis OEconomo præſato debendæ ad Capitulum hujuſmodi tantum pertineat, cum hoc ſimiliter, quod ipſi Capitulo reſervata ſit, & eſſe cenſeatur libera collatio quorumcumque ſimplicium beneficiorum Eccleſiaſticorum in dicta dioc. Theatin. exiſtentium, ad collationem ipſius Capituli pertinentium; ita ut illorum collationem, & proviſionem libere, prout hactenus, & hucuſque fecerunt, deinceps facere poſſint: ulteriuſque Capitulum, & Canonici hujuſmodi in Eccleſiis, quarum juriſdictio, ut ſupra ceſſa eſt, & quæ in dioc. & provincia Theatina, ac reſpective ſub proprietate, & directo dominio ejuſdem Capituli, ſeu præfatæ Baſilicæ exiſtunt, ex ſe, & abſque aliquo præfati Archiepiſcopi miniſterio, ſed manu regia, prout hactenus conſueverunt, canones ſolitos exigere, ac eaſdem Eccleſias viſitare, ſeu viſitari facere per ſuos Commiſſarios, ac in illis apponere, & affigere ac perpetuo reſervare, & manutenere arma, & inſignia ejuſdem Capituli, nempe Regnum cum Clavibus in lapide marmoreo una cum infraſcriptione, quod ipſæ Eccleſiæ ſunt de proprietate dicti Capituli juxta formam Inſtrumenti ſuper præſenti concordia confecti pro perpetua conſervatione, & memoria jurium dicti Capituli in eiſdem Eccleſiis. Nec poſſit pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Theatinus quoſcumque Rectores ſeu Vicarios per Capitulum hujuſmodi in præfatis Eccleſiis, & earum qualibet hucuſque deputatos, ſeu de eis proviſos quomodolibet amovere, ſed illos in eorum poſſeſſione quiete, & pacifice manutenere debeat, litibus in præfato Rotæ Auditorio, vel coram quocumque Judice forſan motis non obſtantibus, quibus dictus Antonius Cardinalis, & Archiepiſcopus expreſſe renunciavit. Poſſit tamen ipſe Archiepiſcopus Theatinus ab ipſis Vicariis, & Rectoribus, eorumque ſucceſſoribus, ac ab eiſdem Eccleſiis exigere ea, quæ ratione Seminarii, vel alio quocumque titulo exigere conſueverint: ac poſtremo quod bona cujuſcumque generis etiam Canones, ſeu Livelli, & reſponſiones annuæ in, & ſuper molendinis aliiſque rebus ad dictum Capitulum ratione dicti Monaſterii S. Salvatoris de Majella, ubique locorum in dioc. & provincia hujuſmodi quomodolibet ſpectantia, & pertinentia illorumque poſſeſſio, dominium, & totalis adminiſtratio, cura, & gubernium ſint, & eſſe debeant perpetuo reſervata Capitulo, & Canonicis præfatis, prout quorumcumque fructuum perceptio libera, immunis, & exempta ab ipſo Archiepiſcopo, & a quibuſcumque impoſitionibus, taxis, contributionibus, & aliis quibuſcumque gravaminibus tam ordinariis, quam extraordinariis per Archiepiſcopum, & Capitulum Theatinum ex quacumque cauſa etiam Cathedratica, vel procurationis, ac ex alia quantumvis magis pia, favorabili, ac privilegiata, & privilegiatiſſima, ac etiam exprimi neceſſaria quomodolibet imponendis; modo, & forma, prout nunc ab omnibus præfatis ſunt exempta Monaſterium S. Martini illiuſque territorium, & bona præfata; ita ut idem Capitulum dictæ Baſilicæ pro omnibus prædictis concurrere, contribuere, aut ad aliud quodcumque non teneatur, & ad id cogi poſſit, ſed ab omnibus, & ſingulis præmiſſis perpetuo exemptum exiſtat, ac alias, prout in concordia hujuſmodi, ac publico deſuper confecto Inſtrumento plenius dicitur contineri. Quare præfati Antonius Cardinalis & Præſul, & Capitulum, & Canonici præfatæ Baſilicæ aſſerentes concordiam hujuſmodi pro bono pacis, ac longarum, & diſpendioſarum litium, & differentiarum compoſitione, & extinctione factam fuiſſe, nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus illam approbare, & confirmare atque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ac Capituli, ac Canonicorum prædictæ Baſilicæ ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. nec non præfatas, & quaſcumque alias lites, & cauſas, quæ ſuper præmiſſis tam coram præfato Rotæ Auditorio, quam etiam quolibet alio Tribunali, & coram quibuſcumque Judicibus in quacumque inſtantia forſan pendeant, ac in quibuſcumque ſtatu, & terminis reperiantur, etiam ſi quomodolibet inſtructæ, & uſque ad earum concluſionem perductæ, ac quæcumque reſolutiones ad favorem ipſarum partium forſan factæ ſint, reſpectu eorumdem Antonii Cardinalis, & Præſulis, ac Capituli, & Canonicorum dictæ Baſilicæ dumtaxat, ad nos avocantes, eaſque penitus, & omnino extinguentes, & Antonio Cardinali, & Præſuli, ac Capitulo, & Canonicis Baſilicæ hujuſmodi, eorumque Succeſſoribus præfatis, ac quibuſvis aliis deſuper intereſſe prætendentibus, & prætenſuris perpetuum ſilentium imponentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per

OEconomi deputatio Vac. Sed. ad Archiep. ſpectet.

Simplicia omnia Beneficia libere conferantur a Capitulo, cæteraque omnia juris ejus ſint.

Vicarii & Rectores a Capitulo deputati in prædictis Paroch. Eccl. amoveri non poſſint ab Archiep.

In cæteris omnibus juriſdictio Capituli integra eſto ut in Sancti Martini.

Concordiam hujuſmodi Sed. Apoſt. confirmari petitur.

Pontifex extincta omni lite, ad ſe cauſam avocat, ſilentium indicit.

tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis ad id qui fuerint evocandi, concordiam hujuſmodi auctoritate noſtra perpetuo, ad partium tamen ſupplicationem, & quoad reſervationem juris conferendi

Excipiuntur reſervationes & affectiones Apoſtolicæ.

Parochiales Eccleſias, aliaque beneficia ſupradicta per Capitulum dictæ Baſilicæ ſine præjudicio reſervationum & affectionum Apoſtolicarum, ſed illis ſemper ſalvis, & illæſis remanentibus, approbes, & confirmes, eique perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicias, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum, alioſque quantumvis ſubſtantiales defectus, & de neceſſitate exprimendos, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate ſuppleas, ac concordiam hujuſmodi ſemper, & perpetuo validam, & efficacem eſſe, & fore, & tam ab Antonio Cardinale, & Præſule, quam a Capitulo prædictæ Baſilicæ, eorumque Succeſſoribus aliis, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, plene & inviolabiliter obſervari, nec ab ea quovis prætextu quantumvis legitimo & juridico, vel alias recedi, vel reſiliri poſſe, ſicque & non alias per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E.

Concordiæ ipſius validitas Sancti Martini Monaſt. ab Archiep. juriſd. dividitur.

Cardinales etiam de Latere Legatos judicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari &c. dicta auctoritate noſtra decernas; & nihilominus pro potiori cautela, & quatenus opus ſit, præfatum Monaſterium S. Martini dictæ Terræ Faræ, ejuſque totum, & integrum Territorium a dioc. Theatin. penitus, & omnino dividas, & ſepares ac a quacumque ſuperioritate, & juriſdictione pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Theatin., & ejus Vicarii in ſpiritualibus generalis, ut ſupra prorſus eximas & liberes, ac nobis, & Sedi præfatæ immediate ſubjicias, ac Monaſterium S. Martini hujuſmodi cum illius Territorio præfato non Theatin, ſed nullius dioec. eſſe, & cenſeri debere, & vice verſa Monaſterium S. Salvatoris, ac quinque Parochiales Eccleſias præfatas juriſdictioni pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi præfati, etiam perpetuo ſubjicias, & ſubjecta eſſe ſimiliter decernas, & declares, ſalvis tamen, & illæſis remanentibus reſervationibus, & conditionibus ſupradictis juxta præfatæ concordiæ formam, & tenorem tantum.

Monaſter. Sancti Salvatoris, & 5. Parochiis juriſd. Archiep. eſſe.

Præſentes quoque ſub quoquis prætextu etiam ſubreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, & invalidari non poſſe, ſed ſemper, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore: & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane ſimiliter præfata auctoritate decernas. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis etiam in Synodalibus & provincialibus, generalibuſque, & univerſalibus Conciliis editis, vel edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ac Monaſteriorum, & ordinum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Obſtantia quæcumque removentur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, decimooctavo Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

Erectio Seminarii Vaticani, ejuſque dotatio Scutorum 400. quæ detrahuntur ex Taxa 1300. Scutorum ſimilium pro Seminario Rom. necnon aliorum 200. per Capitulum aſſignatorum, atque aliorum quæ identidem a piis fidelibus offerentur. Præterea conditio, & privilegia ejuſdem, ſtudiorumque genus.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1636. 25. Octobr.

AD perpetuam rei memoriam.

Quoniam ad agrum Domini, & vineam Domini Sabaoth excolendam operariis opus eſt, qui ſtudium præſeferant, Deo, & Eccleſiæ inſerviendi: idcirco nos qui militantis Eccleſiæ regimini divina diſponente providentia præſidemus, inter cæteras Apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſtudio incumbimus, ut in Clericis conſcribendis, quorum opera in Eccleſia, & in omni ſpeciali miniſterio neceſſaria fore dignoſcitur, magna cura, exactuſque delectus habeatur.

Præcipua Epiſcopalis cura delectus Cleric.

Hanc ob rem Sacroſancta Synodus Tridentina ſtatuit, ut ſingulæ Cathedrales Metropolitanæ, atque his majores Eccleſiæ pro modo facultatum, & dioceſis amplitudine certum puerorum ipſius Civitatis, & Dioeceſis, vel ejus Provinciæ numerum in Collegio, ſeu Seminario alere, ac religioſe educare, Eccleſiaſticiſque diſci-

Idcirco ex decreto Concil. Trid. Seminarium Romanum erectum, PP. Soc. J. commiſſum.

pliniſ inſtruere tenerentur (*a*), in cujus rei executionem fuit dudum in Alma Urbe noſtra, ſub cura gubernio, & adminiſtratione dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu inſtitutum Seminarium (*b*) injuncto dilectis etiam filiis Capitulo, & Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ut pro ipſius Seminarii ſuſtentatione ſummam mille, & trecentorum ſcutorum monetæ quolibet anno ſolverent; alia vero aliarum ejuſdem Urbis Baſilicarum Capitula in quadam modica, etiam tertiam partem non excedente ſumma gravata fuerunt; & nihilominus ipſi Presbyteri Societatis Jeſu adminiſtratores præfati prætendentes, Capitulum ejuſdem Baſilicæ debuiſſe ſolvere alia ſcuta decem annua pro taxa cujuſdam Capellæ S. Marci (*c*) ſitæ in eadem Baſilica S. Petri, & unitæ per Sedem Apoſtolicam Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ S. Petri, litem moverunt coram dilecto filio noſtro in Alma Urbe Vicario in ſpiritualibus generali, ſeu ejus Vicesgerente petentes ſcuta quadringenta monetæ pro terminis decurſis, & non ſolutis ſpatio quadraginta annorum, & ultra: unde Capitulum, & Canonici præfati de exceſſivitate præfatæ taxæ oppoſuerunt, & forſan deſuper litem moverunt, & apud nos inſteterunt, quatenus taxa hujuſmodi reformaretur, & ad æqualem cum aliis Capitulis contributionem reduceretur (*d*), Seminariumque Romanum a præfata prætenſione ratæ præfatæ Capellæ, ut præfertur, unitæ, mediante litis, & litium hujuſmodi extinctione perpetuo excluderetur. Nos igitur conſiderantes ad eamdem Principis Apoſtolorum Baſilicam Chriſtifideles ex omnibus mundi partibus, tanquam ad fidei petram, & Eccleſiæ fundamentum convenire, in eaque locum ejuſdem Principis Apoſtolorum Sepulchro conſecratum ſumma religione, & pietate venerari, & in ipſa Baſilica ſacras cæremonias, divinaque officia, ſingulari Chriſtifidelium ædificatione, & magna miniſtrorum frequentia quotidie celebrari, proindeque eamdem Baſilicam magno puerorum, & miniſtrorum numero pro illius ſervitio indigere, operæ pretium facturos nos duximus, ſi pro alendis, educandiſque, ac pro ſervitio ipſius Baſilicæ inſtruendis pueris particulare apud illam, & pro ea Seminarium proviſionis noſtræ miniſterio erigatur: hac enim ratione, nedum majori ipſius Baſilicæ ſervitio, & ipſimet Sedi Apoſtolicæ in Sacris cæremoniis addiſcendis conſuletur, ſed etiam feliciori parochialium, & Eccleſiarum eidem Baſilicæ, & Monaſteriis, quæ illi annexa ſunt, unitarum regimini, & gubernio per amplius providebitur. Nos igitur, quos dilectus filius noſter Martius S. Angeli in foro piſcium Diaconus Cardinalis Ginnettus nuncupatus, noſter in Alma Urbe præfata Vicarius in Spiritualibus generalis, de ſufficienti, & expreſſo dictorum Presbyterorum Societatis Jeſu prædicti Seminarii Urbis Rectorum ad infraſcriptam reductionem conſenſu abunde certiores reddidit, quam atteſtationem pro ſufficienti conſenſu pro omnibus, & ſingulis præmiſſis, & infraſcriptis tam præfatorum Adminiſtratorum Presbyterorum ſcilicet Societatis Jeſu prædictæ, quam Alumnorum, ſeu Collegialium præfati Seminarii Romani, & aliorum quorumcumque intereſſe habentium, vel habere prætendentium, habemus, ac haberi volumus, & decernimus. Et attendeutes pro faciliori Seminarii erectione, Canonicos prædictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum in eorum Capitulo annuum, & perpetuum redditum ducentorum ſcutorum ſimilium ex majori reddítu nuper ad eamdem Baſilicam pervento perpetuo aſſignaſſe. Idcirco omnium, & ſingulorum præfatorum, & præſertim præfatæ taxæ hactenus a tempore publicati Concilii Tridentini effectum ſortitæ, ac etiam per nos, & Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros motu proprio & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbatæ, confirmatæ, & etiam (*e*), innovatæ

Vaticanum Capitulum ebidixatum in ſc. 1300.

Immodica ſumma non contenti PP. Soc. J. litem movent.

Capitulum Taxam exceſſivam queritur cum Pontifice.

De Vaticano Seminario inſtituendo agit Pontifex.

Prædictæ taxæ partem ei tribuendam.

Pro quo & Canonici ſc. aſſignarunt 200 ex Menſa communi

(*a*) *Concil. Trid. Seſſ.* 23. *cap.* 18. *de Ref.* Vide quæ adnotavi ad literas S. Pii V. hujus Volum. *pag.* 69. *not. a.*

(*b*) Hujuſmet Volum. *pag.* 84. *not. a* hanc Bullam indicabam nonnihilque ad rem ajebam: eam huc revocandam reor, ne ſuperfluis oneretur collectio.

(*c*) De hoc Altari habes ſupra *pag.* 13. & 15. quæ ad inſtitutionem attinent. Rurſus *pag.* 137. *not. a.* Ex literis autem Greg. XIII. ibidem editis, quæ pagina præcedenti incipiunt, habes unionem factam Sacriſtiæ an. 1580. Taxa vero hujuſmodi peculiaris (quaſi parum eſſet taxa generalis 1300. ſcutorum) unita cum taxa Capellæ S. Mariæ Innocentii VIII. quæ ſc. 12. & S. Petronillæ quæ ſc. 5. quotannis perſolvebat, numerum conficit ſc. 27. adjicien. ſcilicet ſummæ generali ſc. 1300.

(*d*) Præcipua Urbis Capitula ſunt Lateranenſe, & S. Mariæ Majoris. Hujus autem Taxa erat ſc. 330. Lateranenſis vero 218. Quod ſi forte lubeat noſſe, quænam ſumma eſſet Taxarum omnium hoc tempore; adeas *Bullar. Rom. to.* 5. *pag.* 220. Comperies, ab eodem confirmari Conſtitutiones Pii IV. & Sancti Pii V. ac ſingillarim enumerari collectas vi. Monaſterior. ſc. 895. Capitulor. xv. ſc. 2185. xxxi. Parochial. Eccl. ſc. 171. Capellar. xxxiv. ſc. 163. 1. Quarum ſumma 3414. 1. Fortaſſe etiam miraberis, ſcuta tantum 400. detracta eſſe pro Seminario Vat. quæ videlicet per Capitulum aucta ſcutis 200. ſummam conficiunt ſc. 600. quæ viſa eſt ſatis congrua alendis 12. alumnis Seminarii noſtri Vaticani. Multo autem magis miraturum te eſſe ſcio, ſi animadverteris, ex quadraginta Alumnorum numero, ad quem devenerat primæva illorum inſtitutio, undecim detractos eſſe, quum 400. ea ſcuta ſolvi deſierunt, ac novem & viginti Alumnos ali cœpiſſe in Seminario Rom. in quos videlicet ſumma ſcutor. 3004. erogaretur. Quid ſi Scripturam videres Anonymi, quam ipſe habeo præ manibus? Nil ſane exactius in rationibus ineundis, nil firmius in re penitus diſcutienda.

(*e*) Conſtitutionem innuit 134. quam nuper memorabam, & cui motu proprio derogat, ut Seminario Vatic. conſulat.

(*a*) Qui

novatæ necnon litis, ac litium, & cauſarum hujuſmodi ſtatus, & merita, Judicumque, & collitigantium Tribunalia, nomina, & cognomina, necnon aliorum quorumcumque etiam de neceſſitate exprimendorum etiam veriores, ac totos tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, motu etiam proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præſatam taxam annuam mille, & trecentorum ſcutorum hujuſmodi ad noningenta dumtaxat ſcuta hujuſmodi tenore præſentium perpetuo reducimus, ac reductam eſſe volumus (*a*). Reliqua autem ſcuta quadringenta annua a præfata ſumma mille, & trecentorum perpetuo ad effectum infraſcriptum diſmembramus, ita ut Capitulum non poſſit in poſterum moleſtari, nec gravari pro contributione Seminarii Urbis, niſi in prædictis noningentis ſcutis monetæ, necnon unum puerorum Seminarium Eccleſiaſticum apud eamdem Baſilicam S. Petri ſub Cardinalis Archipresbyteri pro tempore exiſtentis, Capitulique, & Canonicorum dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentium cura, gubernio, regimine, & adminiſtratione pro pueris inibi pie alendis, ac religioſe educandis, qui etiam ſacros ritus, & cæremonias Eccleſiaſticas ediſcant, aliaque per Archipresbyterum ac Capitulum, & Canonicos hujuſmodi pro tempore præſcribenda diligenter peragant, & eidem Baſilicæ in divinis juxta providam ordinationem per eoſdem Archipresbyterum, ac Capitulum hujuſmodi faciendam deſervire teneantur, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus: eidemque Seminario, ut præfertur, erecto, & inſtituto, ex nunc quadringentorum ſcutorum ſummam ex reductione taxæ hujuſmodi provenientem, ac redditum annuum aliorum ducentorum ſcutorum, ut præfertur, a Capitulo aſſignatum, necnon quæcumque alia bona per quoſcumque Chriſtifideles eidem Seminario quomodolibet danda, aſſignanda, relinquenda, & donanda pro illius dote, ac onerum illi incumbentium ſupportatione, Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium perpetuo applicamus, & appropriamus, præfatamque aſſignationem Canonicorum capitulariter factam, etiamſi in ea facienda conſenſus Beneficiatorum, & Clericorum ejuſdem Baſilicæ, & forſan aliorum etiam juxta tenorem Conſtitutionum, & Privilegiorum ejuſdem Eccleſiæ, etiam ſententiis, & rebus judicatis etiam Rotalibus, ac alias quomodolibet approbatorum non intervenerit, approbamus, & confirmamus, omnemque defectum etiam in convocando Capitulo etiam in die feſtivo, & non præcedente etiam aliqua intimatione, vel vocatione, & ſuper prædicta aſſignatione facienda etiam abſque noſtra ſpeciali licentia tractando, ac alias quomodolibet commiſſum, & quoſcumque alios defectus etiam ſubſtantiales, & formales auctoritate Apoſtolica tollimus, & plene ſupplemus. Ipſique Seminario, illiuſque Alumnis, & perſonis in eo pro tempore exiſtentibus, necnon rebus, & bonis quibuſcumque, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus Romanum, & alia quævis Seminaria, juxta ejuſdem Concilii Tridentini diſpoſitionem ubilibet erecta, & inſtituta de jure, uſu, conſuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent; idemque Seminarium noviter erectum hujuſmodi, ejuſque Alumnos, Rectorem, & Miniſtros, ejuſque bona, & jura eiſdem exemptionibus etiam ab Urbis Vicario prædicto, privilegiisque quoque, gratiis, & indulis, quibus Canonici, & Capitulum dictæ Baſilicæ gaudent, frui, potiri, & gaudere debere, pari modo, & æque principaliter abſque ulla prorſus differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint & valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Eamdemque litem, & lites præfatas harum ſerie ad nos avocamus, illaſque extinguimus, eiſdemque Presbyteris Societatis Jeſu, ac Seminario Romano prædictis, eorumque Alumnis, & Collegialibus perpetuum ſilentium imponimus, decretaque, & ſententias, ac illorum res judicatas, ſi quod, vel quæ in eorum favorem exititerint, vel exiſtant, reducimus, tollimuſque, & abrogamus. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, moderari etiam ex eo, quod ad id vocati, & citati non fuerint, in jus, vel controverſiam revocari etiam prætextu, vel ex capite cujuſcumque læſionis etiam enormiſſimæ, ad terminos juris reduci, aut adverſus eas, quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari minime poſſe, ſed ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat,

Taxam reduxit ex ſc. 1300. ad ſc. 900.

Seminarii Vat. Erectio, regimen, munia.

Sc. 600. prædicta illi aſſignantur, & ſi qua alia in poſterum obtinebit a piis largitoribus.

Defectus quicumque in re fuerint, tollit.

Privilegia Seminarior. & Baſilicæ tribuit Seminario.

Harum Literar. Apoſtolicar. auctoritas declaratur.

(*a*) Qui tantumdem ſibi exſolvi prætenderant pro annorum quadraginta præteritorum ſpatio, ſingulis ipſi annis eadem ſumma privantur auctoritate Apoſtolica.

ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, acſi Seminarium, & Adminiſtratores, omneſque alii in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes citati, & auditi fuiſſent, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan præmiſſis omnibus & ſingulis, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, ac de conſenſu præſtando, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Obſervantia earum præcipitur.

Obſtantia quævis removentur.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. diœc. (*a*) ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Octobris MDCXXXVI. Pontificatus noſtri anno decimoquarto.

Licentiam concedit Capitulo & Canonicis exigendi Laudemia, & Canones ad ſe, uti adminiſtratores Capellæ Juliæ occaſione nonnullorum Bonorum emphyteuticorum, ſuper quibus lis pendet, abſque eo quod propter petitionem illorum, ac ſententiam, ac quamcumque litis, & litium proſecutionem cenſeatur remiſſa caducitas, vel devolutio, & in aliquo Baſilicæ, Capitulo ſeu Capellæ prædictis ullum fiat, vel oriatur præjudicium, attento quod Laudemia, & Canones utroque caſu debentur ſive duret conceſſio, ſive non, nam tunc compenſantur cum fructibus ex re perceptis, & percipiendis, ſine tamen præjudicio litis pendentiæ. ac collitigantium.

Ex Regeſto Brevium Autogr. Urbani VIII. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

AN. CH. 1637. 14. Januar.

AD futuram rei memoriam. Cum, ſicut dilecti Filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nobis nuper exponi fecerunt, introducta per eos ſuperioribus annis coram tunc exiſtente dictæ Baſilicæ Archipresbytero, ſeu quondam Franciſco Ubaldo tunc Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore (*b*) ab eo deputato lite, & cauſa contra Marcum Antonium de Maximis tunc in humanis agentem, poſſeſſorem nonnullorum Bonorum emphyteuticorum prope viam Longariæ juxta ſuos confines, ad dictos Capitulum, & Canonicos uti adminiſtratores Capellæ Juliæ, eidem Baſilicæ, illiuſque Capitulo unitæ ſpectantium, de, & ſuper Laudemiis eiſdem exponentibus debitis ex venditionibus, alienationibus, & ſubemphyteuticationibus reſpective per dictum Marcum Antonium Emphyteutam, & per ſubemphyteutas, & alios bonorum prædictorum aſſertos poſſeſſores, & detentores factis, & fiendis, quibus tamen Capitulum non conſenſit niſi forſan, ut aſſeritur, alicui, vel aliquibus illarum, cum certis tamen pactis, & conditionibus, & reſervationibus, prout in eis, ad quæ Inſtrumenta idem Capitulum vult, impugnative tamen, & non alias, nec aliter haberi relationem: Secuto autem obitu dicti Marci Antonii, ſupervenerint Virginia de Maximis, ut aſſeritur, illius Soror, & hæres, necnon Tiberius de Coſciaris, ac Domus, ſeu Locus Pius Puellarum S. Euphemiæ nuncupatus de Urbe, uti etiam aſſeritur Ceſſionarii, & cauſam habentes ab eadem Virginia, & forte alii, qui Bona prædicta, ſeu jura Emphyteutica, & Canones ſub Emphyteuticationum diverſis titulis ad ſe perveniſſe, eorumque Laudemia ad ſe ſpectare prætendunt, contra quos

Capituli lis apud Auditor. Rotæ de Laudemiis.

Rationes adductæ per Capitulum.

(*a*) Ante Urbanum VIII. diverſatos Pontifices in Arce Gandulphi non invenio, verno nimirum, & autumnali tempore. Tuſculi Clementem VIII. degere jam ſupra vidimus (*pag.* 197.) anno 1599. quo & Succeſſores, & ipſe Urbanus ſe conferre erat ſolitus, ut ex Conſtit. ejus 31 dat. die 27. Octob. 1624. [*Bullar. Rom. to.* 5.] conjicere eſt. At an. 1626. die 15. Octobris 1628. die 15. Maji, ſeq. anno eodem die, 1634. 21. Octobris, & 1636. diebus 20. & 25. Octobris degebat in Arce Gandulphi, ut Conſtitutiones variæ ibidem datæ apud Bullar. Ro. & Ughellum, quas ipſe viderim, palam faciunt. Urbanus autem diverſabatur in propriis Barberinæ domus turibus, non in Ædibus Pontificiis, quas videlicet Alexander VII. omnium primus Pontificum commoditati inſtituit, ut docet Epigraphe foribus imminens.

(*b*) Vide quæ infra notantur ad Card. Bened. Ubaldum iiſdem his literis memoratum.

(*a*) Is

quos in proſecutione Cauſæ hujuſmodi coram dilectis filiis, noſtro Benedicto Sanctorum Viti, & Modeſti Diacono Cardinale Ubaldo Nuncupato (*a*), tunc Rotæ Auditore in locum ſupradicti Franciſci Auditoris hujuſmodi ſuffecto, & ſucceſſive coram M. Franciſco Maria Ghiſlerio (*b*) Capellano noſtro dictæque Rotæ Auditore dicto Benedicto Cardinali ſurrogato, fuerunt ab eiſdem Capitulo, & Canonicis obtentæ plures deciſiones, & ſucceſſive ſententia ſuper pertinentia dictorum Laudemiorum, adeo ut ad præſens præfatis exponentibus, ut creditur, nihil aliud remaneat, quam ad executionem ejuſdem ſententiæ, quæ vigore facultatum Archipresbyterorum dictæ Baſilicæ (*c*) inappellabilis aſſeritur, & ſic ad receptionem Laudemiorum hujuſmodi devenire. Quia vero nuper, ut prætenditur detectum fuit, Bona prædicta Emphyteutica, una cum omnibus melioramentis deſuper factis ob lineam, & agnationem Emphyteutarum finitam, & forte ex aliis Cauſis; ſuis loco, & tempore etiam deducendis ad præfatum Capitulum, & Capellam hujuſmodi fuiſſe, & eſſe devoluta, & quamvis dicti exponentes exiſtiment ex receptione dictorum Laudemiorum, ac etiam Canonum decurrendorum non poſſe ſibi de jure aliquod præjudicium inferri de, & ſuper jure devolutionis præfatæ, & multo minus ſtantibus Conſtitutionibus Baſilicæ, & Capituli præfatorum, & præſertim Litteris etiam in ſimili forma Brevis ſcl. rec. Sixti V. (*d*), & forſan aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum expreſſe prohibentibus Capitulo, & Canonicis prædictis, ne remiſſiones caducitatum, ſeu devolutionum fiant abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ita ut ex prædicta exactione nunquam prætendi poſſit caducitatis, ſeu devolutionis remiſſio, præſertim quia exactio Laudemiorum, & Canonum videtur utroque caſu licita. Quoniam ſi ex fine litis vel litium declarabitur, caducitati, & devolutioni eſſe locum, tunc illa poterunt in fructibus ex bonis devolutis, interim per Emphyteutas, & alios Bonorum Poſſeſſores perceptis, & lite durante forſan percipiendis compenſari, ſi vero caducitati, vel devolutioni locum minime extitiſſe, vel exiſtere declarabitur, tunc Laudemia, & Canones erunt bene exacta: nihilominus, ne ob illorum exactionem poſſit unquam dici remiſſa caducitas, ſeu devolutio, vel conſenſus Capituli dicatur quoquo modo præſtitus, & eidem Baſilicæ ejuſque Capitulo propter præfatam exactionem, minuſque ob prædictam petitionem, & quarumcumque litis, & litium præfatarum proſecutionem cenſeatur unquam illatum aliquod præjudicium, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi ad majorem illorum cautelam in præmiſſis opportune, ut infra, providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur omnem dubitandi materiam e medio tollentes, dictoſque exponentes ſpecialibus &c. volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati prædictis Capitulo, & Canonicis eorumque agentibus, & miniſtris licentiam, & facultatem exigendi quaſcumque pecuniarum ſummas hucuſque pro dictis Laudemiis & Canonibus hactenus decurſas, & in futurum qnovis modo occaſione prædicta, lite ac litibus hujuſmodi pendentibus decurrendas, abſque eo quod propterea, ac propter petitionem, & ſententiam, ac quamcumque litis, & litium proſecutionem unquam cenſeatur aliqua caducitas, vel devolutio ſive acceptata, ſive acceptanda per Oratores remiſſa, nec aliquod etiam minimum ejuſdem Baſilicæ ejuſque Capitulo unquam cenſeatur illatum præjudicium, perinde ac ſi dicta exactio, & petitio ac lites minime factæ fuiſſent, ſine tamen præjudicio litis, & litium pendentium hujuſmodi, ac Capituli præfati, aliorumque collitigantium, & aliorum quorumcumque intereſſe habentium, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Plures ſententias favorabiles habuit Capitulum.

Compertum poſtea eſt bona controverſa devoluta eſſe ad Baſilicam.

Nihilominus Laudemiorum & Canonum exactio licita.

Attamen Canonici petunt ſibi conſuli auct. Apoſtol.

Quod fit amplißime per Pontificem.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 14. Januarii 1637.

Indul-

(*a*) Is erat genitus Mario Rodulpho, & Zenobia Ubalda prædicti Franciſci Auditoris Rotæ Sorore. Sub Franciſci ejuſdem diſciplina aducatus, ac ſalubetrimis præceptis imbutus ab eo inſtituitur hæres hac lege, ut cognomen, & inſignia Ubaldæ vulgo *Baldeſcha* nobiliſſimæ Peruſinæ familiæ, relicto inclyto Monaldorum cognomine; ſibi aſciſcat. Vide Ughell. *in Peruſin. Epiſc.* & Oldoin. Auditor Rotæ & ipſe evaſit, inde Cardinalis, & Epiſcopus Peruſinus an. 1634.

(*b*) Hunc Innocentius X. Tarracinenſem Epiſcopum creavit ineunte an. 1648.

(*c*) Circa Archipresbyteror. privilegia conſulendus Index, cujus ductu & antiqua, & recentia, ſeu poſt Innoc. XII. reformationem, &c. occurrent.

(*d*) Has Sixti V. literas habes *pag.* 158. & *ſeqq.*

(*a*) Pri-

Indultum utendi Biretino in celebratione Miſſæ cum ſolitis reſtrictivis.

Ex Reg. Brev. Autogr. Urb. VIII. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1638. 23. *Martii.*

Cauſa cur gratia hujuſmodi petatur.

Fit conceſſio cum ſua i mitatione.

DIlecto filio Magiſtro Angelo Damaſceno in utraque Signatura noſtra Referendario, & Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Urbanus PP. VIII. Dilecte &c. Exponi Nobis nuper feciſti, quod tu, qui, ut aſſeris calvus exiſtis, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium capite detecto abſque valetudinis tuæ detrimento celebrare nequis. Nos te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes & a quibuſvis &c. cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine &c. inclinati; tibi, ut dum Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium hujuſmodi celebras, caput biretino tectum, non tamen a præfatione uſque ad peractam Sacram Communionem habere libere, & licite, & abſque ullo crimine, & pœnarum Eccleſiaſticarum incurſu poſſis, & valeas. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus provincialibuſque Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die vigeſimatertia Martii 1638. Anno decimoquinto.

Confirmatio decreti S. Apoſtol. Viſit. quod liceat Archipresbytero, & ejus Vicario exercere omnia munia Epiſcopalia in Baſilica Vatic. & Sacramentum confirmationis conferre omnibus in Civitate Leonina degentibus uſque ad Septinianum.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. CH. 1642. 25. *Januar.*

In Cong. Sac. Viſit. examinat. jus Archipresb. in confir. Sacram. conferendo.

Statuitur id per totam Civit. Leoninam uſque ad portam Septimianam.

AD futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod alias in Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ habita in Palatio noſtro Quirinali coram dilecto filio noſtro Antonio tituli S. Mariæ Transtyberim Presbytero Cardinali S. Honuphrii nuncupato Majore Pœnitentiario, noſtro ſecundum carnem fratre germano (*a*) die quinta Octobris 1641. propoſito dubio, *An liceret dilecto etiam filio noſtro Franciſco S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepoti moderno, & pro tempore exiſtenti Cardinali Archipresbytero dictæ Baſilicæ* (*b*), *illiuſque Capitulo, ſive ejus Vicario in Epiſcopali dignitate conſtituto exercere omnia munia Epiſcopalia, & præſertim Sacramentum Confirmationis conferre?* Eadem Congregatio re hujuſmodi mature diſcuſſa decrevit, *licere eidem Franciſco moderno, & pro tempore exiſtenti Cardinali dictæ Baſilicæ Archipresbytero, ejuſque Vicario Epiſcopo exercere omnia munia Epiſcopalia, & Sacramentum Confirmationis conferre non ſolum inſervientibus eidem Baſilicæ ſed etiam omnibus exiſtentibus in Civitate Leonina uſque ad Septinianum* (*c*). Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfati Capitulum,

(*a*) Primo Pontif. anno 1623. menſe altero, nempe 2. Octobr. Franciſcum Caroli fratris filium; hunc an. ſeq. die 7. Octob. ex Ordine Capuccinor. in Sacrum Senatum adlegerat. Cui cognominem alium Caroli fratris filium, in imo pectore ſervatum an. 1627. die 30. Auguſti publicavit ſeq. anno die 7. Febr. itaque inclyta domus Barberina tres habuit Cardinales uſque ad an. 1645. quum Card. Anton. Pœnitentiarius, de quo hic agitur, obiit ſupremum diem. Haud ita multo Innocentius X. anno videlicet 1653. creavit Cardinalem Carolum Taddæi Præfecti Urbis filium: adeoque tres iterum Cardinales eſſe cœperant in ea Domo.

(*b*) Prædictus Card. Franciſcus Archipresbyteratus poſſeſſionem accepit die 6. Novembr. an. 1633. ut conſtat ex Diar. Gaſparis Servantii apud me. Scipioni Burgheſio ſucceſſit, qui an. 1620. poſt Evangeliſtæ Pallotti obitum die 24. Aug. Card. Joanni Baptiſtæ Lenio aſſini Lateranenſem Archipresbyteratum conceſſerat, volente patruo Paulo V., qui menſes adhuc quinque ſuperſtes fuit, ac die 30. ejuſd. menſis Vaticani poſſeſſionem acceperat, ut ſupra pag. 224. num. *b*. Vitam produxit ad 10. Decembr. 1679. quum deceſſit Vicecancellarius, Epiſcopus Oſtienſis, Decanus S. Collegii. In Archipresbyteratu Succeſſorem habuerat Carolum fratris filium Clemente IX. Pontifice an. 1667. At de his infra. Depoſitus fuit in Sepulcro Canonicorum, ubi effigies & epigraphe eminent, ex quo plura ſuppetent.

(*c*) Decretum hujuſmodi executioni mandatum eſſe abunde teſtatur liber Confirmationum in Archivo noſtræ Baſilicæ aſſervatus. Neque id inſuetum noſtris Majoribus, ſeu reſpicias Privilegia Epiſcoporum Portuenſium & Silvæ Candidæ, ſeu Privilegia Archipresbyterorum; ſeu, quod majus, diſciplinam veterem conferendi Baptiſma, & Confirmationem uno eodemque tempore. Nihilominus aliquid a Congregatione Concilii videbimus infra mutatum eſſe, quod Innocentii X. & Clementis X. auctoritate confirmatum fuit.

(*a*) Con-

Digitized by Google

lum, & Canonici decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis patrocinio communiri ſummopere deſiderent: Nos eoſdem Capitulum, & Canonicos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porectis inclinati; Decretum præfatum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicæ hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Confirmatur auctoritate Apoſtolica id Decretum.

Obſtantia quæcumque removentur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Januarii 1642. Pontificatus noſtri anno decimonono.

Confirmat Decretum Sacræ Congreg. Concilii, atque Apoſtol. auctorit. decernit, literas Diſpenſationum Matrimonialium &c. dirigendas Vicario Monaſterii S. Martini de Fara nullius Diœc. per Capitulum ibi conſtituto.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 70. Faſc. 234.

AN.CH. 1642. 20. April.

AD perpetuam rei memoriam.

Alias pro parte bo. me. Antonii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Sanctæ Crucis nuncupati, tunc Eccleſiæ Theatinæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſulis, ac dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Nobis expoſito (a), quod cum alias tam bo. me. Marſilius dum vixit Archiepiſcopus Theatinus, quam plures alii Anteceſſores ejuſdem Eccleſiæ Præſules in Monaſteriis, Abbatiis nuncupatis, S. Salvatoris de Majella, & S. Martini de Valle, ſeu *della Fara*, Ordinis S. Benedicti in Provincia Theatina ſitis, ac pridem eidem Baſilicæ Apoſtolica auctoritate perpetuo unitis, eorumdemque Monaſteriorum Eccleſiæ Rectoribus, & aliis Miniſtris, & Vaſſallis juriſdictionem, & jura Epiſcopalia ſibi competere, & e contra Capitulum, & Canonici hujuſmodi præfata Monaſteria, a diverſis perſonis fuiſſe fundata cum diverſis privilegiis, & exemptionibus, & tam in actu illorum unionum præfatæ Baſilicæ, ut præfertur, factarum, quam ex diverſis privilegiis, ſeu indultis Pontificiis eadem Monaſteria, a quacumque Ordinariorum juriſdictione exempta, & reſpective ſt tutum fuiſſe, quod ſicut ipſa Baſilica, nulli alii ſubeſt quam Romano Pontifici, ita etiam illius Monaſteria, Eccleſiæ, & bona eodem jure, & privilegio gaudere debeant, & gaudeant, nullique alteri, quam Romano Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ ſubſint, ulteriuſque Capitulum, & Canonici hujuſmodi, licet dicta Monaſteria in præfata Provincia Theatina, ut præfertur, ſeu intra illius limites ſita eſſent, nihilominus illa nullius dioceſis exiſtere, ac propterea, & ex certis aliis rationibus, & cauſis, juriſdictionem, & jura quaſi Epiſcopalia in præfatis Monaſteriis, ac Eccleſiis, lociſque, ac terris eis ſubjectis competere reſpective prætenderent, & ſuper prætenſionibus hujuſmodi lis in Sacro Rotæ Auditorio penderet, idemque Marſilius Archiepiſcopus tunc adhuc in humanis agens, ac Capitulum, & Canonici hujuſmodi ad concordiam, ſeu tranſactionem ſuper præmiſſis devenire ſtatuiſſent, mortuoque interim eodem Marſilio Archipresbytero, dictuſque Antonius Cardinalis tractatum concordiæ præfatæ continuando, cum eiſdem Capitulo,

Controverſia inter Capitulum & Archiep. Teat.

Contendunt Canonici Monaſteria nullius diœceſis eſſe.

Concordiam antea captam non fuiſſe abſolutam

(a) Conſule ſuperiores literas concordiæ 1636. 14. Jun. *pag.* 245.

(a) Huc

pitulo, & Canonicis ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito devenerant ad concordiam, per quam inter alia convenerant ut præfatum Monaſterium S. Martini de Valle, ſeu de Fara, ac Terra, totumque & integrum ejus territorium dumtaxat, & non ultra a diœceſi Theatina penitus & omnino diviſa, diſtincta, & ſeparata ac a quibuſcumque viſitationibus, correctionibus, & ſuperioritate, ac omnimoda juriſdictione pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Theatini prorſus libera, exempta, & immunia ſint, & eſſe cenſeantur, ipſumque Monaſterium S. Martini cum ejus territorio hujuſmodi nullius dioec. ſit, & eſſe perpetuo intelligatur, ac cum plena, & totali juriſdictione temporali, & ſpirituali Epiſcopali, vel quaſi in Eccleſias, & perſonas necnon cum omnibus, & ſingulis gratiis, pertinentiis, prærogativis, privilegiis, & indultis, quæ de jure, uſu, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet etiam cuicumque Monaſterio, vel Eccleſiæ, quæ nullius ſit diœceſis competunt, aut competere poſſunt, vel quæ nobis, ac Sedi Apoſtolicæ præfatæ eidem Baſilicæ concedere placuiſſet, Capitulo, & Canonicis præfatis remaneret, Nos ſupplicationibus eorumdem Antonii Cardinalis Præſulis, ac Capituli, & Canonicorum nobis deſuper tunc porrectis inclinati, dilecto filio noſtro in eadem Urbe, ejuſdemque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali injunximus, ut concordiam hujuſmodi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis auctoritate noſtra confirmaret, & alias prout in noſtris deſuper ſub plumbo expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem ſicut pro parte Capituli, & Canonicorum hujuſmodi nobis denuo expoſitum fuit, literæ noſtræ præfatæ executioni debitæ demandatæ fuerint: & alias quæſito a Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini interpretibus; An Vicario Abbatiæ S. Martini de Valle, ſeu de Fara præfato dicto Capitulo, ut præfertur, unitæ nullius diœceſis, & quæ habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territorium ſeparatum, necnon quæcumque privilegia aliarum Abbatiarum, dirigi poſſint litteræ diſpenſationum matrimonialium, & ſimilium, emanaverit ab eiſdem Cardinalibus decretum tenoris ſequentis videlicet: *Die duodecima Aprilis MDCXXXII. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum reſpondit, ſecundum ea quæ proponuntur, poſſe*: Et propterea Capitulum, & Canonici præfati decretum hujuſmodi per nos confirmari, & deinceps literas Apoſtolicas diſpenſationum, & aliarum gratiarum hujuſmodi Vicario præfato dirigi deſiderent, nobis idcirco humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Capitulum, & Canonicos hujuſmodi ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Decretum præfatum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus: mandantes propterea dilectis filiis Datario, Brevium Secretorum Secretario, Cancellariam Apoſtolicam Regenti, ac omnibus, & ſingulis aliis Datariæ, Secretariæ Brevium præfatorum, Cancellariæ, Pœnitentiariæ, & Cameræ Apoſtolicarum, Curiæque Romanæ Officialibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, cæteriſque ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, ut ipſi poſthac quaſcumque tam juſtitiam, quam gratiam, etiam quoad diſpenſationes matrimoniales concernentes etiam in forma Brevis, ac in forma *ſignificavit*, & collationum Beneficiorum in forma *dignum*, & gratioſa, necnon Commiſſionum *ſi in evidentem* reſpective nuncupat., & abſolutionum, aliarumque ſimilium gratiarum literas Apoſtolicas perſonarum Monaſterii S. Martini de Valle, ſeu de Fara, ac terræ, totiuſque & integri Territorii præfatorum dumtaxat moderno, & pro tempore exiſtenti Capituli, & Canonicorum hujuſmodi in dicto Monaſterio Vicario in ſpiritualibus generali, & non alteri dirigant, decernen. ex nunc irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haben., illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus

In ea conventum erat de Abbatia S. Martini nullius diœceſ. firmanda;

Quæ utique auctoritate Apoſtol. confirmata fuerat.

Quare Cong. Concilii Diſpenſation. Matrim. & ſimilia a Capitulo mittenda decrevit.

Decretum a Pontifice confirmatur.

Jubenturque Officiales Cancellar. Pœnitentiar. & Cameræ Vicario Capituli eas literas dirigere.

Conſtitutionibus contrariis omnibus derogat.

ſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima Aprilis MDCXLII. Pontificatus noſtri anno decimonono.

Indulgentiam plenariam perpetuam concedit omnibus utriuſque ſexus fidelibus viſitantibus Baſilicam & Capellam S. Mariæ de Febri prope altare Crucifixi die feſto purificationis ejuſdem Sanctiſs. Virg. Mariæ.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2

AN. CH. 1643. 30. *Januar.*

Imag. S. Mariæ de Febri translata e Cryptis Vatic.

Indulg. plenaria perpetua illam viſitantibus.

AD perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus antiquiſſima Imago B. Mariæ Virginis de Febri nuncupatæ juſſu dilecti filii noſtri Franciſci S. Laurentii in Damaſo Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vicecancellarii, noſtri ſecundum carnem ex fratre germano Nepotis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Archipresbyteri, ex Altari ſubterraneo ejuſdem Baſilicæ ad Capellam prope Altare SS. Crucifixi extantem (*a*) pro majori ejuſdem Imaginis veneratione, decoreque translata fuerit: Nos ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœniten., & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Baſilicam, & in ea Capellam, in qua, ut præfertur, collocata eſt dicta Imago B. Mariæ Virginis de Febri nuncupata hujuſmodi, die feſto Purificationis B. Mariæ Virginis a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Januarii 1643. Pontificatus noſtri anno vigeſimo.

Licen-

(*a*) Huc revocanda quæ ajebam *To. 2. pag. 200. not. b.* quibus adjiciam vices ſacræ hujus antiquæ Imaginis. Citato loco & antiquam ejus ſedem, & recentiorem indicabam, ubi ſacris indumentis ornantur Canonici, & ad miſſas conventuales aliaſque cum cantu celebrandas dumtaxat, Beneficiati, & Clerici. Quomodo, & quando ex vetuſta ea ſede diſcedens huc demum redierit, indicandum. Quumprimum Baſilicæ Secretario disjecto (quod nempe erat, ubi nunc Sacellum Clementinum, ſeu S. Gregorii Magni) ineunte ſeculo xv. Julio II. Pontifice, Templum S. Mariæ de Febribus in Sacrarium ceſſit; Imago illa cum toto pariete avulſa ad S. Gregorii Sacellum eſt translata in poſterioris minoriſque navis partem ſupremam *Alphar. tab. Ichnograph. n.* 85. Rurſus hoc Sacello exciſo Pauli V. juſſu, ut ajebam ſupra *pag. 244. not. c* in cryptas Vaticanas Imago illa delata eſt, uti teſtantur hæ literæ. Inde autem ad illam parvam Capellam, quæ tum erat ad ſiniſtrum latus Sanctiſſimi Crucifixi; ubi nunc exiſtit Columna, quam vocant Sanctam e regione Sacelli olim S. Nicolai, hodie Sanctiſſimi Crucifixi. Ibi extabat dum Urbanus VIII. hanc Indulgentiam largiebatur. At demum quaſi poſtliminio rediit in priſcam ſedem, aliqua licet mutatione loci. Cæterum & quum in novam Eccleſiam prope Altare Crucifixi ex Cryptis translata eſt, & quum in Sacrarium eſt reportata, ſacra illa Imago ornatior erat. Nam Comes Alexander Sfortia Pallavicinus Placentinus, quæ ſumma ejus devotio fuit erga Sanctiſs. Virginem, ut celebriores illius Imagines a Capitulo Vaticano identidem corona aurea redimirentur, legato reliquit certam pecuniæ ſummam, cujus fructus integre, ac fideliter in tam pium opus erogarentur. Omnium autem prima hujuſmodi novum decus adepta, ſuperſtite adhuc Legatario, anno videlicet 1631. Sacra hæc Sanctiſs. Virginis de febri Imago eſt, ut Raphael Sindonus noſter Beneficiatus, Archivi Cuſtos oſtendit in libro *Altarium & Reliqq. noſtræ Baſilicæ pag. 91.* & luculentius demonſtrabit in Catalogo Sacrar. Imaginum, quæ hactenus id novi decoris acceperunt. Quumque an. 1697. conſtet, auream coronam eſſe factam puero Jeſu, quem prædicta Imago habet in ulnis, dum in Sacrario jam exiſteret, certe ante eum annum translata illuc fuerat; at rei monimentum nondum reperire potui.

Licentia concedendi in emphyteuſim ad tertiam generationem tria terræ petia, cum domo valoris inſimul Sc. 200. nullius vero redditus ſub annua reſponſione x. Scutorum monetæ. Eſt commiſſaria in forma *ſi in evidentem*.

Ex Reg. Brev. Autogr. Urb. VIII. ap. Arch. Apoſt. Vat.

AN. CH. 1643. *9. Febr.*

VEnerabili Fratri Epiſcopo Policaſtren., ac dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Policaſtren. Urbanus PP. VIII. Venerabilis Frater, dilecte &c. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod ipſi ut ſuam, & eorum Menſæ Capitularis conditionem efficiant meliorem, tria terræ petia cum domo in territorio Monaſterii Abbatiæ nuncupati S. Nazarii (*a*) prædicto Capitulo, canonice tamen ut aſſeritur, uniti, Caputaquen. dioec. juxta ſuos notiſſimos fines ſita, & ad dictam Menſam Capitularem ratione dicti Monaſterii legitime ſpectantia valoris inſimul in proprietate ducentorum ſcutorum monetæ circiter, nullius vero redditus, dilecto filio Joanni Hieronymo Orſajo laico Policaſtren dioeceſis in emphyteuſim ad tertiam illius generationem ſub annua reſponſione decem ſcutorum monetæ concedere poſſe ſummopere deſiderant, ſi noſtra, & Apoſtolicæ Sedis licentia eis ſuffragetur, & facultas. Quare exponentes, & Joannes Hieronymus prædicti aſſerentes conceſſionem prædictam, ſi fiat, in evidentem dictæ Menſæ Capitularis ceſſuram eſſe utilitatem Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur illos ſpecialibus &c. volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati &c. Et attento quod, ut etiam aſſeritur, inter Venerabilem Fratrem Epiſcopum Caputaquen. & dictum Capitulum lis pendet indeciſa (*b*), fraternitati tuæ, Frater Epiſcope, qui ut pariter aſſeritur, Ordinarius vicinior exiſtis, ac diſcretioni tuæ, fili Archidiacone, per præſentes committimus & mandamus, quatenus ſi & poſtquam vocatis, qui fuerint evocandi, ac terræ petiis, ac domo prædictis, illorumque circumſtantiis univerſis prius coram vobis ſpecificatis, de conceſſione prædicta, quodque illa, ſi fiat, in evidentem dictæ Menſæ Capitularis ceſſura ſit utilitatem, vobis conjunctim proceden. legitime conſtiterit, ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus; eiſdem exponentibus conceſſionem prædictam ut ſupra faciend. licentiam autoritate noſtra Apoſtolica concedatis. Non obſtantibus fel. rec. Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ſeu ultra triennium non locandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicæ, & Monaſterii prædictorum &c., conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod finita dicta conceſſione terræ petia, & domus prædicta cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis, nec non melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, ad dictum Monaſterium pleno jure & omnino libere revertantur, illique cedant, abſque eo quod renovatio conceſſionis hujuſmodi a quoquam quovis prætextu & ex quacumque cauſa peti vel prætendi poſſit.

Capitulum petit Apoſtolicum beneplacitum.

In evidentem Baſilicæ utilitatem.

Committitur examen rei Epiſcopo Policaſt. & ejus Vicario gen.

Conceditur conditione appoſita, ut redeat ad Monaſter.

Datum Romæ apud S. Petrum &c. 9. Februarii 1643. Anno vigeſimo.

Indul-

(*a*) Huc revocanda quæ ajebam ſupra *p. 52. & ſeq. n. a.*

(*b*) Innuebam cit. loco litem inter Capitul. & Epiſc. Caputaquen. Hinc autem liquet antiquiores fuiſſe inter eoſdem controverſias: quibus tamen omnibus hodie compoſitis, ocioſus de iiſdem ſermo eſſet.

(*a*) His

Indulgentiam plenariam ad ſex tantum menſes, concedit omnibus viſitantibus Sanctiſs. Confeſſionem cum debita diſpoſitione ſingulis diebus tum feſtis, tum ferialibus.

Ex Autograph. Archivi Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN.CH. 1643. 6. Maji.

AD futuram rei memoriam. Alias omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœniten., & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Sacram B. Petri Apoſtolorum Principis Confeſſionem in ejus Baſilica de Urbe in ſingulis SS. Trinitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, B. Virginis Mariæ S. Joannis Baptiſtæ, Beatorumque Petri, & Pauli, aliorumque Apoſtolorum, & celebritatis omnium Sanctorum feſtis, ac cujuslibet ſextæ feriæ menſis Martii diebus a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, ibi infraſcriptas preces, vel ſi illas legere nequiverint, aut neſciverint decies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ad divinam miſericordiam implorandam, ut præfertur, devote recitaverint, quo die præfatorum id egerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſimus; iis vero qui, etiamſi confeſſi non fuerint, propoſitum tamen primo quoque tempore confitendi habuerint, eamdem B. Petri Confeſſionem quolibet alio die viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxavimus, & alias prout in noſtris in ſimili forma Brevis die 15. Novembris 1630. expeditis, & perpetuo valituris literis (*a*), quarum tenores preſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem turbulentis hiſce temporibus Sancta Mater Eccleſia, ut cum maxime, ope cæleſti indigeat; eoſdem Chriſtifideles ad illam per merita ejuſdem Beatiſſimi Apoſtolorum Principis ferventius implorandam uberiori cæleſtium theſaurorum, quorum diſpenſatores in terris a Domino conſtituti ſumus, erogatione excitandos duximus. Itaque de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, citra receſſum a præfatis noſtris literis, quas in perpetuum valere volumus: Omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ut præfertur, pœniten., & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui non ſolum in prædictis, ſed in quibuslibet aliis diebus Confeſſionem prædictam devote viſitaverint, & ibi dictas preces, aut ſi illas legere neſciverint decies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ad divinam miſericordiam in præſentibus neceſſitatibus implorandam, ut præfertur, recitaverint; quo die id egerint Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, præſentibus ad ſex menſes proximos tantum valituris. Preces autem recitandæ ſunt hæ, videlicet. Oratio. *Ante oculos tuos &c.* (*b*)

Indulgentiam plenar. alias conceſſam memorat feſtis dieb. præſcriptis

Necnon ſeptem annor. &c. pro aliis diebus.

Eadem validam in perpetuum fore confirmat.

Quotidianam plenar. ad ſex menſes concedit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VI. Maji 1643. Pontificatus noſtri anno vigeſimo.

INNO-

(*a*) Has dedimus ſupra *pag.* 243. Conſule ſubjectas notas.
(*b*) Orationes prætermittimus quippe quas citato loco edidimus cum ſuis notis.

INNOCENTIUS X.

Urbani VIII. mortem excepit Interpontificium aliquanto diuturnius, quam antea. A die ſiquidem 29. Julii 1644. quum Urbanus deceſſit, ad 15. Septembris ejuſdem anni vacavit Sedes dies 48. Tum vero electus Joannes Baptiſta Pamphilius Innocentii X. nomen aſſumſit. Coronatus die 4. Octobris nec Dominico, nec ſolemni; (*a*) ad Lateranenſem Eccleſiam proceſſit die 23 Novembris. Sedit annos 10. menſes tres, dies viginti tres, oppetiit mortem die 7. Januarii an. 1655.

Per Chirographum permittit fieri venditionem, ſeu permutationem Caſtri S. Martini in Montibus Viterbien. a Capitulo cum D. Olympia Maidalchina Pamphilii fratris jam demortui uxore.

Ex Inſtrum. rog. per Jo: Franc. Abinantem lib. 4. fol. 147. & ſeqq.

AN. CH. 1645. 7. Octobr.

Conventio inter Capitul. & D. Olympiam

Capitolo, e Canonici della noſtra Baſilica di S. Pietro. Avendoci voi fatto eſporre, che D. Olimpia Maldacchini Panfilj noſtra Cognata, ſino dal principio, che cominciò a trattare la compra del Caſale detto Preſciano Cecalaſino, poſto nel Territorio di Roma, confinante tra gli altri lati con un voſtro Caſale detto Prefetto, e de doi Pediche poſte nel Territorio di Velletri, quali parimente confinano con il detto Caſale Preſciano Cecalaſino, il qual Caſale, come anco le dette due Pediche, ſpettavano a Franceſco Papirio Capizucchi, ebbe intenzione di cederle a voi, & alla voſtra Menſa Capitolare, per avere in ricompenſa, & permuta il voſtro Caſtello di S. Martino poſto nella noſtra Provincia del Patrimonio, & alcuni beni a detto Caſtello anneſſi, e poſti nel Territorio della detta Città di Viterbo, e forſe altri Territorj (*b*), *il qual Caſtello fu gia Abbazia dell' Ordine Ciſtercienſe, e ſi nominava S. Martino in Monte, quale ſiccome tre altre Abbazie, & un Priorato da Pio Quarto noſtro Predeceſſore furono ſuppreſſe, eſtinte, e ridotte a ſtato Secolare, e quelle così ſuppreſſe, con loro frutti, entrate, proventi, ragioni, giuriſdizioni ſpirituali, e temporali, Vaſſalli, ed altri ſudditi furono applicate, & appropriate alla predetta voſtra Menſa Capitolare con l' autorità, & altro, che ſi contengono nelle Lettere Apoſtoliche di detto noſtro Predeceſſore ſpedite ſotto Piombo*, ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Domini 1564. XII. Kal. Julii Pontificatus Anno quinto, *& avendoci lei propalata queſta ſua intenzione, & inoltre, acciò la Permuta foſſe con utile voſtro, e di detta voſtra Menſa, oltre li detti Caſale, e Pediche, il prezzo de' quali ſi trattava in Scudi ventiquattro mila moneta, nella qual ſomma è ſtato poi ſtabilito, avendovi offerto altri Scudi 24500. moneta ad effetto d' inveſtirli a favor voſtro, e di detta voſtra Menſa, voi più volte nel voſtro ſolito Capitolo avete diſcorſo ſopra detta offerta, & avendo conſiderato, che detti Caſale, e Pediche, che ſono vicini, e confinano con il predetto Caſale voſtro, chiamato Prefetto, e che caverete aſſai piu frutto da detti Caſale, e Pedi-*

Super Abbatia S. Martini in Monte.

A Pio IV. jam ſuppreſſa & unita Capitulo.

Eadem conventio ſæpe agitata in Capitulo.

(*a*) Quod ajebam ſupra *pag.* 180. *not. a*) Vides hic mirum in modum procedere. Infra clariora etiam ſuppetent argumenta.

(*b*) Ex iis, quæ poſt Chirographum exhibebimus liquido omnia conſtabunt, quæ huc pertinent. Id tantum hic tacere nec debemus, nec poſſumus; per Chirographum Bullis Nicolai, & Pauli III. necnon Pauli V. contraveniri, ac rem tantam, quanta eſt alienatio hujuſmodi, abſque ulla ex neceſſariis ſolemnitatibus tranſigi. Nicolaus III. in Bulla fundamentali, & Conſiſtoriali, quam Succeſſores ſumma cum religione tuiti ſemper ſunt, ita conſtituit: *Beneficiati nec ad tractatus Capituli admittantur, nec vocem in Capitulo habeant nec aliquam poteſtatem de juribus bonis, ſeu quibuſcumque negotiis ad ipſam Baſilicam pertinentibus diſponendi, niſi ubi de alienatione rerum immobilium vel jurium dictæ Baſilicæ ageretur: tunc enim aſſentiendi & diſſentiendi hujuſmodi tractatibus voces habeant. Et quia veriſimile eſt, quod numerus Beneficiatorum Canonicorum numerum in vocibus prædictis excederet; taliter providemus, quod ſi plures Beneficiati, quam Canonici tractatibus ipſis interesſint, quum omnes iſtis tractatibus intereſſe velimus, tot de ipſis Beneficiatis duntaxat voces in hujuſmodi tractatibus habeant, quod fuerint Canonici in Capitulo tunc præſentes.* Vide reliqua *To.* 1. *pag.* 180. Paulus III. [*To.* 2. *pag.* 245.] confirmans laudatam Conſtitutionem: *Declarantes*, ait, *quod quum ex antiqua Conſtitutione ſancitum ſit, Beneficiatos non habere vocem aliquam nec poteſtatem in Capitulo, niſi ubi de alienatione bonorum immobilium vel jurium ageretur, exceptionem intelligendam eſſe etiam ubi tractaretur de locatione Caſalium ultra novennium &c.* Ac demum Paulus V. ut ſupra (*To.* 3. *pag.* 218.) *Inhærentes autem*, inquit, *Conſtitutionibus ejuſd. Nicolai III. necnon ſimilis rec. Pauli etiam III. præfatorum, volumus, quod in alienationibus immobilium & jurium Baſilicæ, & in locationibus &c. Beneficiati vocari debeant, & una cum Canonicis vocem aſſentiendi & diſſentiendi habeant.* Ita Paulus V. an. 1611. die 14. Octobris.

(*a*) Cle-

Pediche, ed inveſtimento, che non cavate da detto Caſtello, & altri beni come ſopra, e che vi libererete dalle ſpeſe, che ſpeſſo occorrono di raccomodamento e reparazione di Caſe, Peſchiere, & altri edificj & avendo avute altre conſiderazioni, e maturamente diſcuſſo il tutto, avete riſoluto di accettare, & in effetto accettato detta offerta, e che avendo eſſa Signora D. Olimpia effettuato la compra di detti Caſale, e Pediche; l'uno, e l'altro di voi vorrebbe venire anco all' effettuazione di detta Permuta, ma non potendo voi mandare queſto in eſecuzione oſtandovi le Coſtituzioni di Siſto Quinto, Clemente Ottavo, Paolo Quinto, & Urbano Ottavo noſtri Predeceſſori, quali proibiſcono l' alienazione de' beni giuriſdizionali, ſenza licenza della Sede Apoſtolica; Perciò ci avete fatto ſupplicare dell' opportuna licenza. Onde noi volendo far favore, & grazia tanto a detta D. Olimpia, quanto a voi, per il preſente noſtro Chirografo di noſtro moto proprio certa ſcienza, e pienezza della noſtra autorità Apoſtolica, vi diamo, e concediamo ampla, e libera licenza, autorità, e facoltà di poter permutare ſenza intervento, e conſenſo delli Beneficiati, e Chierici Beneficiati (a) di detta Baſilica, ancorchè ſi ricercaſſe, e foſſe neceſſario, il predetto Caſtello con ſuoi Territorio, e giuriſdizione, & altri beni, come ſopra con li predetti Caſale, e Pediche, e Scudi 24500. moneta, che detta D. Olimpia vi darà ad effetto d' inveſtire come ſopra, e di farne Iſtromento neceſſario, ed opportuno, ſenza che voi, ne il Notaro, o Notari, che ſi rogheranno di detto Iſtromento incorrano in pena alcuna contenuta nelle ſuddette Conſtituzioni delli predetti noſtri Predeceſſori non oſtanti le medeſime Coſtituzioni, & anche non oſtanti le Conſtituzioni di Niccolò Terzo, Paolo Terzo, e del medeſimo Paolo Quinto (b) ſimilmente noſtri Predeceſſori, e tutte, e ſingole Conſtituzioni, & ordinazioni Apoſtoliche, Leggi, Statuti, riforme, decreti, uſi, ſtili, conſuetudini, e tutte, e ſingole altre qualſivoglia coſe, che faceſſero in contrario, ancorchè di eſſa biſognaſſe farne eſpreſſa, e ſpecial menzione a quali tutte, e ſingole, avendo li loro tenori per ſufficientemente inſeriti, & eſpreſſi per queſta volta ſola, ed a queſt' effetto ſpecialmente, ed eſpreſſamente deroghiamo. Dichiariamo bene di concedere la preſente licenza, ſenza pregiudizio di qualſivoglia ragioni che competeſſero, o per l' avenire poteſſero competere alla noſtra Camera, alle quali non intendiamo pregiudicare, ma preſervarle tali quali ſono.

Canonici utilem agnoſcunt futuram Menſæ Capitulari.

Quum tamen Apoſt. beneplacitum neceſſarium eſſet, idem impetrant

Ampliſſimum quidem & verbis validiſſimum

Camera tantum Apoſtol. jurium rationem habet.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo, queſto dì 7. di Ottobre 1645.

INNOCENTIUS PP. X.

Die 8. Octobris 1645. Procura ad permutan. Caſtrum S. Martini cum Exma D. Olympia Maldacchina Pamphilia.

AN. CH. 1645. 8. Octob.

Illmi, & Rmi DD. Julianus Magdalenus Capiferreus, Angelus Androſilla, Jo. Nicolaus Tighettus, Simon Bizzonus de Palutiis, Proſper Mutus, Bartholomæus Oregius, Antonius Criſolinus, Fœlix Contelorius, Franciſcus Albritius, Tiberius Vincentius, Marcus Antonius Burattus, Franciſcus Filicaja, & Lucas Olſtenius omnes Canonici Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Capitulariter Congregati, & coadunati in loco infraſcripto, in quo ut plurimum pro rebus & negotiis ejuſdem Baſilicæ gerendis, & pertractandis, & concludendis congregari ſolent, aſſerentes eſſe in num. ſufficienti, & totum eorum Capitulum facere, conſtituere, & repræſentare; & nihilominus pro abſentibus ſi qui ſint, & quatenus opus ſit, de rato &c. in forma &c. promittentes, alias &c. ita quod &c. ſponte &c. omnique meliori modo &c. citra tamen &c. fecerunt, conſtituerunt, ipſorum, & totius dicti Illmi Capituli Procuratores, Illmos, & Rmos DD. Stephanum Vajum Epiſcopum Cyrenen., Angelum Androſillam, & Tiberium Vincentium Canonicos, & majores Camerarios dictæ Baſilicæ, necnon Illmos, & Rmos DD. Simonem Bizzonum de Palutiis, & Franciſcum Albritium prædictæ Baſilicæ Canonicos, ſeu illorum majorem partem ſpecialiter &c. ad ipſorum &c. ejuſdemque Illmi Capituli nomine, & pro eis vigore licentiæ SS. D. N. Papæ, prout in Chirographo Suæ Sanctitatis ad quorum &c. eorum Caſtrum S. Martini poſitum in Provincia Patrimonii cum illius juriſdictione, ac mero, ac mixto Imperio, & omnimoda gladii poteſtate, necnon alia bona ſtabilia in Civitate, & Territorio Viterbien., & aliis etiam Territoriis exiſtentia, ad ipſos, & prædictum Capitulum ratione dicti

Tredecim ſoli Canonici congregati

Procuratores conſtituunt Camerarios majores.

(a) Clericos Beneficiatos nuſquam invenies aut vocatos aut vocari debuiſſe ad hujuſmodi alienationes. Quicumque enim Pontifices de hac re ſanxerunt Nicolai III. Conſtitutioni fundamentali inhæſerunt, quam nefas duxerunt violari. Nicolai autem III. tempore Clerici nondum emerſerant. Cæterum ſi per Chirograhum rite ac recte derogetur Bullæ Conſiſtoriali, aliorum judicium eſto.

(b) Data opera nuper recitavimus conſtitutionum verba ipſa, ne lectori incommodum afferremus ad eaſdem illum remittendo.

dicti Caſtri ſpectantia, & pertinentia deſcribenda in inventario per ipſos Illmos Dominos Procuratores conficiendo, & nobis Notariis conſignando, cum Caſale Preſciano Cecalaſino nuncupato poſito in Territorio Romano, & duabus pedicis confinan. cum eodem Caſale Illmæ, & Excmæ D. Don Olympiæ Maldacchinæ Pamphiliæ, & cum ſcutis viginti quatuor millibus, & quingentis monetæ permutandum, & excambiandum cum dicta Exma D. Don Olympia modis, & formis, ac cum pactis capitulis, conditionibus, clauſulis, promiſſionibus, conventionibus, & obligationibus, aliiſque dictis Illmis DD. Procuratoribus ut ſupra conſtitutis ſeu illorum majori parti placitis, & beneviſis de ſc. 24500. monetæ a dicta Exma D. Don Olympia habend. recipiend., & exigendum &c. & de exactis &c. quietandum &c. cum pacto &c. illaque deponendum ad credit. ipſorum DD. Conſtituentium & ad diſpoſitionem ipſorum DD. Procurat. ut ſupra conſtitutorum ad effectum inveſtiendi modis, & formis, ac cum pactis, & conditionibus in Inſtrumento dictæ Permutationis conveniendis & concordandis, ipſiſque DD. Procuratoribus placitis, & beneviſis. Deſuperque inſtrumentum per nos Notarios publicos fieri, rogari, recipi, & ſtipulari petendum, faciendum &c. & pro obſervatione promittendorum, ipſos Illmos, & Rmos DD. Conſtituentes, ac totum dictum Capitulum, & menſæ capitularis bona &c. In forma Cameræ Apoſtolicæ cum ſolitis clauſulis, renunciis, & conſenſu obligan., &c. & dictas obligationes juramento vallandum, & roboran. & generaliter &c. promittentes &c. relevantes &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ in Sacriſtia dictæ Baſilicæ præſentibus &c. RR. DD. Angelo Marchaſetto, & Antonio Batello Romanis teſtibus &c.

Permutatio Caſtri S. Martini cum eodem Caſale & ſc. 24500. fact. prædictæ Exmæ D.D. Olympiæ Maldachinæ Pamphiliæ.

AN. CR. 1645. 9. Octob.

Die nona Octobris 1645. Illma, & Exma D. Don Olympia Maldacchina uxor relicta claræ memoriæ Illmi, & Exmi D. Pamphilii de Pamphiliis dum vixit SS. D. N. Papæ ſecundum carnem germani fratris exiſtens coram Perilluſtri, & Excellenti D. Hieronymo Valerio Romano I. U. D. inclyti Populi Romani Procuratore Fiſcali & ad interponen. decreta in contractibus voluntaria juriſdictionis Judice competente a SS. D. N. Papa ſpecialiter deputato, ſedente ſuper quadam Sede in loco infraſcripto poſita, quam ſedem, & locum quoad hunc actum tamen valide peragendum pro ſuo juridico, & congruo Tribunali elegit, & deputavit, nobiſque d. Domino Judici pro Tribunali ut ſupra ſedenti expoſuit, & narravit ipſum ab initio quo cœpit tractare de emendo ab Illmo D. Franciſco Papirio Capizucco ejus Caſale Preſciano Cecalaſino nuncupat. rubrorum ducentorum octo cum dimidio poſitum in Territorio Romano juxta Caſale Præfectum nuncupat. Rmorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Territoria Civitatis Veliternæ, & Civitatis Laviniæ reſpective, & Caſale Carzaripar. nuncupat. RR. DD. Canonicorum Eccleſiæ S. Clementis dictæ Civitatis Veliternæ, & duas pedicas in Territorio Veliterno poſitas & ſuper quibus Communitas Veliterna habet jus paſcendi in totum rubrorum octo circiter, quarum una vocat. la Parata, & confinat cum ſupradicto Caſali, & bona juris Paliantis Veliterni, altera, quæ olim fuit Anthæi ex ipſa Civitate Valiterna confinat pariter cum eodem Caſali, & cum alia ſupradicta pedica mediante fovea, & cum bonis Julii Petrucii ſimiliter Veliterni conſideraſſe dictis Rmis Capitulo, & Canonicis Caſale, & Pedicas prædictas, præſertim, ob vicinitatem prædicti eorum Caſalis Præfecti nuncupat. habere, utile, & commodum fore, & propterea intentionem habuiſſe ipſum Caſale, & Pedicas illis cedere, & aſſignare, & ab eis titulo permutationis habere illorum Caſtrum S. Martini olim Abbatiam ſub titulo S. Martini in Montibus Ordinis Ciſtercien. per fel. rec. Pium Papam Quartum per ejus litteras Apoſtolicas ſub Plumbo de anno 1564. ſeu &c. expeditas una cum tribus aliis Abbatiis, ac Prioratu in Eccleſia S. Balbinæ ad Statum Secularem reduct., & cum illarum bonis, juribus, fructibus, juriſdictionibus ſpiritualibus, & temporalibus Vaſſallis, & aliis ſubdictis Menſæ Capitulari ipſorum DD. Canonicorum unit. poſit. in Provincia Patrimonii cum illius juriſdictione, & juribus, necnon quædam alia bona in Civitate, & Territorio Viterbien. & aliis etiam Territoriis exiſtentia ad illos ratione dicti Caſtri ſpectantia, & pertinentia & ad hoc, ut permutatio fieret cum evidenti utilitate ipſorum DD. Canonicorum, & eorum Menſæ Capitularis, ultra ipſum Caſale, & Pedicas, illis etiam ſolvere Scuta viginti quatuor millia, & quingenta monetæ ad effectum illa inveſtiendi ad eorum, & prædictæ ipſorum Menſæ favorem in tot bonis ſtabilibus, & interim, & donec ſe præberet occaſio, bonorum ſtabilium in emptionem locorum

rum Montium non vacabilium. Quare hujuſmodi ejus intentione illis propalata, & per eos pluries, atque pluries in eorum Capitulo oblatione prædicta diſcuſſa, & conſiderata repertaque pro eis utili, ex quo nedum ex Caſali, & Pedicis prædictis, ac ex inveſtimento, quod facient de prædictis ſcutis viginti quatuor millibus, & quingentis ut ſupra ſolvendis uberiores fructus percipient, quam percipiunt ex prædicto eorum Caſtro, & aliis bonis, ut ſupra, verum etiam ſe liberabunt ab expenſis ſæpe numero fieri ſolitis pro reparatione, ſeu reaptatione Domorum, Peſcheriarum, & aliorum ædificiorum in ipſo Caſtro, & ejus Territorio, & etiam in prædictis aliis bonis exiſtentium, quæ in dies deterioris conditionis fiunt, & fortaſſe etiam ab illorum*, ex quo propter nimiam diſtantiam non poſſunt de eis habere curam neceſſariam, & ex aliis rationibus, & cauſis optime ponderatis, matureque diſcuſſis, & conſideratis eamdem oblationem acceptare deliberaſſe, & in effectu acceptaſſe, nuperque ipſam Illmam, & Exmam Dnam D. Olympiam per acta dicti D. Fonthiæ A. C. Notarii Caſale, & Pedicas prædictas pretio ſcutorum viginti quatuor millium monetæ per eam in contanti ad fines, & effectus de quibus in Inſtrumento emptionis per eumdem D. Fonthiam Notarium die 7. præſentis Menſis rogato ſolutorum, in perpetuum emiſſe, & acquiſiviſſe, & propterea nunc velle ad illorum permutationem cum Caſtro, & aliis bonis prædictis in inventario, nobis Notariis ut infra conſignando, deſcriptis devenire. Quamobrem cum decreto & auctoritate d. D. Judicis pro Tribunali, ut ſupra, ſedentis, & cum præſentia, conſenſu, verbo & voluntate Emi, & Rmi D. Camilli S. Mariæ in Dominica, Diaconi S.R.E. Cardinalis nuncupati ejus ex d. cl. mem. Domino olim ejus viro filii, ac Illmi, & Exmi D. Andreæ Juſtiniani Principis Baſſan. ejus generi, & ut tactis &c. affirmavit proximiorum habilium præſenti Inſtrumento ad intereſſendum, & eorum Conſenſum præſtandum juxta formam Statutorum Urbis, aſſerentium ſeſe de omnibus, & ſingulis prædictis, & infradicendis ad plenum informatos eſſe, eaque non tendere in damnum, ſive præjudicium dictæ Illmæ, & Exmæ D Don Olympiæ, & tactis pectore, & litteris reſpective &c. more &c. jurantium ſe in præſenti Inſtrumento nullum proprium, ſeu particulare intereſſe habere, Renuncians in primis ipſa Illma, & Exma D.D. Olympia quatenus opus ſit, etiam med. &c. Aux Vell. Senat. Conſ. Auth. *ſi qua mul.* Leg. Jul. *de fund. Dot.* omnibuſque, & ſingulis aliis legibus, legiſque auxiliis, & favoribus, ſtatutis, indultis, gratiis, privilegiis, & aliis editis, & eden. ad ejus favorem quomodolibet facien. promittens adverſus præd., & infraſcripta aliquam reſtitutionem principaliter, vel incidenter abſolutionem a juramento, ſeu juramentis, vel aliud quodcumque juris, vel gratiæ remedium ordinarium, vel extraordinarium nunquam petere, ſeu petitis & obtentis, vel motu proprio Papæ conceſſis nec uti, ſub quovis prætextu, titulo, jure, cauſa, ingenio, & quæſito colore, etiam enormis, & enormiſſimæ læſionis, & ex quacumque alia Cauſa cogitata, & incogitata hic non expreſſa, & forſan de neceſſitate exprimen., de quibus omnibus ad plenum a d. D. Judice informata fuit ſponte &c. omni meliori modo &c. ſuprad. ejus Caſale, & Pedicas ut ſupra poſit., & confinat., ſalvis aliis &c. ſi quis in totum rubrorum ducentorum ſexdecim cum dimidio, & tanta quanta ſunt ad corpus, & non ad menſuram cum omnibus, & ſingulis eorum, & cujuſcumque ipſorum juribus, domibus, & ædificiis, aquis, aquarum curſibus, decurſibus, derivationibus, ſilvis, pratis, nemoribus, venationibus, cæteriſque aliis Juribus, membris, pertinentiis, adjacentiis, uſibus, commoditatibus, ingreſſibus, & egreſſibus univerſis, & quibuſcumque, ac cum omni, & toto eo, quod in ſe, & intra ſe etiam ſub ſolo continent, & ad illa & ipſorum quodlibet tam de jure, quam de uſu, ſive ſtylo, ſeu conſuetudine, vel alias quomodolibet ſpectat, & pertinet, aut ſpectare, & pertinere poſſet in futurum quomodocumque, & qualitercumque nihil penitus excepto, nec ipſi Exmæ D.D. Olympiæ reſervato necnon ibidem quoque præſentes Illmi & Rmi DD. Stephanus Vajus Praten. Epiſcopus Cyrenen. & Archioſpitalis S. Spiritus in Saxia Commendatarius, Angelus Androſilla Rom. V. Signat. S. D. N. Papæ Referendarius, Simon Palutius Rom., Franciſcus Albitius Cæſenatenſis, & Tiberius Vincentius Reatinns prædictæ Baſilicæ Canonici nominibus eorum propriis, & uti procuratores, ad infraſcripta peragenda ab aliis Illmis, & Rmis DD. Canonicis, & eorum Capitulo ſpecialiter deputati, ut conſtat ex Inſtrum. d. m. Procuræ hic per nos Notarios rogato, & nihilominus eodem Procuratorio nomine cum rati promiſſione pro dictis Illmis & Rmis DD. Canonicis, & ab eis Capitulariter congregatis ratificari facere præſens Inſtrumentum, & omnia, & ſingula in eo contenta infra octo dies proximos libere &c. alias &c. prædictis nominibus, & quolibet eorum ac vigore dictæ Procuræ mandati, ac cum prædicta rati promiſſione, quæ in qualibet parte, & clauſula præſentis Inſtrumenti repetita,

* *Hic videtur aliquid deeſſe.*

petita, & inſerta ſit, & eſſe cenſeat. utentes, & uti velle expreſſe declarantes licentia, & facultate per prælibatum SS. D. N. Papam ipſis DD. Canonicis, & eorum Capitulo deſuper conceſſa, & attributa ad infraſcripta deveniendi abſque incurſu pœnar. content. in Conſtitutionibus fel. rec. Sixti V. Clementis VIII., Pauli V. & Urbani VIII. ſuorum Prædeceſſorum bona juriſdictionalia alienare prohibentibus abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, quibus, & aliis in contrarium facien. Sua Sanctitas derogavit, ut in Chirographo manu Suæ Sanctitatis ſignato quod exhibuerunt, & nobis Notariis conſignarunt tenoris ſequentis *Capitolo, e Canonici &c.* necnon etiam ſalvo, & reſervato ejuſdem SS. D. N. Papæ, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ conſenſu, & beneplacito impetran., & obtinen. cura dictæ Exmæ D.D. Olympiæ, ac ipſorum Rmorum DD. Canonicorum expedien. vero ſumptibus ejuſdem Exmæ D.D. Olympiæ tam ſuper confirmatione præſentis Inſtrumenti cum clauſulis, decretis, & aliis deſuper neceſſariis, & opportunis, ita, & talit. quod donec, & quouſque d. Beneplacitum obtentum, & exequutum non fuerit, non intelligatur, nec ſit ab ipſis DD. Canonicis, & eorum Menſa etiam per clauſulas infradicendas abdicata poſſeſſio, nec dictæ Exmæ D.D. Olympiæ acquiſitum aliquod jus, & non alias, aliter, nec alio modo &c. de quo pariter &c. ſpont. &c. omni meliori modo &c. ſupradictum Caſtrum Sancti Martini ut ſupra poſit. cum illius Territorio, quod confinat cum Territoriis Viterbii, Vetrallæ, Canepinæ, Valerani, Lucavici, & cum Montanea Viterbii nuncupat. Sermi D. Ducis Parmæ, necnon alia bona deſcripta in Inventario quod præmanibus habentes in medium exhibuerunt, & nobis &c. tradiderunt hoc præſenti Inſtrumento inſeren. tenoris prout ſequitur &c. *Liſta del Caſtello di S. Martino del Rmo Capitolo, e Canonici di S. Pietro, poſto nella Provincia del Patrimonio. Caſtello di S. Martino con ſue caſe abitate da' Vaſſalli, Palazzo grande, cortile, fontana, granaro, & altri membri, conforme alla pianta moderna, & antica eſiſtente nell' Archivio di S. Pietro, e che ſi darà all' Eccma Signora Compratrice; vigne, e Terreni eſiſtenti in detto Territorio livellati a diverſe perſone. Quattro pezzi di terra uno di rubbia 4. e mezzo l' altro di rubbia 2. e mezzo con 40. piedi di oliva, & un' altro di mezzo rubbio con piedi di noce, & il quarto con olmi n. 120., la macchia grande Salvatiche, la qual ſi ſuol vendere a legna ogni volta che ſi fa cedua, e di eſſa l' affittuario non ha altro che il frutto, e paſcolo, e la Ramaglia di detta macchia alle volte ſi vende quando più, e quando meno. Caſtagneto domeſtico, il quale ſi affitta dall' Affittuario: tutte le dette vigne, terreni e caſtagneti ſono terminati con termini, e foſſi, & il cataſto è nell' Archivio di S. Pietro, & anco appreſſo Simone Civiletti moderno Affittuario, e tutti, e ſingoli altri beni ſpettanti al Capitolo, che foſſero nel Territorio di detto Caſtello confinante conforme alla pianta ſuddetta, e come ſi dirà nell' Iſtromento, & anco altrimente, conforme poteſſero dire li teſtimonj, che ſi eſamineranno ſopra l' evidente utilità del Capitolo, e Canonici ſuddetti. Beni fuor del detto Territorio ſpettanti come ſopra, li confini de' quali tanto vecchi, come moderni ſi deſcriveranno, cioè in Viterbo, e ſuo diſtretto: Il Palazzo con giardino, fontana, e ſtalla, poſto a Porta Salciccia, dentro la detta Città contiguo alle mura di eſſa da due parti, e gli altri lati con le ſtrade publiche, di preſente abitato da Simone Civiletti Affittuario. Caſe con orticelli dentro detta Città, livellate a diverſe perſone, & altri non livellati ſi affittano dall' Affittuario. Altri orti acquatili livellati fuori della Città. Vigne nel Territorio di Viterbo livellate a moſto. Canneti, prati, e campi livellati a diverſe perſone. Quattro prati di falciate N. 11. rendono la quarta del fieno. Altri orti non livellati goduti dal detto Affittuario. Spiga, & erba di Petrignano livellate. Orti a ſeme di Lino N. 3. non livellati di rub. 26. Campi non livellati N. 23. di rubbia in tutto 204. e mezzo Prati non livellati N. 8. di falciate N. 37. e mezza. Il molinaccio, il quale ſi affitta dall' Affittuario a grano, quando più, e quando meno. In Civita Vecchia un Eremitorio, con Chieſa di S. Antonio, con vigna, giardino, & altri beni. In Canepina, e ſuo Territorio cinque pezzi di terra lavorativa di rubbia 2. e mezzo in circa. Nel Territorio di Vallerano quattro pezzi di terra in contrada del Piano dell' Onza. Nel Territorio di Vitorchiano due campi di rubbia 2. liberi. Tutti li sopraddetti beni ſono compreſi nell' affitto fatto a Simone Civiletti, accetto la legna cedua della macchia riſervata al Capitolo. Beni non compreſi nell' Affitto del Civiletti: Una Ferriera in Viterbo conceſſa a terza generazione a Franceſco Mancini, la qual conceſſione, per non eſſere ſtata adempita dal detto Mancini, la forma dell' Inſtromento ſi potrebbe annullare. La tenuta dell' Ave Maria eſiſtente nel Territorio di Vetralla, la quale ſeparatamente ſi affitta dal Capitolo, & al preſente ſi trova affittata a Gio. Batiſta Zelli, e Ceſare Scarinci da Vetralla, confina verſo Levante, con li beni della Chieſa di S. Gio. Evangeliſta, pro indiviſo con il Sig. Pietro Brugiotti, con le Corte di Valle Cajana, e con la vigna di Franceſco Berni verſo mezzo giorno, con li beni del Capitano Ceſare Manſanta da Toſcanello, e con li beni della ſuddetta Chieſa; di ſotto con la ſtrada, e con li beni del ſuddetto Signor*

Sig. Pietro, e piglia il foſſo verſo Ponente, & altri lati verſo Tramontana con li beni del Sig. Pietro Brugiotti, li beni di Antonio Epiſanio, e li beni della Chieſa Collegiata di Vetralla, quæ bona confinant &c.

Innocentius PP. X. prohibet ne in Baſilica, Choro, Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis Vaticanis ſumatur tabacum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CH. 1650. 8. Januar.

AD futuram rei memoriam.

Cum ſicut non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, nonnullæ perſonæ tam Seculares, quam Eccleſiaſticæ reverentiæ locis Deo ſacris debitæ immemores herbam Tabacum vulgo nuncupatam, ore, vel naribus etiam in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quam devotionis ergo Chriſtifideles ex univerſo Orbe Chriſtiano paſſim confluunt, ſumere gravi cum proborum ſcandalo non verentur. Hinc eſt quod Nos, ut abuſus hujuſmodi e Baſilica prædicta prorſus eliminetur, pro paſtorali noſtra ſollicitudine providere volentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia noſtris, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus perſonis tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis, etiam cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti ac Militiarum etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Regularibus quomodolibet privilegiatis, & exemptis etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignis, ne de cætero in prædicta Baſilica, ejuſque Choro, Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis Tabacum ſive ſolidum, ſive in fruſta conciſum, aut in pulverem redactum fumumve ex eo elicitum ore, vel naribus, & alias quomodolibet ſumere audeant, vel præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo abſque alia declaratione per contrafacientes incurrenda pœna auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus (a). Non obſtan. quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam conciliaribus, nec non quibuſcumque etiam juramento &c. quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore pérmanſuris ad præmiſſorum effectum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi alicui, vel aliquibus conjunctim, vel diviſim ſit a Sede Apoſtolica indultum, &c. Volumus autem ut præſentis prohibitionis exemplar in Valvis dictæ Baſilicæ, & illius Sacrarii, aut alio conſpicuo loco, unde ab omnibus cerni poſſit continuo affixum remaneat. Quodque earumdem præſentium Tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Scandalum erat tum temporis tabacum ſumere in Baſil. Vatic.

Pont. id fieri vetat ſub pœna excomm. latæ ſenten.

Conſtitutionib. contrar. quibuſcumque derogat.

Decreti publicationem impenſe curat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die octava Januarii 1650. Pontificatus noſtri anno ſexto.

ALE-

(a) Ante annos octo Urbanus VIII. anno 1642. die 30. Januarii iiſdem fere verbis vetuerat Tabaci uſum in Metropolitana Eccleſia Hiſpalenſi Conſtit. 278. quæ incipit *Quum Eccleſiæ*. Id notandum, quod Anno Sancto, ſive Jubilæo ineunte prohibitio hujuſmodi facta eſt pro Baſilica Vaticana: & 75. annis elapſis ineunte pariter anno Jubilæo 1725. die 10. Januar. Benedictus XIII. abſtulit excommunicationem per ſuas literas Apoſtolicas, quas dabimus ſuo loco.

(a) Tanta

ALEXANDER VII.

Alexander VII. pridem Cardinalis Fabius Chiſius, die 7. Aprilis 1655. Summus Eccleſiæ Pontifex communibus ſuffragiis eligitur (*a*), ac inſequenti die 18. coronatur in Baſilica Vaticana. Vita ceſſit 22. Maji 1667., quum ſediſſet annos 12. menſem unum, dies quatuordecim.

Præcipit ut Majores Reliquiæ, altera Vultus Sancti, altera Lanceæ oſtendantur Chriſtinæ Svecorum Reginæ.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1656. 3. *Januar.*

Alexander PP. VII. Dilecti filii, Salutem, & Apoſt. Benedictionem. Ut chariſſima in Chriſto filia noſtra Chriſtina Sueciæ Regina Illuſtris (*b*) Sudarium Sanctæ Veronicæ, cui impreſſa eſt Imago Vultus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Vultum Sanctum vulgo nuncupatum, nec non Lanceam, qua Latus ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti in Cruce pendentis apertum fuit, pro ſua devotione cominus aſpicere, & venerari valeat, vobis præſentium ſerie mandamus, quatenus ſi, & quando a prædicta Chriſtina Regina ſuper hoc fueritis requiſiti, Sudarium, ſeu Vultum Sanctum, & Lanceam hujuſmodi, quæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe aſſervantur, e tabernaculo, ſeu tebernaculis ubi nunc reperiuntur collocata, uſque ad fores, per quas e Baſilica prædicta ad Odeum, in quo tabernaculum, ſeu tabernacula hujuſmodi exiſtunt, datur acceſſus, cum debitis honore, & reverentia deferre curetis (*c*), ac eidem Chriſtinæ Reginæ oſtendatis. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Januarii 1656. Pontificatus noſtri anno primo (*d*).

Colle-

(*a*) Tanta fuit in hujuſce Pontificis electione animorum conſenſio, ut non levem in Conclaviſtarum omnium animis excitaverit admirationem. Multa enim quæ nullo pacto componi poſſe videbantur, illico in unum coaluere: Hinc ſtupor & admiratio, quod Hiſpani gratis conveniſſent; probaſſent Galli quem pridem rejecerant; Juvenem Senes; Juvenes probum; Senenſem Medicei; Barberini virum alienum elegiſſent. Verum, ut Hiſtorici Andreas Valerius, ac Baptiſta Nanius animadvertunt, *Manus Domini erat cum illo*.

(*b*) Inclyta invictique animi Mulier, quæ abdicato Regno, ac Oeniponti publice ejurata hæreſi Lutetana coram celeberrimo Luca Holſtenio Baſilicæ noſtræ Canonico ac Summi Pontificis Nuncio, anno 1656. Romam ſe contulit, ubi ſedem fixit, ac tandem fato conceſſit, ſplendido ac vere regio tumulo excepta, qui in Baſilica noſtra omnium oculis obverſatur.

(*c*) Nulla hic mentio Sacratioris ligni veræ Crucis, quod tamen jam tum ab an. 1629. Urbanus VIII., ut legimus in Inſtumento Dominici Fontia, quod in Baſilicæ noſtræ Archivio ſervatur, nobili theca in modum Crucis conflata, clauſum, dono dederat; ac inter ceteras majores Reliquias collocaverat. Putarim ergo Suecorum Reginam peculiari quodam ſtudio de Veronicæ velo, ac ferro Lanceæ oculis perluſtrando fuiſſe ſolicitam. Hinc utraque inſignis Reliquia ad poſtremum cubiculi oſtium delata fuit, omiſſo Crucis Ligno, quod alibi poterat inſpexiſſe. Nemo tamen ſuſpicetur Crucis Lignum extra loculi fines fuiſſe translatum, ut Regina ejus aſpectu commodius frueretur. Quippe nefas ullam ex Reliquiis majoribus efferre. Hinc ipſimet Summi Pontifices occaſione viſitationis, intra portam cubiculi majores Reliquias ſunt intuiti, ut patet e ſequenti Decreto, quod integrum exscribimus:

Sanctiſſimus D.N. Alexander divina providentia Papa VII. viſitaturus Baſilicam Principis Apoſtolorum, quo facilius, & celerius inviſere poſſit omnes Sacras Reliquias, quæ in eadem Sacroſancta Baſilica aſſervantur, juſſit Sanctiſſimum Sudarium D. N. Jeſu Chriſti, & Sacratiſſimam Lanceam, necnon Lignum Sanctiſſimæ Crucis, & Caput Sanctiſſimi Apoſtoli Andreæ, deferri ex loco, ubi cuſtodiri ſolent, ad veſtibulum Oſtioli Sanctæ Veronicæ; Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ejuſdem Baſilicæ Statutis, etiam juramento firmatis, ac quibuſcumque aliis in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem &c.

Romæ die quinta Februarii 1656.

Hier. Archiep. Patracenſis Sec.

(*d*) Annus a Januario ſupputatur. Si enim a menſe Martio initium ſumeret, atque annus 1656. ad Januarium 1657. juxta communem numerationem protenderetur, non primus, ſed alter Pontificatus annus eſſet obſignandus.

(*a*) Quæ-

Collegium minorum Pœnitentiariorum a Pio V. inſtitutum confirmat: Ea item, quæ ad illorum habitationem, numerum, regimen, onera, reditus, ac privilegia pertinent, enumerat, ac decernit.

Ex Bullario Romano.

AN.CII. 1659. 22. Februar.

ALexander PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pontifex pro animarum ſalute ſollicitus.

In Apoſtolicæ dignitatis faſtigio, meritis licet imparibus, inſcrutabili divinæ providentiæ arcano collocati, ad ea, per quæ Chriſtifidelium curæ noſtræ cælitus commiſſorum animarum ſaluti conſulitur, jugis vigilantiæ ſtudiis intendimus, illaque provide quantum Nobis ex alto conceditur, diſponere ſatagimus, prout matura conſideratione prævia conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

S. Pius V. novum Pœnitentiariorum Collegium inſtituit in Baſil. Vatic.

Cum itaque, ſicut accepimus, dudum fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter certis rationabilibus cauſis motus, pro ſalutari reformatione Collegii minorum Pœnitentiariorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, minores Pœnitentiarios, qui tum erant, ab eorum Pœnitentiariæ minoris officio, & exercitio, penitus, & omnino amoverit, & in eorum locum ad hujuſmodi munus, officium, & exercitium Minorum Pœnitentiariorum aliquot Presbyteros Regulares Societatis Jeſu ſubſtituerit, & ſubrogaverit (*a*), illiſque domum, & redditus pro eorum habitatione, & ſuſtentatione aſſignaverit, & alia circa eorum deputationem, officiique eis demandati exercitium, ac ipſorum, & eorum Collegii ſtatum conſtituerit, & ordinaverit; nec tamen ſuper his, ob ejuſdem Pii Prædeceſſoris obitum, literæ Apoſtolicæ fuerint expeditæ (*b*);

Pontifex prædeceſſoris Decretum approbat.

Hinc eſt, quod Nos ea, quæ memoratus Pius Prædeceſſor pro animarum ſalute, & ſpirituali conſolatione fidelium, qui Omnipotentem Deum glorificandi, & Beatos ejus Apoſtolos venerandi, opportunaque ſpiritualibus, temporalibuſque neceſſitatibus ſuis remedia, & auxilia eorumdem Beatorum Apoſtolorum interceſſione impetrandi ſtudio ad Baſilicam prædictam ex omnibus mundi partibus confluunt, in præmiſſis laudabili zelo, & pietate inſtituit, & cœpit conſtabilire, & perficere, & alias opportune providere cupientes; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine erectionem, & inſtitutionem prædicti Collegii Minorum Pœnitentiariorum dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ipſumque Collegium de novo perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Domum Pœnitent. ariis aſſignat.

Ac pro eorumdem Minorum Pœnitentiariorum habitatione, domum in Civitate noſtra Leonina, ſeu (ut vocant) Burgo, prope Baſilicam hujuſmodi poſitam, & per illos hactenus inhabitari ſolitam, cum omnibus, & ſingulis ejus membris, pertinentiis, & juribus, ſicut dicti Minores Pœnitentiarii illis ad præſens fruuntur, concedimus, & aſſignamus; & caſu quo eadem domus tota, vel ejus pars deſtruatur, ſeu in alios uſus convertatur, aliam domum eis habitationis cauſa, a Nobis, ſeu Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus aſſignandam (*c*), pro ipſorum

(*a*) Quænam in Pœnitentiariis Minoribus Baſilicæ Vaticanæ obtinuerit œconomia ante ætatem S. Pii V.; ſparſim, prout diverſa ſeſe nobis occaſio obtulit, prænotavimus in altero Collectionis Bullarum Tomo, ubi etiam nonnulla de eorum ſupra ceteros antiquitate ac dignitate diſſeruimus. Erant quippe ad id muneris deſignati cum Seculares tum Regulares Presbyteri; nulloque habito aut inſtituti, aut diſſimilis conditionis diſcrimine, quotquot idonei erant, aſſumebantur. Id vero minus opportunum S. Pontifici viſum eſt; quum ægre admodum ſub una eademque vivendi ratione convenire poſſent, qui diverſis moribus ac legibus utebantur. Hinc amotis hiſce Pœnitentiariis, providus Pontifex ex una eademque inclyta Societate Viros delegit, qui eidem Inſtituto addicti, plena animorum conſenſione Collegium Pœnitentiariorum Baſilicæ Vaticanæ componerent. Hæc igitur cauſſa fuit quæ Pontificem ad novas res impulit; non etiam ullum in priſcis Pœnitentiariis crimen, aut minus ſedulum in obeundo munere ſtudium. Hinc Pœnitentiarios illos honoribus ac congrua ſtipe auctos fuiſſe teſtatur Vincentius Petra mox S. R. E. Cardinalis ac Major Pœnitentiarius in Opere *de Sac. Pœnitentiaria part. 1. cap. 12. num. 3.*

(*b*) Motum proprium S. Pii V. hac de re ſubſcriptum an. 1569. ſervari in Dataria Apoſtolica, ac inſuper fuiſſe relatum in lib. Mſſ. Pœnitentiariæ Vaticanæ affirmat idem author Vincentius Petra *loc. ſup. cit. num. 4.*

(*c*) Quo tempore Alexander VII. hanc edidit Sanctionem, anno nimirum 1659., ampliſſimas ante Vaticanam Baſilicam Porticus excitare meditabatur; ſiquidem inſequenti anno 1660. operi manum impoſuit. Hinc optimo conſilio de altera domo Pœnitentiariis paranda ſermonem inſtituit. Erat enim vetus Pœnitentiariæ Collegium Vaticanæ Baſilicæ proximum, atque in eo ferme loco erectum (ut patet ex *n. 6. Tabula 68.* a P. Bonannio relatæ *in Hiſtoria Templi Vaticani*) ubi nunc viſitur fons celeberrimus, qui accedentibus ad Baſilicam ad lævam occurrit. Oportuit igitur haſce ædes dejicere, ut Plateæ Vaticanæ & Porticibus circum excitandis amplior pateret locus. Alia idcirco domus Patribus Societatis fuit tradita, eademque eſt quam hodie incolunt prope Eccleſiam S. Jacobi vulgo *de Coxa Caballi*. Hæc domus, ſi memorato ſcriptori Vincentio Petra audiamus, qui *num. 6.* Carolum Bartholomæum Piazza ducem ſequitur, fuit olim Palatium Cardinalis Pallotta Baſilicæ noſtræ Archipresbyteri, qui, ut apud Ciaconium legimus, *Collegium duodecim Adoleſcentium, qui Sacræ Theologiæ operam darent, Romæ in propriis ædibus fundavit.*

Reditus conſtituit.

ipſorum vero minorum Pœnitentiariorum ſuſtentatione, & Collegii hujuſmodi dote, de pecunia eleemoſynarum, quæ ex diſpenſationum matrimonialium expeditionibus proveniunt, penes montem pietatis de eadem Urbe in ſubſidium pauperum, & alia opera pia erogandæ, deponi ſolent, annua mille ſcuta monetæ Romanæ, nempe ſingulis menſibus octuaginta tria ſcuta, & triginta duos bajocchos cum dimidio ſimilis bajocchi ejuſdem monetæ, in locum octuaginta ſcutorum auri iiſdem minoribus Pœnitentiariis pridem aſſignatorum, quæ illis a Camera Apoſtolica præſtabantur. Præterea dimidium julium dictæ monetæ pro ſingulis literis Apoſtolicis, quæ ſuper diſpenſationibus matrimonialibus in tertio, vel in quarto gradu per officium noſtrum minoris gratiæ nuncupatum, ſub plumbo expedientur; & inſuper tria loca cum tertia parte ſimilis loci montis Fidei, & alia novem loca montis ſalis ſecundæ erectionis de Urbe prædicta, & vineam extra mœnia Urbis intra ſuos notiſſimos fines ſitam, a prædictis modernis Pœnitentiariis acquiſitam, necnon penſiones ex locatione membrorum domus prædictæ locari ſolitorum provenientes, cum ſolitis donativis ſalis, ceræ, ac in electione Romani Pontificis, & aliis hactenus eis fieri conſuetis, per ipſos minores Pœnitentiarios percipienda, exigenda, levanda, ac in ſuos, & in dicti Collegii uſus & neceſſitates convertenda eiſdem Collegio, & minoribus Pœnitentiatiis itidem perpetuo aſſignamus.

Collegium minorum Pœnitentiariorum Apoſtolicum declaratur.

Ad hæc dictum Collegium minorum Pœnitentiariorum a Nobis de novo, ſicut præmittitur, erectum, & inſtitutum, Collegium Apoſtolicum minorum Pœnitentiariorum eſſe, ac perpetuo fore, & vocari debere; nec illius ſtatum, aut denominationem quomodolibet immutari, aut alterari unquam poſſe ſtatuimus, & decernimus, ipſumque Collegium ex nunc ſub immediata B. Petri ac noſtra, & Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum, Sediſque Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus.

Numerum & munus Pœnitentiariorum deſignat.

Præterea idem Collegium Apoſtolicum dilectis filiis Præsbyteris Regularibus prædictæ Societatis Jeſu pariter perpetuo concedimus, hac tamen lege, ut eadem Societas in Collegio hujuſmodi tredecim ipſius Societatis Presbyteros Regulares, comprehenſo in illis dicti Collegii Rectore, qui omnes, & ſinguli miniſterium minorum Pœnitentiariorum in memorata Baſilica ſedulo exercere teneantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hiſpanica, & Luſitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Flandrica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illyrica nationibus, ſeu linguis Minores Pœnitentiarii reſpective deputentur: Ac inſuper unum, quatenus neceſſarius videatur, dilecto filio Præpoſito Generali ejuſdem Societatis; qui pro Miniſtro ſerviat, & ad menſam legat, necnon quatuor adjutores Laicos dictæ Societatis, ſeu eos, qui eidem Præpoſito Generali ſervitiis Presbyterorum Regularium Collegii hujuſmodi neceſſarii videbuntur, perpetuo habere, & manutenere debeat, & teneatur. Declarantes, & decernentes, quod unuſquiſque illorum, qui ex prædictis Presbyteris Regularibus pro ſupra expreſſis Nationibus, ſeu linguis minores Pœnitentiarii reſpective deputabuntur, ex illa Natione pro qua deputabitur, vere, & realiter eſſe, ipſiuſque Nationis idioma optime callere debeat; & quod illi, qui in Regionibus earumdem Nationum reſpective nati, & educati non ſint, ſub quocumque prætextu, etiamſi idiomatis Nationis, pro qua deputati ſunt, peritiſſimi forent, ad Minorum Pœnitentiariorum hujuſmodi officia adſumi non poſſint.

Quid agendum, ſi aliquis Pœnitentiariorum impediatur.

Quod ſi propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicujus ex prædictis Minoribus Pœnitentiariis pro tempore deputatis, oportuerit alium in eius locum ad exercitium officii Minoris Pœnitentiarii tantiſper ſubrogari, eo caſu alterum ejuſdem cum illo Nationis, ſi haberi idoneus poſſit, ſin minus, alium alterius quidem Nationis, ſed qui idiomatis Nationis, ex qua defunctus, infirmus, remotus, vel alias impeditus fuerit, peritus exiſtat, ſubſtitui volumus: ita tamen ut ſic ſubſtituendus ante omnia (niſi aliter ob urgentem neceſſitatem Majori Pœnitentiario nunc, & pro tempore exiſtenti viſum fuerit) prævio examine in Signatura Pœnitentiariæ Apoſtolicæ approbetur, & per modum proviſionis pro eo tempore dumtaxat, quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi, vel impediti, ſeu donec defuncto, vel remoto Succeſſor fuerit conſtitutus, deputetur, & ſubrogetur.

Rectoris & Pœnitentiariorum electio ad quem ſpectet.

Porro electionem Rectoris, ceterorumque Minorum Pœnitentiariorum prædicti Collegii Apoſtolici nunc, & pro tempore exiſtenti Præpoſito Gen. Societatis tribuimus.

Statuentes, ut ab eodem Præpoſito Generali pro tempore electi, non ante ad exercitium admittantur, quam circa materias ad idem officium ſpectantes in dicta Signatura Pœnitentiariæ juxta diſpoſitionem literarum recol. mem. Clementis PP. VIII. Prædeceſſoris pariter noſtri in ſimili forma Brevis die 3. Septemb. 1592. expeditarum examinati, & approbati fuerint. Ceterum illi qui ſemel in eadem Signatura Pœnitentiariæ

tiariæ examinati, & approbati fuerint, examini denuo ſe ſubjicere non tenebuntur, niſi Nobis, & Rom. Pontifici pro tempore exiſtenti ex aliqua cauſa particulari ſecus videatur.

Quid vero ſi major Pœnitentiarius electionem minus probet.

Si autem dilectus filius noſter Nicolaus S. Mariæ Angelorum S. R. E. Presbyter Cardinalis Ludoviſius nuncupatus (*a*) nunc, & pro tempore exiſtens Major Pœnitentiarius aliquem a prædicto Præpoſito Generali ad Officium Minoris Pœnitentiarii electum minime duxerit admittendum, poterit ipſe Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore exiſtens Major Pœnitentiarius illius examinationem tantiſper ſuſpendere, donec facta quamcitius nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Admiſſi nonniſi a majori Pœnitentiario dimiti poſſunt.

Qui vero ad Officium Minoris Pœnitentiarii hujuſmodi ſemel admiſſi fuerint, ab eodem officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio prædicto diſcedere non poterunt abſque licentia dicti Cardinalis Majoris Pœnitentiarii nunc, & pro tempore exiſtentis qui pro data ſibi a Domino prudentia, licentiam hujuſmodi, inſtante Præpoſito Generali prædicto, negare non debebit, niſi ex juſtis cauſis, quas eo caſu, prout etiam quoties eidem ſummo Pœnitentiario videretur, aliquis ex prædictis Pœnitentiariis, diſſentiente eodem Præpoſito Generali removendus, Nobis, ſeu pro tempore exiſtenti Rom. Pontifici referet, Apoſtolica mandata hac in re fideliter executurus.

Quorum, & quo tempore confeſſiones a Pœnitentiariis audiendæ.

Volumus autem, ut memorati Minores Pœnitentiarii in Baſilica dicta reſideant, ibique in ſuæ quique Nationis Confeſſionalibus aſſiſtant, & præſto ſint, ac quorumcumque Chriſtifidelium, ſcilicet propriæ quiſque Nationis primum, & his non extantibus, aliorum etiam quando caſus contigerit, quorum Idiomata calleant, Confeſſiones Sacramentales diligenter audiant bis in die, nempe mane ab initio Matutini uſque ad finem Officiorum divinorum antemeridianorum; & poſt meridiem, ab initio Veſperarum per duas horas continuas: Idque omnes ſingulis majoris hebdomadæ, & intra octavam Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ diebus, nec non in Nativitatis Domini, Pentecoſtes, ſingulis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum Apoſtolorum, ceteriſque omnibus, & ſingulis feſtis anni diebus, præſertim de præcepto, vigiliis etiam conſuetis; præterea ſingulis diebus Veneris menſis Martii, nec non Iubilæorum, & Stationum in eadem Baſilica exiſtentium temporibus, ac inſuper quandocumque id eis ex aliqua cauſa particulari a Superioribus injunctum fuerit, aut charitas Pœnitentiariorum ſuadebit, aut neceſſitas pœnitentium poſtulabit, inviolabiliter obſervent. In ceteris vero ferialibus anni diebus id ſaltem pro tertia eorumdem Pœnitentiariorum parte ſedulo adimpleant. Ab his tamen Rectorem prædicti Collegii excipimus, qui, cum ejus officii cauſa multoties legitime ſit impeditus, prædicto excipiendarum Confeſſionum muneri, prout ſecundum propriam conſcientiam poterit, ſatisfaciet.

Pœnitentiarii quandonam juriſdictioni Cardinalis ſummi Pœnitentiarii; quando etiam Præpoſiti Societatis auctoritati ſubdantur.

Præterea prædictos Rectorem, & Minores Pœnitentiarios in omnibus quidem illis, quæ Pœnitentiarii officium concernunt, juriſdictioni, viſitationi, & coercitioni memorati Nicolai Cardinalis nunc, & pro tempore exiſtentis majoris Pœnitentiarii, ſubjectos eſſe debere decernimus; adeo ut in gravioribus, nonniſi facto prius nobiſcum verbo, & cum Succeſſoribus noſtris, contra eos procedat. In iis vero, quæ ad diſciplinam regularem, regulæ obſervantiam, conſtitutiones, & inſtituta Societatis prædictæ, ac œconomiam, & gubernium rei familiaris pertinent, iidem Rector, & Minores Pœnitentiarii cum univerſa eorum familia memorato Præpoſito Generali Societatis Jeſu immediate ſubjacebunt, reſervata tamen ſuperioritate viſitationi Apoſtolicæ, cui ad noſtrum, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis nutum ſubeſſe, ac peculiares redditaum dicti Collegii rationes reddere debebunt.

Eorum in foro conſcientiæ juriſdictio.

Poſtremo abrogatis in primis facultatibus omnibus Minoribus Pœnitentiariis a Prædeceſſoribus noſtris hactenus conceſſis, eiſdem Minoribus Pœnitentiariis, quamdiu in Collegio manſerint, & officium Minoris Pœnitentiarii exercuerint duntaxat, omnes, & ſingulas facultates pro foro conſcientiæ in particulari Tabella proprio dicti Nicolai nunc, & pro tempore Majoris Pœnitentiarii charactere firmata, & ejuſdem Sigillo munita, juſſu noſtro deſcriptas, ac in libris tam Pœnitentiarii Majoris, quam Collegii dictorum Presbyterorum regiſtrandas, & ulterius in aula ejuſdem Collegii palam exponendas concedimus, & impertimur; eaſque motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine pariter approbamus, & confirmamus.

Eorum item Privilegia.

Nec non omnia, & ſingula privilegia, & gratias, indulta, honores, prærogativas, ac tam quoad ipſorum Minorum Pœnitentiario-

---

(*a*) Ante Purpuram, Nicolaus de Albergatis nuncupatus; poſtquam vero inter Cardinales relatus fuit, annuente Innocentio X., Ludoviſiæ familiæ inſertus, etiam cognomen ſibi adoptavit.

(*a*) De

tiariorum perſonas, quam res pro eorum victu, veſtitu, ſupellectilibus, & libris, totaque ipſorum familia neceſſarias, a contributionibus pro viarum publicarum refectione, ceteriſque oneribus publicis, & aliis rebus quibuſvis, immunitates, & exemptiones, ac libertates quaſcumque Pœnitentiariis minoris gratiæ, ac eorum anteceſſoribus hactenus conceſſa, & conceſſas, & quibus moderni Minores Pœnitentiarii, & Collegium prædictum ad præſens fruuntur, potiuntur, & gaudent, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis concedimus, & impartimur.

Præſentes Literas a quovis defectu vindicat.

Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet cujuſvis gradus, ordinis, dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtant, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, aut alias ſpeciali, & individua mentione digni ſint, in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad præmiſſa vocati, & auditi, & cauſæ propter quas emanarunt, adductæ, verificatæ, vel juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque, quantumvis pia, legitima, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, reſtringi, modificari, infringi, retractari, in controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu ſimili conceſſo, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium diſpoſitionum, & gratiarum revocationibus, reſtrictionibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus etiam per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros, Sedemque prædictam quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac etiam ſub poſteriori data per eos, ad quos pro tempore ſpectabit, eligenda, de novo conceſſas, firmaſque, validas, & efficaces exiſtere, & perpetuo fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Cameræ prædictæ Præſidentes Clericos, alioſque Officiales, & Miniſtros, & ceteros quoslibet quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia diminat.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non tollendo jure quæſito, necnon piæ memoriæ Symmachi, quæ incipit: Non liceat; & Pauli II. aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ, & Cameræ hujuſmodi non alienandis; ac ſimilis record. Pii IV. prædeceſſoris pariter noſtri de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & in libris illius regiſtrandis, ita ut præſentes ibidem præſentari, & regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam univerſalibus editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Societatis, & Collegii prædictorum, aliiſque quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, etiam eidem Societati, illiuſque Præpoſito Generali, & Perſonis quibuslibet, necnon dicto Collegio, & aliis quibuſvis, etiam ſpeciali, & individua expreſſione dignis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, ac innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione expreſſa & individua, ac de verbo ad Verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter inſertis, ſervatis, & expreſſis reſpective habentes, illis

illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Februarii 1659. Pontificatus noſtri anno quarto.

Latifundii Caſtellaris & Cephaliæ emphyteuſis a Capitulo facta favore Antonii Valignani ad tertiam generationem maſculinam, Apoſtolica auctoritate roboratur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Alexand. VII. Lib. IV. an. VIII. pag. 203.

AN. CH. 1662. 15. Sept.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Archidiacono Pennen. & Vicario Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Pennen. in ſpiritualibus Generali; Salutem, & Apoſt. Benedictionem.

Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis: Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno &c. Milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo quinto, quinto Idus Maji anno primo. Et deinde exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Antonii Valignani Laici, infraſcriptarum partium petitio continebat, quod alias Capitulum & Canonici præfati, eorum & Menſæ Capitularis dictæ Baſilicæ conditionem meliorem efficere cupientes, Territoria nuncupata li Caſtellari, & Ceſalia, in diœceſi Pennen. poſita, quibus ab uno Territorium de Baſignana, & ab aliis lateribus Territorium Terræ Planellæ juxta flumen Piſcariæ, & Territorium Civitatis Theatin. necnon petia Terræ appellata la Vicenna di San Pietro, cui ab uno latere dictum Territorium de Baſignana, & ab alio Rivus Fontis dicti Territorii de Baſignana cohærent, ſalvis aliis verioribus confinibus, ad dictam Menſam legitime ſpectantia (*a*), & a Capitulo & Canonicis præfatis de anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimoquarto (*b*) *Facti ſeries.* quondam Joanni Felici etiam Valignano in emphyteuſim ad tertiam generationem maſculinam pro ſe ipſo ejuſque filiis & nepotibus maſculis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis, & non ultra, in perſona dilecti filii Julii ſimiliter Valignani, dicti Joannis Felicis ex Scipione dicti Joannis Felicis filio legitimo Nepotis finiendam, ſub Canone annuo vigintiquinque ſcutorum monetæ Romanæ Apoſtolica auctoritate conceſſa dicto *Præterita emphyteuſis Canon, & conditiones.* Antonio dicti Julii, ut aſſerit, filio legitimo pro ſe ejuſque filiis & nepotibus maſculis legitimis & naturalibus de legitimo matrimonio procreatis & procreandis, ad tertiam generationem ipſius Antonii tantum & non ultra, ab ipſo & ab ejus perſona incluſive ſtatim poſt obitum dicti Julii inchoandam, & per directam lineam maſculinam deſcendendam, & ab ipſo incluſive *Novæ conditiones appoſitæ.* ut ſupra incipiendam; & in defectu generationum, ad duas nominationes ſucceſſorum ex lineis maſculinis legitimis per ipſum Antonium quandocumque ſpecificandis deſcendentium tantum, una cum illorum juribus, membris, ingreſſibus, & regreſſibus, ac pertinentiis ſub annuo Canone quinquaginta ſcutorum ſimilium, reſervato tamen noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ſumptibus & expenſis dicti Antonii infra certum, & forſan ad præſens elapſum tempus impetrando, ac ſub certis aliis pactis & conditionibus, licitis tamen & honeſtis, ac dictæ Menſæ utilibus & proficuis, ac alias prout in ſcripturis publicis deſuper confectis plenius dicitur contineri (*c*), poſſeſſione minime *Preces pro beneplacito Apoſtolico impetrando.* tradita, dederunt & conceſſerunt. Quare pro parte Capituli & Canonicorum, ac Antonii præfatorum aſſerentium dationem & conceſſionem hujuſmodi ceſſiſſe & cedere in utilitatem dictæ Menſæ, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illi pro earum ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune provi-

(*a*) Feudum utrumque Majellanæ Abbatiæ olim fuiſſe attributum patet ex Bulla Eugenii III. quam dedimus Tom. 1. pag. 48., ubi conſule *notam d*. Quocirca eadem Abbatia a Julio III. in Menſam Capitularem translata & ipſa Caſtellaris & Cephaliæ Latifundia pari nexu ad eamdem Baſilicam pervenere.

(*b*) Id conſtat ex Gregorii XIII. Bulla, quam ſuo loco dabimus in additamentis ad noſtram Bullarum Collectionem.

(*c*) Inſtrumentum proſtat in actis Notarii Abinantis *lib.* 10. *pag.* 34.

(*a*) Hæc

Digitized by Google

providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ac Capituli & Canonicorum præfatorum ſingulares perſonas, & Antonium præfatum a quibuſvis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ &c. mandamus, ſi & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, ſervataque forma præinſertarum literarum, nec non Terræ Petiis, & Territoriis hujuſmodi prius coram vobis ſpecificatis, de datione & conceſſione hujuſmodi, & quod illæ in evidentem dictæ Menſæ Capitularis ceſſerint & cedant utilitatem, vobis conjunctim procedentibus, legitime conſtiterit, illas & ſcripturas præfatas approbare & confirmare, eiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicere auctoritate noſtra curetis. Non obſtantibus præfata, aliiſque &c. ac dictæ Baſilicæ etiam juramento &c. quibuſcumque. Volumus autem quod ſingulis vigintinovem annis, durante ſecundo dicta conceſſione, illius renovatio fieri & in primis & ante omnia præſentes, & poſtquam facta fuerint Inſtrumenta ſingulorum renovationum ut ſupra faciendarum, in actis Curiæ Epiſcopalis Pennen. regiſtrari, & antequam ſententia confirmationis hujuſmodi feratur, Monumentum lapideum ſeriem facti denotans in aliqua Territorii Caſtellari & Ceſalia, & Terræ petiorum hujuſmodi parte vobis beneviſa apponi omnino debeat (*a*); alioquin præſens gratia, & inde ſequuta quæcumque nulla ſint eo ipſo; Quodque finita vel deficiente ſecunda dicta generatione, ſeu dicto Antonio abſque nominationibus præfatarum linearum Maſculinarum decedente, aut illas nominando, & poſtea ipſis nominatis decedendo, ſtatim Territoria li Caſtellari ac Ceſalia, & Terræ petia hujuſmodi cum omnibus juribus & pertinentiis eorum, & quibuſvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis, ad dictam Menſam pleno jure revertantur, illique libere cedant (*b*), abſque eo quod renovatio ſecundo dictæ conceſſionis, aut melioramentorum hujuſmodi refectio a quoquam quovis prætextu, & ex quavis cauſa peti, ſeu prætendi poſſit, ſeu debeat.

Pontifex Judicibus delegatis auctoritatem confert.

Conditio a Pontifice injuncta.

Alia item conditio.

Deficiente linea, Bona ad Baſilicam redeant.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno &c. milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo, decimoſeptimo Kalendas Octobris, Anno octavo.

Inſtante Capitulo Baſilicæ S. Petri decernit, ut aurei mille, qui pro Beatorum Canonizationis Decreto, ac aurei quingenti, qui pro Beatificatione erogantur, in uſum Sacræ Supellectilis, qua ejuſdem Baſilicæ Sacrarium quotidie utitur, erogentur.

Ex Apographo in Archiv. Baſil. Capſ. 39. Faſc. 329.

AN. CR. 1659. 27. Sept.

BEATISSIMO PADRE.

Franceſco Maria Scotti umiliſſimo Servo della Santità Voſtra, e Canonico Sagreſtano Maggiore della Baſilica di San Pietro, proſtrato a' piedi di Voſtra Beatudine umilmente le rappreſenta l' eſtremo biſogno, della medeſima Sagreſtia, la quale neppure ha baſtevole aſſegnamento per ſupplire alle ſpeſe ordinarie de' Salariati, e Cere. Supplica pertanto l' immenſa pietà di Voſtra Beatitudine, che ſi degni di provederla di qualche ſuſſidio, che ſuppliſca in avvenire al biſogno ſudetto, acciocchè eſſa poſſa ſomminiſtrare al gran numero de Sacerdoti confluenti, e de' proprj Prebendati Supellettile decente, e non incongrua alla magnificenza di sì eccelſo Tempio. Che con tutto il Capitolo, e Clero pregherà inceſſantemente Dio Benedetto, e il glorioſo S. Pietro per la ſalute ſpirituale, e temporale della Santità Voſtra.

Capituli preces.

Quam Deus &c.

BEATISSIME PATER.

Crederem, ſi Sanctitati Veſtræ viſum fuerit, ſequenti Decreto in acta Sacræ Congregationis referendo, ſatis ſuperque Vaticanæ Sacriſtiæ indigentiis conſultum fore, nempe, quod S.V. prout ſummum cum dignitate, tum pietate Pontificem decet, tum ob ſingularem ſuam decoris domus Dei dilectionem, potiſſimum vero ſollicita, ut Baſilica Vaticana, quo par eſt tantæ molis, ſacræ etiam Supellectilis nitore reſplendeat,

Secretorii votum ac relatio.

[*a*] Hac in re ſervandam præcipit S. Pii V. Conſtitutionem de Baſilicæ inſigniis apponendis, quam ſupra retulimus pag. 73.

[*b*] Poſt varios caſus, & multa litium diſcrimina, utrumque Latifundium ad Menſam Capitularem tandem rediit. Nondum tamen a Valignana familia penitus excidit; quippe an. 1692. nova emphyteuſis fuit inſtituta cum Jo. Baptiſta Valignano, quæ adhuc perſeverat. Videſis Inſtrumentum penes acta Abinantis *lib. 19. pag. 716.*

(*a*) De

deat, poſtquam Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ Sacras Veſtes, & ſane ornatiſſimas in Canonizatione Sancti Thomæ de Villanova adhibitas, innata ſua munificentia, & in Baſilicam ipſam Vaticanam præcipua religione elargitus eſſet (a), volens præterea in futurum Sacriſtiæ ejuſdem indigentiis identidem religioſe conſulere, mandet, ne imposterum Secretarius pro tempore Congregationis Sacrorum Rituum Decreta Beatificandorum, & Canonizandorum, quæ ab ipſa Congregatione in fine cauſarum eduntur, in acta S. Congregationis referat, neque evulget, aut ſub quovis prætextu Procuratoribus, & Poſtulatoribus Cauſarum, vel aliis quibuſcumque conſignet, niſi docto ſe Sacriſtis Majoribus præfatæ Baſilicæ conſignaſſe ſacram ſupellectilem veri valoris aureorum mille pro canonizando, quingentorum vero ſimilium pro beatificando, nempe in tot Planetis, Stolis, Manipulis, ac Burſis Corporalium, vel Albis, Amictibus ad uſum Miſſarum privatarum, quæ dietim in dicta Baſilica celebrantur, aut in tot Pallis, & Altarium Tobaleis pariter ad ſimilem uſum adhibendis (b): Et quidem prædictis arbitrio Sacriſtarum Majorum prædictorum præſtandis, quorum proinde curæ Sanctitas Veſtra demandet, ut quæ magis pro tempore Eccleſiæ ſervitium exiget, Procuratorum Cauſarum indicent. Secretarius vero Sacræ Congregationis, Sacriſtas admoneat, & quod prædicta feſtine impleantur invigilet. Die 27. Septembris 1659.

Fiat Alexander Papa VII. *Pontificis decretum.*

Franciſcus Maria Phœbeus Sac. Rit. Cong. Sec.

A tergo.

Alla Santità di N. Signore Aleſſandro VII. Monſig. Febei ne parli.

Il Patriarcha di Conſtantinopoli Secretario. Per la Sagreſtia di S. Pietro.

Et quia Ego Joſeph Balduinus Presb. Rom. Pub. Dei gratia, & Apoſtolica auctoritate Not. & Archivi SS. Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe Cuſtos hoc præſens ſumptum ex ſuo originali in Actis Sacræ Rituum Congregationis inſerto extraxi, cum quo facta collatione in omnibus concordare reperi, meliori ſemper ſalva &c. Ideo hic me ſubſcripſi requiſitus, hac die prima Auguſti 1661.

CLE-

(a) De harum veſtium donatione, earumque nobilitate extat in Archivo Baſilicæ ſequens monumentum, quod ex Capſ. 39. Faſc. 239. integrum exſcribimus:

Monſig. Ambrogio Landucci Veſcovo di Porfirio noſtro Sacriſta conſegnerete a Monſignor Febbei Canonico Sagreſtano Maggiore della noſtra Baſilica di S. Pietro la Dalmatica, e Tonicella de' Greci con il reſiduo de' Paramenti di ſopra di argento, e ricamati parimente di argento ora eſiſtenti nella noſtra Sagreſtia Apoſtolica, e ſerviti nella ſolenne Canonizatione di S. Franceſco di Sales; di qualunque anche eceſſivo valore che ſiano, o poteſſero eſſere. li quali di noſtro moto proprio, certa ſcienza, o pienezza della noſtra poteſtà Apoſtolica doniamo irrevocabilmente per donazione, che dice farſi tra vivi, al Capitolo, o Sagreſtia di detta noſtra Baſilica di S. Pietro. Volendo, che la preſente noſtra donazione vaglia colla ſola ſottoſcrizione del preſente noſtro Chirografo, e debba ſempre & in ogni tempo avere il ſuo pieno effetto, ancorche non v'intervenga ſtipolazione di contratto, o altra ſolennità, anche ſuſtanziale, ed inſinuazione, che foſſe neceſſaria in ſimile donazione, tanto per ragione commune, quanto municipale; e benche il preſente noſtro Chirografo non ſia ammeſſo ne regiſtrato nelli Libri della noſtra Camera, che tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Non oſtanti le Coſtituzioni di Pio IV. de regiſtrandis, di Simmaco, Paolo II., Paolo IV., ed altri Pontefici de rebus Eccleſiæ non alienandis, e qualunque altra coſa, che faceſſe in contrario; alle quali tutte avendo il loro tenore qui per eſpreſſo a ſufficienza, per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Dato nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Caſtel Gandolfo, queſto di 20. Ottobre 1665.

ALEXANDER PAPA VII.

(b) Hodie loco Sacræ Supellectilis, pecunia traditur, non in alios uſus, quam quos Decretum præſcribit, eroganda.

CLEMENS IX.

Poſt mortem Alexandri VII. die 22. Maji 1667. & Interpontificium dier. 29. circa hor. 22. diei 20. menſis Junii eligitur Julius Roſpilioſius Piſtorienſis. Hic nomine aſſumto Clementis IX. ac 24. ejuſdem menſis die feſto S. Joannis Baptiſtæ coronatus (*a*), poſt dies decem, nempe 4. Julii ad Lateranenſem Baſilicam procedit (*b*). Sedet annos 2. menſes 5. dies 19. moritur 1669. die 9. Decembris.

Juriſdictionem confert Archipresbytero Carolo Barberino quam Paulus III. & Pius IV. Alexandro Farneſio; Sixtus V. Evangeliſtæ Pallotto; Paulus V. Scipioni Burgheſio; & Urbanus VIII. Franciſco Barberino contulerant (*c*).

Ex authentico exemplo Arch. Baſil. Vatic. Faſc. 21. n. 16.

AN. CH. 1667. 19. Sept.

AD futuram rei memoriam. Cum ex debito paſtoralis Officii omnium Eccleſiarum indemnitati, utilitati, ac bono regimini ſalubriter conſulere teneamur: tum vero ad venerandam Sanctamque Principis Apoſtolorum in alma Urbe noſtra Baſilicam eo diligentiori ſtudio aciem dirigimus noſtræ mentis, quo & illa dignitate, & præſtantia cæteris antecellit, & noſter ſingularis, quem gerimus erga eumdem B. Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus, ſinceræ devotionis affectus id impenſius requirit. Quare ejuſdem Baſilicæ, ac dilectorum filiorum illius Capituli, Canonicorum, & miniſtrorum commodis, ac Jurium conſervationi, ac ne ad diverſa Tribunalia perſonæ præfatæ trahantur, earum quieti, ac litium diſpendio providere cupientes, ac proinde de integritate, prudentia, & circumſpectione dilecti filii noſtri Caroli Barberini S.R.E Diac. Cardinalis nuncupati, cui nuper Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ tunc per ceſſionem V. Fratris noſtri Franciſci Epiſcopi Oſtienſis, & Velitern. Card. Barberini nuncupati Sacri Venerabil. Fratrum ejuſdem S.R.E. Cardinalium Collegii Decani, ac S.R.E. prædictæ Vicecancellarii, de illo, quem tunc in Commendam ex conceſſione Apoſtolica obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacantem, ad vitam Commendavimus, plurimum in Domino confidentes; Motu proprio non ad Caroli Cardinalis, vel Capituli, aut Canonicorum præfatorum, aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas Juriſdictiones, poteſtates, privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, indulta, auctoritates, & facultates per ſel. rec. Paulum tertium, Pium IV., Sixtum V., & Paulum etiam V., & Urbanum VIII., & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros bon. mem. Alexandro Oſtien. Card. Farneſio, & ſucceſſive Evangeliſtæ Portuen. Epiſcopis, Card. Cuſentin. ac Scipioni Card. Burgheſio reſpective nuncupat. necnon dicto Franciſco Epiſcopo Card. alias tanquam dictæ Baſilicæ Archipresbyteris &c. (*d*)

Præſtantia Vat. Baſilicæ.

Archipresb. ejuſ. Baſil. privilegia

Eadem Carolo Card. Barberino collata.

Qualia a Prædeceſſoribus conferebantur.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 19. Septem. 1667. Pontificatus noſtri anno primo.

INNO-

(*a*) Mos invaluerat in Pontificali Rom. deſcriptus, ut die Dom. ſeu ſolenniori alio conſecraretur Pontifex. Dies ſcilicet S. Joan. Bapt. in feriam ſextam incidit eo anno.

(*b*) Erat feria quarta: neque enim Dominicum, aut ſolemnem diem proceſſio iſta exigit, ex quo cœpit ſeorſim fieri a Coronatione.

(*c*) Privilegia hic memorata, quæ juriſdictionem continent Archipresb. habes pro Alexandro Farneſio *To. 2. pag.* 437. *& ſeqq.* & *To. 3. pag.* 45. Pro Cardin. Pallotto *To. 3. pag.* 154. Et pro Scipione Card. Burgheſio *To. 3. pag.* 224. Duo autem hæc poſtrema, Sixti videlicet V. an. 1589. & Pauli V. 1620. iiſdem omnino verbis concepta ſunt, nomine tantum Archipresb. mutato. Perinde eſt de privilegio Franciſco Barberino Urbani VIII. Caroli fratris filio conceſſo an. 1631. quod proinde prætermiſimus. Haud diſſimile aliud nunc edimus conceſſum Carolo Thaddæi Præfecti Urbis, Franciſci & Antonii Cardinalium fratris germani filio, ſed quatenus Archipresbyteratum vacantem ex dimiſſione patrui obtinuit. Nam cætera ex laudatis duobus privilegiis ſuppetunt. Id notatu dignum, quod ab an. 1543. quum Paulus III. Nepoti Alexandro juriſdictionem hujuſm. conceſſit; poſt annos 125. ipſiſſimam Clemens IX. concedit Carolo Barberino. Poſt hujus autem obitum die 11. Octobris 1704. Franciſcus Card. Nerlius a Clem. XI. ac demum Hannibal Card. Albanus 1712. ab eodem privilegium obtinuerunt aliquanto anguſtius, ut patebit ex hoc poſtremo, quod referam ſuo loco.

(*d*) Cætera petenda ex locis ſupra laudatis: ſi enim Archipresbyteri nomen & variantem verbi alicujus lectionem excipias, omnia cætera conveniunt inter ſe.

(*e*) In-

INNOCENTIUS XI.

Clementis IX. mortem ſequuta eſt vacatio ſedis diuturna menſium 4. dier. 20. Aprilis autem 29. 1670. Æmilius Alterius, dictus Clemens X. eligitur, die Dom. 11. Maji coronatur, Lateranum adit die item Dom. 8. Jun. ſedet an. 6. m. 2. d. 23. decedit, die 22. Julii 1676. ac vacat ſedes menſes duos. Tum die 21. Septembris Benedictus Odeſcalcus Comenſis electus, dici voluit Innocentius XI. (*a*) Coronatus die Dom. 6. Octob. (*b*) Lateranum petiit ſolido poſt menſe die 6. Novembris (*c*). Oppetiit mortem anno 1689. die 12. Auguſti hora 21. & trib. quadr. quum ſediſſet annos 12. menſ. 10. dies 22.

Confirmatio Decreti Rmi Capituli de conferendis omnibus beneficiis cum cura, & ſine cura vacan. intra limites Abbatiæ S. Ruſilli per Canonicum hebdomadarium in ſubditos ejuſd. Abbatiæ, ſi reperiantur idonei, excluſis exteris.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1678. 25. *Febr.*

Benef. curata, & non curata Abbatiæ S. Ruſilli

AD perpetuam rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod cum quorumdam perpetuorum cum cura, & ſine cura beneficiorum Eccleſiaſticorum intra limites Juriſdictionis Monaſterii Abbatiæ nuncup. S. Rufilli Terræ Fori Pompilii nullius dioec. (*d*) Provinciæ Ravennaten. eidem Baſilicæ Apoſtolica auctoritate perpetuo, ut aſſeritur, uniti conſiſtentium, dum pro tempore vacant collatio, ceſſantibus tamen reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis canonice ſpectet ad Capitulum, & Canonicos ipſius Baſilicæ pro tempore exiſtentes, qui illa turnatim per hebdomadas conferre conſueverunt (*e*), ipſi exponentes die XXII. Novembris proxime præteriti capitulariter congregati, ut ſubditorum dicti Monaſterii commodis conſulerent, eoſque ad clericalium virtutum, atque miniſteriorum ſtudia propoſitis præmiis incitarent, decreverunt, ut beneficia hujuſmodi in poſterum per Hebdomadarios Clericis Monaſterio prædicto ſive illius Juriſdictioni ſubditis, quando reperirentur idonei, excluſis exteris, conferrentur, & alias prout plenius continetur in eorum decreto Capitulari deſuper emanato tenoris qui ſequitur, videlicet: *Fidem facio per præſentes Ego Notarius publicus, & ad Curam Archivii Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe deputatus infraſcriptus, qualiter in libro decretorum Capitularium ejuſdem Sacroſanctæ Baſilicæ folio 90. inter cetera legitur ut infra videlicet: Die XXII. Novembris MDCLXXVII. fuit Capitulum, & intervenerunt RR. DD. Joſephus Maria Suareſius Epiſcopus olim Vaſionen. Vicarius, Neſtor Rita Archiepiſcopus Sebaſten. Franciſcus Maria Scottus, Thomas Vanninus, Joannes Vincentius Arata, Alexander Caſalius, Ludovicus Lentius, Bonamens de Auguſtinis, Marius Columna, Michael Angelus Zaccaria, Leonardus Marſilius, Julius Riccius, & Marcus Antonius Mareſcottus omnes Canonici ſupradictæ Sacroſanctæ Baſilicæ Capitulariter congregati decreverunt, quod quacumque beneficia curata, & non curata vacantia in*

Ex decreto Capitulari conferenda Clericis loci.

Decreti ejuſdem verba ipſa recitantur.

(*a*) Innocentius X. Cardinalem creaverat an. 1645. grati animi ergo ejus nomen ſibi aſcivit.

(*b*) Ex vetuſto Majorum more, quum Pontifex dignitate Epiſcopali fulgens ante electionem, benedicitur tantum, & Coronatur, ſolemne Sacrum ipſe facit. Nihilominus Innocentius quum privatam Miſſam celebraſſet, eſt Coronatus. Ciamp. *de Parco Ma.* & Diat.

(*c*) Nil mirum, hunc præcipue diem S. Caroli feſtivitati dicatum a Paulo V. qui ſtrenuum illum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ vindicem Sanctorum Canoni adſcripſerat ante annos 66. videlicet 1610. ab aſſertore item maximo Diſciplinæ Innocentio delectum eſſe: licet in feriam quartam eo anno incideret. Vitæ ejus integritas, atque infracta conſtantia in rebus arduis nulli ignota.

(*d*) Huc revocanda quæ ajebam hoc volum. *p.* 239. *not. b.* Hunc enim locum illuſtrant, eademque hinc maxime illuſtrantur.

(*e*) Multa jam dicta de Collationis diſciplina. Conſulendus Index, qui omnia ſimul colligit, manuque lectorem ducit, ut tuto eadem noſcat.

tia in Abbatia S. Ruphilli Foropompilien. conſerantur in poſterum per DD. Hebdomadarios illis de eadem Diœceſi, quando reperiantur idonei, excluſis exteris, unde iidem de diœceſi gaudeant in clericatu profeciſſe, & inde ſervitium Eccleſiæ, & decus Abbatiæ augeantur. In quorum &c. Dat. hac die xiij. Januarii MDCLXXVIII. Ita eſt Joſephus Balduinus presb. Romanus publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & ad curam Archivii Sacroſanctæ Baſilicæ S. Petri deputat. &c. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dilectus filius noſter Carolus Barberinus S.R.E. Cardinalis Carolus nuncupatus dictæ Baſilicæ Archipresbyter non ſolum decreto hujuſmodi conſenſerit; ſed etiam dictis Exponentibus ſignificaverit, gratum ſibi fore, ſi etiam ipſius nomine confirmatio ejuſdem Decreti a nobis & hac Sancta Sede obtineretur: Nobis propterea dicti Exponentes & ejuſdem Cardinalis Caroli, & Archipresbyteri nomine humiliter ſupplicari fecerunt, ut pro decreti hujuſmodi in divini ſervitii incrementum vergentis perpetua firmitate, & ne unquam ab ullis Capitularium tam præſentium, quam futurorum illius obſervantia ſub prætextu, quod illo non ligentur, ſeu quod illi non conſenſerint, aut ex alio quocumque titulo, & capite etiam validitatem, & juſtitiam ipſius Decreti concernente, in controverſiam vocari poſſit opportune ſibi in præmiſſis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Carolum Cardinalem & Archipresbyterum, ac Exponentes præfatos ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, ipſorumque Exponentium ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Decretum Capitulare præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſeu interveniſſe dici, cenſeri, vel prætendi poſſent, ſupplemus, ipſumque Decretum a præfatis modernis, & pro tempore exiſtentibus Archipresbytero, ac Capitulo, & Canonicis Baſilicæ prædictæ, eorumque ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari debere. Præſentes vero litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari decernimus. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Baſilicæ, aliiſve quibuſvis etiam juramento &c. in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Archipresbyter illud probaverat

Capitulum nomine etiam Archipresb. confirmari petit a Pontifice.

Auctoritate Apoſtolica confirmatur.

Obſtantia quæcumque removentur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Februarii 1678. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Canonicor. Capitulariter congregator., necnon Camerarior., & Secretarii ſeorſim ab irregularitate in cauſis criminalibus Monaſterior. Menſæ adnexorum diſpenſationem confirmat, & extendit ad Congregationem peculiarem, & Vicarium Baſilicæ.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1688. 28. *Aug.*

Expoſitio Canonicor. circa Abbatias unitas menſæ.

Eorumdem antiqua petitio Urbano VIII. facta.

AD futuram rei memoriam. Alias fel. rec. Urbano PP. VIII. prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentium Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe expoſito, quod cum eorum Menſæ Capitulari diverſa Monaſteria Abbatiæ nuncupata juriſdictionem, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, tam in Civilibus, quam Criminalibus annexam habentia, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros unita reperirentur, illorumque occaſione negocia, & cauſæ criminales etiam ſanguinis ſæpe tractanda venirent: idcirco quo Canonicorum ipſius Baſilicæ, ac aliorum, ad negocia, & cauſas hujuſmodi cognoſcenda per Capitulum prædictum pro tempore deputandorum, conſcientiæ ſecuritati conſultum eſſet, per ipſum Urbanum prædeceſſorem opportune provideri ſummopere deſiderabant,

bant; Idem Urbanus prædeceſſor ſupplicationibus dictorum Capituli, & Canonicorum nomine ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus, ejuſdem Baſilicæ Capitulo, & Canonicis Capitulariter congregatis, necnon Canonicis Camerariis, & Secretario dumtaxat tunc, & pro tempore exiſtentibus, ut ipſi, eorum munere hujuſmodi durante, & occaſione juriſdictionis Monaſteriorum prædictorum tantum, ſe ſe in negociis, & cauſis criminalibus quibuſcumque quoties opus fuiſſet immiſcere, ac in eis conſilium, mandata, & juſſiones, tam verbo quam in ſcriptis dare, & debitæ executioni demandare, ſeu demandari facere, etiamſi ſanguinis effuſio, membrorumque mutilatio, ſeu etiam mors inde ſequeretur, libere, & licite, ac abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, aut irregularitatis, ſeu cujuſvis alterius pœnæ, vel cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu poſſent, & valerent; dummodo tamen a ſententia in cauſa ſanguinis per ſe ipſos ferenda omnino abſtinerent, Apoſtolica auctoritate conceſſit, & indulſit, & alias prout in ipſius Urbani prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die XVIII. Aprilis MDCXXVIII. expeditis (a) quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, ſicut dilecti filii moderni Capitulum, & Canonici dictæ Baſilicæ nobis nuper exponi fecerunt, nonnullis abhinc annis pro meliori eorumdem Monaſteriorum regimine, eorumque negotiis utilius pertractandis a dilecto filio noſtro Carolo S.R.E. Cardinali Barberino nuncupato ſupradictæ Baſilicæ Archipresbytero provide inſtituta fuerit quædam particularis Congregatio nonnullorum Canonicorum ipſius Baſilicæ, negotiis Monaſteriorum hujuſmodi ſpecialiter præpoſitorum, ſtatis diebus haberi conſueta, & in eadem Congregatione intereſſe etiam ſoleat Vicarius pro tempore exiſtens prædictæ Baſilicæ; vereantur tamen ipſi exponentes, ne prædictum indultum ab eodem Urbano Prædeceſſore, ſicut præmittitur, conceſſum, perſonis in dicta Congregatione, ut præfertur, intervenientibus, & juxta formam litterarum ipſius Urbani prædeceſſoris identidem non qualificatis minime ſuffragetur: Nobis propterea exponentes præfati humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem exponentes ſpecialibus, favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, indultum a præfato Urbano prædeceſſore per ſuas litteras prænarratas, quoad ejuſdem Baſilicæ Capitulum, & Canonicos capitulariter congregatos, necnon Canonicos, Camerarios, & Secretarium dumtaxat conceſſum, ut præfertur, ad memoratæ Baſilicæ Vicarium, nunc, & pro tempore exiſtentem, necnon Canonicos Congregationis præfatæ, negotiis Monaſteriorum hujuſmodi præpoſitæ tam de præſenti deputatos, quam quos pro tempore deputari continget, ſervata tamen earumdem litterarum forma, & diſpoſitione, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, & ampliamus: non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Conceſſio ejuſdem Pontificis.

Nova eorum petitio ob res mutatas.

Ut ſcilicet Privil. antiquum extendatur.

Extendit ad Vicarium & Congregationem peculiarem.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 28. Auguſti 1688. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

ALE-

(a) Has literas cum ſubjectis notis habes ſupra *pag.* 239. eas conſuleſis.

(a) In-

ſtaret a primo, & Altare de Lapide Sacro, mappis, candelabris, cunctiſque aliis ſacris ſupellectilibus, ad Sacroſancti Miſſæ Sacrificii celebrat. neceſſariis provideri. Die vero 7. Auguſti 1690. rurſus viſitari fecit præfatum Oratorium. Cumque Eminentiæ ſuæ relatum fuerit inventum eſſe decentibus, picturis undequaque exornatum, ſuperadditum novum laqueare in præſcripta diſtantia ab eo, quod extabat, Altare omnibus ſacris ſupellectilibus cum ad uſum, tum ad ornatum ſufficienter inſtructum, licentiam inibi celebrari faciendi Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium pro dictorum Alumnorum, & illis inſervientium commoditate arbitrio Eminentiæ ſuæ duraturam, ſervata cæteroqui forma in præſentibus literis Apoſtolicis expreſſa, & non alias, eiſdem Alumnis benigne tribuit, & impertitus eſt. Hac die xi Auguſti 1690.

Locum recognoſci Archipresbyter mandat.

Invento ſatis apto petita concedit.

Card. Carolus Barberinus Archip.

INNOCENTIUS XII.

Emortualem diem Alexandri VIII. 1. Febr. 1691. excepit vacatio ſedis admodum diuturna, quinque videlicet menſium, dierum 12. nec niſi 12. Jul. Antonius Pignatellus Neapolitanus electus, ſibi nomen adſcivit Innocentii XII. Proximo die Dom. 15. Julii coronatus, ad Lateranenſem Eccleſiam non proceſſit, niſi nono inde menſe (*a*), ſequentis nimirum anni 1692. die 13. Aprilis. Summa cum laude adminiſtravit Eccleſiam annos 9. menſ. 2. dies 15. obiit ſupremum diem 27. Septemb. an. 1700.

Emtio duar. unciar. aquæ pro aliquot Domibus in via Julia ad Capitulum ſpectantibus, ex Chirographo Pontificis, pro Sc. 400.

Ex Inſtrum. authent. ap. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CR. 1693. 29. April.

IN Nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimotertio, Indictione prima, die vero vigeſima nona menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in eodem Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno ejus ſecundo: Illmus & Remus Dominus Alphonſus Litta Rev. Cam. Apoſtolicæ Clericus, & Aquæ Paulæ Deputatus mihi Secretario, & Cancellario dictæ Cameræ cognitus, in executionem Chirographi per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Dominum Innocentium Divina Providentia PP. XII. ſub die 26. Auguſti proxime præteriti ſignati, Dominationi Suæ Illmæ directi in plena Camera admiſſi, & regiſtrati, mihique Secretario, & Cancellario prædicto conſignati tenoris ſequentis videlicet: *Monſignor Alfonſo Litta Chierico della noſtra Camera, e Deputato dell' Acqua Paola (b). Avendoci fatto ſupplicare il Capitolo della Sacroſanta Baſilica di S. Pietro per la vendita di once due dell' acqua ſudetta per ſervizio di alcune ſue Caſe poſte in ſtrada Giulia di queſta noſtra Città di Roma, e volendogliene Noi fare la grazia, come in appreſſo. Quindi è che col preſente Chirografo vi ordiniamo, che depoſitandoſi dal detto Capitolo nel Banco di S. Spirito a credito del Condotto di detta Acqua ſcudi quattrocento moneta, in nome noſtro, e della noſtra Camera, vendiate, ſiccome Noi vendiamo al detto Capitolo in perpetuo le dette once due d' Acqua alla miſura ſolita per il prezzo ſudetto, da pigliarſi nel Condotto Camerale poſto in detta ſtrada Giulia e altri luoghi, che voi ſtimerete più comodo, con facoltà di poter fare il Bottino in luogo, che da voi ſe li preſcrive-*

Inſtrumentum ſuper Chirographo Pontificio.

Chirographi ejuſd. recitatio.

(*a*) Conſtitutiones non paucæ novem iis menſibus editæ, aliaque Summi Pontificatus munera vulgarem poſſeſſionis opinionem penitus evertunt.

(*b*) Paulus V. pervetuſtum aquæductum a lacu Sabatino, nunc Brachiani, ſeu Anguillariæ ſeu ex variatum ſcaturiginum collectione aquam ſuo nomine Paulam appellatam Transtiberim duxit. Nardin. *lib.* 8. *cap.* 4. Alſietinam putat Martinellus: ad rem autem noſtram *Ro. Sac. pag.* 34. *& ſeqq.* fontes enumerat ex aqua iſta exilientes: *Unus*, ajens, *ante Templum S. Petri Montorii. Alius præ foribus Ptochotrophii S. Sixti in capite viæ Juliæ. Duo in platea Farneſiorum ſumptuoſiſſimi. In platea Vaticana mirabilem Paulus V. excitavit: ex ea ingens, argenteus, ac ſpumiger fluvius erumpere, & ad æthera ſe tollere videtur. Alius in area S. Jacobi Coxæcaballi; & ultimus in capite novi veteriſque Burgi arcem Hadriani reſpiciens.* Hæc de aqua Paula.

(*a*) Lit-

ſcriverà; e ſopra di ciò ne ſtipolerete l' Iſtromento per gli atti del Galloppi uno de' Segretarj della noſtra Camera, e Notaro di detta Acqua, colle ſolite, e requiſite clauſole, eſſendo così mente, e volontà noſtra eſpreſſa, non oſtante la Bolla di Paolo V. noſtro Predeceſſore ſopra l' amministrazione di detta Acqua, e la proibizione fatta in eſſa di fare ſimili vendite, & altre coſe, che faceſſero in contrario (eccettuata ſolamente la Bolla di Pio IV. de regiſtrandis, *quale vogliamo, che venga oſſervata) uſi, ſtili, riforme, e conſuetudini, alle quali per queſta volta ſolamente all' effetto ſudetto pienamente deroghiamo. Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 26. Agoſto 1692. Innocentius Papa XII.*

Idem Chirograp. in Camera apoſtol. exhibitum. *Die Veneris tertia Octobris 1692.* Retroſcriptum Chirographum Sanctiſs. in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum fuit, illudque commiſſum Illmo, & Remo Domino Nunez dictæ Cameræ Clerico, & Judici, deindeque ſub die lunæ ſexta dicti menſis, & anni citato deſuper Illmo, & Remo Domino Ferdinando Nuptio ejuſdem Cameræ Commiſſario Generale, referente dicto Illmo Domino Nunez admiſſum, & regiſtratum fuit in libro Signaturarum Sanctiſs. ſub folio 60., ſponte &c. ac omni alio meliori modo &c vendidit, & alienavit, ac titulo puræ, & perfectæ venditionis ceſſit, & conceſſit &c. Illmis, & Remis Capitulo, & Canonicis Baſilicæ S. Petri duas uncias Aquæ Paulæ, & ex cauſa, & titulo venditionis hujuſmodi ceſſit *Duæ unciæ aquæ Pauiæ veneunt Capitulo.* eiſdem omnia Jura &c. nullo Jure &c. ad habendum, & fruendum, prout de re ſimili, ponens &c. transferens &c. pro dicta quantitate Aquæ, & non ultra &c. ac conſtituens &c. & donec &c. conſtituit &c. omni &c. Hanc autem venditionem idem Illmus, & Remus Dominus Alphonſus Litta præinſerti Chirograhi vigore fecit, ac facere declaravit favore dictorum Remorum Capituli & Canonicorum S. Petri abſen., pro eis præſente perilluſtri, & Adm. R. D. Petro Severo, eo quia idem Dominus Petrus Severus exhibuit, ac mihi tradidit, & conſignavit cedulam Depoſiti ſcutorum quatuor centum facti ad formam dicti Chirographi in Banco S. Spiritus ad creditum Conductus dictæ Aquæ Paulæ tenoris ſequentis videlicet: *Si è dato credito nel Banco di S. Spi-* *Pretium venditionis ſc. 400.* *rito di Roma al Condotto dell' Acqua Paola di ſcudi trecento moneta riſcoſſi dal Sagro Monte di Pietà con ordine dell' Illmo Signor Canonico Camillo Mugiaſca de' denari, che erano in conto all' Illmo, e Remo Capitolo di S. Pietro in conto degli eccetti, diſſe in conto di ſc. 400. prezzo di once due dell' Acqua Paola venduta a detto Remo Capitolo per le Caſe poſte in ſtrada Giulia queſto dì 16. Marzo 1693. per ſc. 300. m. Vincenzio Guerrieri Caſſiere. Giuſeppe Pacini Computiſta. E a detto ſcudi cento moneta riſcoſſi da Palazzeſchi con ordine, come ſopra, diſſe per reſto delli ſcudi 400. prezzo della ſudetta Acqua Paola ſcudi 100. Vincenzio ſudetto. Giuſeppe Pacini Computiſta.* Et propterea etiam idem Illmus, & Remus Dominus *Ratihabitio præd. venditior.* Litta promiſit ad formam dicti Chirographi apponi facere fiſtulam ad omnem requiſitionem ejuſdem Capituli in locis neceſſariis, omni meliori modo &c. Promittens, hujuſmodi venditionem ſemper, & perpetuo fore bonam, validam, & legitimam, ac bene, & legitime factam, & pro tali manutenere, contraque non facere &c. ſub quovis prætextu &c. alias &c. & ſic tactis &c. juravit &c. Super quibus omnibus, & ſingulis petitum fuit a me dictæ Cameræ Apoſtolicæ Secretario, & Cancellario infraſcripto, ut unum, vel plura, publicum, ſive publica conficerem, atque traderem Inſtrumentum, & Inſtrumenta, prout opus fuerit, & requiſitus ero. Actum Romæ in Palatio dicti Illmi D. Alphonſi Littæ, præſentibus ibidem, audientibus, & intelligentibus perilluſtri, & Admodum Excellente D. Philippo Antonio Roccatano fil. quon. Bernardi de Aquaſanta Aſculanæ Diœceſis, & D. Antonio Rinaldo filio Joannis Mediolanen. teſtibus vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

Eadem die vigore ſupradicti Inſtrumenti, *Appoſitio fiſtulæ e regione Carcerum.* ac de ordine & mandato prædicti Illmi, & Rmi D. Alphonſi Littæ cum præſentia & aſſiſtentia Illmi D. Abb. Ludovici Piccini dictæ Aquæ Secretarii, ac D. Equitis Caroli Fontanæ Architecti, in Conducto dictæ Aquæ poſito in via Julia, & e conſpectu Carcerum novorum fuit appoſita fiſtula, juxta ſolitum, omni &c. Actum Romæ in dicta Via Julia, & loco prædicto, præſentibus ibidem, audientibus, atque intelligentibus D. Placido de Comitibus filio Joannis Rom. & Joſepho Fortuna qu. Franciſci Comen. Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

Ego Aſtulphus Galloppus Rev. Cameræ Apoſtolicæ Secretarius, & Camerarius, de præmiſſis rogatus præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi ſup. &c.

Decretum Congregationis ſpecialiter deputatæ ſuper reformatione Indultorum eximentium a ſervitio nonnullos Canonicos, & Beneficiatos Urbis.

Ex Collect. Bullar. Conſtitut. &c. Inn. XII. pag. 262.

AN. CH. 1693. 8. Maji.

Congregatio Card. & Prælator. inſtituitur ad moderanda Indulta.

SAnctiſs. D. N. Innocentius Papa XII. ad cujus notitiam pervenit, ſervitium Baſilicarum, & Collegiatarum Eccleſiarum Urbis valde diminui propter Indulta concedi ſolita nonnullis illarum Canonicis, & Beneficiatis quocumque nomine nuncupatis, vel ratione munerum, quibus funguntur, vel cauſa ſtudii, cum exemptione ab hujuſmodi ſervitio, & cum privilegio lucrandi fructus, & diſtributiones etiam quotidianas, tametſi iiſdem Eccleſiis non inſerviant, deputavit particularem Congregationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Carpinei, Mareſcotti, de Nortfolch, Colloredi, & Panciatici, necnon Illuſtriſſimorum DD. Sperelli, Altoviti, Pallavicini, & Sacripantis, qui & ejuſdem Congregationis Secretarius ſit, ad effectum examinandi eadem Indulta, & proponendi illas moderationes, reformationes, revocationes, & conſiderationes, quæ deſuper opportunæ viſæ fuiſſent.

Intatta relinquenda Nunciis Familiarib. Pp. &c.

Quæ ſane Congregatio in Palatio prædicti Eminentiſs. Carpinei, ter coacta, nimirum ſub diebus 13. & 20. Aprilis proxime præteriti, & 7. currentis menſis Maji cenſuit, ſi eidem Sanctiſſimo D. N. placuerit, hujuſmodi Indulta quoad Nuncios Apoſtolicos, necnon Intimos, & eidem Sanctiſſimo actu inſervientes familiares, & Subdatarium, & Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium, non eſſe immutanda.

Revocanda Gubernatoribus Civit. &c.

Quoad Gubernatores, & Vice-Legatos Provinciarum, Civitatum, & locorum Status Eccleſiaſtici, qui durante abſentia numquam poſſunt Eccleſiis intereſſe, necnon Procuratorem Generalem Montium, ac familiares S.R.E. Cardinalium (firmo tamen quoad eorumdem Cardinalium Caudatarios remanente decreto moderatorio Sac. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum die 19. Auguſti 1690. edito) eſſe revocanda, & expedire, quod impoſterum non concedantur.

Reſtringendum ad dies & horas Secretario &c.

Indultum inſervienti Secretariæ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Conſultationibus negociorum Ditionis temporalis ejuſdem S.R.E. Præpoſitorum conceſſum eſſe reformandum, & impoſterum reſtringendum ad illos dies, & horas dumtaxat, quibus ratione hujuſmodi ſervitii actualiter præſtandi impeditus fuerit, ejus conſcientia deſuper ſtrictiſſime onerata.

Cauſa ſtudii reſtringenda, & ad trienn. citra 25. annos.

Indulta cauſa Studii pro lucrandis fructibus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis diſtributionibus quotidianis eſſe concedenda, quam pro Eccleſiis, quarum reditus conſiſtunt vel in ſolis diſtributionibus quotidianis, vel in iiſdem diſtributionibus una cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ, dempta tamen tertia parte, quæ intereſſentibus accreſcat; nec pariter concedenda ultra triennium, neque majoribus vigintiquinque annis, quinimo hujuſmodi ætate vigintiquinque annorum expleta, eadem Indulta, licet idem triennium expletum non fuerit, expirare.

Indultarios abſentes punctandos; alias a cauſa delend.

Omnes denique habentes Indulta pro ſingulis diebus, & horis, quibus ratione ſervitii in eorum muneribus, ſeu Officiis actualiter præſtandi impediti fuerint, adhuc eſſe punctandos, toties quoties Eccleſiæ, ſeu Choro non interfuerint, ſed in qualibet hebdomada hujuſmodi puncta poſſe, & debere deleri, ſeu tolli pro illis tantum diebus, & horis, quibus Indultarii allegaverint particularia impedimenta ratione eorumdem munerum, eorum conſcientia deſuper ſtrictiſſime onerata, & circa hujuſmodi impedimentorum relevantiam judicio proprii Vicarii cujuslibet Eccleſiæ; in Eccleſiis vero, ubi non adeſt hujuſmodi Vicarius, judicio dignoris Canonici eſſe deferendum.

Auctoritate Apoſtol. omnia capita roborantur.

Facta per me infraſcriptum hac die 8. Maji 1693. relatione prædictarum reſolutionum Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua illas probavit, & a die prima Junii proxime venturi mandavit inviolabiliter obſervari, Indultis tam a ſe, quam a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ſuis quomodolibet conceſſis, & aliis contrariis quibuſcumque non obſtantibus, quibus pro obſervatione præmiſſorum ampliſſime derogavit.

Joſeph Sacripantes Sec.

Seren. Coſimum III. Magnum Etruriæ Ducem creat Canonicum ſupernumerarium Baſilicæ Principis Apoſtolorum (*a*).

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1700. 2. *Jun.*

DIlecto Filio nobili Viro Coſino Etruriæ ſibi ſubjectæ Magno Duci. Dilecte fili nobilis Vir; ſalutem, & Apoſtolicam bened. Dum nobilitatem tuam eximiis naturæ, gratiæque divinæ muneribus, cum ſpectata erga nos, & Apoſtolicam Sedem fide, & devotione conjunctis multipliciter præfulgentem paterno affectu conſideramus; tanto perfundimur animi gaudio, tamque vehementer urgetur ſincera noſtra in te charitas, ut eam Pontificiarum gratiarum, quibus tua pietas majora in dies ſuſcipere valeat incrementa, ſingulari aliqua largitione tibi teſtatam eſſe velimus. Itaque te ſpecialibus favoribus, & a quibuſvis excomunicationis &c. cenſentes; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, te Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicum ſupranumerarium, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, tibique ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus alii ipſius Baſilicæ Canonici de numero utuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo, & æque principaliter abſque ulla prorſus differentia, uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſis, & valeas, harum ſerie concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, & aliis arbitri noſtri pœnis, dilectis filiis Archipresbytero, ac Capitulo, & Canonicis dictæ Baſilicæ, cæteriſque, ad quos quomodolibet ſpectat, ut nobilitatem tuam ſtatim viſis præſentibus, etiamſi nullam deſuper poſſeſſionem acceperis, nec ullum de obſervandis ejuſdem Baſilicæ ſtatutis juramentum præſtiteris, nec Clericus, minuſque Civis Romanus originarius, aut Civis Romani originarii filius ſis, neque alia requiſita habeas, imo conjugatus exiſtas, privilegiis, gratiis, & indultis hujuſmodi uti, frui, & gaudere permittant, ac etiam decernentes irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ &c. ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, illiuſque Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis prædictis, ac quibuſvis aliis incontrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præcipua Principis merita.

Canonicus ſupranum. declaratur.

Cum omnibus juribus & privilegiis.

Conſtitutionibus quibuſcumque contrariis derogat.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Junii MDCC. Pontificatus noſtri anno nono.

J. F. Card. Albanus (*b*)

CLE-

(*a*) Literas Apoſt. harum ſimiles pro Uladislao Poloniæ Principe habes ſupra hoc ipſo volumine, non quidem verbis ipſis conceptas: quarum tamen ſententia eadem eſt *Tom.* 3. *pag.* 236. Conſule ſubjectas notas.

(*b*) Contra noſtrum morem literis ſubjicimus ſubſcriptionem Secretarii, in tanti Viri obſequium, qui per hos dignitatis gradus ad Summum Pontificatum aſcendit.

(*a*) Quum

C L E M E N S XI.

Innocentii XII. ſupremum diem 27. Septembris an. 1700. breve Interpontificium unius menſis, ac dierum 27. ſequutum eſt. Tum Joannes Franciſcus Albanus Urbinas invitus, ac reluctans eligitur die 23. Novembris ejuſdem anni. Hic aſſumto nomine Clementis XI. Coronationem differri voluit ad diem Sanctiſs. Conceptionis 8. Decembris, quæ incidit in feriam quartam (*a*). Proceſſit ad Lateranenſem Eccleſiam poſt menſes quatuor, dies 18. (*b*) nempe die Dom. 10. Aprilis an. 1701. Sedit annos 20. menſes 3. dies 25. mortalitatem exuit die 19. Martii an. 1721.

Confirmat auctoritate Apoſtolica omnia & ſingula Privilegia, quæ hucuſque conceſſa erant Baſilicæ Principis Apoſtolorum a ſuis Prædeceſſoribus, quos ſingillatim enumerat.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH 1701. 6. Septemb.

AD perpetuam rei memoriam. Inſcrutabili divinæ ſapientiæ, atque clementiæ arcano in Apoſtolicæ dignitatis faſtigio conſtituti, illa, quæ a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris in favorem Eccleſiarum quarumlibet, præſertim primariarum Almæ Urbis noſtræ toto terrarum Orbe illuſtrium Baſilicarum (*c*), perſonarumque in eis Altiſſimo famulantium fideli diſpenſatione, prudentique liberalitate emanaſſe dicuntur, ut firma ſemper, atque ſtabilia perſiſtant, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio, cum id a nobis petitur libenter roboramus. Cum itaque, ſicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de eadem Urbe nobis nuper exponi fecerunt, nonnulla privilegia, gratiæ, & indulta Baſilicæ prædictæ, ejuſque Capitulo, & Canonicis a fel. rec. Sergio II. (*d*), Leone IV., Leone IX.; Innocentio II., Adriano IV., Urbano III., Clemente III., Innocentio III., Gregorio IX., Innocentio IV., Nicolao III., Bonifacio VIII., Pio II., Innocentio VIII., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Paulo IV., Pio IV., Pio V., Gregorio XIII., Clemente VIII., Paulo V., & Urbano VIII. aliiſque forſan Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſa, & confirmata reſpective fuerint; dicti vero exponentes privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent: Nos qui dum in minoribus conſtituti eramus, primum quidem Vicarii (*e*) ejuſdem Baſilicæ munere functi fuimus, ſubinde vero in ea Canonicatum, & præbendam obtinuimus (*f*), propenſum erga illam animum noſtrum aliquo Pontificiæ benevolentiæ argumento teſtatum

Baſil. Vat. primum cum cæteris nominatur.

Pontificia privilegia recenſentur.

Alia omnia in genere.

Quæ in Baſil. munera obtinuit Clemens XI.

(*a*) Quum non eſſet Epiſcopus; conſecratus eſt die 30. Novembris feſto S. Andreæ Apoſt. fer. tertia juxta diſciplinam recentiorem in Pontificali præſcriptam: *Statuta die Conſecrationis, quæ debet eſſe Dominica, vel Natalium Apoſtolorum, vel etiam feſtiva ſi Summus Pontifex hoc ſpecialiter indulſerit.* De Conſecr. Electi §. 2. ſive ut Cæremoniale habet, Marcel. *lib.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 1. de Romano ipſo Pontifice: *Si igitur electo placet conſecrari ante ſolemnia coronationis, & privatim, hoc poterit fieri, quando ei placebit, ſed convenientius die Dominico, vel feſtivo.*

Hanc Diſciplinam voco recentiorem nam contra Pagium & alios, cum doctiſſimis Viris Card. Noriſio, & Præſule Blanchino tuitus ſemper ſum *Anaſt. to.* 4. & conſtanter tueor, veterum Patrum fuiſſe in more poſitum, ut Dominico tantum die, conſecraretur Pontifex. Cave autem credas nuperrimo Pontificalis Commentatori, qui loco cit. Pelagium II. conſecratum ait eodem die S. Andreæ, quo Clemens XI. an. 578. nec dubitat *luculentiſſimo teſte* uti *Anaſtaſio Bibliothecario*, & Baronio; quum neutrum conſuluerit. Pagius enim an. 577. & 590. opinionem hanc, haud dubie falſam, ſuſtinet: Anaſtaſius autem & Baronius ne verbum quidem faciunt de hujuſmodi conſecratione. Utrumque per otium adeas, miraberis fortaſſe typis vulgari commenta hujuſmodi in Urbe Roma.

(*b*) Ad Lateranum proceſſit eques more majorum.

(*c*) Profecto ſi vetera Monimenta conſulas, Baſilicam Apoſtolorum Principis haud invenias ita cum aliis Baſilicis permiſceri; ut minime aliis præſtantior videatur.

(*d*) Sergii II. Privilegium non exhibet noſtra Collectio: tametſi memoretur ab Urbano III. (*To.* 1. *pag.* 69.) & Gregorio IX. (*Ibid. pag.* 113.) Nuſquam enim licuit illud reperire. Cætera omnia, & multo etiam plura paſſim protulimus, quæ peti debent ex Indice.

(*e*) Archipresbyter Carolus Card. Barberinus Vicarium eum elegit an. 1683. die 20. Maji, dum eſſet utriuſque Signaturæ Referendarius.

(*f*) An. 1688. die 31. Octobris ejus poſſeſſionem Iniit: Innocentius XI. qui ut ajebam ſupra, Secretarium Brevium elegerat hunc ſummum virum; Canonicatu noſtræ Baſilicæ cumulatius exornavit.

ſtatum eſſe, & ſpecialem eiſdem exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, privilegia, gratias, & indulta quæcumque memoratæ Baſilicæ, ejuſque Capitulo, & Canonicis a prædictis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quomodolibet conceſſa, & reſpective confirmata, dummodo tamen ſint in uſu, nec ſint revocata, aut ſub aliqua revocatione comprehenſa, neque poſterioribus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aut ſacris Canonibus, vel Concilii Tridentini decretis adverſentur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes eaſdem præſentes litteras, ac privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien. non obſtan. quibuſcumque. Volumus autem, ut ipſarum præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Ea omnia Privilegia confirmat Apoſt.

Modo non revocata, & Concil. Trid. &c. contrar. non ſint.

Formula litterarum conſueta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Septemb. 1701. Pontificatus noſtri anno primo.

Privilegium Furni in platea de Ruſticuciis appellata per Chirographum Capitulo conceſſum, ac publico Inſtrumento ab Amico Abinante Notario rogatum, inſtar Privilegiorum ejuſmodi, queis Capitula S. Joannis Lateran. & S. Mariæ Majoris pridem utebantur.

Ex charta authent. in Arch. Baſil. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

ANCH. 1701. 14. Decemb.

In nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno ab eiuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti nativitate milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo, Indictione decima, die vero decima tertia menſis Maji, Pontificatus autem Sanctiſſimi in eodem Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ Undecimi anno ejus ſecundo. *Avendo la Santità di Noſtro Signore Papa Clemente XI. conceduto agl' Illñii, e Rñi Capitolo, e Canonici della Sacroſanta Baſilica di S. Pietro in Vaticano la facoltà di poter liberamente, e con le franchigie, ed eſenzioni, che godono li Forni delli Rñi Capitoli di San Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore, fare ſpianare nel loro Forno a bajocco, poſto in Borgo nella Piazza detta de' Ruſticucci, tutto il loro grano, e in mancanza del proprio, quello de' Lavoratori, e quando ambedue mancaſſero, di poterlo comprare da' Mercanti, e particolari perſone, con che però doveſſero rinunziare alla Lite, che avevano con il Palazzo Apoſtolico ſopra la temporalità, e perpetuità della Locazione de' Prati di Quinto, con promeſſa di non più moleſtarlo, e con preciſo obbligo di pagare ogni Anno Scudi cento moneta agl'Illñii Canonici deputati ad aſſiſtere alla Dottrina Criſtiana, che ſuol farſi nella detta Baſilica di S. Pietro, per doverli erogare nella diſtribuzione de' Premj, o in Bollettini di Pane a loro arbitrio per ſervizio, ed augumento di detta Opera Pia nelli modi, e forme chiaramente eſpreſſi nel Chirografo da Sua Santità ſegnato li 14. Decembre paſſato diretto a Monſig. Illñio. e Rñio Grimaldi all' ora Prefetto dell' Annona; e ſuſſeguentemente ammeſſo, e regiſtrato in Camera, e ne' ſuoi Libri, che ſi conſegna a me per inſerirlo nel preſente Iſtromento del tenore ſeguente, cioè: Monſig. Niccolò Grimaldi Chierico della noſtra Camera, e Prefetto dell' Annona di Roma. Ci anno fatto eſporre il Capitolo, e Canonici della noſtra Baſilica Vaticana, che conſiſtendo una buona parte delle loro Entrate in Grani provenienti tanto dalle riſpoſte de' Lavoratori, quanto dalle Raccolte che fanno a proprie ſpeſe nelle tenute non trovate ad affittare, incontrino bene ſpeſſo nelle vendite di quelli molte difficoltà, e pericoli, che li cagionano poi non ordinarie anguſtie, per poter ſupplire alle gravi, e quotidiane ſpeſe, che devon fare, non meno per il mantenimento della Chieſa, e di quel numeroſiſſimo Clero, che per*

Pontifex concedit privil. furni

Conditiones appoſitæ pro tali privilegio.

Chirographum Clementis XI. exhibetur.

che per il proſeguimento de' Lavori del Campo; ed avendoci percio fatto ſupplicare a volerli dare qualche ſollievo con concederli in perpetuo la facoltà di poter fare ſpianare li loro Grani nel Forno a bajocco poſto qui in Roma nel Rione di Borgo nella Piazza detta di Ruſticucci ſpettante al detto Capitolo, ed in mancanza de proprj Grani, quelli de' loro Lavoratori con rendere immune, ed eſente il detto Forno dall' obbligo delle diſtribuzioni, e renovazioni de Grani, & altri peſi dell' Annona di Roma, a' quali ſoggiacciono gl' altri Fornari bajoccanti nell' iſteſſo modo, che ſimile Immunità, ed eſenzione ſi gode ne' loro Forni dalli Capitoli di S. Giovanni in Laterano, e di S. Maria Maggiore, offerendoſi all' incontro eſſo Capitolo, e Canonici di S. Pietro di voler rinunziare alle ragioni, che hanno contro il noſtro Palazzo Apoſtolico in una Lite moſſali prima dell'an. 1693. ſopra la temporalità, o perpetuità della Locazione de' Prati di Quinto, nella quale dalla Congregazione particolare di alcuni Prelati deputati emanò una reſoluzione contraria al detto Capitolo, per la di cui reviſione ci ha fatto ultimamente ſupplicare. Ed avendo noi fatta matura rifleſſione a tutto quello, che come ſopra ci è ſtato rappreſentato, e ſapendo molto bene, che gli eſiti delle Liti ſono ſempre incerti: e perciò volendo liberare il detto noſtro Palazzo Apoſtolico dalla Lite, come ſopra moſſali, per la quale, in caſo di perdita, ſoccomberebbe a conſiderabil danno, abbiamo deliberato condeſcendere alle loro iſtanze, come in appreſſo. Quindi è, che avendo nel preſente noſtro Chirografo per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il merito, e ſtato di detta Lite, e le ragioni, e fondamenti dell' una, e l' altra parte, come ancora tutti e ſingoli Privilegj competenti alla noſtra Camera, & Annona, e qualſiſiano obblighi, e peſi, a'quali ſoggiacciono i Fornari bajoccanti di Roma a favore di detta Annona, e ogni altra coſa neceſſaria d' eſprimerſi, benchè ricercaſſe ſpecifica, & individua menzione, ordiniamo, e commettiamo a Voi, che rinunziando il detto Capitolo alla detta Lite, come ſopra moſſa contro il noſtro Palazzo Apoſtolico, con promeſſa di non più moleſtarlo in avvenire, ed obbligandoſi ancora di pagare ogni anno Scudi cento moneta a diſpoſizione de' Canonici Deputati ad aſſiſtere alla Dottrina Criſtiana, che ſuol farſi nella Baſilica di S. Pietro per doverli erogare nella Diſtribuzione de' Premj, o in Bollettini di Pane a bajocco a loro arbitrio per ſervizio, & augumento di detta Opera Pia, e non altrimente in nome noſtro, e della noſtra Camera diate, e concediate al ſuddetto Capitolo, e Canonici della noſtra Baſilica di San Pietro in Vaticano ampla, e libera facoltà di poter liberamente, e ſenza incorſo di pena alcuna fare ſpianare in detto loro Forno poſto alla detta Piazza di Ruſticucci il detto Grano, e in mancanza del proprio, quello de' Lavoratori libero, e franco del peſo di prendere il Grano ſolito diſtribuirſi a' Fornari della Camera, e Annona, e di poter godere dell' utile, e benefizio, che da tale liberazione ne riſulta nella ſteſſa forma in tutto, e per tutto, che godono li ſuddetti Capitoli di S. Giovanni Laterano, e di Santa Maria Maggiore ne' loro Forni dandoli ancora facoltà di far eſercitar detto Forno da qualſivoglia Fornaro, che da' ſudetti Capitolo, e Canonici a loro beneplacito ſarà deputato. Vogliamo però, che eſſi non poſſano dare al detto Fornaro altro Grano, ſe non che il proprio, e in mancanza del proprio, quello de' Lavoratori, o altro, che in qualſivoglia modo proverrà da' Caſali, e Beni del ſuddetto Capitolo, con facoltà in caſo non foſſe ſufficiente detto Grano per lo ſpiano, di poterne comprare da' Mercanti, e da altre particolari perſone, conforme ſi pratica nelli detti Forni di San Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore, e da altri Fornari di Roma, e con obbligo ancora di pagare li ſudetti annui Scudi cento moneta a diſpoſizione de' Canonici Deputati della Dottrina Criſtiana, che ſi ſuol fare in detta Chieſa di San Pietro, per doverli erogare nella diſtribuzione de' Premj, ed in augumento di detta Opera Pia, conforme ſi è detto. Volendo, che il Fornaro, quale eſerciterà detto Forno, o per conto ſuo proprio, ovvero per conto del Capitolo, debba fare il pane di peſo, e qualità, che lo faranno gli altri Fornari di Roma, e venderlo il medeſimo prezzo preciſamente. Ordiniamo però che fatta da detto Capitolo tanto la rinunzia alla medeſima Lite, quanto l' obbligo di pagare li ſudetti Scudi cento moneta per gli atti di quel Segretario di Camera, dove ſi regiſtrerà il preſente Chirografo, tanto voi, quanto gli altri Prefetti dell' Annona, che ſaranno pro tempore, facciate oſſervare inviolabilmente queſto noſtro Chirografo, e le coſe contenute in eſſo, come conceduto per titolo correſpettivo, ne permettiate, che detti Capitolo, e Canonici, ed il loro Fornaro ſiano in alcun tempo ſotto preteſto della detta diſtribuzione moleſtati, e quanto da voi ſopra di ciò ſarà fatto ed eſeguito, Noi d'adeſſo l' approviamo, eſſendo così mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Volendo, e decretando, che al preſente noſtro Chirografo da regiſtrarſi in Camera, ſecondo la diſpoſizione della Bolla di Pio IV. de regiſtrandis, e a tutto quello, che da voi ſi farà in eſecuzione del preſente Chirografo, non poſſa opporſi di ſubrezione, obrezione, o altro difetto della noſtra volontà, e intenzione; ancorchè non vi ſiano ſtati citati, chiamati, ne ſentiti Monſig. Commiſſario della noſtra Camera, e li Miniſtri della

detta

Eodem privilegio gaudent Capitula S. Joannis & S. Mar. Major.

Conceditur Capitulo Vat. ita tamen ut liti cum Palat. Ap. renunciet.

Solvatque Sc. centum erogandum pro Doct. Ch.

Cum militantibus &c. quibus fruuntur Capitula prædicta.

Onus Furnarii Capitularis.

Auctoritas hujus modi Privilegii.

Digitized by Google

detta Annona, e non ostante la regola della nostra Cancellaria de jure quæſito non tollendo *l' erezioni, coſtituzioni, riforme, e bandi dell' Annona fatti, ed emanati d' ordine di Paolo V. Aleſſandro VIII., e altri noſtri Predeceſſori, e qualunque altre coſtituzioni, e ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de' noſtri Predeceſſori, ſtili, uſi, Riforme, conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, havendone il loro tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, per queſta volta, e per l' effetto ſudetto pienamente deroghiamo. Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto di* 14. *Decembre* 1701.

O Ritualia quæcumque removentur.

Clemens PP. XI. Die 13. Januarii 1702. Retroſcriptum Chirographum Sanctiſſimi in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum fuit, illudque commiſſum Illmo D. Pico &c. A. C. & Judici deputato. deindeque ſub die 16. ejuſdem Menſis, citato deſuper Illmo Dño Reverendæ Cameræ Commiſſario Generali, referente eodem Illmo D. Pico, admiſſum, & regiſtratum fuit in Lib. Signaturarum Sanctiſſimi fol. 30. omni &c *E perciò dichiarandoſi dal medeſimo Rño Capitolo di S. Pietro l' eſecuzione del medeſimo Chirografo; quindi è, che il molto Illuſtre, ed Eccellentiſſimo Sig. Felice de Grandis figliuolo del qu. Andrea da Monte dell' Olmo Diæceſi di Fermo, da me conoſciuto, Procuratore ſpecialmente coſtituito dal detto Rño Capitolo di S. Pietro, ſotto li* 2. *Gennaro paſſato, per Iſtromento rogato per gli atti dell' Abinante Notaro Capitolino, come per fede di detto mandato di Procura, ſottoſcritto dal medeſimo Notaro, che parimente ſi conſegna a me, per inſerirlo nel preſente Iſtromento del tenore ſeguente, cioè*: Fidem facio per præſentes Ego &c. Notarius publicus infraſcriptus, qualiter die ſecunda Januarii 1702. Illmi, & Rmi DD. Bartholomæus Spada Vicarius, Thomas Vanninus, Philippus Molaria, Alexander Caſalius, Joannes Andreas Riccius, Raynutius de Marciano, Marius de Urgho, Fabritius de Auguſtinis, Bernardinus Inghiramius, Vincentius Riccius, Pompejus Varcſius, Guido del Palagio, Dominicus de Carpineo, Jo: Dominicus Raynaldus, Aurelius Vittuſius, & Philippus Melchior Magius Coadjutor Illmi, & Rmi Dñi Marci Antonii Buratti, omnes Canonici Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ urbis mihi &c. cogniti, Capitulariter congregati, & coadunati in infraſcripto loco, ubi pro rebus, & negotiis dictæ Sacroſanctæ Baſilicæ, eorumque Reverendiſſimi Capituli utiliter gerendis, & pertractandis congregari ſolent, aſſerentes, eſſe in numero ſufficienti, plenumque Capitulum repreſentare ſponte &c. omnique alio modo &c. fecernnt, & conſtituerunt &c. eorum Procuratorem perilluſtrem, & Exmum D. Felicem de Grandis, licet abſen. tanquam præſentem ad d. Rmi Capituli nomine, & pro eo in adimplementum conditionum appoſit. in Chirographo manu Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ XI. ſignatum ſub datum Romæ ex Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis ſub die 14. Decembris proxime præteriti ſuper perpetua facultate ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro conceſſa ipſis Illmis, & Rmis DD. Canonicis, & Capitulo, ut dicitur, *di poter fare ſpianare* eorum frumenta in Furno, ut dicitur *a bajocco* poſito hic in Urbe, in Regione Burgi in Platea nuncupat. *di Ruſticucci*, & in deficientia eorum frumentorum illa eorum Laboratorum, & quatenus dictum frumentum non eſſet ſufficiens, ut dicitur *per lo ſpiano*, cum facultate emendi a Mercatoribus, aliiſque particularibus perſonis, & prout plenius in dicto Chirographo continetur, ad quod &c. renunciandum juribus, quæ dictum Reverendiſſimum Capitulum habet contra Sacrum Palatium Apoſtolicum in Lite alias mota ſuper temporalitate, aut perpetuitate Locationis Pratorum *di Quinto* nuncupat. promittendumque amplius in poſterum non moleſtare dictum Sacrum Palatium Apoſtolicum, ac obligationem faciendam ſolvendi anno quolibet Scuta centum monetæ ad diſpoſitionem Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Canonicorum Deputatorum ad aſſiſtendum Doctrinæ Chriſtianæ, quæ fieri ſolet in eadem Baſilica ad effectum illa erogandi in diſtributione Præmiorum, aut in Bullectinis Panis, ut dicitur, *a bajocco*, ad eorum arbitrium pro ſervitio, & augmento dicti Pii Operis, & quamcumque Renunciationem, Promiſſionem, & obligationem ad formam, & tenorem dicti Chirographi Sanctiſſimi faciendum &c. Et ſuper præmiſſis Inſtrumentum, & Inſtrumenta quæcumque cum ſolitis, & conſuetis clauſulis per acta cujuſvis Notarii fieri, recipi, & ſtipulari petendum, & faciendum, & pro obſervantia omnium, & ſingulorum in præmiſſis ad formam dicti Chirographi Sanctiſſimi promittendorum, Bona omnia dicti Reverendiſſimi Capituli, juraque &c. in ampliori Rev. Cameræ Apoſtolicæ forma obligandum, & hypothecandum &c. juramento &c. vallandum &c. & roborandum &c. & generaliter &c. promittentes &c. & relevantes &c. ſuper quibus &c. & alias latius patet in actis mei &c. ad quæ &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 18. Martii 1702. Ita eſt Amicus Abinantes Notarius: *Spontaneamente, e in ogni miglior modo &c.*

Chirographi præſentatio, & acceptatio.

Capitulum conſtituit Procuratorem, ut conditiones expreſſas exequatur.

Procurator eſt Dñs Felix de Grandis.

Compendiarie refert Notarius ſummam Chirographi.

Capitulum obligat ius bona omnia in forma Cam.

do &c. per adempire le condizioni appoſte nel preinſerto Chirografo e in tutto, e per tutto a tenore del medeſimo Chirografo, e non altrimenti &c. a nome del detto Rm̃o Capitolo di San Pietro rinunzia alla Lite altre volte introdotta, e moſſa contro il Palazzo Apoſtolico ſopra la temporalità, o perpetnità della Locazione de' Prati detti di Quinto, e a tutte, e ſingole ragioni, che in qualunque modo per detta cauſa poteſſero competergli contro il detto Palazzo Apoſtolico, promettendo per l'avvenire di non più moleſtarlo, ne farlo moleſtare per la ſudetta cauſa liberamente &c. altrimente ec. E di più il medeſimo Signor Felice de Grandis Procuratore, e a nome come ſopra, promette, e s' obbliga in avvenire ogni anno pagare Scudi cento moneta, a diſpoſizione degl' Illm̃i Canonici deputati ad aſſiſtere alla Dottrina Criſtiana, che ſuol farſi nella Baſilica di San Pietro per doverli erogare nella diſtribuzione de' Premj, o in Bollettini di Pane a bajocco a loro arbitrio per ſervizio, & augumento di detta Opera Pia, e non altrimente ec. E ſtanti la rinunzia, e obbligazione ſudette, come ſopra fatte dal detto Signor Felice de Grandis Procuratore del detto Rm̃o Capitolo di S. Pietro l' Illm̃o, e Rm̃o Monſignor Ferdinando Nuzzi Chierico di Camera, e ora Prefetto dell' Annona, in eſecuzione del preinſerto Chirografo diretto al detto Monſig. Illm̃o, e Rm̃o Grimaldi ſuo Anteceſſore dà, e concede alli ſopradetti Illm̃i, e Rm̃i Capitolo, e Canonici di San Pietro ampla, e libera facoltà di poter liberamente, e ſenza incorſo di pena alcuna fare ſpianare nel detto Forno poſto in detta Piazza di Ruſticucci il loro proprio grano, e in mancanza del proprio, quello de' Lavoratori libero, e franco dal peſo di prendere il Grano ſolito diſtribuirſi a' Fornari della Reverenda Camera Apoſtolica, e Annona, e di poter godere dell'utile, e benefizio, che da tal liberazione ne riſulta nell' iſteſſa forma in tutto, e per tutto, che godono li detti Rm̃i Capitoli di S. Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore nelli loro Forni, dando ancora il medeſimo Monſig. Illm̃o, e Rm̃o Nuzzi al detto Rm̃o Capitolo la facoltà di far eſercitare detto Forno da qualſiſia Fornaro, che da' medeſimi Rm̃i Capitolo, e Canonici a loro beneplacito ſarà deputato, con condizione però, che non poſſano dare al detto Fornaro altro grano, ſe non che il proprio, e in mancanza di queſto, quello de' Lavoratori, o altro, che in qualſivoglia modo proverrà da'Caſali, e beni del detto Capitolo, con facoltà, in caſo non foſſe ſufficiente tutto il detto Grano per lo ſpiano, e conſumo del Forno, di poter comprare da' Mercanti; e da altre perſone particolari il grano, che mancherà, conforme ſi pratica nelli detti Forni di San Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore, e da altri Fornari di Roma. E con altra condizione, che il Fornaro, che eſerciterà detto Forno, o per conto ſuo proprio, o vero del Capitolo, debba fare il pane di peſo, e qualità, che lo faranno gli altri Fornari di Roma, e venderlo al medeſimo prezzo degli altri, preciſamente, e non altrimente &c. Ordinando perciò eſſo Monſig. Illm̃o, & Rm̃o Nuzzi Prefetto dell' Annona, che il detto Rm̃o Capitolo di S. Pietro, e li Fornari, che pro tempore *eſerciteranno il detto Forno non ſiano moleſtati, ne datoli impedimento contro la forma del preinſerto Chirografo, volendo, che quello, e le coſe contenute nel preſente Iſtromento ſieno puntualmente eſeguite liberamente &c. Le quali coſe contenute nel preſente Iſtromento il detto Sig. Felice de Grandis a nome, come ſopra, promette ſempre, e in perpetno averle rate, e grate, inviolabilmente oſſervarle, e contro quelle mai venire ſotto qualſiſia preteſto &c. altrimente &c.* Quæ omnia &c. alias &c. ad omnia damna &c. de quibus &c. abſque &c. quod &c. pro quibus &c. prædictus D. Felix de Grandis prædictos Rm̃os Capitulum, & Canonicos Sancti Petri, ac illorum reſpective bona, & Jura &c. in ampliori Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ forma cum ſolitis clauſulis &c. citra &c. obligavit &c. renuntiavit &c. conſenſit &c. unica &c. & ſic tactis &c. juravit &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis, tanquam rite, recte, & legitime geſtis, & factis petitum fuit a me Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretario, & Cancellario infraſcripto, ut de præmiſſis unum, vel plura publicum, ſeu publica conficerem, atque traderem Inſtrumentum, & Inſtrumenta quæcumque, prout opus fuerit, & requiſitus ero.

Per ſuum ſcilicet Procuratorem prædictum.

Præfectus Annonæ dat Capitulo plenam facultatem &c.

Summarie repetuntur quæ ſupra:

Onus nempe Furnarii,

Et obligatio Capituli in forma Cam. Apoſt.

Actum Romæ in Palatio dicti Illm̃i Domini Nuptii ſit. in Platea Capranicæ præſentibus &c. Perilluſtribus, & Excellentibus DD. Dominico Biagino quondam Petri Maceraten., & Flavio Antonio Celſo filio D. Eraſmi de Corchiano Civitatis Caſtellanen. Diœc. Teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis &c.

Inſtrumenti auctoritas & teſtes.

Ego Aſtulphus Galloppus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretarius, & Cancellarius de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi & publicavi requiſitus.

Anni-

Hannibalem (*a*) S. R. E. Diaconum Cardinalem creat Archipresbyterum, atque in eum transfert juriſdictionem, quam Paulus III. & cæteri, ipſeque contulerant præcedentibus Archipresbyteris, ſervata tamen Conſtitutione Innoc. XII.

Ex minuta originali Brev. Secret. Clem. XI. Ap. Arch. Baſil. Vat.

AN. CH. 1712. 18. Januar.

CLemens Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Cum ex debito paſtoralis Officii omnium Eccleſiarum indemnitati, utilitati, ac bono regimini ſalubriter conſulere teneamur: tum vero ad venerandam Sanctamque Principis Apoſtolorum in alma Urbe noſtra Baſilicam eo diligentiori ſtudio aciem dirigimus noſtræ mentis, quo & illa dignitate, & præſtantia cæteris antecellit, & noſter ſingularis, quem gerimus erga eumdem B. Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus ſinceræ devotionis affectus id impenſius requirit. Quare ejuſdem Baſilicæ, ac dilectorum filiorum illius Capituli, Canonicorum, & Miniſtrorum commodis, ac jurium conſervationi providere cupientes, ac proinde de integritate, prudentia, & circumſpectione dilecti filii noſtri Annibalis S. R. E. Diaconi Cardinalis Albani nuncupati, noſtri ſecundum carnem ex fratre germano nepotis, cui nuper Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ tunc per obitum bon. mem. Franciſci dum vixit, ejuſdem S.R.E. Card. Nerlii nuncupati vacantem ad vitam commendavimus, plurimum in Domino confidentes; Motu proprio, non ad Annibalis Cardinalis, vel Capituli, aut Canonicorum præfatorum, aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas Juriſdictiones, poteſtates, privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, indulta, auctoritates, & facultates per fel. rec. Paulum III., Pium IV., Sixtum V. & Paulum etiam V. Urbanum VIII. Clementem IX. ac per nos & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros bon. mem. Alexandro Oſtien. Cardinali Farneſio, & ſucceſſive Evangeliſtæ Portuen. Epiſcopis Card. Cuſentino, Scipioni Card. Burgheſio, Franciſco pariter Oſtien. Epiſcopo Card. Barberino, necnon Carolo Card. Barberino reſpective nuncupatis dictoque Franciſco Card. Nerlio alias tanquam dictæ Baſilicæ Archipresbyteris, quoad Baſilicam, & Eccleſiam prædictam, etiam illorum perſonæ intuitu, vel ad eorum vitam dumtaxat in genere, vel in ſpecie conceſſa, ad eumdem Annibalem Cardinalem quamdiu Archipresbyteratum prædictum obtinuerit, ejuſque in dicta Baſilica Vicarium ab ipſo Annibale Cardinale nunc forſan deputatum, & pro tempore deputandum (ſervata tamen forma Conſtitutionis piæ mem. Innocentii Papæ XII. etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum particularium dictæ Urbis, ac reductione Privilegiorum, & eorumdem Tribunalium ad jus commune, ſive ad Judices ordinarios Romanæ Curiæ editæ) (*b*) tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Dantes eidem Annibali Card. Archipresbytero etiam facultatem excercendi munia Pontificalia in Baſilica prædicta, ac ordinariam, etiam in Spiritualibus Juriſdictionem ſuper Canonicis, Beneficiatis, Clericis, ac Miniſtris prædictis ita ut a prædicto Annibale Card. vel de ſua licentia tantum, nec alias, a quocumque Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente per ipſum deputan. ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, ipſeque Annibal Cardinalis, & Antiſtes hujuſmodi eos promovere, abſque noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum, aut Vicarii Urbis, vel cujuſvis alterius Ordinarii licentia dimiſſoriis, aut examine poſſint, & debeant. Poſtremo attendentes quod licet alias rec. mem. Clemens PP. VII. pariter Prædeceſſor noſter unum Collegium Deputatorum Fabricæ prædictæ Baſilicæ nuncupat. erexerit, & tam ipſe, quam diverſi alii Roma-

Præſtantia Baſilicæ Vaticanæ.

Archipresb. vacan. per obitum Card. Nerlii.

Cum facultatibus Prædeceſſ. confert Card. Hannibali Albano.

Privilegiis tamen nonnullis ademtis.

Ordinaria etiam in Spiritualib. juriſdictio Archipresb.

(*a*) Ampliss. hic Card. S. Clementis Epiſcopus Portuenſis ſingularium tanti Patrui virtutum hæres, ac vindex acerrimus quadrageſimo jam anno Baſilicæ Vaticanæ præeſt. Atque utinam, quod omnes vehementer optamus, diutiſſime præſit! tantum erga eamdem Baſilicam ardoris, ac liberalitatis, tantumque erga nos omnes caritatis, ac benevolentiæ præfefert, ſemperque præſetulit.

(*b*) Ex hac parenheſi abunde liquet, quare in hoc Privilegio omittantur quæ ad juriſdictionem judicialem pertinent. Cætera omnia cum Pauli V. Urbani VIII. &c. privilegiis conveniunt, ut conferenti evidens fiet.

(c) Gre-

Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri ipſi Collegio Officiales creandi, Cauſas privative, quoad omnes & quoſcumque alios Judices cognoſcendi, & plures ampliſſimas facultates, juriſdictiones, exemptiones, immunitates, indulta, & privilegia conceſſerint; ac in ſpecie Collegium, & Fabricam hujuſmodi illiuſque Perſonas ſub immediata ſua, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ protectione, ſuſceperint, ſibique & Sedi Apoſtolicæ prædictæ, ita ut nullum alium, quam Romanum Pontificem, Superiorem recognoſcerent, immediate ſubjecerint, eximendo Fabricam, & Collegium hujuſmodi etiam ab ipſius Archipresbyteri dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentis omnimoda ſuperioritate, & Juriſdictione: nihilominus, ſicut nos perutile, valde, & expediens judicavimus eidem Collegio prædictum Franciſcum Cardinalem Nerlium Archipresbyterum in Protectorem, Superiorem, & Præſidentem, ac alias præficere: ita & pariter expedire judicamus, quod idem Annibal Cardinalis Fabricæ prædictæ ſua auctoritate, conſilio, & laudabili ſtudio incumbat, & propterea eumdem Annibalem Cardinalem, quamdiu vixerit, & Archipresbyteratum prædictum obtinuerit, Fabricæ, & ejus Collegii prædicti Protectorem, & Superiorem auctoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, dantes, & concedentes eidem Annibali Cardinali, ſeu ejus Vicario plenam, liberam, & omnimodam facultatem Congregationes Collegii prædicti, ubi, quando, & quoties ſibi videbitur convocandi; in eiſque præſidendi, Officiales, Deputatos, Miniſtros, ac Perſonas dictæ Fabricæ reformandi, & corrigendi, & ab eis adminiſtrationis, & muneris cuilibet eorum commiſſi, ac tam accepti, quam expenſi rationes exigendi, ſalaria cum Conſilio Collegii prædicti conſtituendi, minuendi, & ſi opus fuerit augendi; eos, qui in Cauſis fabricam prædictam concernentibus ſententias tulerint, aut alias judicaverint ſindicandi; in creationibus Officialium, & admiſſionibus Perſonarum ſeu Deputatorum Collegii prædicti ſuffragium ferendi, ita ut idem Annibal Cardinalis ſuffragium duplex habeat; abuſus quoſcumque tollendi, ſtatuta cum conſilio ejuſdem Collegii de novo condendi, immutandi declarandi, & corrigendi. Cauſas quaſcumque intereſſe dictæ Fabricæ in ejuſdem Fabricæ Tribunali pendentes tam motas, quam movendas perſonæ, ſeu perſonis eidem Annibali Cardinali beneviſis de ejuſdem tamen Fabricæ Collegio exiſtentibus committendi, eaſque ſi videbitur, etiam ab iis, coram quibus introductæ, & inſtructæ fuerint, avocandi, & per ſe ipſum cognoſcen., audien., terminan., ſeu alii, vel aliis ejuſdem Collegii Fabricæ perſonis committendi, omniaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna facien., geren., mandataque decernen., & exequen. Decernentes inſuper, eaſdem præſentes ad vitam ipſius Annibalis Cardinalis, & quamdiu Archipresbyteratum hujuſmodi obtinuerit tam noſtris quam etiam Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum temporibus durare, ſuaſque juris, & roboris firmitatem obtinere, nec eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum revocationibus, derogationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, etiam motu, ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine paribus edendis comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos Juris reduci poſſe; ſed eaſdem præſentes perpetuo validas, & efficaces fore, & quoties hujuſmodi contraria emanabunt, toties illas in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antea erant ſtatum reſtituta, etiam ſub poſteriori data per eumdem Annibalem Cardinalem, ſeu ejus Vicarium eligenda, de novo conceſſas cenſeri, & quicquid illarum vigore alias rite geſtum, ſtatutum, factum, mandatum, indultum, & executum fuerit perpetuam vim, & roboris firmitatem obtinere. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici auditores & quoſvis alios quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes & functuros, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & Auctoritate, judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, ſtylo Palatii, regula Cancellariæ Apoſtolicæ prohibente, mandata executiva alias, quam ſub plumbo expediri, facultatibus, & juriſdictionibus prædictæ Fabricæ, illiuſque Collegio deputatis Officialibus, necnon Vicario noſtro in alma Urbe, ac Senatori, Auditori Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cardinalibus ſub quibuſcumque verborum formis, & ex cauſis urgentiſſimis etiam per nos eiſdem conceſſis, & innovatis, quibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe quod illis nullatenus, aut niſi certis modo, & forma in eis expreſſis derogari valeat, illorum tenores, ac ſi de verbo ad ver-

PP. Prædeceſſ. Collegii Fabricæ Protectores & Superiores.

Talem is creat Card. Annibalem.

Juriſdictio ejus ſingillatim exprimitur.

Talem juriſd. ad vitam deſinit duraturam.

Perpetuam ſcilicet fore decernit.

Obſtantia quæcumque amovet.

ad verbum de illis mentio facta foret, præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum die 18. Januarii 1712. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Facultatem concedit Capitulo ad decennium accipiendi a S.P.Q.R. pretium Calicis offerri ſoliti in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli: ita tamen ut in Sacras ſupellectiles commutetur.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1713. 10. April.

Calicem quotannis offerri ſolitum a S.P.Q.R.

In pretium converti petitur, & obtinetur, in ſupellectiles tamen ſacriſtiæ commutandum.

AD futuram rei memoriam. Cum, ſicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nobis nuper exponi fecerunt, Senatus, Populuſque Romanus dictæ Baſilicæ ſingulis annis, die feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli unum Calicem offerre conſueverint (a), Sacriſtia vero eiuſdem Baſilicæ, ejuſmodi Calicibus de præſenti ſatis inſtructa reperiatur ſed aliis ſupellectilibus indigeat, ac propterea dicti exponentes opportune ſibi in præmiſſis a nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderent: Nos dictos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excomm. &c. cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eiſdem exponentibus, ut ipſi vice, & loco Calicis quotannis offerri ſoliti, ut præfertur, illius pretium a memoratis Senatu, Populoque Romano recipere libere, & licite poſſint, & valeant, ea tamen lege, ut pretium hujuſmodi illico deponatur penes Montem Pietatis de Urbe prædicta, inde non amovendum, niſi ad effectum illud convertendi in emptionem tot ſupellectilium Baſilicæ prædictæ neceſſariarum, quibus eorumdem Senatus, Populique Romani Inſignia apponi debeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ad decennium tantum concedimus, & indulgemus. Decernentes ipſas præſentes litteras firmas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices &c. contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Baſilicæ etiam juramento &c. conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis omnibus Conſtitutionibus derogat.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die x. Aprilis MDCCXIII. Pontificatus noſtri anno decimotertio.

Literæ Ap. acceptantur a Senatu.

Præſentes Literæ Apoſtolicæ in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris præſentatæ fuere Illuſtriſſimis, & Excellentiſſimis Dominis Al. Ur. Conſ. qui ea qua decet reverentia receperunt, & admiſerunt, ac regiſtrari mandarunt; prout regiſtratæ fuere per me infraſcriptum Pop. Rom. Scriptorem in lib. ejuſdem Pop. fol. 281. *hac die* 7. *Septem.* 1723. *Sanctes Randaninus Sac. S.P.Q.R. Scriba, & ſcriptor &c.*

San-

(a) Gregorius XV. an. 1621. confirmarat auct. Apoſt. Decretum S.P.Q.R. ſtatueratque pretium Calicis fore ſcutor. 60. ut liquet ex ejus literis ſupra editis hoc volumine *pag.* 229. Quare conſtant, tum ſatis Calicum jam poſſideri a Capitulo per annos 93. quotannis oblatorum; tum ſexcenta ſcuta intra decennium accipienda, quæ in ſacras ſupellectiles converti debeant.

(a) Tum

Sanctiſs. Sudarii, & Sacræ Lanceæ Reliquias ad fores Odei deferendas mandat, ut cominus oſtendantur Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi (a).

Ex Autograph. Archivi Baſil. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN.CH 1717. *31. Maji.*

Dilectis filiis Archipresbytero, ac Capitulo & Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolor. de Urbe. Dilecti filii; ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ut chariſſimus in Chriſto filius noſter Jacobus Magnæ Britanniæ Rex Illuſtris Sudarium Sanctæ Veronicæ, cui impreſſa eſt imago vultus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Vultum Sanctum vulgo nuncupatum, necnon Lanceam, qua latus ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Cruce pendentis apertum fuit, pro ſua devotione cominus aſpicere, & venerari valeat, vobis præſentium ſerie mandamus, quatenus ſi, & quando a prædicto Jacobo Rege ſuper his fueritis requiſiti, Sudarium, ſeu Vultum Sanctum, & Lanceam hujuſmodi, quæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe aſſervantur, e tabernaculo, ſeu Tabernaculis, ubi nunc reperiuntur collocata, uſque ad fores, per quas e Baſilica præfata ad Odeum in quo Tabernaculum, ſeu Tabernacula hujuſmodi exiſtunt, datur acceſſus, cum debitis honore, & reverentia deferri curetis, ac eidem Jacobo Regi oſtendatis. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. (a)

Reliquias majores Jacobo III. oſtendere jubentur.

Delatas nempe ad fores Odei.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 31. Maji 1717. Pontificatus Noſtri anno decimoſeptimo.

INNO-

(a) Tum primo, tum altero hujus Collectionis volumine edidimus hujuſmodi Apoſtolicas literas, ſeu Brevia. Jacobus Grimaldus uni Clementi VI. Avinione tum commoranti duodenas refert acceptas in opere MS. de Veronica, qui in Tabulario noſtro aſſervatur, ut dictum eſt *To. 1. pag.* 346. Trinas ipſi edidimus Urbani V. *pag. 4. & ſeqq. To.* 2. necnon alias, quas Index enumerabit. Duo hic nova occurrunt, Lanceæ nimirum oſtenſio, & genus ipſum oſtenſionis. Ad Lanceam quod attinet, ſacro hujuſmodi Theſauro Baſilica noſtra non potitur, niſi ab anno 1491. quum Innocentius VIII. a Bajazete illam obtinuit: qua de re vide Victorell. *addit. ad Ciacon.* Ciampin. *de Sac. Ædif.* alioſque paſſim. Genus autem oſtenſionis, fatemur ultro, ſingulare eſt, atque antea inauditum. At Rex Britanniæ pacis ergo ex Galliis abiens Romam hoc ipſo anno venerat, brevi inde receſſurus: certatimque omnibus, præeunte Pontifice, maximo honore illum proſequentibus, peculiarem hunc eidem largitus eſt Pontifex, ut ſimul privilegia Canonicorum noſtræ Baſilicæ, queis unis patet aditus in ſuperiorem loculum majoris Paraſtatæ, ubi ſacra ea pignora cuſtodiuntur, illæſa eſſent, & tanto Principi gratum fieret. Præ iis autem illod mirum, quod an. 1629. ut ſupra vidimus (*pag.* 240. *& ſeqq.*) Urbanus VIII. Sanctiſſimæ Crucis lignum duabus illis Majoribus Reliquiis adjecit, ejuſque oſtenſionem ſecundo loco faciendam decrevit: nec tamen mentio ejus hic ulla eſt. Animadverti autem debet, quod extraordinaria hæc oſtenſio facta fuit Regis pietati ac petitioni morem gerendi gratia. Is vero duas illas tantummodo inſpiciendi cominus, ac venerandi deſidario incenſus erat, utpote Catholico in Orbe celeberrimas, ac ſingularitate maxime commendabiles.

(a) De-

INNOCENTIUS XIII.

A Clementis XI. ſuprema die 19. Martii 1721. vacavit Sedes menſem unum, ac dies 20. uſque ad diem 8. menſis Maji; quum Michael Angelus de Comitibus Romanus electus, Innocentii XIII. nomen ſibi adſcivit. Idem Coronatus die Dom. 18. Maji, Dominico item die Lateranenſem adiit Eccleſiam ſexto poſt menſe, nimirum die 16. Novembris ejuſdem anni. Sedit annos duos menſes novem, undetriginta dies; occubuit mortem 7. Martii ann. 1724.

Facultatem accipiendi pretium Calicis quotannis offerri ſoliti, a Clem. XI. conceſſam Capitulo extendit ad aliud decennium, ſervata ead. conditione pecuniam commutandi in ſacras ſuppellectiles.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CR. 1723. 17. Julii.

AD futuram rei memoriam. Alias pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe fel. recor. Clementi PP. XI. Prædeceſſori noſtro expoſito (*a*), quod Senatus, Populuſque Romanus dictæ Baſilicæ ſingulis annis die feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli unum Calicem offerre conſueverant, Sacriſtia vero ejuſdem Baſilicæ ejuſmodi Calicibus tunc ſatis inſtructa reperiebatur, ſed aliis ſupellectilibus indigebat, idem Clemens Prædeceſſor eiſdem exponentibus, ut ipſi vice, & loco Calicis quotannis offerri ſoliti, ut præfertur, illius pretium a memorato Senatu, Populoque Romano recipere libere, & licite poſſent & valerent, ea tamen lege, ut pretium hujuſmodi illico deponeretur penes Montem Pietatis de Urbe præfata, inde non amovendum, niſi ad effectum illud convertendi in emptionem tot ſupellectilium Baſilicæ præfatæ neceſſariorum, quibus eorumdem Senatus, Populique Romani Inſignia apponi deberent, auctoritate Apoſtolica ad decennium tantum conceſſit, & indulſit, & alias, prout in ejuſdem Clementis Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, ſicut dicti Capitulum, & Canonici nobis nuper exponi fecerunt, decennium ad quod conceſſio præfata facta fuit, forſan expiraverit, ſeu brevi expiraturum ſit (*b*); dicta vero Baſilica ſupellectilibus ſacris adhuc indigeat, ac propterea iidem exponentes licentiam prædictam ad aliud tempus ſibi concedi plurimum deſiderent: Nos eoſdem exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, licentiam recipiendi loco Calicis exponentibus prædictis ad decennium conceſſam, ad alios decem annos a fine dicti decennii computan. eadem auctoritate tenore præſentium, ſervata in omnibus literarum prædictarum forma, & diſpoſitione concedimus ſimiliter, & impertimur. Decernentes, ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-

Calicem quotannis offerendum a S.P.Q.R.

In ſacras ſupellectiles convertendum inſignitis S.P.Q.R.

Clem. XI. conceſſerat ad decenn.

Eadem conceſſio prorogatur ad aliud decenn.

(*a*) Decennium expiraverat: nam Clemens dedit ſuas literas hac de re an. 1713. die 10. Aprilis. Hæ vero quum Septembri menſe datæ fuerint, ad annum 1724 Privilegium extendunt. Neque alia prorogatio Privilegii occurrit. Quare Calix iterum offerri cœptus.

(*b*) Literas Apoſtol. Clem. XI. dedimus paulo ante *pag.* 290. eas conſule cum ſubjectis notis.

(*a*) San-

Juxta ſuperior. Liter. formam. quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. omnibus, & ſingulis illis, quæ in literis prædictis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die XVII. Julii MDCCXXIII. Pontificatus noſtri anno tertio.

Præſentes Literæ Apoſtolicæ in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris præſentatæ fuere Illuſtriſſimis, & Excellentiſſimis Dominis Al. Ur. Conſ. qui ea qua decet reverentia receperunt, & admiſerunt, ac regiſtrari mandarunt; prout regiſtratæ fuere per me infraſcriptum Pop. Rom. Scriptorem in lib. ejuſdem Pop. fol. 134. hac die 3. Maji 1713. Sanctes Randaninus Sac. S.P.Q.R. Scriba, & ſcriptor &c.

BENEDICTUS XIII.

Mortuo Innocentio XIII. die 7. menſis Martii an. 1724., poſt Interpontificium unius menſis, ac dierum 22. ad Summi Pontificatus faſtigium renuens, obluctanſque eſt evectus Fr. Vincentius Maria Urſinus Romanus die 20. Maji, qui aſſumto nomine Benedicti XIII. proximo die Dominico 4. Junii fuit Coronatus, ac menſe inde quarto, die pariter Dominico 24. Septembris proceſſit eques ad Lateranenſem Eccleſiam. Sedit annos 5. menſes 8. dies 23. oppetiit mortem 21. Februarii 1730.

Excommunicationis pœnam, qua Innocentius X. innodaverat Nicotiano utentes pulvere in noſtra Baſilica, ejus Atrio, & Sacrario an. 1650., eripit ceſſante jam abuſu, & ſcandalo, quæ Innocentium ad id moverunt.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN.CH. 1725. 10. Januar.

R*Emo Card. di S. Clemente Arciprete della Baſilica Vaticana. Avendo la felice memoria d' Innocenzio X. noſtro Predeceſſore ſin ſotto il dì 8. Gennaro dell' anno* 1650. *proibito, ſotto pena di ſcomunica* latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda *a tutti i Fedeli dell' uno, e l' altro ſeſſo il prendere il* *Pœna excomm. latæ ſenten. ſumentibus tabac. in Baſ. Vat.* *Tabacco in polvere, in corda, e in fumo nella detta Baſilica di S. Pietro, Coro, Cappelle, Sagreſtia, ſuo Portico, & Atrio, col motivo del grave ſcandalo, che cagionava tal abuſo, allora introdotto, e che con molta indecenza veniva fomentato anco da quelli, che ſervivano al Coro della medeſima. Ed all' incontro avendo Noi riconoſciuto eſſere ceſſato lo ſcandalo accennato, ed eſſer ancora affatto mancata l' indecenza, che proveniva dall' abuſo, che allora ſe ne faceva; e volendo però provedere all' indennità delle Coſcienze di tutti, ed in ſpezie al buon ſervizio di detta Baſilica, il quale rimane molto pregiudicato dal frequente uſcire dal Coro, che fanno quelli, che non poſſono aſtenerſi dall' uſo del Tabacco oggidì avanzato, anco per parere de' Medici, che lo con-* *Ceſſante jam abuſu tollitur.* *ſigliano per rimedio di molte infermità, maſſimamente per quelli, che ſono obbligati a frequentare luoghi freddi, ed umidi nell' ore della mattina, ci ſiamo determinati di permettere nella ſuddetta Baſilica ancora, ſuo Coro, Cappelle, Sagreſtia, Portico, ed Atrio l' uſo del detto Tabacco, non oſtante l' accennata proibizione ſotto pena di ſcomunica* latæ ſententiæ, *non dubitando Noi, che voi invigilerete con tutto il zelo, affinchè con tal permiſſione non s' abbia a mancare al riſpetto, e riverenza dovuta ad una Baſilica rinomata in tutto il Mondo Cattolico, alla quale concorrono i Popoli, anche dalle più remote regioni per venerare li Santi Corpi de' Glorioſi Pietro, e Paolo Apoſtoli. Pertanto col preſente noſtro Chirografo, in cui abbiamo per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il tenore del Moto proprio del detto noſtro Predeceſſore Innocenzio X ſopra la proibizione, e* *Conceditur omnibus tabaci uſus in ead. Baſ.* *pena ſuddetta, ed ogn' altra coſa neceſſaria d' eſprimerſi; di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà Apoſtolica permettiamo a tutt' i Fedeli dell' uno, e l' altro ſeſſo, ed anche al Capitolo, e Clero di detta Baſilica di poter prendere in eſſa, e luoghi ſopra nominati il Tabacco ſuddetto, non oſtante l' accennata proibizione, e ſenza incorſo della detta pena di ſcomunica, quale noi, perche non rimangano illaqueate le coſcienze de' fedeli, e per lo più eſatto ſervizio di detta Baſilica, rivochiamo, aboliamo, ed affatto togliamo appunto come ſe mai non foſſe ſtata fatta, e pubblica-*

blicata, dichiarando però, che con tal permiſſione, non abbia in modo alcuno a diminuirſi il riſpetto, e riverenza dovuta alla detta Baſilica per il quale effetto incarichiamo a voi, che con la ſolita voſtra vigilanza diate al Capitolo, e Clero della detta Baſilica, che deve in ciò ſervire di norma, e di eſempio, ed a tutti gli altri fedeli quegli ordini, che per la conſervazione, ed aumento del riſpetto, e riverenza ſuddetta, che noi ſommamente deſideriamo, giudicherete neceſſarj, ed opportuni, e prenderete ancora ogn' altro provedimento, che in ſequela di detto noſtro pio deſiderio ſtimerete in qualunque modo eſpediente, eſſendo tale la mente, e volontà noſtra preciſa. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizione non oſtante l' accennata proibizione ſotto pena di ſcomunica latæ ſententiæ, *come ſopra fatta dal detto Innocenzio X.* (a) *noſtro Predeceſſore, la Bolla di Pio IV. altro noſtro Predeceſſore* de regiſtrandis, *ed ogni altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario, alle quali tutte avendone il tenore quì per eſpreſſo, ed inſerto di parola in parola, per l' effetto ſuddetto, pienamente deroghiamo.*

Archipreſbitero demandate facultatem &c.

Auctoritas literarum ſeu Chirogr.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico Vaticano queſto dì 10. Gennajo 1725. Benedictus Papa XIII.

Literæ Executoriales Chirographi.

Ex Autogr. in Arch. Baſil. Vat. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN. CH. 1725. 15. *Januar.*

Annibal miſeratione divina tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis Albanus S. R. E. Camerarius, & hujus Sacroſanctæ Baſilicæ Archip. Omnibus, & ſingulis noſtras haſce literas inſpecturis, compertum eſſe volumus, a SS. D. N. Benedicto divina Providentia PP. XIII. per ejus ſpeciale Chirographum, ſeu Motum proprium ad Nos directum, & datum ſub die 10. menſis hujus Januarii anni 1725. Nobis a Sanctitate Sua demandatum fuiſſe, ut cunctis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, ac præſertim Revmo Capitulo, & Clero Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ ſignificemus, & notum faciamus, prout præſentibus exequimur, ab eadem Sanctitate Sua juſtis, prudentibuſque de cauſis in eodem Motu proprio indicatis, certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abolitam fuiſſe, ac penitus abrogatam prohibitionem alias a fel. rec. Innocentio PP. X. factam, qua ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, omnibus, & ſingulis vetuerat, ne in Baſilica præfata, ejuſdemque Sacrario, Choro, Capellis, Porticu, & Atrio Herbam Nicoſianam, vulgo Tabacum nuncupatam, ſive in ſolidum, ſive in fruſta conciſum, ſive in pulverem redactum, fumumve ex eo elicitum, ore, naribus, aut alias quomodolibet ſumere auderent, vel præſumerent; Et virtute memorati Chirographi quibuſcumque a Sanctitate Sua factam fuiſſe poteſtatem dicto Tabaco in recenſitis ſacris locis pro libito utendi, illumque fumendi, cujuſvis Eccleſiaſticæ Cenſuræ comminatione omnino ſublata. Quia tamen in laudato Motu proprio eadem Sanctitas Sua expreſſe declaravit, ejuſdem mentem non eſſe, aut unquam fuiſſe, ut ex narrata permiſſione, reverentia, & honor dictæ Sacroſanctæ Baſilicæ debitus ullatenus minuatur; & ideo nobis, qui præfatæ Baſilicæ, quamvis immeriti, Archipresbyteri munere fungimur, diſtricte præceperit, ut eiſdem Revmo Capitulo, & Clero, qui cæteris aliis exemplo præire debet, ea ſervanda mandaremus, quæ ad augendam domus Domini ſanctitudinem, & cultum huic toto Orbe celeberrimæ Baſilicæ præſtandum, cujus incrementum Sanctitas Sua quam maxime in votis habet facere, & conducere judicaremus. Hinc piiſſimis hiſce Sanctitatis Suæ mandatis morem ex animo gerentes, præſenti Edicto Revmo Capitulo, totique Clero ſupradictæ Baſilicæ diſtricte in Domino præcipimus, non modo, ut in ipſa Baſilica, vel ejus Choro, aut Sacrario Tabacum ita circumſpecte fumant, ut nemini eorum, qui aderunt, ſcandali, & offenſionis ingerant occaſionem; verum etiam, quod illorum nullus, præſertim dum Choro intereſt, & divinis operatur officiis, Arculam, ſeu Thecam, in quo Nicoſianum pulverem ſervat, ad alios in orbem, ſeu gyrum mittere palam, & publice audeat, ſub pœnis arbitrio noſtro, juxta modum inobedientiæ infligendis. Volumus autem, ut hæc voluntatis noſtræ ſignificatio præſentibus literis conſignata in Sacrario memoratæ Baſilicæ, ac in loco conſpicuo, qui ab omnibus cerni poſſit, ſemper affixa remaneat, in perpetuum omnium ſupradictorum, præceptorumque monumentum.

Meminit ſuperioris Chirographi.

Nrcnon prohibitionis Innoc. X.

Baſilica & Cleri Vatic. laus ſingularis.

Moderatio ſervanda in uſu tabaci.

Datum Romæ ex noſtro Palatio ad quatuor Fontes xv. Januarii 1725. A. Card. S. Clementis Archipresb.

Alta-

(a) Hæ Literæ habentur pag. 165.

Altare Sanctiſsimi Crucifixi fit Privilegiatum perpetuum abſque literarum, ſeu Brevis expeditione.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 12. Faſc. 277.

AN.CH. 1727. 12. Febr.

Conſecratio Altaris SS. Crucif.

EGo infraſcriptus teſtor, atque indubiam facio fidem qualiter cum contigerit, me interfuiſſe Conſecrationi peractæ die Mercurii duodecima menſis Februarii currentis anni 1727. a SS. Domino noſtro Benedicto PP. XIII. feliciter regnante Altaris SS. Crucifixi prope Januam Templi S. Petri in Vaticano a manu dextra ſiti; eadem Sanctitas Sua declaravit hoc Altare Privilegiatum perpetuum, juſſitque mihi infraſcripto, quod curarem, adnotari hujuſmodi ſpiritualem beneficentiam, & gratiam in Archivio Revmi Capituli abſque expeditione Brevis; In quorum fidem &c. datum &c. die, & anno ſupradictis (*a*).

Idem Altare fit privilegiatum.

J Archiep. Nicomediæ ejuſdem Baſilicæ S. Petri Canonicus. (*b*)

Altare ſubterraneum SS. Petri & Pauli nuncupatum declarat Privilegiatum perpetuum pro defunctis.

Ex Autogr. Arch. Baſ. Vat. Capſ. 8. Faſc. 302.

AN. CH. 1727. 21. *Martii*.

AD perpetuam rei memoriam.

Omnium ſaluti paterna charitate intenti ſacra interdum loca ſpiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, & in ea ſitum Altare Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſubtus Altare Majus Pontificium, ubi eorumdem Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Corpora aſſervantur (*c*), hoc ſpeciali dono illuſtrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi; ut quandocumque Sacerdos aliquis Secularis, vel cujuſvis ordinis, Congregationis, ſeu inſtituti Regularis Miſſam defunctorum pro anima cujuſcumque Chriſtifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad præfatum Altare celebrabit, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur; itaut ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragan. a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facien. non obſtan. quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Altare ſubterran. S. Petri

Fit privilegiatum perpetuum pro Defunctis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Martii 1727. Pontificatus noſtri anno tertio.

Decla-

(*a*) Sanctiſs. D. N. Bened. XIV. die 21. Decemb. 1749. Privilegia omnia, Indulgentias, & onera adnexa huic Altari, ibidem firma ac ſtabilia eſſe per reſcriptum conceſſit: quamvis, inde aſportata Sacra Crucifixi Imagine, Auguſtiſſimæ Genitricis Mariæ Simulacrum (Pietas nuncupatum) ſedentis, ac filium mortuum ſuſtinentis e pario marmore, Fidelium venerationi exponi ibidem voluerit. Iſtud antea in Capella Sixtina, ſeu Choro extabat, hauddum perfecta Tabula muſivi operis, in qua Sanctiſſimæ ipſius Virginis Conceptio exprimitur: hac vero abſoluta, & collocata in Ara Chori, ne duplex ejuſdem Matris Dei Imago eſſet, neve celeberrimum id Simulacrum loco cedens, ſedem minus propriam ſortiretur, huc translatum fuit. Crucifixo autem a dextris antiqui Altaris in Sacello S. Nicolao Epiſcopo Myrenſi dicato (habuit olim ſedem aliam ab Alpharano in Tab. Ichnogr. indicatam num. 95. in poſteriore minore navi ſiniſtra, ubi Sacellum Nicolaus III. elegantiſſimum conſtruxerat, dotaveratque *To. 1. p.* 196. & affabre elaborato locus ipſe tributus eſt, quem S. idem Nicolaus occupabat, novumque Altare ædificatum S. Epiſcopo in dextera Crucifixi parte. Ita lignea hæc Sanctiſs. Crucifixi Imago, celeberrimum Petri Cavallini opus, quarto mota eſt e ſua ſede: nam primo extitit ad Altare SS. Simonis & Judæ, deinde ad illud S. Petronillæ virginis, tertio ubi nunc Divinæ Pietatis Simulacrum, quarto demum in Sacello S. Nicolai prædicto.

(*b*) Ex nobili Cervina Familia Politiani in Hetruria, Marcelli præſertim II. Summi Pontificis eximiis virtutum ornamentis celebri. Hic mortalem vitam maxime diuturnam hoc anno exuit Patriarcha Jeroſolymitanus die 29. menſis Julii 1751. quum vixiſſet an. 87. menſes 9. riteque tumulatus eſt in Sepulcro Canonicorum noſtræ Baſilicæ.

(*c*) De Sacratiſſimo hoc Altari; quod Principis Apoſtolorum exuviis ſuperpoſitum fuit nihil dico, ne a calce rediiſſe dicar ad carceres: præterquam quod ſentire me ſecus fateor, ac vulgaris opinio eſt. Id tantum lectores moneo, quod ornatus ille e pario marmore, cui hoc anno ſuperinductum eſt lentum aurum; lapillorum varii coloris ornatus; acta & martyrium utriuſque Apoſtoli auratis tabulis expreſſa, opus ſunt egregium a Clemente VIII. fieri mandatum, ac proinde aliquanto antiquius magna ea parte Orientalis Baſilicæ, quam Paulus V. adjunxit, & terminavit.

(*a*) Indi-

Declarat, & Apoſtol. auctoritate confirmat, poſt duas ſententias Sacræ Rotæ pro Abbatia S. Rufilli, conſtare de ejus Territorio ſeparato: quare Canonicis fas eſſe expedire literas Dimiſſoriales pro ordinandis Foropompilienſibus, necnon S. Petri Cuſatorum, & S. Nazarii decernit.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 22. Faſc. 330.

AN. CH. 1727. 26. *April.*

AD perpetuam rei memoriam. In Apoſtolicæ dignitatis faſtigio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, ad ſtatum omnium Catholici Orbis Eccleſiarum, præſertim Almæ Urbis noſtræ Baſilicarum, quarum ſpecialis Nobis a Domino credita eſt ſollicitudo, perſonarumque in eis Altiſſimo aſſidue famulantium propenſis ſtudiis jugiter intendimus, earumque decori, ornamento, ac dignitati paterna benignitate libenter conſulimus, ſicuti, omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Pontifici cura imminet omnium Eccleſiarum Orbis.

Nuper ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ S. Petri de Urbe Nobis expoſitum fuit, quod cum alias poſtquam fel. record. Pius PP. IV. Prædeceſſor noſter intuitu, ac in remunerationem quorumdam ſubſidiorum a Capitulo, ac tunc exiſtentibus Canonicis ejuſdem Baſilicæ in Sedis Apoſtolicæ levamen collatorum (*a*) per ſuam Cedulam Motus proprii XII. Kalendas Julii anno MDLXIV. (*b*) ſeu alio veriori tempore expeditam, diverſa Monaſteria Abbatias nuncupata, & præſertim illam S. Rufilli Oppidi Fori Pompilii in Ravennaten., & Sanctorum Petri de Cuſato, ac Nazarii in Salernitan. reſpective, ſeu aliis Provinciis conſiſtentia una cum univerſis eorum juriſdictionibus, Vaſſallis, & Subditis eidem Capitulo perpetuo univerat, & incorporaverat, & a quacumque juriſdictione, viſitatione, correctione, & alia ſuperioritate tunc, & pro tempore exiſtentium Epiſcoporum Britonorien., Policaſtren., & Caputaquen., tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus exemerat anno MDXCV. tunc exiſtens Epiſcopus Policaſtren. (*c*) jus, Eccleſiam ejuſdem S. Petri de Cuſatis, aliaſque ab ea dependentes Parochiales Eccleſias in vim Decretorum Concilii Tridentini, ac tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, viſitandi, ſibi competere prætendiſſet; exhibita pro parte Capituli, & Canonicorum prædictorum dicta Cedula Motus proprii ſuper unione, & incorporatione hujuſmodi Congregationi tunc temporis pariter exiſtentium S. R. E. Cardinalium ipſius Concilii Interpretum, & rationum utrinque deductarum momentis, per eoſdem Cardinales mature expenſis, prodiit reſolutio: *Non licere prædicto Epiſcopo dictas Parochiales Eccleſias tanquam unitas poſt Concilium prædictum viſitare.*

Pius IV. Monaſter a univerſat Baſil. Vat.

Epiſc. Policaſtren. juriſd. ſibi vindicat.

Poſtmodum vero, nempe anno MDCLXXI. cum tunc etiam exiſtens Epiſcopus Britonorien. (*d*), qui ad Almam Urbem noſtram, Limina Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli viſitatum venerat, coram eadem Congregatione Cardinalium, licet immerito conqueſtus fuiſſet, quod ſpolium ſuæ ordinariæ juriſdictionis in dicto Oppido Foripompilii, & Terra de Meldola, quæ a præfato Monaſterio S. Rufilli itidem dependent, paſſus fuiſſet, ipſaque Congregatio Cardinalium eidem Epiſcopo Britonorien. mandaſſet, ut jura ſua citatis Capitulo, & Canonicis prædictis deduceret, plura dubia in dicta Congregatione Cardinalium, & inter alia: *An prædicti Capitulum, & Canonici literas dimiſſoriales perſonis juriſdictionis ejuſdem Monaſterii concedere poſſent*, die XII. Martii MDCLXXII. diſputata fuere: ſuper quibus nulla deciſiva capta reſolutione, ejuſmodi cauſa, & controverſia per plures annos ſiluit, donec illa reaſſumpta, ac præſertim ſuper facultate concedendi dictas literas dimiſſoriales, eadem Congregatio Cardinalium, poſtquam die 21. Januarii 1719. propoſito ſibi dubio: *An, etiamſi conſtaret de Territorio ſeparato, Capitulum, & Canonici prædi-*

Perinde Epiſc. Britonorien.

Cauſa agitatur in Congreg. Concilii.

(*a*) Indicat rem Romanorum trepidam tempore Clementis VII. de illa autem diximus ſatis multa *To.* 2. *pag.* 382. & *ſeqq.* in notis quas ſubjecimus literis Apoſtolicis.

(*b*) Pii IV. literæ extant *pag.* 50. & *ſeqq.* hujus voluminis conſulendæ notæ, quas iis ſubjecimus.

(*c*) Ferdinandus Spinellus ex nobili Neapolitana Familia tum erat Policaſtri Antiſtes ex Neocaſtrenſi Sede ad hanc translatus a Gregorio XIII. an. 1581 die 4. Decembr. Ughell.

(*d*) Guido Bentivolus Cler. Reg. Congr. Teatinæ ex terra Gualterii, qui poſtea Epiſcopalem Sedem dimittens in manus Clementis X. an. 1675. non multo poſt Ferrariæ occubuit mortem. AA. ap. Ughell. novæ edit.

(*e*) Obli-

prædicti Dimiſſorias concedere poſſent? negative reſponderat, ſubinde die XXIII. Auguſti MDCCXX. inter cætera reſcripſit, quod *iidem Capitulum, & Canonici Romano Pontifici pro obtinendo Indulto literas Dimiſſoriales prædictas concedendi ſupplicarent:* unde ipſi fel. rec. Innocentio PP. XIII. Prædeceſſori noſtro preces porrexerunt, quatenus eis ejuſmodi literas Dimiſſoriales ſuis Subditis tam ratione S. Rufilli, quam Sanctorum Petri de Cuſato, & Nazarii Monaſteriorum præfatorum dandi poteſtatem faceret, quæ memoratæ Congregationi Cardinalium pro voto, ita quod inſtantia proponeretur citatis Epiſcopis prædictis, remiſſæ fuerunt, ubi die XXIII. Maji MDCCXXII. propoſito altero dubio, *Num præſtandum foret conſilium pro conceſſione ejuſmodi indulti?* dilata fuit reſolutio, & reſcriptum, ut expectaretur exitus Cauſæ ſuper Territorio ſeperato pendentis in Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio, de cujus voto alias cognoſcendum eſſe cenſuerat, & in hujus reſcripti executionem Capitulum, & Canonici eamdem Cauſam in dicto Auditorio proſecuti ſunt, a quo juribus hinc inde deductis ſtrictim, & apprime diſcuſſis favore eorumdem Capituli, & Canonicorum deciſum, ac reſolutum fuit *conſtare de Territorio ſeparato* in dicto Monaſterio S. Rufilli, & deinde præfatus Epiſcopus Britonorien. Deciſiones, ac Reſolutiones Rotales hujuſmodi acceptavit, & liti ſuper articulo dicti Territorii ſeparati ceſſit, ipſique demum Capitulum, & Canonici enarratum votum ab ipſo Auditorio deſuper expediri obtinuerunt. Cum autem ſicut, eadem expoſitio ſubjungebat, Capitulum, & Canonici præfati graves expenſas in hujuſmodi controverſia, ac præſertim ſuper Territorio ſeperato, pro cujus comprobatione multiplicia documenta invenire, ac parare debuerunt, ſuſtinenda, facere coacti fuerint, eorumque annui proventus aliquot abhinc annis ob temporum calamitates notabiliter diminuti reperiantur, novaque diſpendia, ſi res denuo in dicta Congregatione Cardinalium pro illius voto impetrando, agitanda foret, ſubire compellerentur; ex præmiſſis vero non obſcure appareat, ipſam Congregationem Cardinalium conceſſionem prædicti Indulti rationi, & æquitati conſentaneam agnoviſſe, illiuſque mentem fuiſſe ut illud concederetur, ſi, & quando de dicto Territorio ſeparato conſtaret, prout nunc de eo plane conſtat, plures autem Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri etiam poſt ſupradictum Concilium Tridentinum facultatem dandi literas Dimiſſoriales hujuſmodi Monaſteria ſimilia obtinentibus conceſſerint; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos eamdem Baſilicam S. Petri, quæ ſpeciale Sedis Apoſtolicæ membrum, & propria Romani Pontificis Sedes, necnon cæterarum Urbis, & Orbis Eccleſiarum ſpeculum, & decus exiſtit (*a*), illiuſque Capitulum, & Canonicos amplioris honoris prærogativa donare, ac aliquod peculiaris devotionis noſtræ, quam erga eamdem Baſilicam gerimus, affectus monumentum extare cupientes, ipſorumque Capituli, & Canonicorum votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, memoratorum Prædeceſſorum noſtrorum exemplo eiſdem Capitulo, & Canonicis, ut ſubditis præfatorum Monaſteriorum S. Rufilli Oppidi Foripompilii Ravennatenſis, & Sanctorum Petri de Cuſato, & Nazarii Salernitan. reſpective, ſeu aliarum Provinciarum nunc & pro tempore exiſtentibus literas Dimiſſoriales ad Clericalem Characterem, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ſuſcipiendos concedere libere & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem perpetuo tribuimus, & impertimur (*b*). Decernentes eaſdem præſentes literas etiam ex eo quod quicumque etiam ſpecifica, & individua mentione digni in præmiſſis intereſſe habentes ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarunt, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juſta, legitima, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo,

Varia ejuſdem Congreg. ſententia favorabiles.

Canonici vitaturi ulteriores expenſas gratiam Apoſt. petunt.

Pontifex Baſilicæ præſtantiam repuans,

Literas Dimiſſoriales concedendi facultatem largitur.

(*a*) Obliti haud videantur Pontifices S. Pii V. Succeſſores Vaticanæ Baſilicæ præſtantiam. En Religionis ejuſdem virum, qui S. Pii V. præclaras laudes æmulatus eſt, priſcas inſtaurantem loquendi formas, ubi de Principis Apoſtolorum Baſilica ſermo eſt. Reputanda hic quæ tam multa luculentiſſima teſtimonia habentur in noſtra hac Collectione. Nec minoris plane faciendum quod tanti Pontificis literæ iſtæ præferunt: paucis enim celebrationes multorum amplectitur.

(*b*) Has literas, ſive, ut paſſim audit, Breve hoc memorabam ſupra (*pag. 239. not. b*) ubi & quæ huc ſpectant nonnulla aſſerebam, quæ poteris conſulere.

clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quocumque, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, ad terminos juris reduci, aut in controverſiam vocari, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel inventari, aut impetrato, ſeu etiam motu proprio, ac ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſo, vel emanato quemquiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvari poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper & perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quacumque litis ſeu litium pendentia, & in univerſalibus provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quatenus opus ſit, dictorum Monaſteriorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, & alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque, totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Auctoritas harum literarum Apoſtol.

In quibuſcumque Judiciis Ro. Curiæ.

Contrariis omnibus non obſtantibus

Quibus pleniſſime derogat

Datum Beneventi ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Aprilis MDCCXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio.

Capitulo Vaticano oppreſſo ære alieno, ſummaſque in anguſtias adducto opem laturus ſummam Sc. 124. millium liberaliſſime largitur, in Rev. Fabricam rejiciens cenſus nequicquam ab eodem creatos cum Beneplacito Apoſtol., ut emergeret.

Ex authent. exemplo in Arch. Baſil. Vat. Capſ. 6. Faſc. 266.

AN.CH. 1728. 10. Jul.

Emo Cardinal S. Clemente Prefetto della Fabbrica di S. Pietro. Avendoci rappreſentato il Capitolo di S. Pietro, di cui voi ſiete Arciprete, le gravi anguſtie, nelle quali ſi ritrova per il groſſo debito, a cui rimane ſoggetto per molte diſgrazie ſofferte negli anni decorſi, tanto per le raccolte aſſai ſcarſe, che per la mortalità de' Beſtiami, come anco per il notabile abbaſſamento de' prezzi de' Grani da molti anni in quà, nè eſſendo baſtato a rimediare a i danni patiti, ed a quei, che anche maggiori ſi temono, il gran calo delle meſate, che li Canonici hanno fatto con ſommo incomodo, maſſimamente del Clero inferiore, il quale, oltre al più aſſiduo ſervizio, che preſta alla Baſilica, per lo più quelli, che lo compongono, non hanno altro emolumento per la loro quotidiana ſuſſiſtenza, che ciò che ricevono dalle dette meſate; E riflettendo Noi di più, che ne' tempi felici li noſtri Predeceſſori, ſi ſono animati (non prevedendo le diſgrazie, che ſono ſopravenute) a caricare di maggiori penſioni del conſueto, tanto i Canonicati, che i Beneficiati, e Chiericati Beneficiati; onde ſenza rimedio, anche per queſta parte tutti patiſcono un' aggravio, quaſi inſoffribile. Pertanto per rimediare

Exponitur Miſeriarum ſeries a Capitulo.

Prædeceſſorum immod. ratus Penſionum modus.

mediare in parte alle ſuddette anguſtie, e per ſoddisſare li debiti contratti dal ſuddetto Capitolo, ſin dalli 4. Aprile 1726. con noſtro Moto proprio ſegnato nel giorno ſteſſo, daſſimo al medeſimo facoltà di prendere a cenſo da chi ſi ſia Perſona o Perſone la ſomma di Scudi centotrentamila, ad effetto però per la rata di ſcudi ventiſeimila, da riceverſi anche in tanti luoghi di Monti Camerali non vacabili, in luogo della pecunia numerata, perche doveſſero ſottoporſi al vincolo del moltiplico, ſintantoche con li frutti de' medeſimi, e frutti de' frutti ſi foſſe cumulata la ſuddetta ſomma di ſcudi centotrentamila per eſtinguere li ſuddetti cenſi, conforme più diffuſamente s' eſprime in detta Cedola di noſtro Moto proprio, eſibita originalmente per gli atti del Corvini Notaro Capitolino li 17. Maggio d'anno 1726. alla quale in tutto, e per tutto s' abbia condegna relazione. Ed avendo il detto Capitolo, e Canonici in eſecuzione della medeſima già preſo la ſuddetta ſomma di ſcudi centotrentamila moneta da più Luoghi Pii, e Perſone particolari, fra' quali da Pietro Gabrielli per la rata di ſcudi ventiſeimila, con eſſergli ſtati dal medeſimo fatti trasferire in luogo della pecunia numerata luoghi dugent'otto de' Monti S. Pietro ſeſta erezione, valutati alla ragione di ſcudi centoventicinque per luogo, con il vincolo del moltiplico ingiunto in detto noſtro Moto proprio, e con la riſerva a ſuo favore ſopra de' medeſimi Monti dell' anteriorità, poziorità o ſpeciale ipoteca, e con eſpreſſa dichiarazione, che ſopra de' medeſimi non poſſa alcun' altra Perſona, e Creditore del medeſimo Capitolo, e Canonici, ancorchè privilegiato acquiſtarvi alcuno jus, e ragione, conforme più diffuſamente s' eſprime nell' Iſtromento ſopra ciò ſtipolato per gli atti del ſuddetto Corvini Notaro Capitolino, e Valentini Notaro A. C. in ſolidum il dì 18. Maggio 1726., al quale vogliamo ſi abbia relazione: Tuttavia continuano, anzi (come Noi ne ſiamo beniſſimo informati) creſcono le anguſtie di detto Capitolo, sì per l' infelicità de' tempi, per li danni ſofferti nelle paſſate raccolte, e per non poter eſitare li Grani, e altre Graſce a prezzi competenti, e per altri motivi, e cauſe ſopra eſpreſſe, come anche per riuſcire al puntual pagamento de frutti di detti Cenſi impoſti, ed a ſupplire alle groſſe ſpeſe, che biſognano per la Sagreſtia, al mantenimento della quale, ci è noto, che da gran tempo, ſuppliſce con ſomme annue, e conſiderabili del ſuo, ci ſiamo per ciò moſſi, anche alle ſuppliche dello ſteſſo Capitolo, a prendere ſopra tali anguſtie qualche provedimento. E compaſſionando Noi all' eſtremo lo ſtato preſente del medeſimo, e volendo, per quanto poſſiamo, cercare le maniere più proprie di ſollevarlo, coll' eſempio di tant' altri Sommi Pontefici noſtri Predeceſſori, ed in ſpecie della felice memoria di Niccolò III. della noſtra famiglia Orſini (a), che tanto beneficò la Baſilica, e Capitolo Vaticano, abbiamo deliberato di renderlo conſolato: mentre dopo maturo eſame avendo conſiderato, anche con il voſtro conſiglio, che l' entrate della Fabbrica di S. Pietro deſtinate dalla pietà de' noſtri Predeceſſori al mantenimento della Chieſa materiale, molto più doverebbonſi applicare per il formale, nel quale conſiſte principalmente il culto divino; e ſapendo beniſſimo, che, quantunque abbia la Sagreſtia della detta Baſilica entrate particolari, le medeſime però per eſſer nella maggior parte, e quaſi tutte gravate de' peſi di Meſſe, ed Anniverſarj, non ſono ſufficienti al mantenimento della medeſima; onde per ſupplire alle groſſe ſpeſe, che occorrono del continuo (b), come abbiamo accennato, conviene al medeſimo Capitolo da tempo immemorabile erogare ſomma conſiderabile del proprio, e che così ancora continuerà in avvenire: e parendoci conforme all' equità, che quando vi ſono altre entrate, che ragionevolmente anzi più preciſamente ſi dovrebbero erogare in queſt' uſo, ſi debba colle medeſime preſtare ajuto, e ſollievo ad un Capitolo, che così lodevolmente ha impiegato le proprie; ci ſiamo determinati ordinare,

Pontifex anno 1726. conceſſerat facultatem erandi Cenſum ſc. 130. mill.

Eamdem ſummam jam Capitulum acceperat.

Magni ſumptus neceſſario faciendi a Cap. anguſtias augent.

Præſertim qui in Sacriſtia commodum erogantur.

(a) De Nicolai III. liberalitate in noſtros Majores recte judicabis, lector, ſi oculis ſubjicies Apoſtolicas literas, quas noſtra in Collectione edidimus [*To. 1. a pag. 175. ad* 203.] Ex omnes pertinent ad ſummam tanti Pontificis liberalitatem. Inſtauratio Canonicorum; Beneficiatorum inſtitutio; Regulæ ſeu Conſtitutiones pro utroque ordine; profuſa in Menſam largitio tum de propriis bonis, tum de iis, quæ aliunde quæſivit, aſſeruitque eidem Menſæ, referuntur accepta Nicolao III. inclytæ Romanæ Familiæ de Urſinis. Hunc igitur Gentilem ſuum jure Pontifex ſe imitaturum eſſe gloriatur præ aliis ſuis Prædeceſſoribus, quorum liberalitatem in Principis Apoſtolorum Baſilicæ Clerum commendat.

(b) Contributionem hanc Sacriſtiæ quotannis faciendam in menſtrua videlicet ſcuta centum, quæ utplurimum non ſunt ſatis, æquiparat ſingularis illa, ac fere intolerabilis Taxa ſcut. 1300. quæ olim ſolvebatur integra Seminario Romano, ab anno autem 1636. ſc. nongenta eidem Seminario, 400. autem noſtro Vatic. ex eadem ſumma immobili bipertito diviſa exſolvuntur. Eamdem Taxam factam ajunt Pii IV. juſſu an. 1564 eodem illo anno ſcilicet, quum idem Pontifex compenſationem attribuit Menſæ Capitulari pro Caſalibus alienatis tempore Clementis VII. de qua dixi in notis *pag.* 50. & *ſeqq.* Certe a prædicto anno ad hunc 1728. annis 164. ſcuta 213. millia, ac ducenta e Menſa Capitulari in Seminaria ſunt erogata. Quin etiam Seminario Vaticano addita ſunt 200. ab anno 1636. quum fuit erectum; ita ut annis 92. quæ præterierant hoc an. 1728. alia ſc. 18400. adjici potuerint priori illi ſummæ, quæ idcirco aſcendit ad ſcuta 231. millia ſexcenta. Hinc ſequitur, ut tantam hujus Pontificis liberalitatem fere neceſſariam arbitremur, ne Formalis, ut eam vocat idem Pontifex, S. Petri Baſilica in præceps rueret.

Non enim, ut deſipientes nonnulli autumant, adminiſtratio bonorum, quæ optima ſemper fuit, ſed ſumtus immodici fuerunt in cauſa, ut eo miſeriarum, atque inopiæ devenirent. Atque hæc quidem notare voluimus, ut quicumque Chirographum iſtud legerint & æquitati maxime conſonam Pontificis liberalitatem prædicent, & Canonicorum queis adminiſtratio rerum credita eſt, ſedulitatem non condemnent.

nare, che la detta noſtra Fabbrica in compenſo, e per riſtoro delle dette ſpeſe, che il detto Capitolo per il paſſato ha fatte e che continuerà a fare ancora in avvenire per il mantenimento della Sagreſtia, e per tutte l'altre cauſe di ſopra eſpreſſe, e per altri motivi, che hanno moſſo, e muovono l'animo noſtro a così deliberare, delli detti Cenſi in detta ſomma di Scudi centotrentamila, come ſopra impoſti, ne aſſuma, ed accolli ſopra di ſe la rata di ſcudi centoventiquattromila ſolamente, con liberare detto Capitolo per la detta ſomma da qualſivoglia obbligo, ed ipoteca, che hanno e poteſſero avere contro di eſſo, e ſopra li corpi Cenſiti li creditori de' ſuddetti cenſi; e all' incontro, che a favore del ſuddetto Capitolo, e Canonici reſtino tanto li ſuddetti luoghi dugent'otto del detto Monte S. Pietro ſeſta Erezione, conſegnatigli dal detto Pietro Gabrielli, quanto gli altri luoghi moltiplicati con li frutti de' medeſimi, come pure li frutti de' medeſimi eſatti, e non inveſtiti, e gli altri decorſi, e da decorrere in futuro, ad effetto di venderli, e riſegnarli liberamente, e non oſtante detto vincolo di moltiplico, ed altri vincoli, patti, e condizioni contenuti nel ſuddetto Iſtromento di Cenſo impoſto, e creato a favore del ſuddetto Pietro Gabrielli, per erogarne il prezzo da ritraerſi da detti Monti in ſupplire alli biſogni ed anguſtie, nelle quali ſi trova detto Capitolo, e Canonici, conforme eſſi ſtimeranno più neceſſario, e per valerſene, quando così lo credano opportuno nell' eſtinzione della reſidual ſomma di detti Cenſi, che devono reſtare a tutto peſo, e cura di detto Capitolo. Però col preſente noſtro Chirografo, in cui vogliamo, che ſi abbia per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il tenore della detta noſtra Cedola di Moto proprio, e degl' Iſtromenti de' Cenſi come ſopra impoſti, della preciſa qualità, quantità, e ſituazione delle tenute, e corpi cenſiti, come pure di tutti li beni, ed effetti della detta Fabbrica, ed ogni, e qualunque altra coſa, quantoſivoglia neceſſaria ad eſprimerſi, di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà aſſoluta, ordiniamo a voi, come Prefetto della detta noſtra Fabbrica di S. Pietro, ed in voſtra aſſenza da Roma a Monſignor Siniboldi Economo della medeſima, che in nome di eſſa, delli ſuddetti Cenſi, come ſopra contratti, ed impoſti dal detto Capitolo, e Canonici della detta Baſilica Vaticana, in vigore del detto noſtro Moto proprio, nella detta ſomma di ſcudi centotrentamila, aſſumiate, ed accolliate, ſiccome Noi aſſumiamo, ed accolliamo ſopra la ſteſſa noſtra Fabbrica di S. Pietro per la rata, e ſomma di ſcudi centoventiquattromila ſolamente, la qual Fabbrica vogliamo, che da oggi in poi reſti totalmente obbligata a favore delli Creditori di eſſi cenſi da ſpecificarſi nell' Iſtromento di detta accollazione da ſtipolarſene, come ſi dirà in appreſſo, tanto per il puntual pagamento de' frutti da decorrere, e maturare a' ſuoi debiti tempi, quanto anche all' eſtinzione, e reſtituzione delle loro ſorti principali a ſuo arbitrio, al qual' effetto eſimiamo, e liberiamo per detta rata di ſcudi centoventiquattromila tutte le tenute, e corpi cenſiti del detto Capitolo, e loro ragioni da tutti gli obblighi, ipoteche, e privilegj anche d'anteriorità, e poziorità competenti alli Creditori de' ſuddetti cenſi, in virtù delli loro Iſtromenti; quali obblighi, ipoteche, e privilegj glieli traſonderete, ſiccome Noi glieli traſfondiamo, e traſportiamo in tutti gli effetti, e beni alla medeſima Fabbrica ſpettanti, non tanto preſenti, che futuri, ed in qualſivoglia luogo poſti, ed eſiſtenti, come ſe da principio della creazione di eſſi cenſi foſſero ſtati ſopra de' medeſimi beni, e loro ragioni quelli impoſti, e vogliamo, che la ſuddetta traslazione d' obblighi, ipoteche, e privilegj abbia, e debba avere la ſua piena eſecuzione, e vigore, come ſe effettivamente alla medeſima per detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila li creditori de' ſuddetti cenſi vi foſſero ſtati giudizialmente citati, e vi aveſſero liberamente preſtato il loro conſenſo, in maniera che reſti per detta rata affatto liberato il ſuddetto Capitolo, e del tutto eſtinta ogni e qualunque azione, che poteſſero quelli pretendere in avvenire contro il medeſimo Capitolo, ſuoi beni, e ragioni, riſervandola, e traſferendola interamente contro i beni, ed effetti della medeſima Fabbrica. Ed all' incontro vogliamo che li detti luoghi dugent' otto del detto Monte S. Pietro ſeſta Erezione, provenienti dal detto Cenſo impoſto a favore del detto Pietro Gabrielli, e dal medeſimo trasferiti a favore del detto Capitolo, e Canonici col detto vincolo del moltiplico, ed altri contenuti, ed eſpreſſi in detto Iſtromento d' impoſizione, aſſieme con tutti gli altri monti già moltiplicati ed inveſtiti, come pure li frutti de' medeſimi monti decorſi, ed eſatti, e non inveſtiti, e reſpettivamente gli altri decorſi, e non eſatti, e da decorrere in futuro, reſtino in tutto e per tutto a comodo di detto Capitolo, e Canonici, alli quali diamo, e concediamo ogni ampla facoltà, e autorità di poter dopo ſeguita la ſtipolazione di detta accollazione, colla ſola indicazione della medeſima, e di tutte le altre ſcritture forſe neceſſarie, e ſenz' alcun conſenſo di detto Pietro Gabrielli, e ſenza quello citare, ne interpellare, liberare, ſiccome Noi liberiamo tutti li ſuddetti monti, e loro frutti da detto vincolo di moltiplico, ed altri, come ſopra eſpreſſi, con facoltà di poterli vendere, e raſſegnare per erogarne il prezzo in ſupplire alle indigenze, ed anguſtie, nelle quali ſi ritrovano detto Capitolo, e Canonici, conforme eſſi ſtimeranno più neceſſario, e prevalerſene, quando co-

Quare Pontifex Sc. 124. mil. ha in Fabricam rejicit;

Capituli prudentiæ relinquens loca Montium &c.

Archipresbytero, vel Œconomo executionem demandat.

Tenimenta & alia corpora eximit ab onere cens.

Omne onus in Fabricam rejectum sciant Creditores.

Loca Montium perinde liberat.

do così lo credano opportuno, nell'eſtinzione della reſidual ſomma di detti cenſi che devono reſtare a tut o peſo, e cura di detto Capitolo, al quale effetto ordiniamo al noſtro Monſignor Teſoriere Generale, che ſenz' alcuna ſua cura, riſchio, e pericolo gliene ſpediſca li neceſſarj mandati de delendo, & regiſtrando, e faccia tutto altro, che ſopra ciò ſtimerà neceſſario. E ſopra le coſe premeſſe diamo a voi, ed in voſtra aſſenza a Monſignor Sinibaldi, come Economo della detta Fabbrica la facoltà di poterne ſtipolar pubblico Iſtromento, con obbligare in eſſo all' oſſervanza di quanto prometterete la ſuddetta Fabbrica, ſuoi beni, effetti, e ragioni nella più ampla forma della noſtra Camera Apoſtolica. E perche vogliamo, che quanto da Noi quì ſi diſpone, rieſca col minor aggravio della Fabbrica medeſima diamo a voi, & a detto noſtro Monſignor Teſoriere Generale preſente, e pro tempore, o a qualunque altra perſona, a cui ſpetterà in ſolidum, quando così giudichiate opportuno, anche ſenz' altra ſpedizione di nuovo Chirografo piena facoltà di ammettere, ſiccome Noi ammettiamo la detta Fabbrica di S. Pietro nelli Monti Camerali non vacabili di quella quantità, e ſpecie, che a voi parrà piu propria, per la quantità de luoghi, e porzioni ſufficienti a ſoddisfare le ſorti principali delli ſuddetti Cenſi in detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila da aſſumerſi, ad accollarſi ſopra la ſteſſa Fabbrica in ragione di ſcudi cento per luogo, e porzione, quali porzioni, e luoghi per detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila, d' adeſſo Noi erighiamo, crejamo, e coſtitujamo, e così creati, & eretti uniamo, & aggiunghiamo, ed incorporiamo alli ſudetti monti di quella ſpecie, e qualità, che a voi parrà, che a tal' effetto, quando faccia di biſogno ampliamo, ed eſtendiamo per il numero preciſo, che coſtituiſca detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila, e vogliamo, che quelli ſieno dell' iſteſſa natura, frutto, qualita, e condizione, e abbiano a godere tutti li privilegj, prerogative, grazie, ed eſenzioni, come ſono, e reſpettivamente hanno, e godono gli altri luoghi dell' iſteſſo monte, dove voi aggiunterete dette porzioni, e luoghi, ſenza veruna diſparità, differenza, e diſtinzione, anche quanto alla priorità, ma facciano, e coſtituiſcano tutti uniti un ſolo corpo confuſo, ed indiſtinto, come ſe dal principio ſi foſſero creati ed eretti unitamente, con facolta a voi di venderli, e liberamente raſſegnarli, per farne poi a nome di detta Fabbrica paſſare immediatamente il loro prezzo, con quel di più, che vi riuſcirà ritrarne per il vantaggio, che ſuol dare la Piazza nella Depoſiteria Generale di eſſa Fabbrica, e per conto della medeſima, ſenza, che la noſtra Camera in qualſivoglia tempo futuro ſia tenuta in minima parte a rilevarne alcuno, ne voi, ne i voſtri Succeſſori abbiate da renderne conto, e molto meno ſenza veruna cura, e peſo delli Montiſti, che l' acquiſteranno, perche in quanto alla piena cautela, e ſicurezza de ſuddetti monti, e Montiſti, e conſeguentemente della noſtra Camera in primo luogo obbligata nelle primiere erezioni di eſſi monti di noſtra certa ſcienza, e colla pienezza della noſtra ſuprema poteſtà Apoſtolica obblighiamo, ed effettivamente ipotechiamo tutti, e ſingoli beni, effetti, ragioni di qualunque ſorte, e ſpecie, che ſotto qualſivoglia titolo, e denominazione preſentemente, ed in qualſivoglia futuro tempo poteſſero ſpettare all' iſteſſa Fabbrica, anche per puro capo di elemoſina, particolarmente della Cruciata delli Regni di Spagna, Portogallo, e Sicilia, e altri qualſſiano tanto eſiſtenti in queſta Città, e nel noſtro Stato Eccleſiaſtico, come indiſtintamente in qualunque altro Dominio, Stato, Regno, e parte del Mondo, ſenza eſcludere, o eccettuare la minima coſa, che non s' intenda, ed effettivamente non reſti affatto obbligata, & ipotecata per fondo, e dote de' medeſimi monti da Noi per detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila aggiunti, e per il pronto pagamento de' loro frutti, anche vogliamo, che ſi faccia puntualmente dalla medeſima Fabbrica, e ſuo Depoſitario di bimeſtre, in bimeſtre anticipatamente per la loro rata in mano de Depoſitarj di eſſi monti pro tempore alla ragione di ſcudi tre per luogo, e anno, liberi, e franchi da ogni ſpeſa, e contribuzione per così continuare ſino alla loro totale eſtinzione. Quali ſcudi centoventiquattromila moneta da ritirarſi da' detti monti, come ſopra aggiunti, ed eretti dopo che ſaranno depoſitati nella Depoſiteria di eſſa Fabbrica, come ſopra, vogliamo, che da voi s' eroghino in una, e più volte, come porterà l' occaſione nell' eſtinzione, e retrovendita de' ſuddetti cenſi, come ſopra impoſti dal detto Capitolo, e Canonici della detta Baſilica, e da accollarſi ſopra la ſteſſa Fabbrica, e perciò ſpedirete li mandati, e darete tutti gli ordini, che ſtimerete opportuni per gli effetti ſuddetti, approvando Noi preventivamente, e conſermando tutto ciò, che da voi ſarà fatto, ed operato, per eſſere tale la mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo, benche non ammeſſo ne regiſtrato in piena Camera, e ne' ſuoi libri a tenore della Bolla di Pio IV. noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, vaglia, e debba avere ſempre il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizione; e contro il medeſimo, non poſſa mai opporſi di ſubrezione, obrezione, ne di alcun' altro vizio, o difetto della noſtra volontà, ed intenzione, ne diverſamente ordinarſi, o giudicarſi dal Giudice, o dalla noſtra Congregazione di detta Fabbrica, ed ancorche non ſiano ſtati ſentiti, citati, ne interpellati li creditori de' ſud-

Archipresbytero, tanquam Cimetario, & Theſaurario committit, ut accepent.

Ut loca Montium & portiones in Fabricæ nomine creata.

Quæ ſcilicet vendant denique Summam Capitulo.

Bona omnia Fabricæ obligat auct. Apoſtol.

De bimeſtri in bimeſtre ſolvat Fabrica tria ſc. annua pro quolibet loco.

Auctoritas harum literarum.

de' ſudetti cenſi, e ciaſcheduno di loro, e qualſivoglia altra perſona, che ne' medeſimi cenſi poteſſe avere qualſivoglia intereſſe, Monſignor Economo, e il Fiſcale di detta Fabbrica togliendo loro, ed a qualſiſia Giudice o Tribunale, o Congregazione de' Revm̃i Cardinali ogni facoltà, ed autorità di diverſamente riſolvere, ordinare, interpetrare, o giudicare dichiarando Noi d' adeſſo preventivamente nullo, irrito, & invalido tutto ciò, che ſi faceſſe in contrario. Contrariis omnibus Conſtitutionibus derogat. *Non oſtanti le facoltà di detta Congregazione della Fabbrica, le Bolle di Simmaco, Paolo II., Paolo IV. e del detto Pio IV.* de rebus, & juribus Eccleſiæ non alienandis, *la regola della noſtra Cancelleria* de jure quæſito non tollendo, *e per quanto faccia di biſogno, li Chirografi, e Moti proprj de' noſtri Predeceſſori ſopra l' erezioni delli monti, a' quali a voi parrà aggiuntare li ſudetti luoghi per detta ſomma di ſcudi centoventiquattromila, e qualſivoglia altre Coſtituzioni, ed Ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de' noſtri Predeceſſori, l' Iſtromento dell' Impoſizioni di detti cenſi, la Bolla di S. Pio V.* ſuper modo creandi cenſus, *la Coſtituzione ſopra la Riforma, o ſiano Provviſioni de' Tribunali in data delli 26. Aprile proſſimo paſſato, e qualſiſiano Leggi Civili, e Canoniche, Concilj Generali, e Provinciali, Statuti, altre Riforme, Decreti, Uſi, Stili, e Conſuetudini, ed ogni altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendone il loro tenore quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra poteſtà Pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque ſoſtanziale, e formale, che poteſſe intervenirvi per queſta volta ſola, e per l' effetto ſuddetto ampiamente deroghiamo.* Supplet Apoſt. authorit. omnes defectus.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico Vaticano queſto dì 10. Luglio 1728. (a)

BENEDICTUS PP. XIII.

Sumptum ex ſuo proprio Originali in Actis exhibito, ac reſpective regiſtratum, & Illm̃o, & Rm̃o D. Guidn de Palagiis exhibenti reſtit., cum quo facta collatione concord-t, meliori ſemper ſalva &c. In fidem &c. hac die 12. Julii 1728.

Ita eſt prn D. Dominico Galoſio.

C. A. Secretarius.

D. Petruccius Cancellarius.

Loco ✠ Signi.

Suborta difficultate ex parte Creditorum renuentium Fabricam pro Capitulo agnoſcere, concedit, ut in Capitulum transferantur nomina 1024. locorum Montium, centeſim. 79. baj. 35. Montis S. Petri primæ erectionis ipſius Rev. Fabricæ cum omnibus conditionibus &c. iterum aſſumente Capitulo eoſdem cenſus Sc. 124. millium.

Ex authentico exemplo Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 6. Faſc. 266.

AN. CH. 1729. 30. Octob.

BEnedictus Papa Decimustertius. Motu proprio &c.

Avendo noi con ſpecial noſtro Chirografo ſegnato il dì 10. Luglio 1728. diretto al Rm̃o Card. di S. Clemente Camerlengo, e Prefetto della Fabbrica di S. Pietro per diverſi ſuſſiſtenti, e fondamentali motivi, e cauſe in eſſo eſpreſſi ordinato al detto Rm̃o Cardinal S. Clemente, e in ſua aſſenza da queſta noſtra Città a Monſig. Sinibaldi Economo di Allati Chirographi mentionem facit.

detta

(a) Quidquid certæ ſint cauſæ, cur menſa Capitularis fere opprimeretur alieno ære. Nihilominus tantum ac tam ſingulare, tamque opportunum beneficium Ordo omnis Vaticani Cleri, quaſi cælitus delapſum tanti habuit. ut perpetuum rei monimentum Canonici in Sacrario poſuerint Pontifici bene mer[illegible] ſtatuam aheneam cum ſubjecta Epigraphe. Inde & be[illegible]m hoc ſingulare, & grati animi officium Anniverſaria perpetua Sacra conſtituta pro munificentiſſimo Pontifice, qui Cleri Vaticani tam libenti animo, celeberrimoque conſilio reſtituit, poſteritas omnis intelliget. Præteriri hic non debet hac ſuper re locuples teſtimonium SS. D. N. BENEDICTI XIV. qui Canonicatum, & Præbendam Theologalem ad ea fere tempora obtinuit in noſtra Baſilica. *Teſtari autem poſſum, ait, non ſatis idoneum recepiſſe levamen ab eximia beneficentia, ac liberalitate fa. me. Benedicti XIII. qui eam liberavit ab onere ſolutionis ingentis debiti &c.* De Beatif. &c. Tom. 1. l. 1. cap. 46. n. 33.

BENEDICTO XIII. PONT. MAX. URSINO
Ordinis Prædicatorum
Quod beneficentiam Nicolai III.
Aliorumque Gentilium ſuorum
Erga Vaticanam Baſilicam æmulatus
Magnum æs alienum
Ob renovatas per plures annos
Rei agrariæ calamitates
A Menſa Capitulari contractum
Uno die Pontificia liberalitate
Diſſolverit
Capitulum & Canonici
Anniverſariis pro eo Sacris
In perpetuum conſtitutis
Grati animi Monumentum poſuerunt
A. D. M. DCCXXVIII.

(a) Con-

detta Fabbrica, che delli Cenſi in vigore di altro Moto proprio ſegnato il dì 4. Aprile 1726. impoſti dal Capitolo, e Canonici della Baſilica Vaticana nella ſomma di Scudi cento trentamila in ſorte principale a favore di diverſe Perſone, ne aſſumeſſe, e accollaſſe ſopra la ſteſſa Fabbrica di San Pietro la ſola ſomma di Scudi cento ventiquattro mila, e che la ſteſſa Fabbrica dal giorno della data del detto noſtro Chirografo reſtaſſe totalmente obbligata a favore de' Creditori di eſſi Cenſi, che ſi foſſero ſpecificati nell' Iſtromento della detta accollazione, da ſtipolarſene tanto per il puntuale pagamento de' frutti, che foſſero decorſi, che per l'eſtinzione, e reſtituzione delle loro ſorti, avendo Noi per tale effetto liberati per detta rata di Scudi cento ventiquattro mila tutti li corpi de' fondi cenſiti da tutti gli obblighi, ipoteche, e Privilegj, e quelli trasfuſi e trasportati in tutti gli effetti, e Beni della medeſima Fabbrica, come pure per minor aggravio della ſteſſa Fabbrica, avendo dato a detto Rmo Card. San Clemente, e al noſtro Monſig. Teſoriere Generale preſente, & pro tempore in ſolidum piena facoltà di ammettere la detta Fabbrica di San Pietro nelli Monti Camerali non vacabili di quella qualità, e ſpecie che a detto Rmo Card. S. Clemente foſſe parſo per la quantità di luoghi, e porzioni ſufficienti a ſoddisfare le ſorti principali de' ſuddetti Cenſi in detta ſomma di Scudi centoventiquattro mila con facoltà ad eſſo Rmo Card. S. Clemente di venderli, e liberamente raſſegnarli, per farne poi a nome di detta Fabbrica paſſare immediatamente il prezzo con quel di più, che ſuol dare la Piazza nella Depoſiteria Generale di eſſa Fabbrica, per erogarſi dalla medeſima nell'eſtinzione, e retrovendita de' ſuddetti Cenſi da detto Capitolo, e Canonici impoſti, e che ſi foſſe accollati la ſteſſa Fabbrica conforme più diffuſamente ſi eſprime in detto noſtro Chirografo, al quale vogliamo ſi abbia opportuna relazione. E avendoci ora rappreſentato il ſuddetto Capitolo di S. Pietro, che, benchè in eſecuzione di detto noſtro Chirografo, detto Monſignor Sinibaldi come Economo ſuddetto eſprimeſſe, ed accollaſſe ſopra della medeſima Fabbrica li ſuddetti Cenſi nella detta ſomma di Scudi cento ventiquattro mila in ſorte dovuti a varie Perſone, e ne ſtipolaſſe pubblico Iſtromento d'accollazione per gli atti dell' Agoſtini Notaro di eſſa Fabbrica li 14. dello ſteſſo meſe di Luglio 1728.; con tuttociò li Creditori Cenſuarj ricuſaſſero di ricevere gli ordini de' frutti eſibitili dal detto Capitolo per pagamento finale a tutto il tempo per cui durò il ſuo obbligo, in guiſa tale, che fu neceſſitato fare gli effettivi Depoſiti degli Ordini, e ſtipolarne l' Iſtromenti di Quietanze ex Officio decretati dal Rmo Card. Accoramboni allora noſtro Pro-Uditore

Quomodo in Fabricam rejecti erant cenſus.

Admiſſa erat Fabrica inter Montes Camer. non vacabiles.

At nequicquam reſpectu Creditorum.

rogati negli atti del Paparozzi Notaro A. C. e non oſtanti li ſuddetti atti, e quantunque la detta Fabbrica di già ſia ſtata ammeſſa nel Monte S. Pietro prima Erezione per luoghi, e porzioni mille ventiquattro, e centeſimi ſettantanove, e bajocchi trentacinque alla ragione di Scudi cento per ciaſchedun luogo con li frutti fin dal bimeſtre di Maggio, e Giugno proſſimi paſſati; contuttociò li ſuddetti Creditori di detti Cenſi hanno perſeverato, e tuttavia perſeverano nella loro reſiſtenza, e difficoltà di accettare per debitrice la detta Fabbrica, perciò detto Capitolo, e Canonici per evitare qualche lite diſpendioſa penſaſſero, per rendere ſoddisfatti detti Creditori de' Cenſi, di farſi trasferire dalla detta Fabbrica tutti li ſuddetti Monti, alli quali eſſa è ſtata per l' effetto ſuddetto ammeſſa al prezzo corrente di Scudi cento ventuno per luogo con quegl'iſteſſi obblighi, ſicurezze, e ragioni, e con riaſſumere ſopra di ſe il peſo de' Capitoli, e frutti de' ſuddetti Cenſi, e con facoltà di eſſi Capitolo, e Canonici di potere alienare ſempre che gli piacerà l' iſteſſi Monti a preciſo fine di erogare il loro prezzo nell' eſtinzione de' medeſimi Cenſi, e ſopra ciò avendone ſupplicata la Congregazione del Concilio, quella ne commetteſſe la verificazione dell' eſpoſtole al detto Rmo Cardinal San Clemente, come Arciprete di San Pietro, da cui in vigore delle facoltà concedutegli dalla detta Congregazione li 2. Luglio ſcorſo ne riportaſſero l' opportuna licenza, in vigore della quale foſſe il dì 11. Agoſto ſcorſo tra la detta Fabbrica, e li ſuddetti Capitolo, e Canonici di detta Baſilica Vaticana ſtipolato Iſtromento, in cui il medeſimo Capitolo, e Canonici riaſſumeſſero, e riaccollaſſero ſopra di loro tutti li ſuddetti Cenſi in detta ſomma di Scudi cento ventiquattro mila come ſopra da' medeſimi impoſti, e accollatiſi dalla ſteſſa Fabbrica con li frutti decorſi a tutto Giugno ſcorſo da pagarſi dalla medeſima Fabbrica, ed all' incontro in correſpettività di detta riaccollazione di Monſignor Sinibaldi Economo ſuddetto con l' intelligenza, e come Procuratore del detto Rmo Cardinal S. Clemente Prefetto di detta Fabbrica cedeſſe allo ſteſſo Capitolo, e Canonici di S. Pietro tutti li ſuddetti luoghi mille ventiquattro, e centeſimi ſettantanove, e b.35. del detto Monte S. Pietro prima erezione, a'quali eſſa Fabbrica per l' effetto ſuddetto fu, come ſi è detto, ammeſſa, e che cantavano già in favore della ſteſſa Fabbrica aſſieme con li loro frutti decorſi dal primo di Luglio ſcorſo, e da decorrere in futuro, e con patente in tutto franca con facoltà a favore del detto Capitolo, e Canonici di poter liberamente, e ſenz' altro mandato di Giudice, ne dello ſteſſo Monſignor noſtro Teſoriere Generale vendere, e raſſegnare li ſuddetti Monti a loro beneplacito, ad

Qui Fabricam ut debitricem agnoſcere noluere.

Capitulum ob vitandas lites nomina iterum ſibi ſumit.

Petit ut loca Montium 1024 ejuſd. Fabricæ ſibi tribuantur libera.

Digitized by Google

to, ad effetto però di erogarne il prezzo in eſtinzione de' ſuddetti Capitali de' Cenſi paſſivi da eſſi riaccollati, e con pieno obbligo della ſteſſa Fabbrica della libertà, Franchigia, Privilegj, e Prerogative di eſſi Monti, come più diffuſamente s' eſprime in detto Iſtromento come ſopra ſtipolato il dì 11. *Agoſto ſcorſo per gli atti dell' Agoſtini Notaro della Fabbrica, al quale in tutto, e per tutto vogliamo s' abbia condegna relazione: in eſecuzione del quale credendo detto Capitolo, e Canonici riportare a loro favore la traslazione di eſſi Monti con riportare la franchigia tanto a favor loro, che a favore del primo Compratore, ciò gli ſia ſtato dall' Amminiſtratore Generale de' Monti non ſolo difficoltato, pretendendo non aver detto Rm̃o Cardinal San Clemente la facoltà in detto Chirografo di poter cedere detti Monti a detto Capitolo, ma di erogarli direttamente in eſtinzione de' ſuddetti Cenſi, e di più eſpreſſamente abbia propalato l' animo ſuo di dover far pagare tutti gli emolumenti ſoliti ad eſſo Capitolo nella vendita, che ne faranno a' Compratori. Perciò per queſta pretenſione, ancorchè foſſe giuſta, conſiderando eſſi Capitolo, e Canonici eſſergli molto pregiudiziale il ritardo della traslazione de' ſuddetti Monti per detto ſuppoſto di difetto di facoltà al detto Rm̃o Cardinal S. Clemente, come pure di non poter' evitare l' eceſſive ſpeſe, che occorreranno per l' effetto ſuddetto, ſiano ricorſi da Noi, affinchè voleſſimo degnarci approvare e confermare la ſuddetta riaccollazione de' Cenſi da eſſi fatta con la traslazione a loro favore de' ſuddetti Monti, ed anche ad eſimerli, e liberarli da tutte le ſpeſe, che foſſero tenuti fare per cauſa di traslazione a loro favore, e delle vendite reſpettivamente, che ne faranno a favore de' primi Compratori: Onde Noi commiſerando non tanto per li motivi, e cauſe eſpreſſe nel ſuddetto noſtro Chirografo come ſopra ſegnato il riferito giorno* 10. *Luglio* 1728., *ma riflettendo anche alle anguſtie, nelle quali ſi ritrovano detti Capitolo, e Canonici ſopraggiuntegli per la cattiva ultima raccolta occorſali nella ſcorſa ſtagione ne' loro Seminati, ci ſiamo determinati compiacerli nella loro domanda, come in appreſſo: Avendo pertanto nel preſente noſtro Moto proprio per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il tenore del detto noſtro Chirografo come ſopra ſegnato il dì* 10. *Luglio* 1728. *del detto Iſtromento d' accollazione de' Cenſi in eſecuzione del detto Chirografo fatta dalla detta Fabbrica di San Pietro, e rogato per detti atti dell' Agoſtini ſuo Notaro il riferito giorno* 14. *dello ſteſſo meſe, degli Iſtromenti delle quietanze de' frutti de' ſuddetti Cenſi come ſopra fatte dal detto noſtro Pro-Uditore* ex Officio, *della ſuddetta licenza della Congregazione del Concilio, del detto Iſtromento di riaccollazione de' ſuddetti Cenſi fatta da' ſuddetti Capitolo, e Canonici, e di traslazione, e raſſegna de' ſuddetti luoghi mille ventiquattro, e centeſimi ſettantanove e b.* 35. *de' ſuddetti Monti fatta a loro favore dal detto Monſig. Sinibaldi, come Economo di detta Fabbrica, e Procuratore reſpettivamente dal detto Rm̃o Card. S. Clemente come Prefetto della medeſima, come ſopra rogato per detti atti dell' Agoſtini Notaro della Fabbrica il detto dì* 11. *Agoſto ſcorſo, e d'ogn'altra, e qualunque altra coſa quantoſiſia neceſſaria ad eſprimerſi; di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra ſuprema, ed aſſoluta Poteſtà, ed autorità, approvando pienamente, e confermando il ſuddetto Iſtromento di riaſſunzione, e riaccollazione de' ſuddetti Cenſi paſſivi in detta ſomma di Scudi centoventiquattro mila riaccollatiſi dalli ſuddetti Capitolo, e Canonici della detta Baſilica Vaticana con li loro frutti dal primo Luglio ſcorſo, e da decorrere in futuro, con la traslazione, ceſſione del detto Monſig. Sinibaldi ne' nomi ſuddetti a nome della noſtra detta Fabbrica fatta a favore dello ſteſſo Capitolo, e Canonici de' ſuddetti luoghi mille ventiquattro, e centeſimi ſettantanove e b.* 35. *di detto Monte S. Pietro prima Erezione con tutte le condizioni, promeſſe, obblighi, ed altro in detto Iſtromento contenute, ed eſpreſſe, quale vogliamo, che abbia, e debba avere il ſuo pieno, e totale effetto, come ſe foſſe ſtato ſtipolato con la precedente noſtra licenza, e con tutte le neceſſarie facoltà. E perciò ordiniamo all' Amminiſtratore Generale de' Monti preſente,* & pro tempore, *che ſenz' altro mandato del noſtro Monſig. Teſoriere generale, ne di qualſiſia altro Giudice, che in vigore del preſente noſtro Moto proprio ammetta a favore del Capitolo, e Canonici di San Pietro la traslazione di tutti li ſuddetti Monti ceduti li dalla ſuddetta Fabbrica in detto Iſtromento con l' iſteſſe condizioni in eſſo eſpreſſe, e con facoltà a' medeſimi, e loro Camerlenghi maggiori preſenti,* & pro tempore *di venderli, e raſſegnarli in una, e più volte ad una, e più perſone per depoſitarne il prezzo nel Monte della Pietà, e Banco di S. Spirito a loro credito, e con ordine delli medeſimi Camerlenghi maggiori erogarlo in eſtinzione de' ſuddetti Cenſi di mano in mano ſi eſiteranno detti Monti, e tanto la ſuddetta Ceſſione, e traslazione da farſi a favore di detti Capitolo, e Canonici, quanto anche le vendite, e raſſegne, che da' medeſimi ſe ne faranno a favore de' primi Compratori, vogliamo, ed ordiniamo al medeſimo Amminiſtratore, ed al detto noſtro Monſig. Teſoriere generale, che ſi facciano gratis, e ſenza pagamento d' alcuno Emolumento, che doveſſe pagarſi alla ſteſſa Segreteria, ed anche riſpetto alla ſpedizione delle Lettere patenti, e della rata del Segretario, e Computiſta, quali in tut-*

Oppoſitio Adminiſtratoris generalis Montium.

Defectus auctoritatis in Card. S. Clem. & ſumtus neceſſarii ad reaſſumtionem.

Pontifex gratificaturus ante acta omnia pro expreſſis habet.

Deinde reaſſumtionem ratam habet auct. Ap.

Adminiſtrator. generalem jubet admittere tranſlationem.

Omnia inſuper facienda gratis favore Capituli.

in tutto e per tutto gliele condoniamo, e farà ogni altro atto, che ſtimerà neceſſario, ed opportuno, e così eſeguirà per eſſere tale la mente e volontà noſtra preciſa. Volendo, e decretando, che la preſente noſtra cedola di Moto proprio, ancorche non ammeſſa, ne regiſtrata in piena Camera, e ne' ſuoi Libri a tenore della Bolla di Pio IV. noſtro Predeceſſore de regiſtrandis vaglia, ed abbia ſempre, ed in ogni futuro tempo il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizione, ne ſe gli poſſa mai opporre di ſubrezione, obrezione, ne di verun altro vizio, o difetto della noſtra volontà, ed intenzione, e benchè non vi ſia ſtato citato, ne ſentito Monſig. Commiſſario della noſtra Camera, e qualſivoglia altre Perſone, che vi aveſſero, o pretendeſſero avervi qualſivoglia intereſſe, non oſtante li Sacri Canoni, le bolle di Paolo II., Paolo IV. e di detto Pio IV. de bonis Eccleſiæ, & Cameræ non alienandis, l'altra del detto Pio IV. de regiſtrandis, la regola della noſtra Cancelleria de jure quæſito non tollen., e qualſivoglia altre coſtituzioni, ed ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de' noſtri Predeceſſori, leggi, ſtatuti, riforme, uſi, ſtili, conſuetudini, ed ogni altra coſa che faceſſe, o poteſſe fare in contrario. Alle quali tutte, e ſingole, avendone il lor tenore quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra ſuprema, ed aſſoluta poteſtà, ed autorità ad ogni vizio, e difetto ancorche ſoſtanziale, e formale, che poteſſe nelle coſe premeſſe intervenire, per queſta volta ſola, ed all'effetto premeſſo ſpecialmente, ed eſpreſſamente deroghiamo.

Auctoritas hujus Motus proprii

Conſtitutionibus contrariis non obſtan.

Quibus omnibus ampliſſime derogat.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico Vaticano queſto dì 30. Ottobre 1729.

BENEDICTUS PP. XIII.

Sumpta ex ſuo proprio Originali in Secretaria Generali Montium exhibito ſub die prima hujus menſis, cum quo Collat. concordat, ſalva ſeper &c. In quor. fidem &c. Dat. die 9. Decembris 1729.

Vincentius Annibaldus Adm. Gen.

CLEMENS XII.

Benedicti XIII. emortualem diem 21. Febr. 1730. Interpontificium excepit ſatis diuturnum quatuor menſium, ac dierum 22. uſque ad duodecimam menſis Julii; quum Laurentius Corſinus Florentinus electus fuit. Is Clementis XII. ſumto nomine Coronatus eſt proximo die Domico 16. ejuſdem menſis, adiitque Lateranenſem Eccleſiam menſe quinto, die nimirum Dominico 19. Novembris. Sedit annos novem, menſes ſex, dies 25. ſupremum obiit diem 6. Februarii 1740.

Exigendi penſiones Domorum &c. officium a duobus Beneficiatis Camerariis exerceri ſolitum; necnon recognitionis, & approbationis reparationum domorum duobus Clericis Beneficiatis committi pariter ſolitum demandari aliis, idoneis a Capitulo repertis, pro recta bonorum & rerum adminiſtratione decernit.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 7. Faſc. 277.

AN. CH. 1734. 12. Nov.

AD futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, quod ipſi juxta ſua, & dictæ Baſilicæ ſtatuta, per diverſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros confirmata, quatuor majores, ut vocant, ex Canonicis, ac duos e Beneficiatis nuncupatis ejuſdem Baſilicæ Camerarios ſingulis annis eligere conſueverunt, aſſignato per ſtatuta præfata annuo emolumento primodictis quidem quatuor majoribus ſexaginta ducatorum auri de Camera, qui nunquam tamen ab eis percepti fuerunt, reliquis vero duobus Camerariis Beneficiatis hujuſmodi pro tempore exiſtentibus quindecim ducatorum ſimilium, quos eis in ſumma octodecim ſcutorum monetæ Romanæ antehac ſemper ſolutos fuiſſe ex Libris Capituli prædicti conſtare dicitur, dictiſque duobus Camerariis Beneficiatis ex antiquo uſu a ſupradictis ſtatutis forſan promanante onus incumbit penſiones domuum, annuos perpetuos Canones, Laudemia, & Quindennia ad eoſdem exponentes illorumque Menſam Capitularem ſpectantes, & ſpectantia tam in Urbe præ-

Sex Camerarii juxta Conſtitutiones creari ſolitii.

Emolumenta eiſdem aſſignata

ſata, quam in ejus ſuburbiis exigendi: præterea dicti exponentes deputare quoque ſolent binos Clericos beneficiatos ſimiliter nuncupatos ipſius Baſilicæ, qui reviſores domorum dicuntur, quorumque munus eſt reparationes, & alia opera, quæ in domibus præfatis, earumque pertinentiis itidem pro tempore fiunt, recognoſcere, atque approbare. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tametſi præmiſſa pro recta, felicique prædictæ Menſæ Capitularis, ejuſque rerum, ac bonorum adminiſtratione ordinata, & invecta fuiſſe dignoſcantur, nihilominus experientia compertum fuerit, exinde præfatæ Menſæ Capitularis indemnitati haud ſatis proſpectum eſſe, illiuſque rationibus conducibilius fore, ſi exactio per prædictos Camerarios Beneficiatos fieri conſueta, deinceps uni ſeu pluribus aliis perſonis idoneis ipſi Capitulo beneviſis committeretur, necnon recognitio, & approbatio reparationum domorum, & aliorum operum hujuſmodi, quæ per Clericos Beneficiatos præfatos de præſenti peragitur, a Syndicis, aliiſve Canonicis per dictum Capitulum deputandis in poſterum fieret; Nobis propterea ipſi exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad ea, quæ in majorem ejuſdem Menſæ Capitularis cedunt utilitatem, ac commodum libenter intendentes, ipſoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſis, aliiſque rationabilibus cauſis nobis notis, ac animum noſtrum moventibus adducti, auditiſque deſuper venerabilis fratris noſtri Annibalis Epiſcopi Sabinen. S. R. E. Cardinalis Albani Sancti Clementis nuncupati, præfatæ Baſilicæ Archipresbyteri relatione, & animi ſententia, eiſdem exponentibus, quod ipſi inpoſterum unam, ſeu plures perſonas habiles, ac fide, & facultatibus idoneas ſibi beneviſas, prævia tamen ſufficienti cautione, vel fidejuſſione favore præfatæ Menſæ Capitularis, per eam, ſeu eas præſtanda in exactorem, ſeu Exactores penſionum domorum, Canonum, Laudemiorum, & Quindenniorum præfatorum cum congruo ſalario ei, ſeu eis ſuper bonis ejuſdem Menſæ Capitularis aſſignando, conſtituere, & deputare, ac exactores ſic pro tempore deputatos, ubi, quoties opus fuerit, amovere, aliosque in eorum locum itidem habiles, & idoneos cum ſimili cautione, ſeu fidejuſſione, & ſalario ſubrogare; reviſionem vero, & approbationem reparationum domorum, & cæterorum operum in iis, earumque dependentiis etiam pro tempore faciendorum duobus Syndicis pro tempore quoque exiſtentibus, aliiſque Canonicis dictæ Baſilicæ ſicut pro rerum, ac temporum conditione magis expedire judicaverint, committere, & demandare libere, & licite, & independenter poſſint, & valeant, quamcumque neceſſariam, & opportunam facultatem, & licentiam, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium tribuimus, & impertimur, volentes & harum ſerie mandantes, ut prædicti duo Camerarii de cœtu Beneficiatorum præſentes, & futuri in iſtiuſmodi exactione ſeſe amplius minime ingerant, nec Menſa Capitularis præfata ad dictorum quindecim ducatorum, vel octodecim ſcutorum ſolutionem eis faciendam teneatur (a), aut ad id quovis prætextu cogi, vel compelli poſſit. Ad hæc Officium Reviſorum domorum Clericis Beneficiatis demandari conſuetum, ut præfertur, auctoritate, & tenore præfatis perpetuo ſupprimimus, extinguimus, & abolemus, ac modernos Reviſores ab officio hujuſmodi ex nunc abſolvimus, ac liberamus: dictis autem exponentibus juramentum quodcumque de non petenda, & impetranda derogatione, & gratia adverſus ſtatutorum præfatorum diſpoſitionem, & obſervantiam ab eis præſtitum, ad præmiſſorum effectum quatenus opus ſit, relaxamus. Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta de ſubreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, ſeu ad terminos Juris reduci, aut in controverſiam revocari, vel adverſus illa aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, ſeu quomodolibet conceſſo, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, ac integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro

Exactio Camerariorum Beneff. & Clericor. reviſio parum utiles.

Petitio Canonicorum, de creando exactore externo.

Unum aut plures exactores hujuſm. creandi facultas conceditur.

Reviſio domor. committitur duob. Syndicis Canonicis

Officium Clericor. reviſor. aboletur.

Auctoritas harum literarum.

(a) Conſtitutionem Julii II. a Paulo V. confirmatam, ut ſupra *To.* 2. *pag.* 217. poſtmodum conſiderans hac in parte literas iſtas revocat, juſque ſuum reddit Beneficiatis, ut palam fiet in ſequentibus literis.

(a) Has

pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiter obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices &c. attentari. Quocirca memorato Annibali Epiſcopo Cardinali, moderno, & pro tempore exiſtenti prædictæ Baſilicæ Archipresbytero per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium ſeu alios eaſdem præſentes literas, & in eis contenta, ubi, & quando itidem opus fuerit, & quoties pro parte Capituli, & Canonicorum præfatorum deſuper fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens faciat auctoritate noſtra ipſas præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, dictoſque Capitulum, & Canonicos eorumdem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens illos deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, necnon quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula *de Jure quæſito non tollendo*, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicæ, & Capituli præfatorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, quibus præſertim cavetur ne Officialium, Canonicorum, & Beneficiatorum emolumenta ſolita abſque eorumdem Beneficiatorum, & Clericorum, Beneficiatorum conſenſu augeantur, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Baſilicæ, & Capitulo, & Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Beneficiatis, aliiſque perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Archipresbytero demandat literarum executionem

Non obſtan. Contrariis Conſtitutionibus.

Ac privilegiis quibuſcumque.

Quibus omnibus derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XII. Novembris MDCCXXXIV. Pontificatus noſtri anno quinto.

Præcedentem Conſtitutionem revocat ea tantum in parte, qua emolumentum, Beneficiatis Camerariis a Julio II. ſtabilitum, & confirmatum, eis eripiendum ſanxerat. cætera confirmat, atque approbat.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 7. Faſc. 277.

AN. CH. 1735. 5. Maji.

AD perpetuam rei memoriam. Alias emanarunt a nobis ad ſupplicationem dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, litteræ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur, videlicet: *Clemens PP. XII. ad futuram rei memoriam. Exponi nobis &c.* Quibus Literis poſtmodum publicatis, & in dicto Capitulo recitatis, atque executioni demandatis iidem Beneficiati, & Clerici Beneficiati a nobis humiliter petierunt, quatenus eis aperitionem oris adverſus ejuſmodi litteras impertiri, reique, & Cauſæ cognitionem Rotæ Romanæ Auditorio committere dignaremur ad hoc, ut diverſa ſibi exinde, ſicuti aſſerebant, irrogata gravamina, ac ſubreptionis, & obreptionis, alioſque defectus, quibus præinſertas litteras, utpote per Capitulum, & Canonicos prædictos ipſis Beneficiatis, & Clericis Beneficiatis non auditis, nec vocatis, impetratas, laborare contendebant, in eo Tribunali allegare, atque comprobare valerent. Cumque preces nobis pro parte eorumdem Beneficiatorum, & Clericorum Beneficiatorum deſuper exhibitas dilecto filio noſtro Marcello S.R.E. Presbytero Cardinali Paſſaro nuncupato Proauditori noſtro remiſiſſemus, dictique Beneficiati, & Clerici Beneficiati ſubinde coram ipſo Marcello Cardinale comparuiſſent, facta illis poteſtate, & copia, deducendi omnia præ-

Beneficiati & Clerici inſurgunt contra præced. literas ut defectibus laborantes.

Coram Card. Paſſaro Proauditore ſuam cauſam experiuntur

tenſa gravamina, & defectus hujuſmodi, ac quæcumque alia jura, & exceptiones, quæ cis competere poterant, tandem utraque parte, ejuſque Advocatis, ſeu defenſoribus in Contradictorio judicio, tam voce, quam ſcripto accurate informantibus, pluries a dicto Marcello Cardinale auditis, compertum fuit, quemadmodum idem Marcellus Cardinalis nobis retulit, litteras noſtras præinſertas, nullo ex enarratis defectibus, notari poſſe, cenſuitque propterea inſtantiam Beneficiatorum, & Clericorum Beneficiatorum prædictorum ſuper petita commiſſione Cauſæ adverſus litteras præfatas rejiciendam, illaſque in omnibus, & per omnia obſervandas fore, & eſſe præterquam in ea dumtaxat parte, ubi decernitur, quod menſa Capitularis ſupradictos quindecim ducatos, vel octodecim Scuta Beneficiatis Camerariis pro tempore exiſtentibus, deinceps ſolvere minime teneatur, cum animadverſum fuerit, iſtam ſolutionem fieri conſueviſſe non ratione exactionis domorum, cenſuum, Laudemiorum, & quindenniorum prædictorum, ſed intuitu Officii Camerariatus ejuſmodi, in vim cujuſdam antiquæ conventionis, & pactorum inter tunc exiſtentes Canonicos, ac Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos dictæ Baſilicæ initorum & a fel. rec. Julio PP. II. prædeceſſore noſtro per ſuas ſub plumbo apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDVII. ſexto decimo Kal. Aprilis expeditas litteras confirmatorum (a), quibus cavetur expreſſe, quod loco Regalium dictorum ſex Camerariorum dentur Canonicis Camerariis ducati ſexaginta auri, qui ſint, tam pro ſalario, quam pro regalibus; ac pro Camerariorum Beneficiatorum regalibus dentur ducati quindecim ſimiles, æqualiter dividendi, ſublatis venationibus, oblationibus Veronicæ *decima librata* nuncupatis, cæteriſque regalibus ipſis Canonicis, & Beneficiatis dari ſolitis, prout in memorati Julii Prædeceſſoris literis plenius continetur. Hinc eſt, quod nos præmiſſa attendentes, ac ne ullo unquam tempore de viribus præinſertarum noſtrarum literarum dubitari contingat, firmiorique earum ſubſiſtentiæ, & exactiori obſervantiæ providere volentes, eaſdem litteras noſtras nullo ſubreptionis, & obreptionis vitio, aut voluntatis noſtræ, aliove defectu laborare, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus: ipſaſque litteras cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis (præterquam quoad emolumentum quindecim ducatorum, ſeu octodecim Scutorum præfatorum) perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjicimus, ac tam Capitulum, ac Canonicos, quam Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos ſupradictæ Baſilicæ, nunc, & pro tempore exiſtentes, ad exactam earum obſervationem reſpective teneri, & obligatos eſſe ſtatuimus, firmo remanente emolumento hujuſmodi, quod ad formam Conventionis, & pactorum, ac Julii Prædeceſſoris literarum, tum pro ſalario, tum loco regalium, quatuor Camerariis Canonicis, ac duobus Camerariis Beneficiatis quotannis debetur, ut præfertur, dictaſque literas noſtras, & in ea parte tantum, qua iſtjuſmodi emolumentum duobus Camerariis Beneficiatis ademptum fuerat, harum ſerie moderamur. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis, quæ in litteris præinſertis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Literas præced. nullo laborare defectu deprehenditur.

Eadem confirmantur ſalario tenus.

Quod conventione inhærere Jul. II. literis expreſſa compertum eſt.

Apoſt. auctoritate decernit omnis defectus expertes.

Quatenus præced. literas moderetur, declarat

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die v. Maji MDCCXXXV. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Con-

(a) Has literas habes To. 2. pag. 340. plura alia capita concordiæ continentes. Eas conſule.

(a) Idem

Confirmat omnes indulgentias a Prædeceſſoribus conceſſas Baſilicæ Vaticanæ. Deinde Indulgentiam quotidianam perpetuam Baſilicam eamdem viſitantibus confeſſis &c. concedit, ac ſeptem Altaria declarat Privilegiata pro defunctis.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vat. Capſ. 1. Faſc. 2.

AN. Chr. 1738. 22. Febr.

AD perpetuam rei memoriam. Inter ſacra loca, quæ olim apud Chriſtianos venerationem habuerunt, inprimis ſemper inſignem fuiſſe eam Vaticani partem, Apoſtolorum Trophæum ab antiquis Patribus, & Sancti Petri Confeſſionem appellatam, ad quam Chriſtiani ex omnibus Terræ partibus, tanquam ad Fidei petram, & Eccleſiæ fundamentum convenientes, locum Principis Apoſtolorum ſepulcro conſecratum, ſumma religione, ac pietate venerabantur, perpetua traditione tenentes Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, venerandam ejuſdem Principis Apoſtolorum Baſilicam Eccleſiæ theſauris viciſſim decorare, & illuſtrare ſtuduerunt, ut per majora ibidem conceſſa ſpiritualia Indulgentiarum munera, a miſericordiarum Patre ſibi per Beati Petri merita, & interceſſionem impertienda fore Chriſtifideles crederent, eo ardentiori religionis, ac pietatis ſtudio incenſi ad Deum mirabilem in Beato Petro Jeſu Chriſti Paſtorum Principis Vicario prædicandum, & colendum illuc accederent. Quoniam autem propter temporum injurias, & direptionem excidiumque Urbis authentica documenta, quibus non ſolum bona omnia ad dilectos filios Capitulum, & Canonicos ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ ſpectantia ſubnixa vindicarentur, verum etiam certa Indulgentiarum inibi lucri faciendarum conceſſio, & notitia conſtaret, penitus interierunt: hinc eſt, quod Nos luculentiſſimis fel. recor. tam Clementis VII., quam Sixti V. itidem Prædeceſſorum noſtrorum, qui bonis quibuſcumque eidem Baſilicæ reſtituendis adjudicandiſque opportuno Apoſtolicæ providentiæ conſilio occurrere curaverunt, exemplis inſiſtentes, pro ſingulari, qua Auguſtam ipſius Beati Petri, cui in ſuprema Apoſtolatus ſpecula plane immerentes ſucceſſimus, Baſilicam, & limina venerationis ſtudio proſequimur, certæ omnium Indulgentiarum a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quocumque tempore, modo, ac forma conceſſarum notitiæ defectui, quantum cum Domino poſſumus, providere optamus; ac propterea, ne illa de perenni, & pleniſſima Indulgentia, ac remiſſione peccatorum, ac pœnitentiarum relaxatione conſtans, & perpetua ubique apud univerſos Chriſtifideles reſidens traditio, proceſſu temporis ſive penitus intercidat, ſive quodammodo minuatur, unde ardens fidelium pietas, & religio refrigeſcat, & extinguatur, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, Baſilicam illam, ejuſdemque reſpective Altaria, & Sacella viſitantibus tempore, modo, ac forma impertitas ab eiſdem Prædeceſſoribus noſtris tenore præſentium confirmamus, & quatenus opus ſit de novo concedimus, & elargimur. Præterea (præter Indulgentias ſeptem Altarium, & Stationum, aliaſque Indulgentias, peccatorum remiſſiones, & pœnitentiarum relaxationes ſive toti Baſilicæ præfatæ, ſive omnibus, ſive ſingulis ejuſdem Baſilicæ Altaribus, & Sacellis in quocumque anni die, aut univerſim aut peculiariter conceſſas) ineſſe quoque plenariam quotidianam perpetuam Indulgentiam toties lucri faciendam, quoties unuſquiſque Chriſtifidelium vere pœnitens, &, quatenus opus ſit, confeſſus, ac Sacra Communione refectus, Baſilicam prædictam viſitaverit, ibidemque pias pro Chriſtianorum Principum pace, & concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Catholicæ Eccleſiæ exaltatione preces ad Deum effuderit, quæ quidem Indulgentia etiam fidelium defunctorum animabus, quæ Deo in caritate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicari poteſt, declaramus, & quatenus opus ſit, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus de novo concedimus, & impertimur. Inſuper dicta ſeptem Altaria, ſalvo Privilegio pro animabus defunctorum, ut præmittitur, aliis Altaribus conceſſo, quoties in iiſdem Altaribus Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrabitur, animæ, pro qua Sacrificium hujuſmodi celebratum fuerit, ut anima ipſa de Theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur, perpetuo etiam quotidiano Privilegio iiſdem motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine decoramus. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque.

Summa laudum Confeſſionis Sancti Petri.

Excidiſſe dicit monimenta veterum Indulgentiarum.

Certa notitia ear. interitum ſupplet.

Confirmat veteres omnes Indulgentias.

Plenar. Indulgentiam toties quoties viſitabitur Baſilica, elargitur.

Septem Altaria privilegiata quotidiana declarat pro defunctis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXII. Februarii MDCCXXXVIII. Pontificatus Noſtri anno octavo.

BENE-

BENEDICTUS XIV.

Clemente XII. e vivis erepto die 6. Februarii 1740. vacatio Sedis quam antea diuturnior menſium ſex, dierum decem Succeſſoris electionem præceſſit. Denique die 17. menſis Auguſti electus fuit Proſper Lambertinus civis Bononienſis, qui nomen ſibi aſcivit Benedicti XIV. Imminenti die Dominico 21. ejuſdem menſis Coronatus, ad Lateranenſem Baſilicam nonniſi poſt integros octo menſes acceſſit, die videlicet Dominico 30. Aprilis 1741. Annum Pontificatus 12. menſe Octobri hujus anni 1751. agit feliciter.

Decernit ut Servorum, & Ancillarum Dei Beatificationes, & Canonizationes in Baſilica Principis Apoſtolorum peragantur (a).

Ex Bened. XIV. Operum Rom. edit. tom. VII. p. 23. & Bullarii to. I. p. 93.

AN. CH. 1741. 23. *Novemb.*

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ſepulcra Apoſtolorum, quorum conſecrata ſanguine, Roma quæ fuerat Magiſtra erroris, facta eſt diſcipula veritatis; ad ſacros Beati Petri cineres, ſuper cujus fidei firmitate extructa totius ſacri ædificii Cælo inſerenda conſurgit ſublimitas, Romana Mater Eccleſia in ſuis triumphat filiis, qui, calcatis mundi blanditiis, & infernalis hoſtis ſuperatis inſidiis, ad præmia pervenerunt æterna, & quos inter ſanctos Dei Servos, & cæleſtis beatitudinis conſortes congruo devotionis cultu venerandos Romani Pontificis a Chriſto Domino accepta, & per Petrum ad Succeſſores ſuos derivata decernit auctoritas. Quæ igitur a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris prudenti conſilio, & provida ratione inſtituta ſunt, & longo deinde uſu recepta, pie ſancteque ſervata, Nos, quorum humilitatem ineffabilis Dei benignitas ad Cathedram Petri evehere dignata eſt, decet diligenter ſervare, & ſtudioſe cuſtodire, & ſi quid vel temporum, vel rerum varietate immutatum eſt, in integrum reſtituere, & priſtinam rationem ac formam revocare, atque alia diſponere, prout in Domino videtur expedire. Sane quidem omnes & ſingulas Beatorum canonizationes in Urbe noſtra peragendas, in Baſilica B. Petri Apoſtol. Principis ſemper peractas fuiſſe, antiqua ac fide digna teſtantur monumenta: (b) Cum autem fel. rec. Benedictus PP. XIII. Prædeceſſor noſter, a quo ad Cardinalatus honorem aſſumpti fuimus, in eadem Vaticana Baſilica Beatos Turibium ex Majorga, Jacobum a Marchia, Agnetem a Monte Politiano, Peregrinum Latioſum, Johannem a Cruce, Franciſcum Solanum, Aloyſium Gonzagam, Stanislaum Koſtkam, & biennio poſt beatam Margaritam a Cortona Sanctorum cultu honorandos ſolemniter de more conſtituiſſet, ac deinde Beatum Johannem Nepomucenum in Sanctorum numerum ſimiliter referre vellet, ei perſuaſum eſt, ut id in Baſi-

Servos Dei Beatificare, & beatos Canonizare Pontificis Romani eſt.

Canonizatio. omnes intra Urbem fieri ſolita in Baſil. S. Petri.

Ibidem Bened. XIII. ſolemni ritu in munus explevit.

(a) Idem SS. D. N. Bened. XIV. ſuo in opere abſolutiſſimo *De ſervor. Dei Beatif. & Beator. Canoniz. lib. 1. cap. 36. §. 2. pag.* 301. Conſtitutionis hujus meminit, poſt Baſilicæ Vat. prærogativas cum Alpharano enumeratas. Verba ipſa recitanda cenſeo: ſunt enim momenti alicujus ad rem præſentem. *Quæ laudabilis conſuetudo*, inquit, *tot rationibus, & monumentis innixa, ut in poſterum omnino ſervetur, nec ullo modo ab ea recedatur, nos ipſi in initio ſecundi anni noſtri Pontificatus conſtituimus, & Conſtitutionem edidimus in Appendicibus referendam.* Indidem nos eam huc tranſtulimus.

(b) Locupletior nullus harum rerum interpres eod. SS. D. N. in laudato opere: cujuſvis enim Scriptoris opiniones affert revocatque ad trutinam. Papebrochius præ aliis in conatu Chrono-Hiſtor. *Act. SS. tom. 8. Martii diſſ. 20.* laudatur a Pontifice ubi Canonizationes fieri conſueviſſe aut in Area ante Eccleſiam, aut ipſa in Eccleſia oſtendit Innocentii IV. prolato exemplo, qui anno 1253. B. Petrum M. Canonizavit Peruſii in Area Templi, & S. Stanislaum Aſſiſii intra ipſum Templum. Inde autem manaſſe conſuetudinem docet peragendi Canonizationes in Templo, eaſdemque peractas ſemper eſſe in Vatic. Baſil. quum Pontifices in Urbe degerent, ſecus haud faciente exemplo Bonif. IX. qui ægritudinis cauſa S. Birgittam in Capella Palatii Vatic. Canonizavit. Maphæi Vegii, Tiberii Alpharani, & Onuphrii Panvinii opera Mſs. ex noſtro Archivo, Ordin. Canoniz. 1494. ap. Spelmann. Scriptorumque aliorum teſtimonia adhibet rem probantia. Nec tamen affirmat, idem eſſe factum extra urbem agentibus Pontificibus: idcirco *eod. c. 36. §. 1.* ſeptemdecim ſanctos recenſet extra urbem Canonizatos ab an. 1228. ad 1347. Gregorii etiam IX. qui Innocentium IV. præceſſit, Canonizationibus comprehenſis.

(a) De

Baſilica noſtra Lateranenſi ſolemni ritu perageret. Nos, qui per id temporis Eccleſiæ Anconitanæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeramus, eumdem Benedictum Prædeceſſorem per noſtras literas certiorem facere non prætermiſimus, Beatorum Canonizationes, quoties in Urbe faciendæ erant, nonniſi in Vaticana Baſilica ab antiquo tempore celebrari conſueviſſe; & ad hujuſmodi officium præſtandum eo magis Nos teneri credidimus, quia per plures annos, dum in minoribus eramus, unus ex inſignis ejuſdem Baſilicæ Capituli Canonicis extitimus, & per plures etiam annos munere Promotoris Fidei functi fuimus. Tum autem Roma benigne Nobis reſponſum eſt, quod in Baſilica Lateranenſi ſolemnis apparatus pro Canonizatione ibidem habenda jam nimium proceſſerat, noſtræque literæ ſerius, quam oportebat, ad Urbem pervenerant. Poſtmodum a piæ mem. Clemente PP. XII. ſimiliter Prædeceſſore noſtro ab Eccleſiæ Anconitanæ ad Eccleſiæ Bononienſis regimen Apoſtolica ejus auctoritate translatis Nobis ſignificatum eſt, prædictum Clementem Prædeceſſorem BB. Vincentii de Paulis, Johannis Franciſci Regis, Catharinæ Fieſchi Adorni, & Julianæ Falconeriæ Canonizationem propediem in Eccleſia Lateranenſi ſolemniter celebraturum. Sed quoniam per id tempus jam primus Tomus Operis noſtri de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione in publicum editus fuerat, in quo nullam ante præfati Benedicti Prædeceſſoris tempora Beatorum Canonizationem in Urbe ſolemniter, niſi in dicta Baſilica, celebratam fuiſſe ſatis ſuperque demonſtratum fuerat, ulterius animi noſtri ſenſus aperire ſuperfluum duximus. (a) Præterea, cum ante fel. record. Alexandri PP. VII. pariter Prædeceſſoris noſtri tempora nulla ſtatuta eſſet ſolemnitas in Beatificatione Venerabilium Servorum & Ancillarum Dei obſervanda, (a) idemque ritum, & ſolemnitatem adhibendam in ſacra functione hujuſmodi, eamque debita cum pompa in Vaticana Baſilica explendam decreverit, ita ſemper poſterioribus temporibus ſervatum eſt, ut omnes beatificationes in eadem Vaticana Baſilica celebrarentur uſque ad præfati Benedicti XIII. tempora, quo Romanam Eccleſiam gubernante, quamvis in Vaticana Baſilica Beatificatio Ancillæ Dei Beatæ Hyacinthæ Mariſcottæ, & Servi Dei B. Johannis de Prado facta ſit; nihilominus Beatificatio Servi Dei B. Fidelis a Sigmaringa paulo poſt Canonizationem B. Johannis Nepomuceni in Baſilica Lateranenſi celebrata fuit. Poſt hanc vero beatificationem in ejuſdem Benedicti Pontificatu in Baſilica Vaticana ſolemni ritu relati fuerunt in Beatorum numerum Servus Dei poſtea Beatus, & nunc S. Vincentius de Paulis, & Servus Dei Beatus Petrus Forerius; in Pontificatu autem Clementis XII., paulo poſt ſupradictas Canonizationes in Baſilica Lateranenſi uno eodemque die unica ſolemnitate peractas, in eadem Baſilica ſolemniter adſcriptus eſt inter Beatos Servus Dei nunc Beatus Joſeph a Leoniſſa: Cum autem a Nobis ob ineffabilem Dei benignitatem Pontificatus honorem ac onus gerentibus decretum fuiſſet, ut inter Beatos Servus Dei Alexander de Saulis adſcriberetur, ſolemnis ejuſdem Beatificationis functio in Baſilica Vaticana celebrata eſt. Matura igitur conſideratione perpendentes, quod a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris omnes Venerabilium Servorum, & Ancillarum Dei Sanctificationes in Urbe noſtra ſolemniter peragendæ, laudabili inſtituto, optimiſque ex cauſis ab antiquiſſimo tempore in Vaticana Baſilica, & quod ab Alexandri PP. VII. Prædeceſſoris noſtri, & ſucceſſivis deinde temporibus Beatificationes quoque in eadem Vaticana Baſilica, exceptis nonnullis ſupramemoratis Canonizationibus, & Beatificationibus, ab iiſdem Prædeceſſoribus noſtris Benedicto, & Clemente in Baſilica Lateranenſi peractis, ſemper celebratæ fuerunt: Ne commendadabili & antiquæ conſuetudini, & prædictæ Vaticanæ Baſilicæ prærogativæ hujuſmodi ex B. Johannis Nepomuceni Canonizatione, ac Venerabilis Servi Dei Fidelis a Sigmaringa Beatificatione a Benedicto; nec non ex Beatorum Vincentii de Paulis, & Johannis Franciſci Regis, ac Beatarum Catharinæ Fieſchi Adorni, & Julianæ Falconeriæ reſpective Canonizatione, & Venerabilis Servi Dei Joſephi a Leoniſſa Beatificatione a Clemente Prædeceſſoribus prædictis in Eccleſia

Idem præſtitutus in Later. Baſil. monetur antiquæ conſuetudinis a SS. D. N. tum Anconit. Epiſc.

Quum Clemens XII. imitatus eſt Benedictum XIII. prodierat to. 1. de Beatif. &c. in quo vetus conſuetudo ſatis plana eſt.

Alex. VII. omn. primus de ſolemni Beatif. conſtituit in Vatic. Baſ. facienda.

Ita ſemper actum ſeq. tempore.

Præterquam a Benedicto, & Clemente prædictis.

Canonizationes, & Beatiff. ſemel & iterum factæ in Lateran. Baſ.

(a) De utroque Prædeceſſore ibidem agit pluribus. De Clemente præſertim XII. *Ut Summus*, inquit, *Pontifex ſine valetudinis detrimento eidem intereſſet*. Is erat tum Bononiæ, nos, qui propriis oculis rem inſpeximus, una hac de cauſa Clementem imitari coactum eſſe ſingulare Benedicti XIII. exemplum novimus. Geſtatorio illuc advectus, vix comparuit: Decretum vix pronunciavit: ægre omnia acta.

(b) Idem Bened. XIV. rem hanc luculentiſſime perſequitur *eod. lib. 1. cap. 24.* ſeptemdecim beatificationes ſolemnes recenſens uſque ad Servum Dei, nunc S. Camillum de Lellis, quæ ineunte anno 1742. poſt literas haſce Apoſtolicas peracta eſt.

(a) Men-

cleſia Lateranenſi celebratis præjudicium aliquod afferatur, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione veterem conſuetudinem, ac venerandum Prædeceſſorum noſtrorum inſtitutum, decretumque Alexandri Prædeceſſoris prædicti, ac integrum ejus tenorem Apoſtolica auctoritate approbantes, confirmantes, & innovantes, ac illis quodcumque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicientes motu proprio, ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, præcipimus, & conſtituimus, ut in poſterum, & perpetuis inde futuris temporibus omnes & ſingulæ Venerabilium Servorum, & Ancillarum Dei Beatificationes, ac Beatorum Canonizationes in Urbe noſtra prædicta pro tempore celebrandæ non in aliis, quam in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta privative quoad reliquas Baſilicas, Eccleſiaſque ejuſdem Urbis, celebrari omnino debeant; utque Canonizationes, & Beatificationes in eadem Eccleſia Lateranenſi a Benedicto, & Clemente Prædeceſſoribus prædictis, ut præfertur, peractæ nullo unquam tempore, perinde ac ſi in ea celebratæ non fuiſſent, præjudicium aliquod antiquo inſtituto, & Vaticanæ Baſilicæ prærogativæ afferre valeant. Inſuper quoniam ab eodem Alexandro Prædeceſſore noſtro uſque ab anno 1659. alterum emanavit decretum ſuper contributione tam in Beatificationibus, quam in Canonizationibus favore Sacrarii ejuſdem Baſilicæ faciendа, quod a Nobis in prædicto Tomo primo Operis noſtri de Beatorum Canonizatione relatum eſt, motu, ſcientia, & poteſtate ſimili illud approbamus & confirmamus, & quatenus opus ſit, quæ ab ipſo Alexandro Prædeceſſore decreta ſunt, rurſus decernimus, & conſtituimus, & in futurum ab omnibus inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus. (a) Præſentes quoque ex eo quod intereſſe ad præmiſſa habentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quavis juridica & legitima, etiam neceſſario exprimenda cauſa, vel quocumque prætextu de intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari vel impugnari nullo unquam tempore poſſe, ſed ſemper firmas validas & efficaces fore, & eſſe. Sicque & non alias per quoſcumque Judices etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ac quoſcumque alios Judices quacumque judicandi facultate ſuffultos judicari & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Canonizationibus, & Beatificationibus in prædicta Eccleſia Lateranenſi, ut præfertur, celebratis, ac noſtræ & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo; nec non Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſiquæ contra literarum noſtrarum hujuſmodi tenorem editæ exiſtant, ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, ſtatuti, conſtitutionis, confirmationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Id ut fiat in poſterum, conſuetudinem, & Decretum Alexandri VII. inſtaurat.

Decernit auct: Apoſtol. quod ſola in Baſil. Vat. Beatif. & Canon. fieri debent.

Lateranenſibus prædictis non obſtan.

Cæteriſque omnibus contrariis conſtitution. &c

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem nono Kal. Decembris Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo primo Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Concedit

(a) Mentio incidit (*To. 2. pag. 377. nu. a*) Alexandrini Decreti. Hoc autem volumine [*pag. 272. & ſeq.*] omnia ſunt edita documenta quæ ad Decretum ſpectant, præcipue vero votum Secretarii Cong. Rit. Franciſci Mariæ Phœbei cum ſubſcriptione ſeu Decreto ejuſdem Alexandri VII. Cujus ſcilicet voti verba ipſa referuntur in Pontificium Decretum quod SS. D. N. totum recitat *De Beatif. & Canoniz. lib. 2. cap. 46. §. 5.* ſimulque affert monimentum illud lapideum, quod Canonici in Sacrario grati animi ergo poſuerunt, eſtque hujuſmodi:

ALEXANDRO VII. PONT. MAX
Quod ſingulari ejus munificentia Vatic. Baſil.
Sacra Supellectile abundanter ſit inſtructa
Ad illamque conſervandam, & augendam Apoſt. decreto
Perpetuo duraturum ſubſidium ſit attributum
Beneficii magnitudinem referentes
Ac poſteritati teſtantes
Poſt anniverſaria ſacra ſolemni ritu inſtituta
Grati animi monimentum
Canonici poſuere.

Concedit facultatem quotidie celebrandi unam vel plures miſſas ex adventitiis, vel addictis Baſil. Vatic. in Oratorio Seminarii, quæ perinde ſuffragetur, acſi in Baſilica ipſa & ad quodvis altare privilegiatum celebraretur.

Ex Autog. in Archiv. Baſil. Capſ. 18. Faſc. 302.

AN. CH. 1743. 4. Januar.

Miſſæ Sacrificium nullum Seminario addictum.

AD futuram rei memoriam. Exponi nuper Nobis fecit Venerabilis Frater Nicolaus Epiſcopus Marcianenſis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus de Simone nuncupatus, Seminarii S. Petri in Vaticano dictæ ejuſdem Baſilicæ modernus Præfectus, quod, cum nullæ Miſſæ, ſeu Capellaniæ Oratorio ejuſdem Seminarii addictæ reperiantur, hactenus factum eſt, ut pro quotidiana celebratione Sacroſancti Sacrificii Miſſæ, cui adoleſcentes tam Alumni, quam Convictores, aliique in eodem Seminario conviventes quotidie, juxta regulas pro eorumdem educatione conditas, in Oratorio ejuſdem Seminarii, ne inde Miſſam audiendi cauſa non ſine mentis divagatione, & temporis detrimento egredi cogerentur, intereſſe, & audire tenentur, ex Miſſis, quæ ſive adventitiæ ſive addictæ in eadem Baſilica celebrari debent, una dumtaxat per ſingulos dies, prævia Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper negotiis viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & Locorum Piorum de Urbe præfata, auctoritate Apoſtolica deputatorum licentia ſingulis annis impetranda, in eodem Oratorio celebraretur (a). Ipſe vero Nicolaus Epiſcopus, ac Præfectus Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, &, ut infra, de benignitate Apoſtolica indulgere dignaremur. Nos igitur, qui Seminarium hujuſmodi peculiari paternæ caritatis ſtudio fovere, & novis ſemper pietatis ac doctrinarum incrementis, & commodis augeri cupimus, ipſum Nicolaum Epiſcopum, ac Præfectum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, &c. cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ut impoſterum ex Miſſis ſive adventitiis, ſive addictis Baſilicæ prædictæ, & in ea celebrandis, etiamſi ad Altare privilegiatum celebrari deberent, una vel plures Miſſæ (b) per ſingulos dies in Oratorio dicti Seminarii, nulla Congregationis præfatæ requiſita licentia, celebrari poſſit, & perinde, ſuffragetur acſi in eadem Baſilica, & ad quodlibet Altare Privilegiatum ejuſdem Baſilicæ celebraretur, tenore præſentium Apoſtolica auctoritate declaramus, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus quibuſcumque in contrarium præmiſſorum quomodolibet facientibus. Cæterum volumus, & mandamus, ut per Rectorem dicti Seminarii pro tempore exiſtentem fiat ſingulis annis atteſtatio propria manu ſubſcripta de ſatisfactione onerum Miſſarum in eodem Oratorio dicti Seminarii celebraturam.

Ex Sacræ Viſit. licentia quotannis inſtaurata una ex addictis Baſil. ibi celebr.

Concedit ut una vel plures celebrentur:

Cuicumque altari etiam privilegiato ſint addictæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Januarii 1743. Pontificatus noſtri anno tertio.

De Pro-

(a) Ante annos quatuor & quinquaginta Alexander VIII. facultatem primus omnium Pontificum conceſſerat Miſſæ Sacrificium ſemel quotidie celebrandi in Oratorio Seminarii ut patet ex ejus literis Apoſtolicis (*pag. 278. hujus volum.*) Hiſce autem ex literis Apoſtol. edocemur, quotidianam hujuſmodi Miſſam deſumi ſolitam ex addictis Baſilicæ Vaticanæ, prævia Congregationis ſacræ viſit. licentia quotannis inſtauranda.

(b) Privilegium quidem plurimi faciendum, tum quia inſtaurandæ quotannis licentiæ onus adimit; tum quia plures Miſſas eodem in Oratorio celebrandi facultatem impertit quibus inſuper ſuffragia eadem adnexa eſſe decernit, queis ad Altare Privilegiatum celebratæ fruerentur.

Statuit, ut ſingulis infra Octavam SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli diebus mane Miſſa Pontificalis decantetur in deſignata Eccleſia, convenientibus ſingulis Rom. Curiæ Prælatorum ordinibus: pomeridianis autem horis Confraternitates Urbanæ a Cardinali Vicario deſignandæ in conſuetum ſupplicationum morem eodem ſe conferant.

Ex SS. D. N. Operum Tom. v. p. 467. & ex Bullarii To 1. pag. 270.

AN. CH. 1741. 1. *April.*

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admirabilis Sapientiæ Dei ſublimitas, cujus provida diſpoſitione mundana Regna conſtituuntur, ut Eccleſiæ Fidelium, quæ divino comitata adjutorio peregrinatur in terris, vel amplificandæ, vel exercendæ, vel cuſtodiendæ, alternantibus miro ordine vicibus, inſerviant. voluntariam humani generis cæcitatem, & proclivem in deteriora nequitiam ſecretiori conſilio, & altiori pietate commiſerans, cum adveniente temporum plenitudine, ſedentibus in tenebris, & ambulantibus in umbra mortis Evangelicæ Fidei lucem effundere decreviſſet, Romanum præparavit Imperium, ut promptiores ad omnes Populos prædicatio veritatis haberet acceſſus, quos unius Civitatis dominatio ſociaret. Imbuendis autem Evangelio mundi partibus, accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum, duodecim Apoſtolis diſtributis, beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis ad Arcem Romani deſtinatur Imperii, ut ea capta, & in obſequium Fidei ſubjugata, facilius univerſus Orbis humilitati Crucis ſuperba colla ſubmitteret. Ad hanc poſtea Coapoſtolus ejus Paulus, aliis peragratis provinciis, adveniens, labore & meritis illi conſociatus eſt, ut Roma tantorum Apoſtolorum edocta Magiſterio, quæ ſuperſtitionis ſtudio profanos omnium gentium cultus atque errores receperat, veritatis amore ſanctæ atque immaculatæ unius Dei Religionis Sedes evaderet. Illi enim ſunt Romanæ Urbis Patres verique Conditores, qui eam Regnis cæleſtibus adſcribendam melioribus auſpiciis & fortunatioribus initiis condiderunt; non illi, quorum manibus cognato ſanguine pollutis prima mœnium fundamenta locata ſunt, e quibus is, qui ei nomen dedit, fraterna cæde fœdatam facinoroſis hominibus, ſcelerum impunitate promiſſa, habitandam conceſſit. At vero iſti e tenebris Idolo-latriæ ad Fidei lumen evocatam, Evangelica veritate imbutam, chriſtianis ornatam virtutibus, & ad Cæli ſublimitatem erectam pretioſo ſanguine ſuo conſecrarunt, & ſacris Corporum ſuorum Sepulchris adverſus furentium hæreſum inſidias, & frementis infernalis hoſtis impetus, tanquam duobus firmiſſimis munivere propugnaculis. Beatus autem Apoſtolus Petrus, Sacerdotali Sede Romam translata, cum privilegium poteſtatis a Chriſto Domino acceptæ ad omnes ſuos tranſmittat hæredes, ſupremi culminis prærogativam quodammodo cum ea communicavit, adeo ut per beati Petri Cathedram Princeps ac Caput Orbis fieret, & in immenſum Religione Divina ejus creſceret dignitas, cujus latius quam dominatione terrena per totum Orbem protendebatur auctoritas. Quare etſi in Sanctorum ſolemnitatibus commune univerſorum Fidelium deceat eſſe gaudium, cum ob fidei unitatem in acceptis a Deo per Servos ſuos beneficiis indiſcreta ſit omnium utilitas (a); tamen Natalis Apoſtolorum Petri & Pauli feſtivitas præter illam reverentiam, quam toto Terrarum Orbe promeruit, ſpeciali & propria Romanæ Urbis exultatione veneranda eſt, ut ubi præcipuorum Apoſtolorum glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrii eorum ſit lætitiæ Principatus. Vivit adhuc in mente hominum, & nulla unquam delebit oblivio, vetus memoria & recordatio, quam merito & quanto per totum Orbem, ſed præcipue in hac Alma Urbe noſtra fuerit a primis Eccleſiæ ſeculis celebri cultu, & ſplendida ſolemnitate Natalis dies beatorum Apoſtolorum celebratus. Siquidem ea die traditum eſt, Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros primum in Baſilica beati Petri in Vaticano, deinde in altera Apoſtoli Pauli via Oſtienſi Sacrum immortali Deo in honorem Principum Apoſtolorum feciſſe, & Romanum Populum frequentiſſimo cœtu, & celebri concurſu utramque Baſilicam ſacras Apoſtolorum Reliquias veneraturum inviſere ſolitum; imo ad eamdem ſolemnem diem ex diverſis Orbis partibus innumerabilem populi multitudinem linguis, moribus, & regionibus diſcretam, venerationis tamen erga beatos Apoſtolorum cineres, & trium-

Admirabili Divino conſilio

Apoſtolis per Orbem diviſis Petrus Romam mittitur.

Cui poſtmodum ſociatur Paulus.

Poteſtas Petri ad omnes Succeſſores tranſit.

SS. Apoſtolorum præcipua Romæ ſolemnitas.

Celebris populi Ro. concurſus ad eor. tumulos.

(a) S. Leo Serm. in Nat. Apoſtolor. Petri, & Pauli.

(a) Cajus

triumphalem Natalis eorum memoriam concordi obſequio ſociatum confluere conſueviſſe. Epiſcopos etiam aliosque ſacros Antiſtites, ſublimes Regiasque perſonas ad eamdem ſolemnitatem convenire ſolitos fuiſſe, ſupplicesque ſe, ſuasque coronas ad pedes Piſcatoris, & ad Scenofactoris monumentum, adſtantibus Ducibus, & Præfectis militum, proſternere. Hæc igitur & alia hujusmodi diligenti animi conſideratione nobiſcum reputantes vehementer ſollíciti ſumus, ne Nos, qui in tantis periculis & adverſitatibus conſtituti ſanctorum Apoſtolorum valido indigemus auxilio, degeneres a Majorum pietate, & devii a ſanctis eorum Inſtitutis ſimus, & quibus in accipiendis a Deo per beatos Apoſtolos beneficiis & donis pares ſumus, impares & ingrati in ſacra eorum recolenda memoria, & gratiis immortali Deo agendis reperiamur, meritoque illorum deſtituamur præſidio, quorum negligimus ſolemnitatem. Volentes itaque cupientesque, Romani Populi erga beatos Apoſtolos devotionem, de quorum præſidio hanc Urbem noſtram eorum decoratam Corporibus, cæleſtibus illuſtratam doctrinis, & potenti apud Deum patrocinio ſemper adjutam maxime confidere decet, quantum in Nobis eſt, augere, atque amplificare, hac noſtra in perpetuum valitura ſanctione ſtatuimus ac decernimus, ut recurrente per ordinem Natali die eorumdem Apoſtolorum non ſolum in Baſilica Vaticana, ut nunc moris eſt, in pervigilio ejuſdem Feſti Veſperæ ſolemnes celebrentur, quibus intereſſe ſolet Romanus Pontifex cum S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis aliiſque Romanæ Curiæ Prælatis, qui locum in Capella Pontificia obtinent, & mane in eadem Baſilica ſolemne Sacrum ab ipſo Romano Pontifice peragatur, & ſecundæ Veſperæ ejuſdem Venerabilis diei Eccleſiaſtico Cantu, ac Ritu a Capitulo & Clero, præſente etiam S. R. E. Cardinali præfatæ Baſilicæ Archipresbytero aliiſque Cardinalibus ad eamdem Veſperarum ſolemnitatem devotionis cauſa accedentibus, perſolvantur; ſed ulterius per totam octavam ſingulis diebus in diverſis Eccleſiis a Nobis, tanquam aliqua Apoſtolorum memoria aut prærogativa inſignitis electis, & inferius nominandis Miſſa in Pontificalibus, concinente ac pſallente ſchola Cantorum, aliorumque Pontificiæ noſtræ Capellæ Miniſtris inſervientibus, ordine ac modo infradicendo rite peragatur, recolaturque memoria illuſtris triumphi eorum martyrii, quod toto Terrarum Orbi, ſed præcipue Romanæ Urbi decus contulit & dignitatem. Secunda igitur infra octavam die Miſſarum ſolemnia in Pontificalibus celebrentur, præſentibus Ven. Fratribus Epiſcopis Pontificio Throno Aſſiſtentibus, in Baſilica B. Apoſtoli Pauli via Oſtienſi, in qua celebris eſt utriuſque Apoſtoli memoria, ſacræque Reliquiæ ſervantur (*a*), & veteri inſtituto ſolemnis eadem die B. Apoſtoli Pauli commemoratio recolitur, qui, ſi adhuc vivens in terris, adeo Romanos diligebat, ut ſine intermiſſione memoriam eorum in ſuis orationibus faceret, vehementerque cuperet eos videre, & ad eos confirmandos aliquid ſpiritualis gratiæ impertiri; quanto magis ſperandum eſt, quod modo Beatus in Cælis pro Alumnis ſuis Deum orare non ceſſet, ſuamque opem humiliter poſtulantibus, afferre non recuſet, ut in illa cæleſti confirmentur doctrina, in qua eos ore ſuo, per quod Chriſtus loquebatur, erudivit. Tertia die in Eccleſia S. Pudentianæ fiet ſolemne in Pontificalibus Sacrum, intervenientibus dilectis filiis Protonotariis Apoſtolicæ Sedis ex numero Participantium. Nam perhibent hoc loco fuiſſe domum Pudentis Senatoris, apud quem, cum primum Romam advenit, hoſpitatus eſt Princeps Apoſtolorum Petrus, qui in eadem domo verbum Dei gentibus annunciavit, ſacras habuit Synaxes, Sacrum pluries fecit, & Sacramenta Chriſti adminiſtravit (*b*); adeo ut in ea jacta ſint quodammodo prima Romanæ Eccleſiæ fundamenta omnium aliarum Eccleſiarum Matris & Magiſtræ, quam ſuperbæ inferorum portæ non vincunt. Quarta die in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Via-Lata Miſſarum perſolvantur ſolemnia, intervenientibus dilectis filiis Cauſarum Palatii noſtri Auditoribus. Locus enim ille antiqua eſt Religione celeberrimus; ibi primum, ut fertur, hoſpitio exceptus eſt Apoſtolus, & Magiſter gentium Paulus (*c*), qui, ut Acta Apoſtolorum teſtantur, *manſit biennio toto in ſuo conducto*, & ſu-

In eoſdem Epiſcoporum ac Regum & Principum veneratio inſignis.

Eorum feſtum ſolemnius perpetuo futurum decernitur.

Singulis octavæ diebus in aliqua Eccleſia celebritas præſcri itur. 2. die in S. Pauli

Tertia die in S. Pudentianæ.

Quarta die in S. Mariæ in via Lata.

(*a*) Cajus antiquiſſimus Auctor Tertulliani æqualis ap. Baron. *an.* 69. *num.* 21. præ aliis audiendus. *Ego vero*, inquit, *Apoſtolorum Tropæa poſſum oſtendere. Nam ſive in Vaticanum, ſive ad Oſtienſem viam pergere libet, occurrent tibi Tropæa eorum qui Eccleſiam illam fundaverunt.* Hæc Baron. eumque ſequuti paſſim Auctores ex Euſeb. *hiſt. lib.* 2. *c.* 25.

(*b*) Hac de re fuſe & erudite Præſul Franciſcus Blanchin. *Anaſt. to.* 2. *pag.* 123. & *ſeqq.* Ante eum Floray. Martinell. *Ro. Sac. pag.* 288. ſic breviter ad rem noſtram: *Hic exceptus hoſpi io S. Petrus, ubi Miſſam celebraſſe dicitur in Capella, quam hodieque religioſiſſime colimus.*

(*c*) Act. Apoſtol. cap. 28. v. 30. 31.

& ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans Regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Jeſu Chriſto, cum omni fiducia ſine prohibitione. (a)

Quinta die in S. Petri ad Vincula.

Quinta die ad Miſſarum ſolemnia in Pontificalibus celebranda convenient dilecti filii Cameræ Apoſtolicæ Clerici in Eccleſiam S. Petri ad Vincula ſeu Titulum Eudoxiæ (*b*). Hæc enim prima Eccleſia eſſe traditur, quæ a Principe Apoſtolorum fuit Romæ immortali Deo dedicata; in hac ejuſdem beati Apoſtoli ſacra Vincula ſervantur, quæ ſemper ſummo in honore ac veneratione apud Fideles omnes fuerunt, pluraque benigniſſimus Deus miracula per ea efficere ad laudem & gloriam Servi ſui dignatus eſt. (*c*) Hæc enim ſunt felices illi nexus, qui de manicis & compedibus in coronam mutandi Apoſtolum contingentes martyrem reddiderunt:, Felices catenæ, quæ nudatis pene oſſibus inhærentes vivas reliquias de ſanguinis ſudore jam attrita carne rapuerunt: Felicia Vincula, quæ reum ſuum uſque ad Chriſti Crucem non tam condemnatura, quam conſecratura miſerunt.

Sexta die in S. Petri in Carcere

Sexta autem die in Eccleſia S. Petri in Carcere (*d*), quo, ut ferunt, BB Apoſtoli Petrus, & Paulus per plures menſes arctiſſima cuſtodia ad mortem uſque detenti ſunt, eorumque Cuſtodes Proceſſus, & Martinianus ad fidem converſi, ſubito ex proxima petra Divina virtute fonte enato, fuerunt a Petro ſacro Baptiſmo abluti; & ubi in vinculis, & teterrimi carceris fœditate inviſentibus ſe Evangelium Dei prædicare, curare infirmos, ſanare ægrotos, & multa alia patrare miracula non deſierunt. Miſſa autem in Pontificalibus in Eccleſia ſuperiori, ob inferioris anguſtiam, adſtantibus dilectis filiis Referendariis Votantibus Signaturæ Juſtitiæ, celebrabitur.

Septima die in S. Petri de Monte aureo.

Septima die Miſſa in Pontificalibus, aſſiſtentibus dilectis filiis Abbreviatoribus de Parco Majori, celebrabitur in Eccleſia S. Petri in Monte Aureo, ubi, ut pia traditione fertur (*e*), beatus Apoſtolus Petrus Cruci affixus martyrio coronatus eſt capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus elevatis, aſſerens, ſe indignum, quod ſic crucifigeretur, ut Dominus ſuus; ſed ita e terra Cælum, quo iter parabat, ſuſpiciens, admirandæ humilitatis virtutem, novique myſterii diſciplinam & inter tormenta ſervavit.

Octava die in S. Joannis Lateranen.

Demum octava die feſtiva BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum ſolemnitas in ſancta Lateranenſi Baſilica abſolvatur. Ibi enim ſupra Altare Majus in argenteis Imaginibus margaritis lapidibuſque pretioſis ornatis ſacra Apoſtolnrum Capita, quæ olim in Eccleſia S. Laurentii ad *Sancta Sanctorum* ſervabantur, a fel. rec Urbano Papa V. Prædeceſſore noſtro repoſita fuerunt (*f*). Beata capita, quæ ſanctarum illarum animarum ſedes nihil humile, aut mundanum, ſed cæleſtia Arcana recipere meruerunt; quæ in noviſſima omnium mortuorum reſurrectione æternis ornanda ſertis corporibus ac animabus ſuis ſupernæ Patriæ beatitudine fruitura conjungentur. Mane Miſſarum ſolemnia in Pontificalibus, præſente Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, eo ma-

---

(*a*) Floravantes Martinell. de hac Diaconia hiſtoriam edidit, quam Famian. Nardin. *lib.* 4. *cap.* 10. tum ſe vidiſſe teſtatur, tum ſingulari proſequitur laude. Ad rem Nardinus ipſe: *Sotto la detta Chieſa era la devota Stanza abitata da' Santi Pietro, Marziale, Paolo, e Luca.* Et Baron. *an.* 59. *num.* 5. hæc affirmat: *In antiquis monumentis Diaconiæ S. Mariæ in Via Lata me nomine legiſſe, illic primum hoſpitio exceptum fuiſſe Paulum.* Blanchin. laudatus *Anaſt. to.* 2. *pag.* 77. AA. exhibet rei teſtes.

(*b*) Vide quæ SS. D. Noſter huc ſpectantia ajebat *De Servor. Dei Beatif. &c. lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 29. *n.* 8. & Auctores ibidem laudatos, præcipue Baron. *an.* 439. *num.* 4. *& ſeqq.*

(*c*) S. Aug. ſerm. 29. de Sanctis.

(*d*) Carcere S. Petri in clivo Capitolino nobis Romæ commorantibus nihil notius. Tullianum & Mamertinum Antiquarii vocant. Præ iis Nardinus adverſus Baronium, qui Carcerem S. Petri ad S. Nicolai in Carcere Eccleſiam transfert, eruditiſſime diſſerit *lib.* 5. *cap.* 12. De eodem Martinellus *Rom. Sac. pag.* 280. abunde loquitur ad hiſtoriam Eccleſiaſticam quod attinet. Nec dubium, quin iſte idem ſit qui ſubjicitur S Joſephi Eccleſiæ. Jure igitur Eccleſiis cæteris in Principis Apoſtolorum honorem deſignatis hanc SS D. N. accenſet, brevi eloquio præcipuam ejuſdem carceris laudem pateſaciens.

(*e*) Card. Baron. *an.* 69. *num.* 16. *& ſeqq.* piam hanc traditionem, ut recte eam vocat Pontifex iſte doctiſſimus, conciliare nititur cum communi opinione de loco crucifixionis Petri inter duas metas: at fides apud eum remanet. Quæres igitur, cur hæc item Eccleſia adnumeretur? Reſponſio in promtu eſt. Summus Pontifex de honore Apoſtolorum Principis valde ſollicitus, quum ordine velut chronologico perſecutus ſit quæ idem egit, paſſuſque eſt in Urbe, Crucifixionis ſeu martyrii locum ex *pia traditione* Fidelium, cujus vindex acerrimus eſt Baronius, non ex eruditorum controverſiis mutuatur. Quare integras eorum quæſtiones relinquens, beatiſſimi Petri honori conſulit.

(*f*) Mabill. *Muſ. Ital. to.* 2. Cencii Camerarii ordinem edidit, cujus num. 28. fer. VI. in Paraſceve legimus: *Sexta vero hora Dominus Papa cum omnibus Cardinalibus intrat Baſilicam S. Laurentii: & facta oratione ibi, accedit ad Altare; & aperto Altari, extrahit inde Capita Apoſtolorum Petri & Pauli.* Periode *num.* 74. in exaltatione S. Crucis: *Papa cum Cardinalibus intrat Baſilicam S. Laurentii in mane: ubi trahens Reliquias Apoſtolorum Petri & Pauli &c.* Cencius hic poſt Innocentium III. Pontifex factus, Honorii III. nomine, de ſe ipſe teſtatur ap. Raynald. *to.* 13. *an.* 1217. *num.* 28 quod a Baſilica Salvatoris ad S. Mariam Majorem *proceſſionaliter* ivit *peditus* cum *lis prælatis Capitibus beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Anno autem 1368. die 25. Aprilis Urbanus V. qui Avenione Romam venerat, per Urbem deportari eadem juſſit, ac deinde in eminenti eo Ciborio collocavit, quod majori Altari imminet, ut tradit Pagius Junior in ejus vita *num.* 32. ex Bulla ejuſdem Pontificis ap. *Montemflaſconem an.* 1370. *quinto Cal. Aug.* quo ſcilicet menſe, ut ajebam (*To.* 2. *pag.* 6. *not. b*) inde diſceſſit rediturus in Franciam. Panvinius in Cod. MS. & ejus exſcriptor Raſpon. *de Eccl. Later. l.* 2. *c.* 5. *pag.* 32. hac de re ita loquitur. *Pontifex Urbanus, quum diu quæſiviſſet Apoſtolorum Capita, tandem in Sacello S. Laurentii ad Sancta Sanctorum in vaſculis argenteis admodum anguſtis invenit: quamobrem in marmoreo haud paulo eleganteri conditorio, quod adhuc extat, ab eodem Pontifice collocata ſunt.*

(*a*) Ju-

eo majori ritu & ſolemnitate, qua ſacri hujuſmodi Cardinalium conventus peragi unquam ſolent, celebrentur. Veſpere autem ſacras Apoſtolorum Reliquias veneraturi ſolemni cultu & pari animi devotione ad eamdem Baſilicam pergant dilecti filii Nobiles Viri Senator Urbis, & Romanorum Civium, & Cameræ Urbis Conſervatores, quorum pietatis exemplo commotus ad debitas immortali Deo gratias reddendas pro ineffabili munere ei collato in beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli patrocinio univerſus Romanus Populus celebri frequentia & æmula feſtinatione accedere contendat. Pomeridiano autem tempore aliorum dierum omnes Confraternitates hujus Almæ Urbis, per Venerabilem Fratrem noſtrum S. R. E. Cardinalem Vicarium pro tempore publico Edicto intimandæ, ſtatis ſuis quæque diebus ad eam Eccleſiam, ubi mane Miſſa in honorem Apoſtolorum celebrata fuerit, pie ac devote procedant (*a*). Singulis autem Confratribus proceſſionaliter accedentibus ſeptem annos & totidem quadragenas, & aliis omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam, ubi Statio erit, religioſe viſitaverint, de Omnipotentis Dei miſericordia confiſi centum dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Monemus autem in Domino, & inſtantius rogamus, omnes Chriſtifideles in hac Alma Urbe natos & commorantes, ut pia Majorum

Quæ ſcilicet celebritas etiam pomerid. horis continuanda.

Indulgentia viſitantibus prædictas Eccleſias ſtatis diebus.

(*a*) Juxta hanc SS. D. N. Conſtitutionem Em. Card. Vicarius Edicta quotannis evulgat; quorum unum exhibemus aliorum inſtar: in quo aliquid variatum de Indulgentiis occurrit, annuente Pontifice: eſtque, ut ſequitur: *Fra Gio. Antonio del Titolo de' SS. Silveſtro e Martino a' Monti della S. R. C. Prete Card. Guadagni della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale &c.*

INerendo noi alla Coſtituzione della Santità di Noſtro Signore BENEDETTO XIV. pubblicata il primo Aprile 1743., in cui per accreſcere maggiormente, e dilatare la divozione del Popolo Romano verſo li Santi Apoſtoli Pietro, e Paolo Protettori di queſt' Alma Città, ſi è degnata determinare, che non ſolo nel giorno Feſtivo del glorioſo Martirio de' medeſimi Santi Apoſtoli ſi celebrino ogn' anno ſecondo il ſolito i Veſpri, e Meſſa ſolenne nella Baſilica Vaticana, ma anche in tutti i giorni dell' Ottava; cioè, il ſecondo giorno nella Baſilica di S. Paolo: il terzo nella Chieſa di S. Pudenziana: il quarto in S. Maria in Via Lata: il quinto in S. Pietro in Vincoli: il ſeſto in S. Pietro in Carcere: il ſettimo in S. Pietro in Montorio: e l'ottavo, ed ultimo giorno nella Baſilica Lateranenſe, e che in oltre le Compagnie di Roma debbano proceſſionalmente portarſi alla viſita reſpettivamente delle ſuddette Chieſe ne' giorni da intimarſegli da Noi: Si ordina perciò, e comanda all' infraſcritte Compagnie, che ne i giorni qui ſotto ſtabiliti, nel dopo pranzo (eccettuato però il giorno della Feſta de' medeſimi SS. Apoſtoli, atteſo il concorſo, ed affluenza del Popolo alla ſuddetta Baſilica) ſi portino ciaſcheduna alla Chieſa aſſegnatale, cantando per la ſtrada le Litanie de' Santi, con duplicare l' invocazione di S. Pietro, e con riaſſumere le medeſime Litanie ſubito che ſaranno terminate. Nel ritorno poi dalla viſita, che fatta avranno prima delle ore 24. dovranno cantare le Litanie della Beatiſſima Vergine, con riaſſumere come ſopra le medeſime, terminate che ſaranno, concedendo la Santità ſua a ciaſcheduno de' Fratelli dieci anni d' Indulgenza, ed altrettante Quarantene; ed a tutti gli altri Fedeli dell' uno e l' altro ſeſſo, che veramente pentiti, e confeſſati viſiteranno quella Chieſa, dove ſarà la Stazione, concede parimente ſette anni, ed altrettante Quarantene d' Indulgenza. Si eſortano pertanto tutti, e particolarmente le Compagnie, che cercando di emulare la pietà de' Maggiori nella venerazione dovuta a i glorioſi Apoſtoli, divotamente col ſolo Crocifiſſo, e ſenza confuſione ſi portino nelle Chieſe deſtinate loro, e con dare manifeſti contraſſegni della loro ſpirituale allegrezza, e lodare Iddio, che ne' Santi ſuoi viene glorificato, non manchino di celebrare la Solennità così grande di quel giorno, in cui meritarono i detti Apoſtoli ricevere da Dio la Palma del glorioſo Martirio, e di pregare il Signore per l' eſtirpazione dell' ereſia, eſaltazione della S. Madre Chieſa, e per la pace e concordia fra Principi Criſtiani. Dato in Roma dalla noſtra ſolita Reſidenza li 19. Giugno 1746.

F. G. A. Card. Vicario.

Ripartimento delle Compagnie, che dovranno portarſi alla viſita delle ſuddette Chieſe nell'anno corrente.

Giovedì 30. Giugno, ſecondo giorno dell'Ottava delli ſuddetti SS. Apoſtoli, dovranno portarſi alla Baſilica di S. Paolo.

Compagnia di S. Maria della Quercia de' Macellari.
Compagnia di S. Leonardo de' Scarpellini.
Compagnia di S. Giovanni della Malva in Traſtevere.
Compagnia di S. Barbara de' Librari.
Compagnia de' SS. Criſpino e Criſpiniano de' Calzolari.

Venerdì terzo giorno ſi porteranno alla Chieſa di Santa Pudenziana.

Compagnia de' Cocchieri in S. Maria in Cacabariis.
Compagnia de' Rigattieri.
Compagnia del Santiſſimo Nome di Maria.
Compagnia de' Lavoranti Falegnami.
Compagnia de' Fornari in S. Maria di Loreto.

Sabbato quarto giorno ſi porteranno alla Chieſa di Santa Maria in Via Lata.

Compagnia di S. Petronio de' Bologneſi.
Compagnia, o ſia univerſità de' Materazzari.
Compagnia di Gesù Maria in S. Simone Profeta.
Compagnia di S. Catarina di Siena a Strada Giulia.
Compagnia del SS. Roſario e Sagramento in S. Niccola de' Prefetti.

Domenica quinto giorno ſi porteranno alla Chieſa di San Pietro in Vincoli.

Compagnia del SS. Crocifiſſo in S. Marcello.
Univerſità de' Pizzicaroli.
Compagnia o ſia Univerſità degli Oſti in S. Biagio della Foſſa.
Compagnia de' Teſſitori in S. Maria degli Angioli.
Compagnia de' Bergamaſchi.

Lunedì ſeſto giorno ſi porteranno alla Chieſa di S. Pietro in Carcere.

Compagnia del SS. Sagramento in S. Lorenzo e Damaſo.
Compagnia di S. Giovanni de' Genoveſi.
Compagnia de' Cuochi in SS. Vincenzio ed Anaſtaſio alla Regola.
Compagnia di S. Niccola in Arcione.
Compagnia di S. Ivo.

Martedì ſettimo giorno ſi porteranno alla Chieſa di S. Pietro in Montorio.

Compagnia di S. Spirito in Saſſia.
Compagnia di Campo Santo.
Compagnia di S. Giacomo in Borgo.
Compagnia di S. Anna de' Palafrenieri.
Compagnia del Gonfalone.

Mercoledì ottavo ed ultimo giorno ſi porteranno alla Baſilica Lateranenſe.

Compagnia de' Luccheſi in S. Bonaventura.
Compagnia del SS. Cuore di Gesù.
Compagnia del SS. Sagramento in S. Angelo in Peſcheria.
Compagnia della Beata Rita da Caſcia.
Compagnia delle Sacre Stimmate.

(*a*) S. Leo

rum exempla in veneratione erga beatos Apoſtolos laudabili ſtudio æmulantes in Eccleſiis a Nobis conſtitutis devota celebritate conveniant, & ſpirituali lætitia exultantes laudanteſque Deum, qui glorificatur in Sanctis ſuis, tantam Natalis diei Apoſtolorum celebrent ſolemnitatem. Siquidem de præſidio divinitus Nobis ad exemplum patientiæ, & confirmationem fidei præparato in horum excellentia Patrum merito eſt exultantius gloriandum, quos gratia Dei in tantam altitudinem provexit, ut horum alteri magnum & mirabile conſortium potentiæ ſuæ tribuerit divina dignatio; alter vero vas electionis, & ſpecialis Doctor gentium ſuperno oraculo & cæleſti ſententia fuerit deſignatus. Præterea meminerint ſæpe hanc Urbem potenti Apoſtolorum protectione a Barbarorum incurſibus, a cæde, a depopulatione, ab incendiis, a terræmotibus aliiſque innumeris periculis & calamitatibus liberatam. In mentem revocent innumera illa prodigia & gratias, quas ad gloriam Servorum ſuorum Brandeorum, vel Catenarum contactu, vel ſola oratione, aut nominis invocatione antiquorum Fidelium pietas ac devotio ab Omnipotenti Deo obtinuit. Demum in memoria habeant verba illa beati Leonis Prædeceſſoris Noſtri ad Romanum Populum ex beati Petri Cathedra clamantis & dicentis: *Licet omnem Eccleſiam, quæ in toto eſt Orbe Terrarum, cunctis oportet*

Utriuſque Apoſtol. ſumma, & præcipua laus.

florere virtutibus; vos tamen præcipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipſa Apoſtolicæ petræ arce fundatos & Dominus Noſter Jeſus Chriſtus cum omnibus redemit, & beatus Apoſtolus Petrus præ omnibus erudivit. (a) Caveant igitur, ne ſanctis ſuorum Paſtorum monitis inobſequentes, ne immemores beneficiorum Dei, ne irreligioſi erga Servos ejus beatos Apoſtolos, & abſimiles Majorum pietati inveniantur. Magnum enim periculum eſt, eſſe homines per oblivionem beneficiorum ingratos Deo, & Servis ejus, nec correptione corrigi, nec de gratiis recordari. Sciant denique, quod beatos Apoſtolos, qui apud Deum interceſſores ſibi eſſe non curat, ſuarum culparum ſeveros Judices habebit, & quos conciliatores ſupernæ miſerationis habere contemnit, offenſæ majeſtatis ſentiet ultores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, decreti, ſtatuti, definitionis, monitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Admonitio ſaluberrima Romano populo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio.

Canonicis, Beneficiatis, & Clericis; necnon S. R. E. Cardinalibus, & Prælatis Rom. Curiæ ſeu Epiſcopis celebrantibus ex devotione tantum ad altare *delle Reliquie* in Sacrario Baſilicæ Vat. eadem privilegia concedit, quæ Altaribus Privilegiatis ſunt annexa.

Ex Autogr. Arch. Baſil. Vatic. Capſ. 7. Faſc. 269.

AN. CH. 1743. 25. Jun.

AD perpetuam rei memoriam. Cum, ſicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Nobis nuper exponi fecerunt, in Sacrario dictæ Baſilicæ inter cætera Altaria, quæ inibi erecta ſunt, illud reperiatur; in quo Sacræ, ut pie creditur, Sanctorum Reliquiæ, quibus eadem Baſilica ditata eſt, aſſervantur (b), in eoque quamplurimæ Miſſæ quotidie celebrentur, ac proinde exponentes præfati idem Altare cæleſtium munerum, quorum diſpenſationem fidei noſtræ credidit Altiſſimus, elargitione a Nobis condecorari plurimum deſiderent: Nos

Petitio Canonicorum.

(a) S. Leo Serm. 2. in die aſſumpt.

(b) Iis tam multis quæ in ſuperioribus diximus de hoc Altari Sanctis Epiſcopis Lamberto, & Servatio dicato Privilegium hoc veluti columen accedit. In illud ſiquidem, ut tradit Alpharan. *num.* 164. translatum fuit Sacrum Corpus Joan. Chryſoſtomi, in cujus honorem, ac prædictorum Sanctor. Epiſcoporum an. 1567. S. Pii V. juſſu conſecratum fuit, ut ajebam ſupra *pag.* 237. *not. a*. Inde vero Chryſoſtomo honor additus: nam poſt annos 59. Urbanus VIII. ad Altare Sacelli Sixtini, ſeu Chori illum transfert an. videlicet 1626. Inſequenti autem plenariam largitur Indulgentiam utriuſque ſexus fidelibus Sacellum idem inviſentibus die feſto S. Jo. Chryſoſtomi. Denique an. 1636. Urbanus idem privilegiatum pro defunctis declarat Altare Chori ſup. *pag.* 244. Pari nunc demum honore affectam videmus priſtinam Sancti hujus Sedem, in qua omnes Sanctorum Reliquiæ, quæ in noſtra Baſilica exiſtunt, honorificentiſſime cuſtodiuntur.

(a) Puta

Nos piis eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut quandocumque Sacerdos aliquis de gremio Capituli Baſilicæ hujuſmodi nempe Canonicus, Beneficiatus, & Clericus Beneficiatus, necnon S. R. E. Cardinalis, & Romanæ Curiæ Prælatus, ſeu Epiſcopus ad ſupradictum Altare *delle Reliquie* vulgo nuncupatum in dicto Sacrario exiſtens, devotionis cauſa ductus, nulla prorſus obligatione cbſtrictus, pro anima cujuſcumque Chriſtifidelis, quæ Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabit ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium hujuſmodi animæ, pro qua celebratum fuerit, perinde ſuffragetur, ac ſi ad Altare Privilegiatum fuiſſet celebratum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ regula *de non concedendis Indulgentiis ad inſtar*, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Sanctitas ſua votis Canonicor. annuit.

Obſtantia omnia removet.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. diœceſ. ſub Annulo Piſcatoris die 25. Junii 1743. Pontificatus noſtri anno tertio.

Conſtituit, ut Sanctorum Apoſtolorum Principes Petrus, & Paulus Urbis Romæ Patroni Principales nuncupentur.

Ex SS. D. N. Operum tom. VI. pag. 120.

AN. CH. 1741. 16. Octob.

Cum omnium communi æque, ac pio Eccleſiarum more inſtitutum ſit, ut quos e Sanctorum numero ſibi ſingulæ Patronos elegerint, eos etiam, adjecto illuſtri Patronorum titulo, ſuis unaquæque Calendariis inſcribant: minime dubitandum eſt, quin Romana potiſſimum Eccleſia Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli Martyrio conſecrata, ac ſupra alias in ſummum honoris, & gloriæ culmen evecta, a Fidei primordiis eoſdem Apoſtolos uti *Patronos* habuerit apud Deum, ſeque in illorum tutela poſitam jure putaverit. Clarum antiquæ huic traditioni perhibent teſtimonium tum S. Leo Papa *ſerm. 1. de SS. Petr., & Paul.*, ubi eos Romæ Patronos nominat ſpeciales: *Sicut autem*, inquit, *& Nos experti ſumus, & Noſtri probavere Majores, credimus, atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper Nos ſpecialium Patronorum orationibus adjuvandos*: tum quoque S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis *Homil. 3. de iiſdem*, ubi eos Romæ Patronos appellat peculiares: *Horum hodie concurſu lætiſſimo recolit Roma Martyrium; & quorum dudum impia perſecuta eſt ſanguinem, eorum nunc peculiari devota Patrociniis glariatur*: Eiſdemque celebri Diſticho concinit Sanctus Venantius Fortunatus: *A facie hoſtili duo propugnacula præſunt, Quos Fidei Turres Urbs caput Orbis habet.* At quia compertum eſt, in Ordine Divini Officii debita hac nota, ac inſigni titulo Patronorum principalium Almæ Urbis Sanctos eoſdem Apoſtolos nuncupari non conſueviſſe, eam fortaſſe ob cauſam, quod SS. Petrus, & Paulus Catholicæ Eccleſiæ Patroni cæteroquin Generales habeantur, eaque propter in communibus ſuffragiis ubique per Eccleſiam ipſam invocentur: Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIV. ſolerter advertens, per hujuſmodi Eccleſiæ univerſæ generale Patrocinium non effici, quominus iidem ſint quamplurium per Orbem Eccleſiarum Patroni ſimul etiam peculiares, ſive, ut ajunt, principales, & hoc nomine in earum Calendariis inſcribantur; ratus eſt, non decere, ut quæ ipſorum Patrocinio Romæ præ cæteris lætatur, eos ubi maxime oportet, Sacris videlicet in Faſtis Patronos non appellet. Qua de re Sanctitas Sua, ut impoſterum debita honoris, & obſequii ratio ſervetur in recolenda memoria Principum Apoſtolorum, quorum præſenti ope, ac tutela Chriſtiana Reſpublica, undique procellis acta, ac gravioribus in dies ærumnis confecta, tandem erigatur; mandat, ac præcipit, memoratos Apoſtolorum Principes SS. Petrum, & Paulum poſthac Romano quoque Calendario, ſive Ordini Divini Officii pro degentis in Urbe Cleri directione quotannis imprimendo, ſimiliter inſcribi, titulo ſcilicet principalium Urbis Patronorum non omiſſo. Præterea eadem Sanctitas Sua inhærens Decretis alias editis a Sacra Rituum Congregatione, & a Prædeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus approbatis, declarat, quod Commemorationi, quæ in unaquaque Civitate, & Diœceſi ex laudabili conſuetudine, & Rubricarum diſpoſitione fit Sanctorum ſuorum Patronorum Principalium inter Suffragia Sanctorum poſt Laudes, & Veſperas in Divinis Officiis, quando

Principales Rom. Eccleſiæ Patronos eſſe SS. Apoſtolos Petrum & Paulum Auctores teſtantur.

In ordine Div. Off. hactenus non ſ... ...

Quod ne in poſterum fiat mand. Apoſt. cavetur.

In Calendario ſive ord. Divini Off. cum titul. imprimendo

quando Commemorationes, ſive Suffragia Sanctorum recitantur, tum Romæ, tum alibi, ubicumque Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus uti Patroni principales coluntur, ſatisfactum cenſeatur per eam Commemorationem ordinariam, ſeu communem, quæ ſit eorumdem in univerſa Eccleſia poſt Commemorationem B. M. V. Atque ita Sanctitas Sua mandat, decernit, & declarat. Hac die 16. Octobris 1743.

Fr. J. A. Card. Guadagni Pro-Præfectus.

De Proceſſione generali in Solemnitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti, tempore Apoſtolicæ Sedis vacantis, in Urbe peragenda.

Ex SS. D. N. Bullar. To. 1. pag. 496.

AN. CH. 1745. 16. Febr.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis ſollicitudinis officium, quantum Nobis ex alto conceditur, omni ex parte implere ſatagentes, non ſolum ea, quæ ſub oculis noſtris geruntur, opportunis legibus apte ordinare, atque dirigere ſtudemus; verum etiam providentiæ noſtræ intuitum ad ea intendere non omittimus, quæ poſt expletum a Nobis hujuſce mortalis vitæ curſum, ubi Omnipotenti Deo, qui numeravit dies noſtros, ita placuerit, aut fieri neceſſario debere, aut evenire poſſe proſpicimus. Sane ex quo in hac Romana Urbe a prima fere ætate diverſis in gradibus commorati ſumus, meminimus, non ſemel ſed iterum, ac tertio (a) jam contigiſſe, ut, vacante, per obitum Romani Pontificis, Apoſtolica Sede, ſolemnitas Corporis Chriſti recurreret, in qua, ex pia Urbani Papæ IV. Prædeceſſoris Noſtri inſtitutione ac lege, & fructuoſa univerſæ Catholicæ Eccleſiæ conſuetudine, poſt exacta Paſchatis & Pentecoſtes ſolemnia, vivificum Euchariſtiæ Sacramentum, continuata per dierum Octavam celebritate, & publicis ſupplicationibus a Chriſtifidelibus percolitur. Cumque hujuſmodi ſupplicationibus ſive Proceſſionibus, vivente Romano Pontifice, initium det prior illa & ſolemnior ſupplicatio, quæ incipiens ab ipſo Pontificiarum Ædium Vaticani Sacello, præeuntibus & ſubſequentibus omnibus tam Sæcularis, quam Regularis Cleri, Romanæque Curiæ & Pontificiæ Aulæ Officialium Ordinibus, per congruum viarum ambitum, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum procedit, ibique terminatur; vacante, ut prædiximus, Apoſtolica Sede, Nobiſque, poſt mortem recol. mem. Prædeceſſorum Noſtrorum Benedicti Papæ XIII, & Clementis Papæ XII, intra Apoſtolicorum Comitiorum ſepta commorantibus, quæſtionem hanc, non ſine ſententiarum atque ſtudiorum varietate audivimus agitari; an ſcilicet in eodem Vaticano, an vero in Lateranenſi Patriarchio, ſolemnis illa, & generalis, de qua ſupra dicebamus, ſupplicatio peragenda eſſet. Et quidem præmiſſis incaſibus, Noſtris primum oculis aſpeximus, deinde etiam aliorum relatione audivimus, præfatæ ſolemnitatis celebritatem duplici ſupplicatione inchoatam fuiſſe, quarum altera in Baſilica S. Joannis in Laterano, altera vero ſimul eodem tempore in Baſilica S. Petri in Vaticano habita fuit: Diviſionem autem factam fuiſſe eorum, qui primæ hujuſmodi generali ſupplicationi intereſſe tenebantur; nonnullis videlicet ad unam, aliis vero ad alteram ex prædictis Baſilicis accedentibus, prout vel ratione, vel imperio, vel etiam propria voluntate atque arbitrio adducti fuerunt. Quod quum Noſtra, & aliorum etiam complurium ſententia, nec Eccleſiaſticis regulis, ac ritibus, nec piæ Prædeceſſorum Noſtrorum menti, conſentaneum eſſe judicaverimus; neque vero abſque notabili Divini Cultus imminutione, & Populi ſcandalo reipſa fieri contigerit: Nos, cupientes tantæ ſolemnitatis initia, communibus omnium ordinum ſtudiis, eoque maximo cultus ſplendore, quo potiſſimum fidelium mentes ad debitum erga Divinæ bonitatis myſteria venerationis affectum excitantur, omni tempore concelebrari; Motu proprio, & ex certa ſcientia, poſt maturam deliberationem hac de re habitam, hanc in poſterum præcepti Noſtri formam volumus eſſe perpetuam, qua de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, atque mandamus, ut, ſicuti Sede plena de

Feſtum Corporis Chriſti Sed. Vacante ſæpe occurrit.

Proceſſio fieri ſolita, vivente Pontifice, tunc variatur:

Ea perſæpe enim Sede vacante fieri minus recte conſuevit.

SS. decernit, ut fiat in poſterum ac ſi Pontifex viveret.

(a) Puta an. 1691. dum comitia habebantur pro electione Innoc. XII. quo tempore SS. D. N. ſeptimum decimum ætatis annum eſt ingreſſus. 1730.; quum Clementis XII. agitabatur electio in comitiis, queis idem intererat Cardinalis Epiſcopus Anconitanus; ac demum 1740. quum ipſe Archiep. Bononienſis ad Summi Pontificatus apicem eſt evectus.

(a) Li-

na de mane Feriæ v. poſt Feſtum SS. Trinitatis unica ſupplicatio, ſive Proceſſio Generalis SS. Corporis Chriſti in Urbe peragi conſuevit, ita eadem Apoſtolica Sede vacante, ubi Solemnitatem prædictam, anno vertente, celebrandam eſſe contingat, unica pariter in Urbe Generalis Proceſſio habeatur, cum interventu omnium & ſingulorum, qui de cætero, hujuſmodi ſupplicationi generali adeſſe tenentur; quorum nomina, & incedendi ordo, aliis Noſtris Apoſtolicis Literis hac ipſa die manu Noſtra ſubſcriptis diſtinctius expreſſa reperiuntur (*a*). Dum autem pro hujuſmodi generali ſupplicatione Sede vacante, ut præfertur, habenda, congruum, opportunumque locum deligere, & conſtituere mente, animoque verſabamus; illud Nos maxime permovit, quod animadvertimus, in cæteris per Chriſtianum Orbem Civitatibus, tempore Epiſcopalis Sedis vacantis, nihil mutari ſolere circa locum, aut Eccleſiam, in quo, ſeu qua, Epiſcopo vivente, quotannis præcipua hujuſmodi Proceſſio Corporis Chriſti celebrari ſolet. Itaque quemadmodum in Urbe, Sede plena, Proceſſio Generalis hujuſmodi in Vaticano celebratur, quantumvis Pontifex in ejuſdem Vaticani Ædibus actu non commoretur, ſed in Quirinali Palatio degat, vel etiam eumdem extra Urbem moram trahere contingat; ita nihil obſtare cenſemus, quominus, etiam defuncto Pontifice, Proceſſio Generalis die Feſto Corporis Chriſti in Vaticano pariter celebretur; quin potius id ſatis congruum & opportunum fore judicamus, habita ratione tum Vaticani Conclavis, in quo Collegium S. R. E. Cardinalium, ad maximum in Terris opus peragendum tunc temporis permanet, tum frequentiæ populi, qui hac de cauſa per eos dies ad Vaticanum confluit. Inchoanda igitur erit prædicta ſupplicatio generalis a Baſilica Vaticana, ea hora, quæ a Congregatione Cardinalium in Ordine Priorum indicetur. Et quidem Miſſæ Sacrificium per eum, a quo Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ut infra, deferendum erit, ad Altare Cathedræ S. Petri celebrabitur. At quoniam plures cauſæ obſtant, quominus tempore Sedis vacantis amplior ille ambitus, atque ſplendidior viarum apparatus ſervetur, qui, vivente Pontifice ſive is præſens ſit, ſive abſens, obſervari conſuevit; ſtatuimus prædictam ſupplicationem per brevius illud iter procedere, eodemque apparatu perfici, quo jam alias, vacante Apoſtolica Sede, in eodem Vaticano factam fuiſſe conſtat (*b*); In ejus quoque regreſſu, volumus, omnes & ſingulos, qui in Proceſſione interfuerint, cum intortitiis accenſis, intra eamdem Baſilicam de more diſpoſitos, uſque ad extremum manere: ac demum, Sanctiſſimo Sacramento ſuper Altare majus, Confeſſionis videlicet Principis Apoſtolorum, per manus Diaconi Epiſcopo adſtantis collocato, & conſuetis precibus devote decantatis, ab ipſo Epiſcopo celebrante trina benedictione cum eodem Sacramento ſuper Populum data, auguſtam ſanctamque celebritatem abſolvi. Et quia prædicta ſupplicatio, quæ ſic, ut præmiſimus, Noſtræ hujus Ordinationis vigore celebranda erit, nequaquam habenda eſt pro peculiari Proceſſione Baſilicæ Vaticanæ; quæ quidem Baſilica propriam ſupplicationem peragit in die Octava Corporis Chriſti; ſed locum tenere debet generalis illius ſupplicationis, quam, Sede plena, Romanus Pontifex celebrare ſolet, & in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ab ipſo Pontifice, vel, eo impedito, ab antiquiore ex S.R.E. Cardinalibus defertur. Hinc eſt, quod, Sede Apoſtolica, ut præfertur, vacante, volumus, ut a Collegio prædictæ S R.E. Cardinalium, hoc eſt a Congregatione trium Cardinalium in quolibet Ordine Priorum, & a Cardinali ejuſdem S. R. E. Camerario, triduo ante Solemnitatem Corporis Chriſti, aliquis eligatur, & deputetur, qui præfatum Auguſtiſſimum Sacramentum deferat, unus nimirum ex Patriarchis, & Archiepiſcopis, aut Epiſcopis in Romana Curia præſentibus; cui miniſtrare debebunt Sacri illi Miniſtri, qui in Capellis Cardinalitiis Officio Diaconi & Subdiaconi ſunt perpetuo addicti. Acolythi pariter Capellæ Pontificiæ, necnon ejuſdem Capellæ Clerici, aliique inferiores Miniſtri, in propriis Officiis rite miniſtrabunt, ſub directione eorum ex Pontificiis Cæremoniarum Magiſtris ſupranu-

Sede etiam Vacans Proceſſio generalis facienda.

Ut Pontif. in Quirinali degente vel etiam abſente proceſſio fit in Vaticano, ita & Sede Vac.

Proceſſionis ordo & iter.

Eadem non eſt peculiaris Baſil. Vatic. ſed generalis Romanæ Urbis

Quare Antiſtes qui SS. Sacram. portet, eligendus a Sac. Collegio.

(*a*) Literæ iſtæ Apoſtolicæ continuo has ſequentur.

(*b*) Amplior olim fiebat iſte ambitus, & Cæremoniale Aug. Patritii, quod an. 1516. ab Electo Corcyrenſi editum fuit, Leone X. Pontifice adhuc fieri conſueviſſe teſtatur (*lib. 2. ſect. 2. cap. 15.*) etenim antiquum illum ſic deſcribit: *Itur per viam rectam uſque ad Caſtrum S. Angeli, & per aliam viam, quæ ſancta dicitur, revertitur ad Baſilicam S. Petri*. Viam rectam hodie dicimus Burgum S. Angeli: via autem Sancta, magna ſaltem ex parte, appellatur Burgus vetus. Quando iſte ambitus deſueverit, Alexandrina ſubſtituta viæ rectæ, incompertum mihi eſt. Certe jam pridem obtinuit; ut vivente Pontifice uſque ad S. Jacobi Coxacaballi Eccleſiam perveniatur; inde per Burgum veterem fiat reditus ad Baſilicam. Sede autem vacante proceditur juxta domos, quæ terminant plateam, Ruſticucii nuncupatam: ita ut Baſilicæ & Palatii Apoſtolici conſpectus nuſquam amittatur.

Præſules, Miniſtri & eidem qui Pontifice vivente.

pranumerum, qui, juxta Conſtitutionem a ſan. mem. Deceſſore Noſtro Clemente Papa XII. de rebus Sede vacante peragendis editam, cum aliis ingredi Conclave non permittuntur. Item Cantores ejuſdem Capellæ Pontificiæ Hymnos & Laudes de more concinentes, & Miſſæ celebrationi intererunt, & totam ſupplicationem in ſuo gradu & ordine proſequentur. Umbellam vero ſeu Baldacchinum, iidem fere ſuis reſpective vicibus deferent, qui, vivente Pontifice, ejuſmodi decorantur prærogativa. Ejuſdemque Umbellæ latera, tam Officiales virgæ rubeæ cum intortitiis, quam Servientes Armorum, ſive Mazzerii Papæ nuncupati, cum Maziis argenteis, & Milites Helvetici cum ſuis Decurionibus atque Tribunis, militari ritu armati, claudent, & reſpective cuſtodient. Nullam vero peculiarem Crucem volumus elevari, ſub qua tota ſupplicatio incedat; ſed propriam Crucem a ſingulis tam Sæcularis, quam Regularis Cleri, Capitulis, Ordinibus, ſive Corporibus, ex quibus Proceſſio componitur, de more erectam deferri. Curſores etiam Cardinalis pro tempore Urbis Vicarii, quemadmodum Sede plena mos eſt, totum Proceſſionis Ordinem dirigere mandamus. Sacræ autem Veſtes, necnon Oſtenſorium, Thuribulum, Candelabra argentea, Funalia, Umbella, ſeu Baldacchinum, & reliqua ſupellex ad Sacram Functionem neceſſaria, ab Apoſtolico Sacrario, ſeu reſpective a Pontificia Floreria, ſubminiſtrari debebit. Cerei quoque, quotquot neceſſarii erunt, ſumptibus Cameræ Apoſtolicæ provideri; ac demum Porticuum Vaticani & reliqui ambitus apparatum, Apoſtolicarum Ædium Aulæis, ut vivente Pontifice, moris eſt; & in reliquo, ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ ſumptibus, adornari præcipimus. Denique Pontificios Milites Urbanos per totum Proceſſionis iter diſpoſitos de more adeſſe, eamdemque ſubſequi, & cuſtodire jubemus. Quapropter omnibus, ad quos ſpectat, & ad quos in caſu pro tempore ſpectabit, committimus & mandamus, ut quæcumque, ad Divini Cultus & Religionis incrementum, ac decus, hac Noſtra Conſtitutione ſtatuimus & ordinavimus, ſinguli pro virili parte reſpective impleant, & ab aliis impleri curent. Specialiter autem Venerabilibus Fratribus Noſtris S.R.E. Cardinalibus, iiſque potiſſimum, qui pro tempore in quolibet Ordine Priores exiſtent, una cum ejuſdem S.R.E. Cardinali Camerario injungimus, ut opportuna mandata atque præcepta, pro præmiſſorum omnium executione expediant. Itemque ejuſdem S.R.E. Cardinalibus pro tempore Camerario, Vice-Cancellario, & Majori Pœnitentiario, ut omnes ſibi reſpective Subditos Miniſtros, & Officiales, eorumque Collegia, ſive Ordines, qui hujuſmodi Proceſſioni Generali de more adeſſe debent, ſub conſuetis præceptis & pœnis, adeſſe compellant. Ac demum Cardinali, qui pro tempore in Urbe, ejuſque Diſtrictu, Romani Pontificis Vicarius exiſtet, ut omnes Cleri Sæcularis & Regularis Ordines, qui, vivente Pontifice, eidem pariter ſupplicationi intereſſe ſolent, Collegia, Capitula, etiam Baſilicarum Patriarchalium, & Collegiatarum etiam inſignium, alioſque omnes etiam neceſſario exprimendos, ſub conſuetis pariter præceptis, ac pœnis, auctoritate ſibi a Nobis in perpetuum harum tenore delegata, jubeat intereſſe. Has enim Noſtras Literas, & in eis contenta quæcumque perpetuo firma, & efficacia exiſtere volumus, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, atque ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſime obſervari; Sublata omnibus & quibuſcumque, etiam S.R.E. Cardinalibus prædictis, eorumque Collegio, & Ordinum reſpective Prioribus, & S.R.E. Camerario, aliter decernendi & ſtatuendi facultate; & non obſtantibus, ſi quæ in contrarium facientes adeſſe dicantur, Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus quibuſcumque; necnon quarumcumque Eccleſiarum, Baſilicarum, etiam Patriarchalium, & Collegiatarum inſignium, & quorumvis Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, Collegiorum, Communitatum, ipſiuſque Cleri Urbis, & Perſonarum ſingularium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, & quavis alia firmitate roboratis Privilegiis, Statutis, Conſtitutionibus, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiamſi de iis, eorumqne reſpective tenoribus expreſſa & individua mentio habenda foret. Quibus omnibus & ſingulis, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ad præmiſſorum effectum pleniſſime & ampliſſime motu pari derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo Hominum liceat paginam hanc Noſtrarum Conſtitutionis, Ordinationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Sacra ſupellex ex Apoſtol. Floreria deſumenda.

Cavet, ut Literæ iſtæ executioni mandentur.

Card. Camerar. Vicecanc. Pœnit. & Vicar. Urbis ita injungit.

Literar. hujuſmodi auctoritas

Contrariis omnib. conſtitutionibus derogat

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto, quartodecimo Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Mo-

Mandatum Apoſtolicum Officialib. Rom. Curiæ.

MOtu Proprio &c. Omnibus & ſingulis Officialibus Romanæ Curiæ, qui alias juxta antiquum ejuſdem Curiæ morem, & ritum, in generali Pontificia Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti cum albis intortitiis, Apoſtolica Sede plena, intereſſe ſolent, ac debent, quoties Proceſſionis celebritatem hujuſmodi, tempore prædictæ Sedis Vacantis, occurrere contigerit, quemadmodum illius tunc peragendæ formam Apoſtolicis noſtris Literis hac ipſa die ſub Plumbo datis in perpetuum præſcripſimus, ita præſentis noſtri Motus proprii &c. Schedula diſtricte præcipiendo mandamus, ut ipſi pro eorum debito, & condigna erga tantum Sacramentum veneratione, celerique, & tranquilla actus hujuſmodi expeditione, ſub pœna privationis a perceptione emolumentorum ratione ſuorum reſpective Officiorum per duos continuos menſes ex tunc proxime futuros eis obvenientium, aliiſque arbitrio tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, quibus dictarum Literarum noſtrarum executionem injunximus, in contrafacientes infligendis, in eadem Proceſſione ordine infra aſſignando, abſque ulla contradictione aut replicatione, vel interpellatione, incedere debeant. Nos etenim eiſdem Officialibus, atque omnibus & ſingulis eorum Ordinibus, ac Collegiis quibuslibet, ſuper quæſtionibus, & controverſiis quoad procedendi Ordinem, ſilentium imponimus, donec aliter a Nobis aut Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, vel competentibus Judicibus definitum fuerit in Judicio petitorio, quod eis earumdem tenore præſentium reſervamus. Officiales autem Cameræ, Cancellariæ, & Pœnitentiariæ Apoſtolicarum, quibus conſuetum in eadem Proceſſione locum præſervamus, volumus eodem incedere ordine, quo deſcripti reperiuntur in Rotulo a Nobis ſub initio, & quolibet Pontificatus Noſtri anno ſubſcribi ſolito, ſeu in aliis Rotulis a Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris pro tempore ſubſcribendis. Quorum Rotulorum ſeriem, & ordinem, ne vacante Apoſtolica Sede prædicta de eorum vigore, & ſubſiſtentia hæſitari contingat, ad præmiſſorum effectum tantum, ex nunc, prout ex tunc, & e contra confirmamus, & approbamus. Ac, quandocumque caſus obvenerit, hujuſmodi Ordinem ſeu ſeriem Rotuli ultimo loco a Romano Pontifice tunc proxime defuncto ſubſcripti, illiuſque integrum tenorem ante ipſum Proceſſionis prædictæ initium per unum ex Pontificiis Curſoribus de more legi, & recitari præcipimus. Quo vero ad alias Perſonas, de quibus in dictis Literis meminimus, earum nomina, officia, & incedendi Ordinem, ut infra præſcribimus, videlicet.

Judicium petitor. iiſdem reſervatur.

Eorum ordo idem qui in rotulis.

Ordo generalis totius proceſſionis

Præcedentibus Alumnis Hoſpitii Apoſtolici, & Orphanotrophii; tum Ordinibus Regularium, Parochis Eccleſiarum Urbis cum Stolis, Clero, atque Capitulis Eccleſiarum etiam Collegiatarum Inſignium, & Baſilicarum etiam Patriarchalium, ordine ſuo.

Officiales Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Cameræ, Pœnitentiariæ, aliique in conſueto Rotulo deſcripti, juxta Ordinem ibi adnotatum.

Cantores Papæ.

Gubernator Conclavis }
Gubernator Urbis } Simul.

Ambo cum Rochetto & Mantelletta nigra, & cum intortitiis, quæ ab aliquo ex ipſorum Familiaribus Nobilibus deferri poterunt.

Duo Acolythi cum Funalibus argenteis.

Duo alii Acolythi cum Candelabris.

Acolythus cum Navicula.

Acolythi duo cum duobus thuribulis.

Duodecim ex Officialibus virgæ rubeæ cum intortitiis a lateribus.

Servientes Armorum a lateribus.

Item a lateribus Milites Helvetici cum ſuis Tribunis.

Antiſtes deferens Sanctiſſimum Sacramentum cum Diacono & Subdiacono ſub Baldacchino.

Prælati Romanæ Curiæ.

Duo alii Acolyti cum Funalibus argenteis.

Miniſter de Mitra.

Auditor Cameræ }
Theſaurarius Generalis } Simul.

Patriarchæ.

Archiepiſcopi.

Epiſcopi.

juxta eorum gradum, & reſpectivam antianitatem nulla ratione habita aſſiſtentiæ Solio Papæ.

Protonotarii Apoſtolici Participantes tam de numero, quam ſupranumerum, aliique in eorum Scamno locum habentes.

Abbates habentes locum in Capella.

Generales Ordinum habentes locum ut ſupra.

Auditores Rotæ, cum Magiſtro Sacri Palatii.

Clerici Cameræ, ejuſdemque Præſes.

Referendarii Votantes Signaturæ Juſtitiæ, cum ejuſdem Auditore.

Abbreviatores de Parco majori.

Advocati Conſiſtoriales, cum Procuratore Fiſcali, & Commiſſario Cameræ.

Procuratores Ordinum.

Baldacchini portitorum vices.

Referendarii Baldacchinum deferent ab Altari Cathedræ S. Petri uſque ad Portam Baſilicæ.

Officiales Collegii Sancti Petri a Porta Baſilicæ uſque ad Catenam Palatii.

Magiſtri Viarum, aliique ejuſdem Officii Miniſtri, a Catena ad finem Periſtylii.

Officiales Collegii Sancti Pauli ab una ad alteram extremitatem Periſtylii.

Natio Florentinorum per aliud Brachium Periſtylii uſque ad Portam Ferream.

Natio Senenſium a Porta Ferrea uſque ad Altare Confeſſionis Sancti Petri.

Servien. armorum, & Curſorum Vicarii munia.

Servientes Armorum, & Curſores Cardinalis Vicarii cum ſuis Maziis totam Proceſſionem cuſtodiant, & hortentur ad procedendum, & non permittant ſub finem aliquos exire cum intortitiis, nec ea extinguere, niſi data per Antiſtitem Benedictione ſuper Populum cum SS. Sacramento.

Militum Urbanorum turmæ Proceſſionem ſequantur atque cuſtodiant, & fiant ſolitæ mortariorum exploſiones in conſuetis locis.

Quocirca Gubernatori Conclavis, & Gubernatori Urbis ejuſdemque Urbis Vicesgerenti tunc & pro tempore exiſtentibus per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, ut in conſuetis reſpective locis adſtantes, necnon illis Cæremoniarum Apoſtolicarum Magiſtris Supranumerum, qui etiam tunc & pro tempore extra Conclave exiſtent, ut pro eorum officii debito præſentis Mandati noſtri ſchedulam, & in eis contenta quæcumque, ſinguli pro virili parte

Executio præſentium literar. demandatur.

exequi, & obſervari faciant. Notariis quoque Cameræ Apoſtolicæ, ut prædictis Conclavis & Urbis Gubernatori, ac Vicesgerenti aſſiſtant, deſcribentes nomina ſingulorum contumacium & inobedientium, quos præmiſſis, & gravioribus etiam pro exceſſuum qualitate pœnis puniri & mulctari volumus. Præſentes quoque, & deſuper, ſi videbitur, expediendas Literas ſemper validas, & efficaces fore & eſſe, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, ſicque & non alias per quoſcumque Judices &c. etiam prædictæ S.R.E. Cardinales, ſublata &c. judicari &c. debere, irritumque &c. attentari. Non obſtan. quatenus opus ſit, Noſtra & Cancellariæ prædictæ Regula de jure quæſito non tollendo, & privilegiis, ac indultis, & Literis Apoſtolicis Collegiis prædictis eorumque ſingularibus Perſonis, etiam in limine eorumdem Collegiorum erectionis conceſſis, cæteriſque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictorum Collegiorum etiam juramento &c. roboratis ſtatutis &c. cæteriſque contrariis quibuſcumque; cum clauſulis opportunis.

Fiat motu proprio P.

Summa Formular. conſueta.

Et quod dictæ Regulæ, necnon Privilegiorum, & Indultorum prædictorum quomodolibet conceſſorum tenores etiam veriores, ac Datæ, habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in Literis etiam per viam de Curia, ſi videbitur, expedien. Et de perpetuis mandato, commiſſione, derogatione, voluntate, aliiſque præmiſſis, ut ſupra in dictis Literis latiſſime extenden. Volumus autem, quod ſola præſentis noſtri Motus proprii Schedulæ Signatura ſufficiat, & illius quoque exempla, ſeu tranſumpta etiam impreſſa manu alicujus Notarii publici ſubſcripta, & perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ Sigillo munita, ubique fidem faciant in judicio, & extra illud, Regula quacumque contraria non obſtante.

Fiat P.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem quartodecimo Kalendas Martii Anno Quinto.

Literarum Apoſtolicar. publicatio.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, Indictione octava, die vero octava Martii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini BENEDICTI Divina Providentia PAPÆ XIV. Anno Quinto, ſupradicta Conſtitutio, & Schedula Motus proprii affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicæ Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Franciſcum Romolazzi Apoſt. Curſ.

Petrus Righi Mag. Curſ.

De

Digitized by Google

Concedit Eccleſiæ Parochiali S. Jacobi Coxacaballi viginti loca Montium Cameralium non vacabilium cum reſervatione omnium fructuum pro Vicario ejuſdem Parochialis Eccleſiæ curam animarum exercente a Primicerio integre perſolvendorum.

Ex Bulla unionis Congregationis Clericor. Regular. Doctrinæ Chriſtianæ ubi de centum locis montium diſmembratis res eſt. Bullarii SS. D. N. tom. 2. pag. 357.

AN. CH. 1747. 15. Decemb.

Loca Montium 20. Eccleſiæ S. Jacobi conceduntur.

Eorumque fructus Vicario curam animar. exercenti.

APoſtolici muneris &c. Reliqua vero viginti loca hujuſmodi a quibuslibet oneribus, & obligationibus ſimiliter libera convertat & transferat (Adminiſtrator generalis locorum montium) in faciem Eccleſiæ prædictæ S. Jacobi in Civitate Leonina exiſtentis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum Filialis, cum reſervatione tamen omnium fructuum eorumdem viginti Locorum Dilecto Filio Primicerio Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti in eadem Eccleſia inſtitutæ ex numero Canonicorum præfatæ Baſilicæ electo, ejuſque ſucceſſorum in perpetuum ex eodem cœtu eligendorum, ad effectum videlicet, ut ipſe pro tempore exiſtens Primicerius eoſdem fructus a dictis Kalendis deinceps decurrendos Vicario dictæ Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi, pro exercitio Curæ Animarum illius Parochianorum per ipſius Baſilicæ Capitulum & Canonicos ad nominationem dictæ Archiconfraternitatis amovibiliter ad nutum nunc & pro tempore deputato, abſque alicujus cura integre perſolvat, vel perſolvi faciat. Ideoque idem Generalis Adminiſtrator conſuetas Literas Patentes, juxta ordinationem noſtram hujuſmodi, faciat expediri. Nos enim Collegii, & Vicarii prædictorum indigentia fide dignis relationibus intellecta, volentes utrique de opportunæ ſubventionis auxilio providere, eidem Collegio prædicta Loca octoginta cum eorum fructibus, dicto vero pro tempore exiſtenti Vicario fructus reliquorum viginti Locorum Montium in faciem præfatæ Eccleſiæ transferendorum, ut prædiximus, percipiendos, per eaſdem præſentes in perpetuum reſpective concedimus, aſſignamus, tribuimus, & appropriamus.

De Be-

LECTORI MONITUM.

QUamquam ex eo die, quo Collectioni huic recenſendæ inſiſto, ſemper Typothetarum, quam Præli operas alacriores expertus ſum: menſe tamen Octobri labentis anni 1751. neutras eſſe impares mirabar equidem, mecumque ipſe gaudebam; quidnam præli celeritas præſagiret, ignorans. Fore enim ſperabam, ut Apoſtolicæ tot literæ ad res, & perſonas Vaticanæ noſtræ Baſilicæ pertinentes ederentur in lucem; ſicque Hannibalis Albani Card. S. Clementis, Portuenſis Epiſcopi, ac Baſilicæ eiuſdem Archipresbyteri deſiderium vehemens impleretur. Extremo ſiquidem ſuæ vitæ tempore nil cupidius appetebat, quam perpetuo hoc munificentiæ genere, quum tot alia in Baſilicam ſuæ liberalitatis argumenta dederit, Canonicos Beneficiatos, & Clericos impertire. Ideirco tanto cum ardore, ſumtuque hujuſmodi ſegetem, Tabulariis excuſſis, compararat. At o ſpes hominum fluxas, atque fallaces! Qui affectæ jampridem valetudini inſueviſſe videbatur, & cui paulo ante (*p. 288. not. 4*) diuturnam, fauſtamque vitam ominabar, eum nunc fletu proſequar neceſſe eſt. Nam XIV. Calendas Novembres adventare ſentiens ſupremam horam, Sacramenta rite ſuſcepit, deinde ſummopere optare ſe ait cum Chriſti Vicarii benedictione ex mortalium convictu recedere. Quod ubi SS. D. N. accepit, continuo per ſe ipſe adiit moribundi Cardinalis ædes, votaque ejus cumulatiſſime explevit. Altero poſt die deceſſit, Juſtiſque illi de more perſolutis in duodecim Apoſtolorum ſacra æde a. d. x. Cal. Novembres, noctu ad noſtram Baſilicam elatum cadaver ſine ulla pompa, in S. Clementis ſacello quod in Baſilicæ ejuſdem Sacrario extat in loculo recens ſubſtructo, ac fornicato, tumulatur: Natus an. 1682. die 15. Aug. fecerat annos 69. menſes duos, dies ſex: nobis præfuerat Archipresbyter ab an. 1712. die 18. Januarii annos 39. menſes novem, dies tres. ut patet ex Inſcriptione capſ. plumb. inſculpt.

D. O. M.
Hannibal Epiſcopus Portuenſis
Cardinalis Albanus
S. Clementis nuncupatus
Sacroſ. Vatic. Baſilicæ Archipresbyter
Olim S. R. E. Camerarius
Clementis XI. Pont. Opt. Max. Fratris Filius
Natus Urbini xv. Auguſti
MDCLXXXII.
Obiit Romæ xxi. Octobris
MDCCLI.

De Benedictione, & traditione Pallii.

Ex Bullar. SS. D. N. tom. II. pag. 494.

AN. CH. 1748. 12. *Aug.*

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Rerum Eccleſiaſticarum origines quo altius ex ſacræ antiquitatis memoria repetimus, eo magis illas & ſolidis fundamentis innixas, & ſublimi non minus, quam vetuſta inſtitutione venerabiles, ipſaque diſciplina & ritu graves ac religioſas, agnoſcere & comprobare gaudemus. Ita porro de ſacris Palliis, quæ a Romano Pontifice Patriarchis, & Archiepiſcopis concedi, ipſiſque in Curia præſentibus tradi, abſentibus autem tranſmitti conſueverunt, a primis uſque Eccleſiæ ſæculis complura extant certiſſima monumenta; nec dubium eſt, quin eorum traditioni, ſive tranſmiſſioni, ſolemnis ſemper præmiſſa fuerit benedictio. Quia tamen hujuſmodi Benedictionis ritus nonnullas mutationes in evolutione temporum ſubiiſſe dignoſcitur; officii Noſtri eſſe judicavimus illius formam perpetuis futuris temporibus obſervandam conſtituere, ac præſentium Literarum auctoritate firmare.

Pall'or. Archiep ſc p. vetuſtiſſima benedictio.

Inter ſpeciales prærogativas Baſilicæ Sancti Petri in Vaticano, quarum meminit Petrus Mallius ejuſdem Baſilicæ Canonicus tempore Alexandri III., hæc recenſetur, (*a*) quod *in ea tantum vigilantur Pallia*, quæ a Romano Pontifice, Patriarchis, & Archiepiſcopis mittuntur. Maphæus autem Vegius alter Sancti Petri Canonicus ſub Prædeceſſore noſtro Martino V., lib. 2. Rerum memorabilium Baſilicæ Sancti Petri, piam ſupplicationem deſcribit, quæ ab ipſius Baſilicæ Clero, cum cantu Pſalmorum Pœnitentialium, Litaniarum, aliarumque precum, fiebat, dum ad Pallia benedicenda procedebatur; atque addit, nocturnas vigilias ea occaſione ita celebrari conſueviſſe, quemadmodum in pervigilio Feſti Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. De hujuſmodi Vigiliis ſimiliter mentio eſt in Libris Sacrarum Cæremoniarum Eccleſiæ Romanæ, qui tribuuntur Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corcyrenſi, a quo videlicet Prædeceſſori quondam Noſtro Leoni Papæ X. oblati fuerunt; ubi etiam *l.* 1. *ſect.* 10. *c.* 5. dicitur, quod ipſa Pallia demittebantur in ſacram Beati Petri Confeſſionem, ut ſupra illius Corpus conſiſterent: *Per Canonicos Baſilicæ ponuntur ſuper Corpora Petri & Pauli Apoſtolorum ſub Altari Majore, ubi factis de more Vigiliis* (*b*), *illa per noctem dimittunt, deinde reſtituunt Subdiaconis, qui in loco honeſto ea conſervant*: Erat quippe in anteriori fronte Altaris dictæ Confeſſionis parva quædam veluti feneſtra, & in hujus ſolo intra ipſius Altaris molem, foramen erat, Æneæ Arcæ ad perpendiculum reſpondens, in qua Sacrum Apoſtolorum Principis Corpus requieſcit; ut latius legere eſt in deſcriptione veteris ſitus, & formæ ejuſdem Confeſſionis, quam Michael Lonigus Prædeceſſori Noſtro Urbano Papæ VIII. dicavit, quæque tam ſeorſim, quam cum aliis Operibus Typis edita pluries fuit. Verum quum mutata deinceps fuerit Aræ Majoris forma, nocturnarum autem Vigiliarum diſciplina magna ex parte in deſuetudinem abierit; annuentibus Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, inductum fuit, ut prædictæ Baſilicæ Archipresbyteri Vicarius in Epiſcopali Ordine conſtitutus, vel alius Epiſcopus ejuſdem Baſilicæ Canonicus, qui Matutinis Officiis in Feſto Sanctorum Petri & Pauli in Pontificalibus aſſiſteret, idem Benedictionem Palliorum faceret, cujus ritus talis erat. Pallia, quæ benedicenda

Eadem in ſola V. n. Baſil. benedicenda.

Vigiliæ dim præmittebantur.

Cataracta in altari Sacræ Confeſſionis.

Archipresb. Vicarius, ſeu alius Canonicus Epiſcopus ea benedicebat.

(*a*) Collect. hujus (*tom.* 1. *p.* 42. *not. g.*

(*b*) Quum Auguſtinus Patritius juſſu Innoc. VIII. cæremonias digerebat: quin etiam quum electus Corcyrenſis eaſdem editas in lucem Leoni X. offerebat, Vigiliæ adhuc aliquæ erant in more. Iidem ſcilicet, ſive alii nocturni, queis matutinum Officium conſtat, tribus diſtinctis nocturnis horis canebantur; quare & *prima vigilia*, & *ſecunda vigilia*, & *tertia vigilia* memorantur in Ordine Rom. Benedicti Canonici (*ap. Mabill. muſ. Ital. tom.* 2. *n.* 15.) ubi agitur de nocte Nativitatis Domini. Perinde in feſto S. Petri *num.* 67. tametſi ſemel mentio fiat Vigiliæ. Matutinum autem diſtinguitur a Vigiliis quia iidem ſeu alii nocturni non disjuncti per horas, ut noctu, ſed continuati canebantur. Quem ſane morem perſolvendi officium Divinum, duas Vigilias neſcio, cur Amalarius fuiſſe putet: *c.* 60. *Ex Romano Antiphonario*, ajens, *poſui duas vigilias in noſtro Antiphon.* & cap. 15. dixerat: *Reperi in Rom. Antiphonario duo officia Nocturnalia in una eademque nocte poſita*. Puta nocte Nativitatis Domini, de qua agit; ſicut nocte SS. Apoſtolorum feſtum præcedente loquitur *num.* 60. Certe Benedictus Canonicus adeo luculenter explicat eum ritum, ut nullum omnino dubium relinquat legenti: expletis enim ternis vigiliis, utrobique adjicit *Invitatorium*, & *Matutinum*. Hæ vero vigiliæ memorantur his literis Apoſtolicis, Decimi Leonis ævo, auctoritate laudati cæremonialis. Cave autem putes doctrinam etiam illam *ſuper corpora &c.* iiſdem hiſce literis confirmari. Prædicatione enim, & doctrina ſocium Principis Apoſtolorum Paulum, non utique auctoritate parem illi facit SS. D. N., continuo ſubdens, hanc peti ex uno Divi Petri corpore, quod multa, ut ſolet, eruditione roborat, & confirmat. Hujuſmodi autem vigiliis obſoletis ſummi Diſciplinæ moderatores Romani Pontifices benedictionem illam pie inductam non improbarunt, cujus certa forma his literis perpetuo ſervanda conſtituitur.

(*a*) Ab

cenda erant, auratæ Pelvi impoſita, ab ipſius Vaticanæ Baſilicæ Canonico Altariſta nuncupato, comitantibus duodecim e uſdem Baſilicæ Beneficiatis, ad Confeſſionem Beati Petri deferebantur, ibique locabantur ſuper Menſam, ſtragula pretioſa coopertam, inter duo Candelabra accenſis cereis ſubjecta. Epiſcopus vero qui Matutinis Officiis, ut præfertur, adſtiterat, poſt decantatas Laudes, Pontificalibus adhuc indutus, una cum aſſiſtentibus Miniſtris paratis, & Clero Baſilicæ, ad Confeſſionem ipſam deſcendebat; Pallia aſpergebat aqua benedicta, tum incenſo adolebat, ac demum ſolemnes Benedictionis preces ſuper illa recitabat; Pallia vero ſic benedicta, per totam Feſtivitatis Octavam, ſupra Corpus Apoſtoli requieſcebant; expleta autem Octava, a Sacrarii Curatoribus removebantur, & incluſa Capſulæ Holoſerico coccineo coopertæ, recondebantur in Oratorio Secretarii, in quo Sanctorum Reliquiæ aſſervantur; clavis autem Capſulæ tradebatur primario Pontificis Cæremoniarum Magiſtro. Ritum hunc, qui ad proximos uſque annos viguit, Nos ipſi ſemper obſervari vidimus, quo tempore in minoribus conſtituti, prædictæ Vaticanæ Baſilicæ Canonicatum tenuimus (*a*), niſi quod anno Jubilæi milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, die XXII. Februarii, in Feſto Cathedræ Sancti Petri Antiochiæ, fel. rec. Prædeceſſor Noſter, ac Dignitatis Noſtræ amplificator, Benedictus Papa XIII. hujuſmodi Pallia per ſe ipſum benedicere maluit. Cujus Nos exemplo excitati, ejuſque præclara veſtigia libenter ſectantes, duobus proxime elapſis annis, in pervigilio Natalis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Veſpertinis Officiis in ipſa Baſilica Vaticana de more perſolutis, hujuſmodi Pallia benediximus (*b*) certo ordine ac ritu, quem in poſterum quoque ſervare, decrevimus, atque etiam a Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, ſeu reſpective ab eo S. R. E. Cardinali, qui forſan, abſente Pontifice, Veſperarum ſolemnitati in Pontificalibus adſtiterit, obſervari & adhiberi, præſentium Litterarum manſuro tenore ſtatuimus. Primum itaque

Pallia benedicta per totam octavam relinquebantur ſuper corpus B. Petri.

Bened. XIII per ſe ipſe hanc benedictionem peregit, ejuſque exemplum Ss. D. noster ſequutus eſt.

volumus & mandamus, ut ſingulis annis Palliorum numerus ſufficiens pro Eccleſiarum opportunitate, in Vigilia Apoſtolorum de mane, a prædictæ Baſilicæ Canonico Altariſta, cum conſueto comitatu, ad Confeſſionem Beati Petri deferatur, ibique decenter, ut ſupra diximus, collocetur; ipſaque Pallia poſt veſperas ejuſdem diei in ipſa Baſilica ritu maximo celebratas, a Summo Pontifice, ſi præſens fuerit, ſin minus ab eo Cardinali, qui Pontificalia peregerit, benedicantur. Sicut enim ipſius Romani Pontificis, vel ſaltem illius perſonam & vices gerentis, maxime propriam, ita huic potiſſimum diei merito adſcribendam cenſemus hujuſmodi Benedictionem; tum quia Sacrum Pallium, *in quo* (ut Innocentii Papæ III. Prædeceſſoris Noſtri verbis utamur) *Pontificalis officii plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis ad ellatione confertur*, ſpeciale munus eſt, quod a ſolo Romano Pontifice Beati Petri ſucceſſore conceditur; tum quia eo die conſpicuus univerſi Collegii S.R.E. Cardinalium, aliorumque ipſius Eccleſiæ Romanæ Procerum conſeſſus, ac frequentiſſimi populi conſurſus, hujuſmodi functionis ſplendorem & majeſtatem magnopere augebit. Expletis itaque Veſperis, deſcendat ad Confeſſionem unus ex Auditoribus Cauſarum Palatii Apoſtolici, Sacris Subdiaconalibus veſtibus indutus; præcedentibus duobus ſervientibus armorum, Mazzeriis Papæ nuncupatis; comitantibus hinc & inde duobus aliis Auditoribus Collegis, cum ſupparo & ſuperpelliceo; & ſubſequentibus Pontificiæ Conſiſtorialis Aulæ Advocatis; atque is præparata Pallia coram Pontifice, aut Cardinale Pontificalia exercente, afferat & ſiſtat. Decet enim hujuſmodi munus injungi præfatis Auditoribus, in Subdiaconorum Ordine Pontifici miniſtrantibus, quorum videlicet Collegii Decano ſingulis annis traduntur Agni, ex quorum velleribus contexenda ſunt Sacra Pallia; nec minus convenit, Conſiſtorialis Aulæ Advocatos adeſſe, ad quos ſingulari privilegio pertinet pro Pallii conceſſione apud Pontificem in Conſiſtorio reſidentem perorare. Ipſe autem Pontifex, ſeu, illius vice,

Ita faciendum ſtatuit a Succeſſoribus, vel a Cardinali qui abſente Pontif. Pontificalia peregerit.

Ritus ſervandus in benedictione.

(*a*) Ab anno 1712. ad 1727. Canonicatum & præbendam Theologalem obtinuit, ut patet ex lib. *Deſcendentiæ Canon. &c.* & ex ſupradictis pag. 103. hujus tom.

(*b*) Prædictæ Vigiliæ in nocte præcedente feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli hic finis imponebatur juxta Benedictum Canonicum (*num. 67.*) *Finita vero lectione Domini Papæ Primicerius dicit* Te Deum, *&* *Papa dicit Orationem*, *& benedicit*. Non ſecus factum eſſe, dum ſcribebat Petrus Mallius, eodem hoc teſte (*p. 4.*) diſcimus: *Quum vigilamus*, inquit, *Pallia facimus ſolemnes vigilias in Confeſſione B. Petri cantantes vigilias, quas conſuevimus cantare in feſto ejuſdem Apoſtoli*. Innocen. III. Pontifice perinde fiebat, ut Ordo Cencii Camerarii, qui ſucceſſit eidem Innocentio, Honorius III. nuncupatus, dilucide teſtatur (*num 14. & 71.*) *In propria perſona debet in nocte cantandis vigiliis intereſſe*. Huc reſpiciens doctiſſimus Pontifex, præterea prædeceſſoris ſui Innocentii III. teſtimonium reputans, quod nempe *inter cætera privilegia quæ ſibi Sedes Apoſtolica reſervavit, unum eſt, & non minimum, quod Patriarchæ, Primates, & Metropolitani pro recipiendo Palleo, Pontificalis videlicet officii plenitudine, ad eam, tanquam ad Magiſtram & matrem, debent habere recurſum* (*lib. 2. epiſt. 174.*) ut res tanti momenti, veteri vigiliarum Diſciplina obſoleta, pro dignitate ageretur, ac Diſciplina æquivalens decerneretur; Benedicti Prædeceſſoris ſui veſtigia legens, Ritum hunc Apoſtolica auctoritate conſtituit.

(*a*) Ap.

ce, ut præfertur, Cardinalis ille, qui Officio in Pontificalibus adſtiterit, Pallia prædicta more ſolito adſperget aqua benedicta, tum incenſo adolebit, deindeque pronunciabit ſuper ea preces, & Benedictiones, juxta formulam inferius ſtatuendam. Peracta demum Benedictione, eadem ſacrata Pallia includantur arculæ argenteæ auro obductæ, quam ſemper in ipſa Confeſſione Beati Petri Apoſtoli, & prope ſacrum illius Corpus, in loco ad id deſignato aſſervari mandamus; quamque ad hunc effectum, exquiſito cælaturæ opere, noſtro ſumptu conflatam, nuper eidem Beatiſſimo Apoſtolorum Principi reverenter obtulimus, ipſum enixe orantes, ut de negligentiis & offenſionibus noſtris, quaſcumque in ipſius Baſilicæ ſervitio admiſimus, dum inter illius Canonicos accenſebamur, indulgentiam & veniam Nobis ab Omnipotenti Deo dignanter imploret. Volumus autem, ut hujuſmodi arculæ cura & cuſtodia ſpectet ad ipſius Baſilicæ Canonicum Altariſtam pro tempore exiſtentem; illius vero Clavis a primario Pontificiarum Cæremoniarum Magiſtro retineatur. Denique attendentes, quo ritu hujuſmodi Pallia a Cardinali S.R.E. Diaconorum Priore abſentium Patriarcharum ſeu Archiepiſcoporum Procuratoribus traduntur, animadvertimus ipſos Procuratores juramentum præſtantes juxta antiquam formulam, quæ ipſis exhibetur, plura promittere, quæ nec omnino his temporibus integre adimpleri, nec ſine perjurii crimine negligi poſſe videntur (a). Quapropter volumus & ſtatuimus, ut hujuſmodi juramentum deinceps a Procuratoribus prædictis alia forma præſtetur, inferius pariter inferenda præſentibus Litteris. Quas quidem, cum omnibus in iiſdem ſtatutis atque præſcriptis, ſemper & perpetuo validas & efficaces exiſtere & fore, & ab omnibus, ad quos pertinet, ac pertinebit in poſterum, pleniſſime obſervari decernimus. Non obſtantibus, ſi quæ ſunt in contrarium, Apoſtolicis Ordinationibus & Conſtitutionibus, necnon Capellæ Pontificiæ, & ipſius Vaticanæ Baſilicæ, etiam Apoſtolica auctoritate approbatis & confirmatis, ritibus, formulis, uſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus; quibus omnibus & ſingulis, quatenus opus ſit, Motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, pro præmiſſorum perpetua executione, derogamus, ac derogatum cenſeri volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Argenteam Capſulam affabre elaboratam Sanctitas Sua cuſtodiendis Palliis obtulit S. Petro.

Procuratorum accipientium Pallia juramenti formulam inſtaurat.

Formula igitur Precum ad benedicenda Pallia in vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, talis eſt. Poſt Veſperas, Pontifex, ſeu Cardinalis, qui illius vice in Pontificalibus Officio adſtiterit, ipſa Pallia ter aſpergit aqua benedicta, dicendo Antiphonam *Aſperges me &c.* ac ter Incenſo adolet; deinde dicit.

Formula precum pro benedictione

℣. *Adjutorium noſtrum in nomine Domini,*

℞. *Qui fecit cælum & terram.*

℣. *Dominus vobiſcum,*

℞. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMUS.

DEus, Paſtor æterne Animarum, qui eas Ovium nomine deſignatas, per Jeſum Chriſtum Filium tuum, Beato Petro Apoſtolo, ejuſque Succeſſoribus, boni Paſtoris typo regendas commiſiſti, atque ipſis ſacrarum Veſtium ſymbolis Paſtoralis curæ documenta ſignificari voluiſti; effunde per miniſterium noſtrum ſuper hæc Pallia de Beatorum Apoſtolorum Principum Altari ſumpta, copioſam Benedictionis ✠ & ſanctificationis ✠ tuæ gratiam, ut quam myſtice repreſentant Paſtoralis officii plenitudinem, atque excellentiam, pleno quoque operentur effectu. Humilitatis noſtræ preces benignus excipe, atque eorumdem Apoſtolorum meritis & ſuffragiis concede, ut quicumque ea, te largiente, geſtaverit, intelligat ſe Ovium tuarum Paſtorem, atque in opere exhibeat, quod ſignatur in nomine. Sit boni magnique illius imitator Paſtoris, qui errantem Ovem humeris ſuis impoſitam ceteris adunavit, pro quibus animam poſuit. Sit ejus exemplo in cuſtodia Gregis ſibi commiſſi ſollicitus, ſit vigil, ſit circumſpectus, ne qua Ovis in morſus incidat, fraudeſque Luporum. Sit diſciplinæ zelo diſtrictus, quod perierat requirens, quod alienum reducens, quod confractum alligans, quod pingue & forte cuſtodiens, Videat humeris ſuis impoſitam Crucem, quam Filius tuus propoſito ſibi gaudio ſuſtinere non recuſavit; ſitque illi crucifixus Mundus, & ipſe Mundo. Tollat injectum collo ſuo Evangelicum jugum, ſitque ei ita leve ac ſuave; ut in via mandatorum tuorum ceteris exemplo, & obſervatione præcurrat. Sit ei hoc ſymbolum unitas, & cum Apoſtolica Sede communionis perfectæ teſſera, ſit charitatis vinculum, ſit Divinæ hæreditatis funiculus, ſit æternæ ſecuritatis pignus; ut in die adventus, & reve-

(a) Ap. Marcellum, ut paſſim audit (*lib. 1. ſect. 10. cap. ultimo*) poſt *R. Domino N.* ſequuntur hæc: *Nec pernoctabo in aliquo loco niſi una nocte tantum, niſi præpeditus fuero legitime, & tunc in Cathedrali ipſius; & ſi non fuerit Cathedralis, in Collegiata; & ſi non fuerit Collegiata, in Parochiali Eccleſia remittam & honorifice reponam. Sic me &c.* Ea vero SS. D. N. ex allatis cauſis ſapienter eliminavit, ut patet ex Formula his literis Apoſtolicis ſubjecta.

& revelationis Magni Dei, Paſtorumque Principis Jeſu Chriſti, cum Ovibus ſibi creditis ſtola potiatur immortalitatis, & gloriæ. Per eumdem &c.

Formula juram. a Procurat. præſtandi. Formula autem juramenti, quod Procuratores abſentium Archiepiſcoporum, aliorumque, quibus Pallium a Romano Pontifice conceſſum fuerit, præſtare debent in manibus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconorum Prioris pro tempore exiſtentis, dum Pallium ipſis ferendum, ſeu tranſmittendum ſuſcipiunt, talis eſt. (*a*)

Ego N. Procurator, & procuratorio nomine, & pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini N. electi Eccleſiæ N. (b) inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime peto mihi tradi, & aſſignari Pallium de Corpore Beati Petri ſumptum (c), in quo eſt plenitudo Pontificalis Officii, & promitto illud reverenter portare, vel portari facere eidem Reverendiſſimo Patri Domino N. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtræ ordinationis, ſtatuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. *Auctoritas liter. Apoſt.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1748. pridie Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno octavo.

Henri-

(*a*) Sequens formula, ut nuper ajebam, ex Cæremoniali Auguſtini Patritii, vulgo Marcelli Electi Corcyrenſis deſumta nullam præfefert mutationem, præter titulum *Reverendiſſimi*, qui Archiepiſcopo ſemel & iterum tribuitur: in eodem quippe Cæremoniali *Reverendi* & *Reverendo* legitur pro ſeculi xv. more, quum Innocentii VIII. juſſu illud digerebatur. Præterea additio, *vel portari facere* deſideratur in antiquo illo Cœremoniali. De iis quæ SS. D. N. ſuſtulit, jam dixi præcedenti pagina.

(*b*) Præ aliis rationibus, cur S. Gregorius M. Reginæ Francorum Brunichildi ſe ait diſtuliſſe Pallii Privileg. Syagrio, hanc affert (*lib. 7. Ind. 1. ep. 5.*) *Quod non id ex veſtra petitione, ſed ex nobis tranſmiſſum voluiſtis intelligi. Extra hoc autem, quia nec is qui eo uti deſiderat directa ad nos hoc ſibi largiri ſpeciali petitione popoſcerat; & tantam cauſam nullo modo præbere ſine ejus poſtulatione debuimus: maxime quia & priſca conſuetudo obtinuit, ut honor Pallii, niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat.* Hinc liquet, quam alta, puraque ab origine petitio iſta vehemens per tria hæc adverbia ſequioribus ſeculis expreſſa deſcenderit. Antiquius etiam ſuppetit Documentum inter Symmachi epiſtolas apud Labb. (*Concilior. To. IV. pag. 1311.*) Conceſſio videlicet Pallii Theodoro Epiſcopo Laureacenſi: *Pallii uſum ... ab Apoſtolica Sede, ſicut decuit, popoſciſti.* Quæ quidem epiſtola eſt tertia ex Formulis libri Diurni Pontificum, & a Garnerio (*pag. 89.*) creditur fuiſſe in uſu ab anno 501. ad 817. quum Paſchalis I. concedens Pallium Bernardo Viennenſi Epiſcopo, eadem formula uſus eſt. Recentiora exempla nihil moror. Præterire hic non debeo noſtræ ætatis diſciplinam a SS. D. N. ſtabilitam an. 1744. IV. Cal. Septembres ſua in Conſtitutione, qua nonnullas prærogativas concedit Advocatis Conſiſtorialibus (*Oper. To. V. pag. 225.*) *Si Patriarcha, Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, ut ſupra, Pallio donandus in Romana Curia præſens exiſtat, in Conſiſtorio* (ſecreto) *coram Pontifice ſe ſiſtet medius inter Advocatum pro eo perorantem a dextris, & Magiſtrum Cæremoniarum a ſiniſtris. Si vero Prælatus extra Curiam moretur, illius Procurator dextrum, Magiſter vero Cæremoniarum ſiniſtrum, Advocatus autem Conſiſtorialis medium locum tenebit; atque hic pro ſupradicti Pallii conceſſione demiſſas Pontifici preces exhibebit.*

(*c*) In plurimis hujus Collect. locis petendis ex rerum Indice hic profecto vetuſtate, perſpicuitate, conſtantia præcipuus eſt habendus. Proindeque Sanctiſſimos Principis Apoſtolorum Cineres univerſus Orbis ad ejus Memoriam, ſeu Confeſſionem in genua provolutus jure venerari, cultuque proſequi dicendus eſt.

Henricum Clementem Benedictum Mariam Jacobi III. Magnæ Britanniæ Regis filium Presb. Card. tit. S. Mariæ in Porticu creat Archipresbyterum Baſilicæ Vaticanæ, in eum transferens juriſdictionem, quam Clemens XI. Prædeceſſorum exemplo in Hannibalem Albanum fratris filium contulerat: Conſtitution. tamen Innocentii XII. ſuaque ſervatis, & Præfecturæ Fabricæ juriſdictione ſequentibus litteris Apoſtolicis declarata.

AN. CH. 1751. 8. *Nov.*

Ordinatura ſingularib. ejus meritis

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Noſtro Henrico Benedicto Mariæ Clementi (*a*) Tit. Sanctæ Mariæ in Porticu nuncupatæ, S. R. E. Presbytero Cardin. Duci Eboracenſi nuncupato; ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad Perſonam tuam, quam Divina Clementia magnis illuſtravit gratiarum muneribus, Paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, & attente proſpicientes, quod Tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum; dignum, quin potius debitum reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Cum itaque Archipresbyteratus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, qui inibi Dignitas principalis exiſtit, & quem bo. me. Annibal, dum viveret, S. R. E. Cardinalis Albanus nuncupatus in Commendam ad ſui vitam ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolicis, etiam dum viveret, obtinebat, Commenda prædicta per obitum dicti Annibalis Cardinalis, qui nuper apud Sedem Apoſtolicam debitum naturæ perſolvit, ceſſante adhuc eo quo ante Commendam ipſam vacabat modo, vacaverit & vacet ad præſens; Nos tibi nato Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Jacobi hoc nomine Tertii Magnæ Britanniæ Regis Illuſtris, ut ſtatum tuum, juxta Cardinalatus ſublimitatem & ſplendorem, decentius tenere, ac expenſarum onera quæ Te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac ſpecialem gratiam facere volentes, ac omnia & ſingula Monaſteria etiam Conſiſtorialia, Prioratus etiam Conventuales, Præceptorias, Præpoſitatus, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia etiam curata & electiva, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura Secularia, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, atque Hoſpitalium quorumcumque Regularia, quæ ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in Titulum, Commendam & adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtines, ac in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, eorumque fructuum, reddituum, proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi conceſſionum, & diſpenſationum tenores, necnon quaſcumque Penſiones Tibi ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis Apoſtolica auctoritate prædicta Tibi reſervatas & aſſignatas, eorumque quantitates præſentibus pro expreſſis habentes; Motu proprio non ad Tuam, vel alterius pro Te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque liberalitate Noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Archipresbyteratum prædictum, cujus & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ſexcentorum Ducatorum auri de Camera, ſecundum

Archipresb. Vatic. Baſil. vacantem

Beneficiis & dignitatib. ceteris non diminutis,

Auctorit. Apoſtol. illi concedit.

(*a*) Quo majori angebamur omnes triſtitia ob amiſſum Rectorem noſtrum, quem merito proſequebamur lacrymis ſuperiori menſe (*h. t. pag.* 325.) eo nunc majori cum hilaritate ſuſpicimus tantum Principem, quem SS. D. N. novo, & ante hunc diem inaudito exemplo nobis præeſſe voluit. Antea quidem gloriabamur jure, quod in beatorum Apoſtolorum Principis Baſilica, cui ſumus addicti, ſervarentur cineres Mariæ Clementinæ Sobieſchæ Reginæ Angliæ, quam, virtutes ejus heroicas, ſummamque & incomparabilem pietatem admirati, tanquam mulierem ſanctam ſpectaveramus. Nunc vero Sacroſanctæ ejuſdem Baſilicæ Archipresbyterum, Rectoremque noſtrum, ſingulari Dei Optimi Maximi beneficio, Apoſtolica auctoritate obtinemus Ducem Eboracenſem. Hunc Jacobus III. Magnæ Britanniæ Rex ex eadem Regia uxore ſuſcepit anno Jubilæi 1725. pridie nonas Martias, optimiſque moribus inſtitutum, atque eximiis præditum virtutibus, in Urbe ſpectatiſſimis, SS. D. Noſter Diaconum Card. S. Mariæ in Porticu creavit an. 1747. v. nonas Quintiles deinde Præsbyt. eodem titulo; ac demum Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyterum ſexto Idus Novembres hujus anni. Quum edebam in lucem (*h. t. pag.* 236.) Urbani VIII. Apoſtolicas literas, queis Uladislaus Sigiſmundi Poloniæ ac Sueciæ Regis filius inter Baſilicæ ejuſdem Canonicos adlegebatur, magnam jure laudem adipiſci fatebar Capitulum, & Canonicos: maximum vero incrementum modo acceſſiſſe priſcæ illi laudi, omnes Ordines ſentiunt, ſibique gloriæ, ut ita dicam, culmen attigiſſe videtur Vaticanus Clerus. Apoſtolica autem Sedes memoria repetens Reginaldi Poli ex Angliæ Regio Sanguine quamplurimas res præclare geſtas vitæ ſanctitate, ſapientiſſimis conſiliis, atque enixis ad Deum precibus, præ gaudio exultat, tantumque Principem ſingulari amore proſequens maximas ſibi ominatur utilitates.

(*a*) Con-

dum communem æſtimationem, valorem annuum, ut accepimus, non excedunt; quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona ſeu per liberam ceſſionem dicti Annibalis Cardinalis, vel cujuſvis alterius de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati, Commenda ipſa ceſſante, vacet; etiamſi ad Archipresbyteratum hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat, ac ſuper eo inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in dicto Archipresbyteratu alicui ſpecialiter jus quæſitum, cum annexis hujuſmodi ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica Tibi auctoritate per Te, quoad vixeris, inſimul, ac etiam una cum S. Mariæ in Porticu, quæ Titulus Tui Cardinalatus exiſtit, & quavis alia Tibi pro ſimili titulo Tui Cardinalatus pro tempore aſſignanda, & quibuſvis etiam Metropolitanis, Patriarchalibus, Cathedralibus, aliiſque Eccleſiis, quibus Te pro tempore præfici ſeu præeſſe, aut ad quas etiam Te pro tempore transferri contigerit, ac quibuſvis Monaſteriis etiam Conſiſtorialibus, Prioratibus etiam Conventualibus, Præpoſituris, aliiſque Dignitatibus, Adminiſtrationibus, & Officiis etiam curatis, & electivis, ceteriſque Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularibus, & quorumvis Ordinum etiam Militarium, atque Hoſpitalium quorumcumque etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, ac Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. Regularibus quomodolibet qualificatis per Te in titulum, Commendam, adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtentis, & in poſterum obtinendis quæcumque, quotcumq. & qualiacumq. ſint, vel fuerint; quorum omnium & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ac quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis etiam loco Penſionum annuarum, ac quibuſcumque Penſionibus annuis ſuper ſimilium, vel diſſimilium Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac etiam Menſarum Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium, ac Abbatialium fructibus, redditibus, & proventibus Apoſtolica Tibi auctoritate reſervatis, & aſſignatis, ſeu reſervandis, & aſſignandis, quos & quas ex ſimilibus conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis

Utendum quoad vixerit cum cæteris Eccleſiis etiam Cathedral

Nullum beneficior. genus excipit.

percipis, & percipies in futurum, etiam una cum illos & illas transferendi, de bonis & rebus tuis teſtandi, Beneficia & Officia conferendi, ceteriſque gratiis, facultatibus. & Indultis, Protectionibus, & Præfecturis Tibi quomodolibet conceſſis & concedendis reſpective tenendum: ita quod liceat Tibi, debitis & conſuetis dicti Archipresbyteratus ſupportatis oneribus, de reſiduis illius fructibus, redditibus, & proventibus diſponere & ordinare, ſicut Archipresbyteratum prædictum in titulum pro tempore obtinentes diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque Bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium dicti Archipresbyteratus Tibi penitus interdicta, Commendamus. Ac omnes & ſingulas jurisdictiones, poteſtates, privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, auctoritates facultates & indulta per fel. rec. Clementem PP. XI. Prædeceſſorem Noſtrum dicto Annibali Cardinali, tanquam dictæ Baſilicæ Archipresbytero, quoad Baſilicam eamdem, ad ejus vitam dumtaxat, in genere vel in ſpecie conceſſa, (*a*) ad Te, quamdiu Archipresbyteratum prædictum obtinueris, Tuique in eadem Baſilica Vicarium a Te pro tempore deputandum (ſervata tamen piæ mem. Innocentii PP. XII. etiam Prædeceſſoris Noſtri ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum particularium dictæ Urbis, ac reductione Privilegiorum Tribunalium, & Judicum eorumdem ad Jus commune, ac Noſtræ incipien. (*b*) *Quantum ad procurandum* ſuper ſimili abolitione ſub Datum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo primo quintodecimo Kalendas Martii Pontificatus Noſtri Anno Secundo editæ Conſtitutionum reſpective forma & diſpoſitione) dicta Apoſtolica auctoritate extendimus, & ampliamus. Necnon Tibi etiam facultatem Pontificalia in eadem Baſilica munia exercendi, ac Ordinariam etiam in ſpiritualibus jurisdictionem ſuper modernis, & pro tempore exiſtentibus Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & Miniſtris prædictæ Baſilicæ; iiſdem tamen Conſtitutionibus, ut ſupra, ſervatis. Ita ut ipſius Baſilicæ Canonici, Beneficiati, Clerici, & Miniſtri nunc, & pro tempore exiſtentes prædicti pro omnibus etiam ſacris Ordinibus ſuſcipiendis a Te examinari, ac de tua licentia tantum, ac cum tuis Litteris Dimiſſorialibus, nec alias, a quocumque quem malueris Catholico Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ

Alienationem tantum Bonor. de more interdicit.

Jurisdictionem extendit: Pontificalia concedit.

(*a*) Conſulendæ Clem. XI. Apoſtolicæ literæ, quas dedimus ſupra (*h. t. pag.* 288.) ac ſequentes SS. Domini N. ſuper nova deputatione Præfecti Congreg[illegible] Fabricæ.

(*b*) Extat SS. ejuſd. D. N. Bullar. *to.* 1. *pag.* 120.

ſtolicæ habente, per Te deputando, ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines in eadem Baſilica promoveri, Tuque in eadem Baſilica per Te ipſum, ſi, & poſtquam ad Epiſcopatum promotus, Tibique Conſecrationis munus Apoſtolica auctoritate prædicta impenſum fuerit, promovere, Noſtra, & Succeſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, aut Noſtri, & Romanorum Pontificum ſucceſſorum eorumdem in ipſa Urbe, ejuſque diſtrictu, Vicarii in Spiritualibus Generalis licentia, examine, ac Literis Dimiſſorialibus minime requiſitis, libere ac licite poſſint & valeant, ac etiam reſpective debeant, ac teneantur, Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium concedimus & indulgemus. Quocirca Venerabili Fratri Noſtro Epiſcopo Conſtantien. & Dilecto Filio Melchiori Maggi (a) dictæ Baſilicæ Canonicis per præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios Te, vel Procuratorem tuum nomine tuo in corporalem poſſeſſionem dicti Archipresbyteratus, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra prædicta, ac defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac facientes Te ad Archipresbyteratum prædictum, ut eſt moris, admitti, Tibique de Archipresbyteratus, ac annexorum eorumdem fructibus redditibus, & proventibus prædictis integre reſponderi: Contradictores auctoritate Noſtra prædicta, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Baſilicæ, illiuſque Capitulo & Canonicis in genere vel in ſpecie Apoſtolica auctoritate prædicta etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime & pleniſſime, ac ſpecialiter & expreſſe ad præmiſſorum effectum harum ſerie derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, ſeu Commendis ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales vel generales Sedis Apoſtolicæ Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & Decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus Te in aſſecutione dicti Archipresbyteratus volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſequutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari. Seu ſi Dilectis etiam filiis Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de hujuſmodi; vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri, ſeu Commenda fieri per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod propter Commendam Noſtram hujuſmodi dictus Archipresbyteratus debitis propterea non fraudetur obſequiis; ſed ejus congrue ſupportentur onera prædicta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Commendæ, extenſionis, ampliationis, conceſſionis, indulti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Abſque ulla a Vicario Urbis dependentia.

Decano, & Archidiac. Canonicor. poſſeſſion. committit.

Obſtantia quæcumque removet.

Privilegiis Capituli & aliis derogat.

Sanctio litterar. Apoſtolicar.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo primo, ſexto Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Nova

(a) Ill. hic Præſul nobili Florentino genere multis pro S. Sede muneribus functus, ac demum Commiſſarius militiarum Urbis, quo quidem munere ſe ante paucos menſes abdicarat, ſenio confectus ſupremum obiit diem 19. Novemb. hujus anni bidui poſt initam ab Archipresbytero ſolemnem poſſeſſionem. Idem ab anno 1702. dieque 22. Septemb. obtinuerat Canonicatum vacantem per obitum Marci Antonii Buratti, cujus aliquandiu Coadjutor fuerat. Quare Prior Canonicorum juxta antiquam noſtræ Baſilicæ conſuetudinem, & Decanus Capituli ex inſtituta a Sixto IV. hac dignitate an. 1479. literis Apoſtolicis, quas dedimus (*to.* 2. *pag.* 206.) & ab Innocentio VIII. confirmata (*to.* 2. *pag.* 267.) jure eſt electus cum Ill. Collega, qui Succeſſor ejus eſt in Decanatus dignitate, ut duo Seniores Vaticani inſignis Capituli ſingulari honore impertirentur.

(a) Mo-

Nova deputatio Cardinalis Præfecti Congregationis Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & inſtitutio Congregationis Particularis ſuper rebus œconomicis ejuſdem Fabricæ, cum aliis opportunis Ordinationibus.

Ex Autographo.

AN. CH. 1751. 15. *Nov.*

Cura Pontiff. circa Baſil. Vat. Fabricam.

Quorum exempla ſequutum ſe eſſe affirmat Benedictus XIV.

Præ aliis Clemens VII. promovit Fabricam;

LX. Viror. Collegio ſuper ejus negotiis inſtituto.

Clem. VIII. extincto eo Collegio Congreg. Card. & Prælator. erigit.

Ad futuram rei memoriam. Quanta curarum & expenſarum mole Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices, alii quidem ad reædificandam Vaticanam B. Petri Baſilicam, alii vero ad eam perficiendam atque ornandam, alii demum ad eamdem conſervandam, opportuneque reſtaurandam incubuerint, univerſus novit Terrarum Orbis, quem hujuſce auguſti & pulcherrimi Templi, ac religioſæ eorumdem Pontificum magnificentiæ fama pervaſit. Ad quæ omnia in Dei honorem, ac beatiſſimi Apoſtolorum Principis venerationem agenda, ac perficienda, neceſſe ipſis fuit, tam pro exactione redditum, ac proventuum in opus Fabricæ ejuſdem Baſilicæ aſſignatorum, quam pro fideli ac provida eorumdem erogatione in ipſum opus, ad quod unice deſtinati ſunt, pari diligentia ac ſtudio advigilare. (*a*) Et nos quidem hoc toto Pontificatus noſtri decurſu minime paſſi ſumus noſtram in his operam ſtudiumque deſiderari; probe noſcentes, hujuſmodi onus non ſolum cum Romani Pontificis munere, quod pro virium noſtrarum modulo gerimus, conjunctum eſſe; verum etiam ad noſmetipſos peculiari ratione pertinere, qui, quum olim in eadem Vaticana Baſilica Canonicatum, & Præbendam per annos XIV. obtinuerimus, (*b*) ad nos transferre poſſumus verba illa, quæ magnus quondam Prædeceſſor noſter Innocentius Papa III. de ſe ſcripſit, videlicet: *Inter cæteras Eccleſias per univerſum Orbem diffuſas, Baſilicam Principis Apoſtolorum, utpote Sedem noſtram, ſpecialius diligere ac honorare tenemur; ſicut qui olim in ipſa Canonici Beneficium aſſecuti, nunc de filio in patrem ejus, Divina ſumus miſeratione promoti.* Sane quum rec. mem. Prædeceſſor noſter Julius Papa II. ingens hoc opus Vaticani Templi reædificandi magno animo conceptum vix aggredi potuerit, ejuſque Succeſſoribus Leoni X., & Hadriano VI., ob temporum difficultates, parum adjumenti licuerit ad id conferre; ſatis conſtat, Pontifici Clementi VII. datum fuiſſe, ut & primus omnium inceptum opus magnopere promoveret, & quæ ad ipſam Fabricæ conſtructionem in poſterum neceſſaria forent, certa ratione procuranda, & adminiſtranda conſtitueret; quam ob rem Collegium unum LX. Virorum Curialium, ex omnibus Nationibus electorum, inſtituit ac deputavit, illudque, ac perſonas eidem adſcriptas, quum a quorumvis, etiam Cardinalis ejuſdem Baſilicæ Archipreſbyteri juriſdictione ac ſuperioritate, in his, quæ Fabricam ipſam concernerent, exemiſſet, ſibi dumtaxat & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecit; prout in dictis Clementis literis incipientibus *Admonet Nos*, Datis apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXIII., pridie Idus Novembris, latius & plenius continetur. (*c*) Hoc autem Collegium eo uſque forſan permanſit, donec opportunum fuit, ac ædificii moles ad deſignatam initio formam & amplitudinem perducta eſt. Verum, immutatis rerum circumſtantiis, fel. record. Prædeceſſor noſter Clemens Papa VIII. (ut ab iis, qui Romanæ Curiæ res optime callebant, aſſertum invenimus) in hujuſmodi extincti Collegii locum, peculiarem Congregationem Fabricæ S. Petri nuncupatam inſtituit, in qua præter Cardinalem Præfectum, certoſque Curiæ Prælatos, & Officiales, nimirum Auditorem Generalem Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, nec non Theſaurarium pariter Generalem ejuſdem Cameræ, atque Palatii Apoſtolici Præfectum, & Auditorem Decanum Cauſarum ejuſdem Palatii Apoſtolici, ac unum ex Clericis Præſidentibus dictæ Cameræ, & Judicem Ordinarium ipſius Fabricæ, ac ejuſdem Fabricæ OEconomum Generalem, qui etiam hujuſmodi Congregationis Secretarius exiſtit, necnon ipſius Fabricæ Advocatum, quibus in hujuſmodi Con-

(*a*) Moleſtum haud dubie eſſet huc revocare quæ tam multa Pontifices decreverunt, nosque adnotavimus primo, & altero hujus Collectionis volumine; antequam Julius II. a reliquis Baſilicæ noſtræ rebus Fabricæ negocia disjungeret. Quum præſertim abunde omnia ſuppetant ex indice rerum generali, qui mox ſequetur.

(*b*) Paulo ante (*pag.* 327.) indicabam (*not. a*) tempus ipſum quod hic neglectis aliquot menſibus rotundo annorum numero recenſetur.

(*c*) SS. D. N. *de Servor. Dei beatif. &c. lib.* 1. *c.* 46. §. 8: *n.* 46. & fuſiori calamo Cohell. *notit. Card. cap.* 19. *pag.* 68. & *ſeqq.* nam pluribus Pontiff. Conſtitutionibus in compendium redactis rem docet ad ſua uſque tempora.

(*a*) Has

Congregatione locum & ſuffragium perpetuo attribuit, plures quoque alios S. R. E. Cardinales, ejuſdem Curiæ Prælatos, arbitrio Romani pro tempore Pontificis eligendos, ſimilem locum atque ſuffragium reſpective habere voluit & decrevit; dictorum vero OEconomi, ac Judicis deputationem pro tempore ſibi & Succeſſoribus Romanis Pontificibus reſervavit. Quamvis autem ſupradictus Prædeceſſor noſter Clemens VII. primodictum Collegium LX. Deputatorum Fabricæ S. Petri, a juriſdictione & ſuperioritate Archipresbyteri Baſilicæ Vaticanæ, ut etiam innuimus, nominatim exemptum eſſe & fore decreverit; quum tamen alter deinde Prædeceſſor noſter Sixtus Papa V. hujuſmodi jus & ſuperioritatem in ipſum Deputatorum Collegium Evangeliſtæ Cardinali Pallottæ nuncupato Archiepiſcopo Conſentino, & dictæ Baſilicæ Archipresbytero conceſſerit; ut videre eſt in ipſius litteris incipientibus *Cum debito*, Datis apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXVIII, quarto nonas Martii, ejuſdem Pontificat. Anno III., ubi legitur *Nihilominus valde expedit, ut Tu Fabricæ prædictæ tua auctoritate, conſilio, & laudabili ſtudio incumbas*, ideoque proſequitur: *te, quamdiu vixeris, & Archipresbyteratum prædictum obtinueris, Fabricæ & ejus Collegii prædicti Protectorem & Superiorem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimus & deputamus*(a).

Antea Sixtus V. Collegium illud ſubjecerat Archipresbytero.

Cumque idipſum deinceps uſque ad hæc noſtra tempora factum fuerit, etiam poſtquam Collegio dictorum LX. Deputatorum, a Clemente VIII., ut præfertur, ſubrogata fuit Congregatio ex pluribus S. R. E. Cardinalibus, ac Romanæ Curiæ Prælatis compoſita, itaut iidem ſemper hujuſmodi Congregationis & Fabricæ prædictæ Præfecti, conſtituti fuerint, qui Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteratum pro tempore obtinuerunt; quemadmodum ex rerum geſtarum monumentis noſtro juſſu conquiſitis recognitum eſt, atque etiam animadverſum fuit ab iis, qui citatas Sixti V. literas in Bullario Baſilicæ Vaticanæ editas diligentibus notis illuſtrarunt; quorum hæc verba ſunt: *Exemplo tamen Sixti V. quotquot illum ſecuti ſunt Romani Pontifices, Collegii Rev. Fabricæ Præfecturam in Cardinales Archipresbyteros contulere.*; Hinc eſt quod quum bon. memor. Hannibal dum viveret S. R. E. Cardinalis Albanus nuncupatus, qui dictæ Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteratum in Commendam ad ſui vitam ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, ſimulque Præfectus Fabricæ, & Congregationis prædictæ exiſtebat, ſuperiori menſe Octobris ex hac vita migraverit, noſque nuper dictum Archipresbyteratum Dilecto Filio Noſtro Henrico Benedicto Mariæ Clementi ejuſdem S. R. E. Presbytero Cardinali Duci Eboracenſi nuncupato, quoad vixerit obtinendum, Apoſtolica auctoritate per literas Apoſtolicas Commendaverimus, nunc eumdem Henricum Benedictum Mariam Clementem Cardinalem Fabricæ prædictæ, & Congregationis ejuſdem Fabricæ Præfectum, quamdiu etiam vixerit, & Archipresbyteratus prædicti Commendam obtinuerit, cum omnibus juribus & honoribus hujuſmodi Præfecturæ adnexis, quibus dictus Hannibal dum viveret gaviſus fuit, eadem Apoſtolica auctoritate, ac præſentium literarum tenore, conſtituimus & deputamus.

Exinde Præfectura Fabricæ cum Archipresb. conjuncta.

Idcirco Ducem Eboracen. Archipresb. & Præfectum Congr. Fabr. creat.

Porro duplicis generis negocia ſunt, circa quæ hujuſmodi Congregatio Fabricæ primodicto LX. Deputatorum Collegio jamdudum, ut præfertur, ſubrogata verſatur. Alia ſiquidem judicialem reſpiciunt curſum cauſarum & litium, in quibus ipſius Fabricæ Judex Ordinarius ſententiam tulit, aut definitive decrevit, quoties pars in priori inſtantia ſuccumbens, adverſus ſententiam aut decretum definitivum hujuſmodi reclamat; circa quæ nihil invenimus, quod nova aliqua ordinatione indigeret. Quare illud idem in cauſis contentioſis hujuſmodi a Generali Congregatione Fabricæ prædictæ præſtandum erit in poſterum, quod ſuperioribus temporibus ab ipſa præſtari conſuevit. Sed quia nonnunquam eveniſſe accepimus, ut hujuſmodi Congregatio Generalis per integrum aliquot annorum decurſum coacta non fuerit; volumus & decernimus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, per nos, ut præfertur, deputato, ejuſque Succeſſoribus in futurum, duabus ſaltem vicibus in ſingulos annos hujuſmodi Congregatio Generalis convocetur, atque in ea videatur, &, prout juris erit, reſcribatur in cauſis ad ipſius juriſdictionem ſpectantibus, ſervatis tamen legibus alias per nos, in confirmationem decretorum per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, eorumve auctoritate editorum, ſtatutis & promulgatis per noſtras literas, quarum initium eſt *Romanæ Curiæ* (b), datas apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIV. duodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto. Alterius vero generis negotia, quæ ſpectant ad

Duplex cauſar. genus verſatur in Cong. judiciale, & contentioſum.

Super contentioſo bis quotannis Congregatio eſt habenda.

(a) Has literas Apoſtolicas publica luce donavimus tertii hujus voluminis (*pag.* 154. & *ſeqq.*)

(b) Extant in Bullar. SS. D. N. to. 1. *pag.* 467.

(a) Co-

Circa Oeconomicum Fabricæ regimen conſuetudo vetus inſtauranda.

ad OEconomicum ipſius Fabricæ regimen, viſa ſunt providentiæ noſtræ curas requirere. Quum enim ſatis appareat, hujuſmodi res in Congregatione Generali commode ac diligenter, ut par eſt, tractari non poſſe; ac propterea aliquo ab hinc tempore uſus inoleverit, ut vel a Cardinali Præfecto, vel ab OEconomo prædictæ Fabricæ, cum Pontifice immediate ageretur de expenſis etiam majoris momenti, & ingentes pecuniarum ſummas requirentibus, quæ pro ipſius Baſilicæ neceſſitatibus, aut ornamentis faciendæ occurrerent; contra quam antiquitus fieri conſueverat, dum graviora hujuſmodi negotia, ante quam ad Pontificem deferrentur, ab ipſo prius Cardinali Præfecto, una cum aliis aliquot Cardinalibus atque Miniſtris, ex his, qui in Generali prædicta Congregatione locum habent, diligenter ac mature diſcutiebantur; antiquiorem hujuſmodi conſuetudinem in poſterum obſervari volumus; idque non ſolum OEconomicis ipſius Fabricæ rationibus proficuum, verum etiam ad reprimendas magna ex parte cenſuras, & oblocutiones, quibus plerumque notari contingit eos ſumptus, qui pro Vaticani Templi conſervatione, aut ornatu fiunt, opportunum fore confidimus.

Quare Cong. particularem inſtituit Præfecti, ac trium Cardd.

Itaque ad hujuſmodi œconomica Fabricæ S. Petri negocia cognoſcenda ac dirigenda Congregationem Particularem ex uno Cardinali Præfecto, ac tribus aliis S.R.E. Cardinalibus ſupradictæ Congregationis Generalis, & ex ea ſelectis, compoſitam, erigimus & deputamus. Hujus autem Congregationis Particularis Præfectum eumdem eſſe volumus, quem ſuperius, ipſarum præſentium tenore, primo dictæ Congregationis Generalis, ipſiuſque Fabricæ Præfectum conſtituimus; eidemque Congregationi Particulari infraſcriptos tres alios Dilectos pariter Filios Noſtros, videlicet Silvium Tituli S. Calliſti Presbyterum Cardinalem Valenti, & Hieronymum S. Angeli in Foro Piſcium Diaconum Cardinalem Columna, quem, licet is, pro munere Præfecti Palatii Noſtri Apoſtolici, tum ante, tum poſt ſuam ad Cardinalatum aſſumptionem, in dicta Generali Congregatione Fabricæ ſeſſionem habuerit; nihilominus, quatenus opus ſit, inter Cardinales eidem Congregationi Generali præpoſitos, per eaſdem præſentes accenſemus, ac Proſperum S. Georgii in Velabro Diaconum Cardinalem Columna de Sciarra, reſpective nuncupatos, de quorum idoneitate & experientia in ejus generis rebus, quas hujuſmodi Congregationis Particularis a Nobis per præſentes erectæ cognitioni, & directioni committimus ac demandamus, Nobis plene conſtat, etiam per præſentes adſcribimus, eoſque ad ſupradictæ œconomica negocia in eadem Congregatione communiter conſultanda & tractanda, cum pleno ſuffragii jure, eligimus & deputamus.

Nominatim eos decernit, ac quædam capita exprimit: ut nempe

Oeconomus generalis Fabricæ hujus Cong. Secretarius ſit

Hujus autem Congregationis Particularis Secretarium cum voto conſultivo eligimus pariter & deputamus Dilectum Filium Magiſtrum Franciſcum de Abbatibus Oliverium, qui etiam ejuſdem Fabricæ OEconomus Generalis, dictæque Congregationis Generalis Secretarius exiſtit; ac præterea eidem Congregationi Particulari cum conſultivo ſimiliter Voto intereſſe volumus Dilectum quoque Filium Magiſtrum Ludovicum de Conſtantio ſæpedictæ Fabricæ Judicem Ordinarium;

Judex Fabricæ interſit; uterque cum voto conſultivo.

decernentes, utriuſque eorum in OEconomi ac Secretarii, & Judicis Officiis reſpective Succeſſores, in hujuſmodi Congregatione Particulari futuris temporibus ſimilem locum & Voti jus obtinere debere. Volumus autem, ut a prædicto & pro tempore exiſtente Cardinali Præfecto, una cum dictæ Fabricæ OEconomo, occurrentes ſumptus pro ſartis tectis, aliiſque Vaticanæ Baſilicæ opportunitatibus, quingentorum ſcutorum monetæ currentis ſummam non excedentes, etiam ſine hujuſmodi Congregationis Particularis, aut Romani pro tempore Pontificis aſſenſu, fieri poſſint.

Summa major ſc. 500. non expendatur Cong. inconſulta

Ubi vero opus faciendum hujuſmodi quingentorum ſcutorum ſummam excedere dignoſcatur, nihil ab ipſis fieri volumus ſine prædictæ Congregationis Particularis examine; in qua videlicet conſultandum erit, tum ſuper propoſiti operis neceſſitate aut congruentia, tum ſuper executionis modo & conditionibus, aliiſque omnibus, quæ ad ipſius operis perfectionem, & ad œconomicas Fabricæ rationes opportune advertenda videbuntur. Omnia vero ad Romanum pro tempore Pontificem, ſive a Cardinali Præfecto, ſive a Secretario referri debebunt; non ſine indicatione differentiæ ac numeri ſuffragiorum, atque etiam rationum, quas unuſquiſque ad confirmandam ſententiam ſuam attulit: Ut is nimirum, omnibus cognitis atque perpenſis, reſolutionem in Congregatione captam, niſi aliter ipſi videatur, approbare & confirmare, ejuſque executionis inceſſanter promovendæ ac provide dirigendæ curam uni vel alteri ex quatuor Cardinalibus, ſive ex duobus Prælatis dictam peculiarem Congregationem conſtituentibus, pro ſuo arbitrio, demandare valeat.

Singulis quatuor menſibus rationes & ſummaria exhibeantur Cong.

Huic ipſi Congregationi Particulari rationes, & computa generalia Fabricæ, eorumque ſummaria, ſingulis quatuor Menſibus exhibenda ſtatuimus & mandamus; ut eadem Congregatio, habito præ oculis univerſo ſtatu œconomico ipſius Fabricæ, de propoſitis ſum-

ptibus

ptibus opportuna conſilia capere poſſit. Dumque Cardinales & Prælati ad conſultandum convenient, quod quatuor ſaltem vicibus in anno fieri debebit, ad Aulæ limen adſtare volumus ipſius Fabricæ Ratiocinatorem, & Architectos, atque Pictorem operibus teſſellatis præpoſitum, necnon ipſius Fabricæ promptuarii Cuſtodem, vulgo *Fattore Generale* nuncupatum, ut præſto ſint ad omnia, quæ ipſa Congregatio ab iis requirenda, vel iiſdem demandanda judicabit. Denique, quum Nobis omnia comperta eſſe nequeant, quæcumque ad rectum œconomicum regimen ejuſdem Fabricæ opportuna forſan exiſtant, volumus etiam, ac præſentium Litterarum tenore decernimus & mandamus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, una cum tribus præfatis aliis Cardinalibus, ac duobus Prælatis prædictæ Congregationi Particulari per Nos adſcriptis, cum primum fieri poterit, non intermiſſo interim curſu Congregationum Generalium, & Particularium a Nobis etiam ſuperius præſcripto, accurata inſtituatur & peragatur viſitatio ipſius Fabricæ, ejuſque ſtatus œconomici activi & paſſivi; conditiſque Decretis, quæ ipſis opportuna videbuntur, eorum relatio ad Nos fiat (a): Nos enim quæcumque ab ipſis rite ſtatuta & ordinata noverimus, Apoſtolica confirmatione roborare, atque Auctoritatis Noſtræ præſidio juvare parati ſumus; certam habentes fiduciam, nihil ab ipſis decernendum fore, quod conſentaneum non ſit menti ac propoſito Noſtro, rectæ nimirum atque fideli adminiſtrationi redditutuum ac proventuum ipſius Fabricæ, eorumque opportunæ erogationi, reſecatis abuſibus, ſi qui forte elapſi temporis decurſu circa hæc invecti fuiſſe dignoſcantur, certiſque rationibus conſtitutis, per quas optimo rerum ordini in futurum etiam conſulatur. Atque ita & non aliter in præmiſſis omnibus agendum & procedendum decernimus, & ſtatuimus. Non obſtantibus contrariis forſan Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus, ſeu ejuſdem Fabricæ & Congregationis Generalis erectione, ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, aliiſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtrarum conſtitutionis, deputationis, erectionis electionis, adſcriptionis, mandatorum, voluntatum, ac decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ut ejuſdem acta & decreta firmentur auctorit. Apoſt.

Et ut Cong. particularis Cardd. & Prælator. viſitet ſtatum Economicum activum & paſſivum;

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1751., Decimo ſeptimo Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Pri-

(a) Cohellius (*loc. cit.*) de iis quæ ſuo tempore agebantur loquens, in Congregatione S. R. E. Cardinalium, *Statis diebus*, inquit, *in Palatio ſenioris Cardinalis conveniunt, & dum hæc ſcribo, apud Ædes Em. Cardinalis Franciſci Barberini, ab Urbe abſente Em. Carolo Card. Mediceo Sacri Collegii Decano congregantur, cauſæ diſcutiuntur, & decreta promulgantur.*

(a)

Privilegia præcipua Baſilicæ, Archipresbyteri, & Canonicorum diligentiſſime exquiſita recenſet, inſtaurat, declarat, & auctoritate Apoſtolica confirmat; noviſque Baſilicam, Capitulum, & Clerum Privilegiis Apoſtolica munificentia auget in perpetuum.

Ex Autographo in Arch. Baſil. capſ. 4. faſc. 260.

AN. CH. 1752. 27. Martii.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Præcipua Romæ laus ab Apoſtolor. Principe.

Ad honorandam memoriam Beatiſſimi Apoſtolorum Principis (a), cujus prædicatione Urbs hæc ad Chriſti fidem converſa, Martyrio conſecrata, Sepulchro illuſtrata eſt, cujus patrocinio ſtabilitatem, cujus auctoritate in univerſa Eccleſia primatum obtinet, incenſo jampridem animo ferebamur; non ſolum ob debitum glorioſiſſimo Eccleſiæ Principi venerationis obſequium, quo permoti plerique Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices, ad tuendum augendumque Vaticanæ Baſilicæ ſplendorem ac decus, ejuſdemque jura & ornamenta amplificanda, operam auctoritatemque ſuam, quadam veluti pietatis & munificentiæ contentione, conferre certarunt (b); verum etiam peculiari devotionis noſtræ ſtudio impulſi, & jucundiſſima illius temporis recordatione,

Gratus Pontificis animus erga Baſilicam D. Petri.

quo, inter ejuſdem Baſilicæ Canonicos adſcripti (c), coram Beati Apoſtoli Confeſſione, Omnipotenti Deo in Hymnis & Canticis Matutinum Veſpertinumque Sacrificium labiorum noſtrorum ineffabili affectu ſuavitatis obtulimus. Et quamvis hujuſce animi noſtri erga Beati Petri Apoſtoli honorem & cultum, ipſiuſque Eccleſiæ decorem atque utilitates magnopere propenſi, plures atque perſpicuas jam ediderimus ſignificationes (d): quum tamen eas probe noſceremus cum ampliſſimis beneficiis a pleriſque Prædeceſſoribus noſtris in eamdem Baſilicam effuſe congeſtis, nullo modo eſſe comparandas; vehementer optabamus aliquam nobis occaſionem præberi, qua nobis liceret illuſtre aliquod amoris ſtudiique noſtri in ea ſtatuere monumentum, ſuprema dignum auctoritate, quam inſcrutabilis Dei providentia nobis cum Apoſtolici culminis hæreditate conceſſit: ut ſicuti aſſidua quondam erga B. Apoſtolorum Principem miniſterii noſtri extiterunt obſequia; ita, dum ad ipſius ſucceſſionis faſtigium, meritis licet imparibus, evecti ſumus, collata nobis poteſtas in ejuſdem honorem aliqua ſaltem ex parte referretur: ipſiuſque Eccleſia, quæ olim officioſam filii pietatem in nobis experta fuit, paternæ nunc charitatis noſtræ fructus in ſe derivari ſentiret.

I. *Jura & privilegia Baſilicæ memoria repetit & expendit.*

Itaque memoria repetentes, pro ea notitia, quam de Vaticanæ Baſilicæ rebus, ex diuturna munerum ab ejus Capitulo nobis injunctorum adminiſtratione, olim acquiſivimus (e), complura ipſius jura & privilegia exiſtere, diverſis temporibus & titulis, jure meritoqne ipſi tributa; quorum aliqua, ad ipſius Baſilicæ decus, clariori in luce collocanda, aliqua vero nonnunquam aliorum controverſiis, fruſtra licet, impetita, novo tandem Apoſtolicæ confirmationis robore conſtabilienda viderentur. Idcirco pleraſque & illuſtriores ejuſdem Baſilicæ prærogativas nobis ob oculos repræſentari juſſimus, earumque origine, uſu, & poſſeſſione mature perpenſis, nec non ipſarum cum juſtitia & Canonicis legibus conſonantia penitus perſpecta,

Ea partim auct. Apoſt. confirmaturus, partim conceſſurus ex integro.

plures ex illis, licet firmiſſimis titulis, & non interrupta poſſeſſione fundatas, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione expreſſe complecti; nonnullas vero, quas aliquando in dubium revocari contigerat, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine aſſerere & confirmare;

(a) Patres Sardicenſis Concilii *can. IV. (Labb. to. 2. col. 652.)* de Judiciis Eccleſiaſticis & appellationibus decreturi Apoſtol. Sedis prærogativam his verbis indicant: *S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus.*

(b) Conſule ſubjectum Indicem generalem V. *Abbatia. Baſilica Vaticana. Monaſterium. Oblationes, &c.* Inde enim ſuppetent quæ vix, immo ne vix quidem in ſummam redigi per me poſſent.

(c) Veſtigiis Prædeceſſorum inſiſtit; Innocentii III. (*to. 1. pag. 77. 83.*) qui Canonicos alloquens, *Qui olim*, inquit, *in ipſa vobiſcum pariter Canonici beneficium aſſequuti, nunc de filio in Patrem ejus Divina ſumus miſeratione promoti*. Et alibi cum ipſo Apoſtolorum Principe gloriatur, ſe *in hac Sacroſancta Baſilica Eccleſiaſticum Beneficium* eſſe adeptum, *& de ipſius gremio ad Romanam Eccleſiam in Diaconatus Ordinem* evocatum. Nec non Clementis XI. qui pari modo gloriatur, ſe *Canonicatum & præbendam* in eadem Baſilica obtinuiſſe. (*to. 3. pag. 253.*)

(d) Literæ Apoſtolicæ, quas noſtram in Collectionem retulimus (*to. 3. pag. 310. & ſeqq.*) rei teſtes ſunt locupletiſſimæ.

(e) Archivo præſertim Baſilicæ Præfectus, quæ fuit ſemper ſumma ejus alacritas monumenta vetera perſcrutandi, propriis ſubjecit oculis Autographa tot Privilegia, quæ commemorat.

firmare; alias demum Motu proprio, non ad alicujus oblatæ nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra liberalitate, & certa ſcientia, ac voluntate, eidem Baſilicæ, ejuſque Archipresbytero, Capitulo, & Clero, ex integro tribuere, & concedere decrevimus, prout in Domino judicavimus ſalubriter expedire. Et quoniam ampliſſima honoris præconia, quibus complures ex Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus Vaticanam Beati Petri Baſilicam, tanquam dilectam Sponſam, ac ſplendidiſſimam Apoſtolicæ dignitatis Sedem, cumularunt, eorum Apoſtolicis literis ac perennibus monumentis conſignata reperiuntur (*a*); præcipua vero ipſius Baſilicæ jura, privilegia, atque ſtatuta, quorum complexu ejuſdem ſtatus, dignitas, & regimen conſiſtit, plurium quoque Romanorum Pontificum cura & ſollicitudine jamdudum conſtituta & coordinata noſcuntur; noviſſime vero a fel. rec. Deceſſore noſtro Clemente Papa XI. per Apoſtolicas literas ſub Annulo Piſcatoris die 5. Septembris Anno MDCCI. datas in genere confirmata fuerunt; Nos quoque generaliter prædicta omnia jura, privilegia, exemptiones, prærogativas, gratias, & indulta quæcumque, memoratæ Baſilicæ, ejuſque Capitulo & Canonicis, a præfatis Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet conceſſa, & reſpective confirmata, conſuetudines quoque atque ſtatuta, dummodo ſint in uſu, nec ſint revocata, aut ſub aliqua revocatione comprehenſa, neque poſterioribus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aut ſacris Canonibus, vel Concilii Tridentini Decretis adverſentur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus (*b*); ſalva tamen auctoritate Archipresbyteri & Capituli in his, quæ ab ipſorum arbitrio & facultatibus pendere dignoſcuntur; eademque jura, privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit, perpetuis futuris temporibus, in omnibus & per omnia volumus ſuffragari. Ac perpendentes cum recolendæ mem. Prædeceſſoribus noſtris Innocentio III., Gregorio IX., ac Innocentio VI. minime conveniens eſſe, ut in prædicta Vaticana Baſilica, quæ ſpeciale Sedis Apoſtolicæ membrum, ac Pontificiæ dignitatis ornamentum & domicilium exiſtit, *ullus, omnino præter auctoritatem Romani Pontificis, aliquam ſibi vindicet poteſtatem*, propterea ipſam Baſilicam, ejuſque Ædificia, ac Seminarium, nec non pro tempore exiſtentes illius Capitulum & Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Miniſtros, & Seminarii prædicti Alumnos, aliaſque perſonas ejuſdem Baſilicæ ſervitio pro tempore addictas, durante ſervitio hujuſmodi, & in his, quæ ad prædictum ſervitium pertinent, ab omni & quacumque ſuperioritate, obedientia, correctione, viſitatione, gubernio, aut alia quavis ſpirituali juriſdictione tam ordinaria, quam delegata cujuſcumque Superioris, ac etiam pro tempore exiſtentis noſtri & Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicarii in ſpiritualibus Generalis, auctoritate & tenore prædictis eximimus, & perpetuo exemptos eſſe & fore decernimus; Illoſque ſic exemptos, Nobiſque & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectos, ſub ſpeciali noſtra, & prædictorum Succeſſorum noſtrorum tutela & prote-

II. Præconia Baſilicæ a ſuis Prædeceſſoribus enumerantur.

Jura, & privilegia Prædeceſſorum a Clem. XI. confirmata in genere, pari modo confirmat.

III. Subjectionem Baſilicæ immediatam S. Sedi præcipue aſſtruit,

Una cum perſonis omnibus ejus ſervitio addictis.

(*a*) Ita ſcilicet eam appellat præ aliis Nicolaus V. (*to. 2. pag.* 150.) Sponſamque præcipuam vocat Pius II. (*to. 2. pag.* 163.) Præterea conſtanti ſententia omnes Pontifices præſtantiæ illius teſtes ſunt minus dubii uſque ad Benedictum XIII. qui *propriam Romani Pontificis Sedem*, & *cæterarum Urbis & Orbis Eccleſiarum ſpeculum*, & *decus* eam eſſe pronunciat. (*to. 3. pag.* 297.) Longum eſſet Pontificum omnium præconia hujuſmodi numerando recenſere, quæ ne Indice quidem duce ſingula reperientur. Quotquot enim Apoſtolicæ literæ venerandam Principis Apoſtolorum Baſilicam memorant, præcipuo illam honore iſto proſequuntur. Sixti IV. teſtimonium inſtar omnium mihi erit: quippe cauſam affert, cur tanto habeatur in pretio. (*to. 2. pag.* 209.) *Obſecrantes*, ait, *per viſcera D. N. J. C. omnes & ſingulos Succeſſores noſtros Romanos Pontifices; quatenus attendentes merita tanti Principis; ab eo etiam Sedem Apoſtolicam, ac Apoſtolatus Officium initium ſumpſiſſe: & ſibi ſoli ab ipſo Omnipotenti Deo poteſtatem ſolvendi, & ligandi traditam eſſe &c.* Hæc ſane cauſa eſt, cur *Magiſtram & Dominam*, ac *Sedem propriam* Innocentius III. (*to. 1. pag.* 18. 78. 86.) Gregorius IX. *Matrem* omnium Eccleſiar. *quæ primatum obtinet*; (Ibi *pag.* 123.) *Caput & Magiſtram* Nicolaus III. (Ibi *pag.* 175. 177.) Gregorius XI. *Exemplum Eccleſiarum Urbis & Orbis* (*to. 2. pag.* 21.) Nicolaus V. *Caput*, & *Matrem*, una cum Pio II. & *Matrem & Magiſtram* Calliſtus III. atque *omnium Eccleſiarum Orbis terrarum caput & principem* Alexander VI. ſuis in Apoſtolicis literis, ſemel & iterum nuncuparunt. (*to. 2. pagg.* 123. 134. 139. 141. 157. 161. 332.) Propterea Paulus II. Sixtus IV. & Innocentius VIII. quos alii Succeſſores imitati ſunt, *dignitate*, *vetuſtate*, & *honore præcipuam inter Urbis & Orbis Eccleſias* Principis Apoſtolorum Baſilicam declararunt. (*to. 2. pagg.* 190. 217. 220. 234. 251.) Pius IV. inter Orbis Eccleſias eam habet, tanquam Pontifici *peculiarem*, & *quaſi domeſticam*. (*to. 3. pag.* 50.) Simili eam honore afficit S. Pius V. ſibi *peculiarem & domeſticam* appellans (*to. 3. pag.* 80.) Multo poſt Clemens VIII. veſtigiis Prædeceſſorum inhæret; & Paulus V. *dignitate & præſtantia* cæteris omnibus anteire ipſam teſtatur. (*to. 3. pag.* 199. 224.

(*b*) Clementis XI. Apoſtolicas literas, quarum ſummam, & ſententiam ſuis inſerit SS. D. N. habes ſupra (*p.* 283.

(*a*) Lon-

IV. Juriſdictionem ſpiritualem Archipresb. antiquam confirmat:

protectione recipimus, & immutabiliter conſtituimus (a). Juriſdictionem autem quoad præmiſſa in ſpiritualibus ordinariam in eamdem Baſilicam, ejuſque Seminarium, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, Miniſtros, alioſque omnes ipſi quomodolibet inſervientes, una cum omnibus & ſingulis juriſdictionibus, poteſtatibus, & privilegiis, exemtionibus, libertatibus, prærogativis, antelationibus, indultis, auctoritatibus, & facultatibus, quæ alias per fel. rec. Paulum III., Pium IV., Sixtum V., Paulum etiam V., Urbanum VIII., Clementem IX., Clementem XI., & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, bo. mem. Alexandro Cardinali Farneſio, & ſucceſſive Euangeliſtæ Cardinali Cuſentino, ac Scipioni Cardinali Burgheſio & Franciſco Cardinali Barberino, ac Carolo Cardinali etiam Barberino, & Franciſco Cardinali Nerlio, ac Hannibali Cardinali Albano S. Clementis, reſpective nuncupatis, dum viverent dictæ Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteris; nuper vero per Nos ipſos Dilecto Filio noſtro Henrico Tituli S. Mariæ in Porticu nuncupatæ, S. R. E. Presbytero Cardinali, Duci Eboracen. nuncupato, Archipresbyteratum ejuſdem Baſilicæ ex conceſſione & diſpenſatione noſtris in Commendam ad ſui vitam obtinenti, ac eorum ſingulis, tanquam dictæ Baſilicæ Archipresbyteris, & quoad Baſilicam & Eccleſiam prædictam, etiam illorum perſonæ intuitu, vel ad eorum vitam dumtaxat, in genere vel in ſpecie conceſſa ſunt, & concedi conſueverunt: volumus in poſterum ipſius Archipresbytero prædicto nunc exiſtenti, ejuſque in perpetuum in Archipresbyteratus dignitate Succeſſoribus, tam per ſe ipſos, quam per ſuos reſpective Vicarios ab illis pro tempore deputandos, auctoritate Apoſtolica exercenda, præſentium literarum manſuro vigore competere; itaut futuri pro tempore Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteri, vigore literarum Apoſtolicarum ſuper conceſſione Commendæ dicti Archipresbyteratus, ſeu illius collatione & proviſione, expeditarum, ſtatim poſt adeptam pacificam ejuſdem Archipresbyteratus poſſeſſionem, hujuſmodi ſpiritualem juriſdictionem, tanquam Archipresbyterali Dignitati perpetuo adnexam, quoad præmiſſas res atque perſonas exercere; ſervata tamen forma Conſtitutionis piæ memoriæ Innocentii Papæ XII. etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium &

Ac dignitati, non perſonæ adnexam vult in poſterum.

(a) Longè ante Innocentium III. Archipresbyter & Canonici exemtione hujuſmodi utebantur pro Eccleſiis omnibus Baſilicæ ſubjectis intra & extra Urbem. Etenim S. Leo IX. an. 1053. Hadrianus IV. 1158., & Urbanus III. 1186. ut videre eſt in noſtra hac Collectione (*to. 2. pagg. 34. 59. & 70.*) ſuis quiſque Apoſtolicis literis ea libertate illos donarant. Neq. iſta pugnat cum Privilegio, quod Joannes XIX. an. 1026. conceſſerat Epiſcopis Silvæ Candidæ, confirmaveratque ejus Succeſſor Benedictus IX. (*to. 1. pag. 19. & 21.*) tametſi utriuſque verba perſpicua ſint: *Conſecrationem vero Altarium Eccleſiæ Sancti Petri, & aliorum Monaſteriorum, necnon conſecrationem Eccleſiarum, Altarium, Sacerdotum, Clericorum, ſeu & Diaconiſſarum totius Civitatis Leoninæ vobis, veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum concedimus & confirmamus*: Privilegiumque iſtud ad Portuenſes tranſierit una cum Eccleſia, & Bonis Silvæ Candidæ ſeculo XII. ineunte ut liquet ex literis Apoſt. Gregorii IX. apud Ughellum *Ital. Sac. to. 1. col. 130 novæ edit.* Nam inter Benedicti IX. & Gregorii pariter IX. Privilegia vacuum ingens annorum biſcentum remanet. Primum ſiquidem datum fuit menſe Novembri Indict. VI. quæ annum deſignat 1037. Alterum vero an. 1236. Interea S. Leo IX. Hadrianus IV. & Urbanus III. Archipresbytero & Canonicis exemtionem, ſeu libertatem de qua agimus, conceſſerant luculentiſſimis hiſce verbis: *Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum in veſtris Eccleſiis exiſtentium a Diœceſanis ſuſcipietis Epiſcopis, ſiquidem Catholici fuerint, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſine ulla pravitate voluerint exhibere: alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur, indulgeat ... libere ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant.* Et, quod majus, Innocentius III. anno 1198. extra Urbem degens, Octaviano Card. Oſtienſi, quem juxta morem illius temporis Vicarium ſuum conſtituerat, uſquedum rediret, Conſecrationem demandat aliquot Altarium Baſilicæ. (*to. 1. pag. 79.*) Præterea idem Innocentius III. an. 1205. confirmans prædicta omnia Privilegia, omnes cum primis in Baſilica miniſtrantes, Baſilicamque ipſam a quacumque poteſtate eximit: *nullus omnino*, ajens, *præter auctoritatem Romani Pontificis, aliquam ſibi vendicet poteſtatem*. Quod quidem maximum Privilegium an. 1228. Gregorius IX. confirmavit. (*to. 1. pagg. 83. 113.*) Nihilominus biennio poſt Romano Bonaventura Epiſcopo Portuenſi Legationibus, ac rebus pro Eccleſia præclare geſtis in Gallia, & Anglia celeberrimo efflagitante, idem Pontifex unionem Eccleſiæ Silvæ Candidæ cum Portuenſi factam a Callixto II. comprobavit, ac Privilegia omnia in eum tranſlata eſſe declaravit, præcipue illud, quo de agimus. Cave autem putes eum exemtionis Baſilicæ detrimento: tametſi a priſcis illis Joannis XIX. & Benedicti IX. ea in parte non diſcrepet, quæ ad conſecrationem Altarium S. Petri &c. ſpectat. Pontificalia enim munia obiret Epiſcopus neceſſe erat. Et tam Innocentius, quam Gregorius in laudatis literis exemtionis Baſilicæ & Canonicorum jus antiquum præſervant Portuenſi; ubi inter cætera confirmant, *tertiam partem Oblationis, quæ venit ad manus Portuenſis Epiſcopi in Dom. Palmar. in Cœna Domini, in Paraſceve, in Sabbato Sancto, in Reſurrectione Domini, & in die Nativitatis Domini.* Quamobrem Portuenſis nullam ſibi vendicabat poteſtatem *præter auctoritatem Romani Pontificis*. Idcirco non invenies conceſſa per Gregorium Portuenſi Epiſcopo *quinque Monaſteria S. Stephani majoris &c.* uti Joannes XIX. & Benedictus IX. olim fecerant. Ea quippe *Canonicorum uſibus & ſuſtentationibus deputata*, ut ajunt iidem Innocentius & Gregorius, & *Canonica* nuncupata, exemtionis privilegio gaudebant. Quin etiam Portuenſium Privilegium ſenſim obſoleviſſe liquet. Ac degentibus Avenione Pontificibus, oblationes ipſas eis ablatas ab Urbano V. deprehendimus an. 1370. (*to. 2. pag. 17.*) reſtitutaſque a Gregorio XI. poſt biennium, quia illas antea *exigere conſueverat*. (*Ibi pag. 21. ſeq.*) Contra Privilegium Baſilicæ poſt auctum Canonicorum numerum, Beneficiatoſque, & Clericos inſtitutos Innocentius VI. anno circiter 1360. confirmat Canonicis tam præſentibus, quam futuris in perpetuum: *una vobiſcum*, inquiens, *& omnes ad veſtram Canonicam pertinentibus ſub ipſius Principis ſimul, ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & præſenti Privilegio communimus* (*to. 1. pag. 363.*) Ipſum hoc privilegium Clemens XI. an. 1701. confirmavit; ac nunc demum SS. D. N. diſtinctius, & luculentius inſtaurat. De his infra uberius.

& Judicum particularium Urbis, ac reductione privilegiorum, & eorumdem Tribunalium ad jus commune, ſive ad Judices Ordinarios Romanæ Curiæ, editæ de anno MDCXCII., quam nos per aliam noſtram Conſtitutionem xv. Kal. Martii Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLI. Pontificatus Noſtri Anno II. datam expreſſe confirmavimus, atque innovavimus: eiſdemque juribus, privilegiis, & facultatibus uti & frui libere & licite poſſint & valeant; abſque eo quod alias peculiares literas, ſeu conceſſiones a nobis, aut a Succeſſoribus noſtris ſuper his petere & impetrare, ſeu deſuper expedire teneantur (*a*). Proindeque, ut iidem Canonici, Beneficiati, Clerici, Alumni, & Miniſtri prædicti, ab eodem Archipresbytero, ejuſque in Archipresbyteratus dignitate pro tempore Succeſſoribus quibuſcumque, quatenus Epiſcopali charactere præditi ſint, vel, de ipſorum licentia tantum, nec alias, a quocumque Catholico Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, per eum, eoſque deputando, ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus, Ordines promoveri, & tam ipſe Archipresbyter, ejuſque in Archipresbyteratus dignitate Succeſſores, quam Antiſtites ab eo deputati, eoſdem Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, & Miniſtros re ipſa actu inſervientes, ut ſupra, abſque noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum, aut noſtri in Urbe ejuſque diſtrictu Vicarii in Spiritualibus Generalis, vel cujuſvis alterius, etiam eorum originis, Ordinarii licentia, dimiſſoriis, aut examine (*b*); Convictores vero Seminarii prædicti, accedentibus ipſorum reſpective Ordinariorum licentia, ac dimiſſorialibus literis; ad præmiſſos omnes Ordines, ſervatis de jure ſervandis, promovere licite poſſint ac debeant, præ-

V. Ordinationes ad quoſvis Ordines etiam presbyteratus privative, & libere illi aſſeris pro c nitus Baſilicæ addictis:

Ac etiam pro Seminarii Convictoribus accedente eorum Ordinariorum licentia, & dimiſſoriis

ſentium tenore perpetuo concedimus & indulgemus. Idcirco idem Archipresbyter ejuſque Succeſſores Archipresbyteri præfati, ex ejuſdem Capituli gremio tres aut plures pro tempore Examinatores, in Sacra Theologia, vel in Jure Canonico Magiſtros, ſive Doctores, deputare poſſint, ac debeant, quorum munus ſit, prædictos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Alumnos, ſive Convictores, ut ſupra, atque Miniſtros, ad quemcumque, etiam Sacrum & Presbyteratus, Ordinem promovendos, ſive ordinandos, juxta Concilii Tridentini Decreta, examinare atque probare; prout hactenus laudabiliter factum eſſe novimus, & Nos ipſi, dum ejuſdem Baſilicæ Canonicatum obtinebamus, plures annos hujuſmodi Examinatoris officium ſuſtinuimus. Idemque pro tempore Archipresbyter poſſit cum prædictis Canonicis, Beneficiatis, Clericis, Alumnis, aliiſque prædictæ Baſilicæ Inſervientibus, ſuper obſervantia interſtitiorum ad Ordines prædictos ſuſcipiendos, juſtis de cauſis, diſpenſare; atque ipſis in quolibet Ordine conſtitutis, miniſtrandi, celebrandique licentiam tam in prædicta Baſilica, quam in quibuslibet aliis Sæcularium, aut Regularium Eccleſiis in Urbe & extra Urbem, per Literas Dimiſſoriales, quas quidem tam ab ipſis Archipresbyteris, quam ab eorum pro tempore Vicariis confectas atque ſubſcriptas, ubique admittendas fore decernimus, valeat impertiri. Item Conſecrationes Altarium ejuſdem Baſilicæ, nec non Eccleſiarum, quæ inter ipſius Baſilicæ membra connumerantur, & Altarium in ipſis exiſtentium, ſacrorum quoque utenſilium ac veſtimentorum benedictiones, ab eiſdem Archipresbyteris, ſive ab eorum Vicariis Epiſcopis, aut aliis Antiſtitibus, vel etiam, quoad ea, in quibus Sacra Olea non adhibentur,

VI. Examinatores e gremio Capituli deputandos de more conſtituit.

VII. Altarium Conſecrationes, benedictiones aliaque Pontificalia Archipresb. & Capitulo confirmat.

(*a*) Privilegia hîc laudata (præter illud Urbani VIII. quod iiſdem conceptum verbis, ac duo præcedentia, prætermiſimus; extant locis mox indicandis hujus Collectionis: Pauli III. *to.* 2. *pag.* 437. *ſeqq.* Pii IV. *to.* 3. *pag.* 45. Sixti V. *to.* 3. *pag.* 154. Pauli V. *to.* 3. *pag.* 224. Clementis IX. *to.* 3. *pag.* 274. Clementis XI. primum pro Card. Nerlio *Append.* in fine *to.* 3. *pag.* 48. Alterum pro Card. Albano *to.* 3. *pag.* 288. Ac demum SS. D. N. *to.* 3. *pag.* 330. Ea vero deprehendes duplicis generis: alia ſiquidem ſpectant ad Collationem Archipresbyteratus cum juribus, privilegiis, & facultatibus; alia ad conceſſionem eorumdem jurium &c. Primum Pauli III. (tria enim ſunt edita) ſimiliter primum Clementis XI. pro Card. Nerlio, & unicum SS. D. N. Collationem præſeferunt; reliqua Conceſſionem. Hujuſmodi autem repetitio facultatum poſt centum, ac ſeptem & ſeptuaginta annos Apoſtolicis hiſce literis antiquatur: & quidem jure. Quum enim nihil aliud ſint alteræ illæ literæ Apoſtolicæ, quam exemplum Privilegii Sixti V. prætereundas in poſterum Apoſt. auctoritate decernitur; decuſque inde novum Baſilicæ Archipresbytero accedit juriſdictionis Spiritualis natæ, ſeu adnexæ Archipresbyteratui, non perſonæ.

(*b*) Conſuetudo hodie vigens in Baſilica hîc probatur, atque auctoritate Apoſtol. confirmatur. Multo autem ampliorem olim fuiſſe luculenter teſtatur Inſtrumentum apud Gargarium in Archivo Baſilicæ *fol.* 123. verſo. Ita enim habet: *Die* 22. *Martii* 1621. *Ill. & Rmus Dominus Scipio Burgheſius Sacroſ. Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Archipresbyter ſponte &c. omni meliori modo &c. Ad examinandum tam RR. PP. DD. Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ac alios dictæ Baſilicæ Inſervientes, ad quoſcumque ordines ſe ordinare, ſeu promovere volentes; quam quoſcumque alios aliarum quarumcumque Eccleſiarum etiam extra Urbem, & ubique ſitarum, ad dictam Baſilicam unitarum & incorporatarum, ſeu a dicta Baſilica dependentium quomodolibet, & qualitercumque examinandos, elegit, & deputavit RR. PP. DD. Paulum Brizonum, Ugonem Ubaldinum, & Joannem Baptiſtam Alterium ejuſdem Baſilicæ Canonicos, ſeu duos ex eis. Super quibus &c.*

(*a*) Con-

bentur, ab aliquo ex Canonicis prædictæ Baſilicæ Presbytero, de ipſorum tamen Archipresbyterorum mandato & delegatione, fieri poſſint; ac demum tam Ordinationes prædictas, quam cætera Pontificalia munia ſive functiones ab eodem Archipresbytero nunc exiſtente, ejuſque in Archipresbyterali dignitate Succeſſoribus quibuſcumque, ſive per ſe ipſos, ſive per ſuos reſpective Vicarios, qui Epiſcopali charactere ſint inſigniti, ac etiam per alios Epiſcopos, Archiepiſcopos, aut Patriarchas, de gremio Capituli, vel, his deficientibus, etiam per alios extraneos Antiſtites quoſcumque, de licentia tamen ipſius Archipresbyteri, in præfata Baſilica tantum exerceri poſſe, perpetuo ſtatuimus, atque decernimus.

Eadem vacante Archipr. concedit Capitulo præter Ordinat. & confirmat.

Quin etiam, vacante hujuſmodi Archipresbyteratus dignitate, omnia Pontificalia munia hujuſmodi, ſive functiones, exceptis Ordinationibus prædictis, & excepta collatione Sacramenti Confirmationis, de quo inferius agemus, pro rerum & temporis opportunitate, de Capituli dumtaxat licentia, ab aliquo Antiſtite, ut præfertur, de ejuſdem Capituli gremio, atque etiam ab extraneo, ſi ab Epiſcopo de ipſius Capituli gremio impleri nequeant, in eadem Baſilica pariter exerceri poſſe concedimus (a):

Privil. reconciliat. Baſil. Altariſta & Canonico antiquiori aſſerit.

Innovantes inſuper, & perpetuo confirmantes Prædeceſſorum noſtrorum Innocentii VI. & Urbani V., Privilegium, quo eamdem Baſilicam ſanguinis aut ſeminis effuſione forte violatam, a Canonico Altariſta, ſeu antiquiori Canonico in Presbyteratus Ordine conſtituto, cum aqua tamen ab aliquo Antiſtite rite benedicta, reconciliari poſſe indulſerunt (b).

VIII. Vetuſtiſſimum jus conficiendi Chriſmatis & SS. Oleor. confirmat in perpetuum.

Præſertim vero veterem obſervantiam, plurium Romanorum Pontificum, ac potiſſimum Joannis XIX., Benedicti IX., Innocentii III., & Gregorii IX., vigentibus ad hunc diem privilegiis & conceſſionibus inductam, ac perpetuo uſu, & immemorabili conſuetudine firmatam, qua in eadem Baſilica ſingulis annis Feria V. in Cœna Domini, tum ſancta Infirmorum & Catechumenorum Olea, tum etiam Sacrum Chriſma, ab ipſius Archipresbytero, ſive hujus pro tempore Vicario in Epiſcopali gradu conſtituto, vel ab alio Antiſtite, de Archipresbyteri prædicti licentia, rite confici, & benedici, pluribuſque Eccleſiis Parochialibus, tam ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Filialibus, quam aliis quibuſdam non Filialibus, diſtribui conſuevit, auctoritate noſtra confirmamus, & quatenus opus ſit, præſentium tenore innovamus, & in perpetuum ſtabilimus (c); volentes, ut omnes & ſinguli Rectores vel Parochi ſive Curati Eccleſiarum, tam videlicet

(a) Conſule notam *a. pag.* 339.

(b) Hujuſmodi quidem Privilegium laudati Pontifices ita conceſſerunt; ut confirmatione Apoſtolica indigerent ad amovendos quoſcumque ſcrupulos. Innocentius enim VI. an. 1360. id conceſſit Priori Canonicorum & ejus Succeſſoribus ad decennium, ut liquet (*to.* 1. *pag.* 360.) Urbanus autem V. an. 1364. idem confirmavit hac appoſita conditione: *Dummodo ſitis in Sacerdotio conſtituti, & nullus tunc Epiſcopus exiſtat in Urbe.* (*to.* 2. *pag.* 1.) Quam certe conditionem ſilet anno 1369. Privilegium extendens etiam ad Altaratium: ſed adjungit, *Præſentibus poſt triennium minime valituris* (Ibid. *pag.* 6.) Hujuſmodi neceſſitas raro quidem ſupervenit Baſilicæ. Attamen compertum eſt, violatam fuiſſe in Borboniana direptione an. 1527. Tum vero Clemens VII. degens Urbeveteri Julio Corvino Canonico Privilegium conceſſit ex integro conditionem & ipſe apponens: *Si nullus Epiſcopus Romæ fuerit.* Continuo tamen ſubdit, *Cum aqua per dilectum filium & Legatum noſtrum Laurentium Card. Campegium, qui Epiſcopus Saresbyrienſis eſt, benedicta.* Quæ conditionem illam videntur excludere, & Canonicis privilegium aſſerere. Nec tamen affirmare auſim, quod hinc privilegium vetus novas vires ſit adeptum. Vigere illud quidem cœpit poſt Pauli V. Conſtitutionem (*to.* 3. *pag.* 218.) datam an. 1611. qua redigi *in libellum per capita ſingulorum officia & munera continentia, imprimi communibus impenſis ad uſum totius Cleri Baſilicæ, ſingulisque annis certa die perlegi* jubentur. Quamvis enim incertum ſit, num libellus hujuſmodi, (in quo nimirum cap. 2. num. 21. Privilegium Innoc. VI. & Urbani V. luculenter exprimitur) Pontifice eodem ſuperſtite abſolutus confirmatuſque fuerit: id tamen eſt extra dubium, quod annis quatuordecim poſt Pauli V. Conſtitutionem, Apoſtolica Urbani VIII. auctoritas illi acceſſit. Etenim Apoſtolicæ Viſitationis (*lib. Decretor. Capituli die* 2. *Febr.* 1625. ab hoc Pontifice inſtitutæ primum Decretum conceptis hiſce verbis prodiit: *Quæ in compendio Conſtitutionum Summorum Pontificum, cujus titulus eſt*, Capita Conſtitutionum Baſilicæ Principis Apoſtolorum, *provide ſancita ſunt, ea a Canonicis, Beneficiatis, & toto Clero illius Baſilicæ omnino ſerventur.* Totidem verbis expreſſum & confirmatum fuit Decretum iſtud die 15. Julii an. 1660. ab Alexandro VII. in Decretis Viſitationis Apoſtol. Idem vero libellus juxta Pauli V. Conſtitutionem quotannis legitur in Converſione S. Pauli; Quare Privilegium illud a Clem. XI. jure confirmatum SS. D. N. iterum Apoſtol. auct. inſtaurat, atque in perpetuum confirmat.

(c) Ex iis, quæ nuper ajebam *n.* a. *p.* 339. ſatis conſtat privilegium hoc cœpiſſe in Baſilica an. 1026. quod Ioannes XIX. conceſſit Epiſcopo Silvæ Candidæ, præ aliis quatuor dierum Officiis, illud Feriæ V. in Cœna Domini, quod a Bened. IX. confirmatum undecimo poſt anno, tandem ad Portuenſem Epiſcopum tranſiit, eique ab Innocentio III. & Gregorio IX. poſt annos biſcentum inſtauratum fuit. Neque hac in re audiendum Grimaldo, cætera indagatori monimentorum veterum accuratiſſimo. Quum enim reperiſſet in Orationali quodam (in Archivo Baſil. Orational. *n.* 15. *lit.* F *pag.* 155.) hanc Rubricam: *In die vero Nativitatis dicimus unam Orationem. Si autem Cardinalis fuerit præſens, dicimus orationem primam de ſollepnitate, alteram de Eccleſia, tertiam pro Pontifice*: contineo affirmavit (*Catal. Archipresb. princip.*) quod Benedictus IX. ægre ferens, Portuenſes ſibi nimium tribuere, Archipresbyterum creavit Urſum de filiis Urſi: qua in re ſemel, & iterum fallitur. Primo quia Privilegium non tranſiit ad Portuenſes, niſi poſt unionem Silvæ Candidæ, quæ octoginta amplius annis diſtat a Benedicto IX. Deinde quia uſque ad tempora Hadriani IV. dies dumtaxat quinque Majoris Hebdomadæ pertinuerunt ad Portuenſem Epiſcopum, ita docente Petro Mallio Canonico Baſilicæ, ejuſque conſuetudinum non ignaro (Muſ. Ital. *to.* 2. *pag.* 163. & Bullarii noſtri (*to.* 1. *pag.* 37.) qui diei Natalis Domini non meminit in ſuo libello ad Alexandrum III. inſcripto: tametſi Hadrianus IV. an. 1158. ſui Pontificatus extremo omnium primus ſextum illum diem adjunxit: at fortaſſe Mallius antiquæ tantum conſuetudinis Epiſcoporum S. Rufinæ Privilegio innitentis rationem habuit. Certe nec Joannes XIX. nec Benad. IX. diem Natalis conceſſerunt illi Epiſcopo. Quamobrem Orationale ſpectat ad poſteriora tempora; nec Grimaldi conjecturam ſuſtinet. Præterquam quod anno tantum 1276. ordinariam juriſdictionem obti-

Cum interventu Parochor. Eccleſiar. filial. & alias ſubjectar. Baſilicæ, per ſe, aut per ſuſtitutos.

delicet earum, quas inter prædictæ Baſilicæ Filiales infra recenſebimus, aliarumque, ſi quæ ſunt, aut in poſterum Filiales exiſtent, quam aliarum quomodolibet eidem Baſilicæ ſubjectarum, præſertim S. Mariæ in Tranſpontina nuncup., & tam Eccleſiæ, quam Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, & cæterarum omnium, quæ vel expreſſis Prædeceſſorum noſtrorum legibus (a); vel recepta conſuetudine ad id teneri dignoſcuntur; hujuſmodi ſacrorum Oleorum confectioni in die Cœnæ Domini, nec non Benedictioni Fontis Baptiſterii in Sabbato Sancto, & in Vigilia Pentecoſtes, ſingulis annis, ut præfertur, intereſſe, vel ſi ipſi legitimo impedimento detenti fuerint, alios reſpective Presbyteros ad ipſorum vices in hujuſmodi ſacris Functionibus decenter ſuſtinendas, mittere; iidemque Rectores vel Parochi ſeu Curati Olea prædicta ab ipſa Baſilica quotannis in ſacros Eccleſiarum ſuarum uſus aſſervanda atque utenda recipere, teneantur; & quatenus opus ſit, opportunis præceptis & pœnis, arbitrio Archipresbyteri ſtatuendis, adigantur. Neque vero propter hujuſmodi præſentiam ab ipſis præſtitam, vel propter prædictorum ſacrorum Oleorum receptionem, ab ullo quomodolibet, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter moleſtari poſſint, vel ad aliam quamcumque Eccleſiam aut Baſilicam pro hujuſmodi præſentia præſtanda accedere, aut prædicta ſacra Olea ab alia qualibet recipere compellantur.

X.

Jus perinde antiquum Confirmationis Sacram. conferendi ad examen revocat.

Huic porro juri ſacrorum Oleorum & Chriſmatis conficiendorum, conſequens eſt, ut Sacramentum Confirmationis in ipſa Baſilica, & ab illius pro tempore Archipresbytero, ſive ab illius Vicario Epiſcopo, aut etiam de ipſius licentia, ab alio quolibet Antiſtite, miniſtrari & conferri poſſit. Quod quum eidem Archipresbytero ab antiquiſſimis temporibus licuiſſe conſtet; & quidem, quod attinet ad perſonas ejuſdem Baſilicæ miniſteriis addictas, illique actu inſervientes (b), in contradictorio quoque judicio coram Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum habito, eidem Archipresbytero, ſive per ſe, ſive per alium ab ipſo deputatum, indiſtincte licere definitum fuerit, cum ſubſequuta contradicentium acquieſcentia.

Ad Baſilicæ inſervientes quod attinet, illud probat, & confirmat:

Nos hujuſmodi Reſolutionem ſive Decretum a tunc exiſtentibus Congregationis prædictæ Cardinalibus die XV. Februarii anni MDCXLVIII. latum, & a fel. rec. Prædeceſſore noſtro Innocentio Papa X. approbatum, mox etiam a recol. mem. Clemente Papa X. Prædeceſſore pariter noſtro per Literas in forma Brevis die XXVIII. Junii anni MDCLXXV. editas, iterum confirmatum, quatenus prædictam Archipresbyteri facultatem admittit, auctoritate quoque noſtra roboramus, & quoad prædictos Baſilicæ Vaticanæ Miniſtros eidem actu miniſtrantes & inſervientes, ejuſdemque pro tempore Archipresbyteri juriſdictioni in ſpiritualibus ſubjectos, debitæ executioni demandari, ac perpetuo inviolabiliter obſervari præcipimus.

Pro reliquis Archipresbyteri ſtur ſuiſ.. non ſu... controverſum fuiſſe, & eſſe adhuc declarat.

Quod vero ſpectat ad alias perſonas, quæ neque ſunt de ipſius Vaticanæ Baſilicæ gremio, aut illius ſervitiis addictæ, neque Archipresbyteri prædicti juriſdictioni ſubſunt, pleniſſime nobis cognita atque perſpecta eſt lis & controverſia, quæ diu agitata fuit, quæque adhuc indeciſa pendet, ſuper jure conferendi Sacramentum Confirmationis perſonis hujuſmodi in Vaticana Baſilica. Ex quo ſiquidem recol. mem. Prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ XI. beneficio in eadem Baſilica Canonicatum & Præbendam adepti fuimus, quum ipſius Archivi præfectura nobis a Capitulo demandata fuiſſet, id munus per annos quatuordecim, nimirum uſque ad noſtram promotionem ad Anconitanam Eccleſiam, retinuimus. Cumque propterea nobis a prædicto Clemente XI. Prædeceſſore injunctum fuiſſet, ut quæcumque ad hujuſmodi Confirmationis negotium coram diverſis Judicibus vario eventu diſcuſſum, pertinerent,

---

obtinuit Archipresbyter Joannes Cajetanus Urſinus, poſtmodum Pont. Nicolaus III. quæ ad Succeſſores non tranſiit. Hinc vero per annos pluſquam trecentos ſiluit in Archipr. uſque ad Evangeliſtam Pallottum, qui 1589. a Sixto V. obtinuit cum ſpirituali juriſd. omnia munia Pontificalia, Succeſſoribus uſque ad hunc diem confirmata. Ac proinde Archipresbyter Vatic. Baſil. Chriſma conficit &c. (quemadmodum antea S. Rufinæ, & Portuenſes Epiſcopi) anno jam centeſimo ſexageſimo quarto.

(a) Innoc. III. binis literis Apoſtolicis has præcipue Eccleſias ita ſubjicit Baſilicæ: *S. Michaelis, S. Mariæ in Saxia, & S. Mariæ in Tranſpadina concedimus & ſtatuimus in Scrutinio Baptiſmo, Proceſſionibus, & Chriſmatis confectione vobis ſubjectionem & reverentiam perpetuis in poſterum temporibus exhiberi.* (to. 1. pag. 78. 84.) Per eadem verba eamdem rem præſtat Gregor. IX. an. 1228. (to. 1. pag. 112.) Quæ quidem ſubjectio noſtris temporibus, ut Eccl. cæterarum, viget, juxta novam diſciplinam hic expreſſam. Vetus enim Scrutinii, & Baptiſmi non multo poſt Innocentii & Gregorii literas in deſuetudinem abiit.

(b) Conſule Apoſtolicas literas Sixti V. Card. Cuſentino Archipresbytero, quas Succeſſores ad literam exſcripſere, ubi Archipresb. vacantem contulerunt. (to. 3. pag. 156.)

(a) Qui

Digitized by Google

tinerent, in unum redacta, eidem conſideranda exhiberemus, vel potius ea, quæ olim ipſiuſmet Pontificis tunc in minoribus ejuſdem Baſilicæ Vicarii, deindeque Canonici, opera ac ſtudio digeſta & ordinata fuerant, eidem in memoriam revocaremus;

Cauſæ momenta ab ſe olim diligenter excerpta, ejuſque poſteriorem exitum enarrat:

Nos quidem omnibus inveſtigatis atque collectis, totam ipſi expoſuimus rationum ſummam, ob quas contendebatur licitum eſſe in Eccleſia S. Petri in Vaticano Sacramentum Confirmationis omnibus civitatem Leoninam uſque ad Septimianum incolentibus, idemque Sacramentum recipiendi cauſa ad ipſam Eccleſiam confluentibus conferre (a). Quarum rationum momenta, quum olim anno MDCXLI. Congregatio S. R. E. Cardinalium, ac Romanæ Curiæ Prælatorum ad cognoſcendas cauſas in Apoſtolica viſitatione occurrentes deputatorum agnoviſſet, ac Decreto edito comprobaſſet, hujuſmodi Decretum ab Urbano Papa VIII. confirmatum fuerat per Literas in forma Brevis datas die xv. Januarii anni MDCXLII. (b) & quamvis deinceps conceſſa adverſus haſce Urbani literas aperitione oris, cauſaque ad aliam Congregationem ejuſdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum delata, reſolutio prodiiſſet, quæ hujuſmodi facultatem limitavit & coarctavit ad eas tantum perſonas, quæ in miniſteriis ipſius Baſilicæ, ut ſupra diximus, actu inſervirent, atque hæc pariter reſolutio a Clemente Papa X. per ſpeciales Literas in forma Brevis confirmata fuiſſet; nihilominus adverſus has quoque literas aperitio oris conceſſa fuerat a venerab. mem. Innocentio Papa XI. ſub die xxiv. Junii anni MDCLXXXV., cujus obtinendæ in primis auctor extitit ipſe Prædeceſſor Clemens XI., dum in eadem Vaticana Baſilica, ut ſupra diximus, Vicarii munus exercens, Archipresbyteri & Capituli preces atque rationes eidem Innocentio XI., ſupplici Libello a ſe diſerte exarato, porrexerat.

Ejuſdem ſtatum præſentem proponit:

Cum autem poſt hæc, hujuſmodi controverſia, quæ ad eamdem Congregationem Concilii Tridentini, reſcripto ejuſdem Innocentii XI. Prædeceſſoris, remiſſa fuerat, uſque ad ipſius Clementis XI. Pontificatum indeciſa conquieviſſet, in animo quidem ipſi erat, pro ſua ſapientia & auctoritate, tunc eam dirimere, fineque debito terminare.

Cauſam deniq. iſtam adhuc indeciſam definire ſtatuit:

Sed quoniam graviſſimorum negociorum, quæ ſupervenerunt, cura & ſollicitudine detentus, ipſe id, quod optabat, præſtare non potuit, integrum nobis reliquit, aliquam hujuſmodi controverſiæ in perpetuum extinguendæ rationem excogitare. Quam quidem, matura deliberatione præhabita, præſentium tenore edicimus, & promulgamus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in poſterum obſervari mandamus. In primis videlicet prædictam controverſiam, litem, & cauſam inter dilectos filios Capitulum & Canonicos S. Joannis in Laterano ex una, & Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos S. Petri in Vaticano Patriarchalium Urbis Baſilicarum ex altera parte, ſuper jure & facultate conferendi Sacramentum Confirmationis in ſæpedicta Vaticana Baſilica, coram præfata Congregatione Concilii Tridentini, vel in alio quovis Tribunali coram quocumque Judice, & quacumque inſtantia pendentem, [cujus ſtatum, merita, & alia quæcumque etiam de neceſſitate juris vel facti omnino exprimenda, nec non utriuſque Capituli, & Eccleſiarum prædictarum jura, privilegia, indulta, conceſſiones, & literas Apoſtolicas, eorumque plenos & integros tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac etiam de verbo ad verbum inſertis haberi volumus] Motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine præfatis, harum ſerie ad nos avocamus, penituſque & omnino ſupprimimus, perpetuumque deſuper ſilentium prædictis partibus, aliiſque

Idcirco eam ad ſe avocat, perpetuo partib. ſilentio indicto:

(a) Qui animum ad veterem diſciplinam advertit; novitque quanti ſint privilegia cujuslibet vel tenuiſſimæ Eccleſiæ, duas haud dubie res mirabitur: Primo eſſe aliquos, qui non intelligant quod Confirmatio aut continuo, aut paucis poſt diebus, ſi dies ſabbati, noxque ſequens ob confirmandorum multitudinem defeciſſent, conferebatur, quod ſapienter demonſtrat SS. D. N. in libris de Synodo Diœceſana [*to. 12. ſuor. Oper. lib. 7. cap. 10. n. 3.*] Deinde Baſilicam Principis Apoſtolorum, unde *Sedes Apoſtolica, ac Apoſtolatus Officium initium ſumſit*, ut recte Sixtus IV. [*Bullar. to. 2. pag.* 209.] infeliciorem eſſe redditam Eccleſiis cæteris, quippe cujus privilegium per tot Pontifices confirmatum (*to. 1. pagg.* 25. 27. 31. 46. 57. 69. 111.) a nemine unquam revocatum; & ab Epiſcopis S. Ruſinæ, & Portuenſibus per plura ſecula exequutioni mandatum, quoad Sanctæ Sedis abſentia, peregrinatione, vexatione aliquandiu interruptum, poſtliminio, ut ita dicam, rediit in Baſilicam per privilegium perſonale omnibus Archipresbyteris conceſſum, interierit. Vide quæ diximus hujus volum. *pag.* 254. *not.* c ad literas Apoſtolicas, Urbani VIII. ſuper quo controverſia ingens, de qua hic agitur.

(b) Ab hoc anno uſque ad 1685. per quatuor & quadraginta annorum ſpatium Franciſcus, & Carolus Barberini acerrimi Baſilicæ jurium vindices Leoninæ totius Civitatis incolas confirmarunt, ut patet ex Confirmatorum Catalogo in Archivo Baſilicæ. Ab anno autem prædicto 1685. Confirmati dumtaxat inſervientes Baſilicæ: nam prodierunt literæ, quarum hic mentio eſt, decimo anno, poſtquam a Clemente X. datæ erant, ignota nobis cauſa tantæ dilationis; per quas Decretum Congregationis Concilii ratum habebatur, & Confirmandos tantummodo inſervientes Baſilicæ ſanciebatur. Cætera luculenter patent ex his literis Apoſtolicis.

(a) Ex

que quibuſlibet in præmiſſis jus aliquod ſeu intereſſe habentibus, vel habere prætendentibus imponimus, atque os occludimus.

XI. Provide diſpon.t, ut in Lateranen. Baſilica Sacram. Confirmationis adminiſtretur omni tem, ore a Card. Vic. Urbis, aut Vicegger. ſeu per illum delegato:

Volumus autem Sacramentum Confirmationis in Lateranenſi quidem Baſilica perpetuis futuris temporibus de more adminiſtrari a Cardinali pro tempore Romani Pontificis in Urbe ejuſque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus Generali, vel ab ipſius Vicesgerente, aut ab alio Antiſtite, quem ipſe Vicarius prædictus, pro ſuo arbitrio, ad id deputaverit, idque toties quoties, quibuſque temporibus, atque diebus ipſi Vicario opportunum videbitur. Sed inſuper moderno & pro tempore exiſtenti S. R. E. Cardinali Vaticanæ Baſilicæ Archipresbytero, non tam ratione veterum titulorum, jurium, privilegiorum, atque conſuetudinum, quæ tamen nobis plene cognita eſſe ſupra memoravimus; quam vigore novæ hujus conceſſionis, quam motu proprio ipſi, ejuſdemque in Archipresbyteratus dignitate Succeſſoribus quibuſcumque, de Apoſtolica liberalitate tribuimus, præſentium tenore perpetuo concedimus & indulgemus, ut ſingulis annis infra Octavam Natalitiæ Solemnitatis Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli principalium hujuſce Almæ Urbis Patronorum (*a*), ſingulis videlicet ſeptem diebus dictam Solemnitatem immediate ſequentibus, in prædicta Vaticana Baſilica, per ſe ipſum, ſi ipſe Epiſcopali gaudeat charactere, ſin minus, vel etiam ſi ipſe aliquo impedimento detineatur, per ſuum Vicarium Epiſcopum, aut per alium Antiſtitem de gremio Capituli, vel, his deficientibus, etiam per alium quemlibet Antiſtitem ab ipſo deputandum, omnibus & ſingulis non ſolum Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus, atque ipſius Archipresbyteri juriſdictioni, ut præfertur ſubjectis, & non ſolum ex civitate Leonina nuncupata, aut ex Septimiano prædictis, ſed etiam ex cæteris Urbis Regionibus quibuſcumque, & alias undecumque in hunc finem confluentibus, Sacramentum Confirmationis perpetuis futuris temporibus adminiſtrare & conferre libere & licite poſſit & valeat.

In Vaticana ſeptem tantum dicbus Natale SS. Apoſtolor. Petr & Pauli ſubſequentibus a Card. Archipresb aut ne eum delegato, omnibus un. que ex Urbe confluentibus

XII. Idque, tum ad augendum cultum SS. Apoſtolor. tum ad veteris diſciplinæ memoriam ſervandam:

Qua in re non tam noſtro erga prædictam Vaticanam Baſilicam amori ſtudioque indulgemus; nec eo tantum conſilio ad id adducimur, quo Sanctorum Apoſtolorum cultum in hac Alma Urbe magis magiſque augeri, eorumque Feſtivitatis Octavam in ipſa Urbe ſolemnius concelebrari cupientes, aliis noſtris Apoſtolicis Literis pridie Kalendas Aprilis anno MDCCXLIII. datis, plura præſcripſimus per eos dies a ſingulis Romanæ Curiæ Ordinibus, & Cleri, Populique cœtibus adimplenda (*b*); ſed peculiari quadam ratione movemur, quam nobis ſacræ antiquitatis monumenta ſuppeditant: ut ſcilicet in ea Baſilica, in qua & olim ex prædictorum Romanorum Pontificum delegatione Sacramentum Baptiſmi ſolemniter in Sabbato Sancto adminiſtratum fuiſſe conſtat, & nunc etiam, ex veteri approbataque conſuetudine, de qua inferius verba facienus, Baptiſmus idem omnibus indiſtincte, & quolibet anni tempore confertur; in eadem etiam Sacramentum Confirmationis, quod olim regeneratis ſtatim poſt Baptiſmum conferebatur (*c*), aliquibus ſaltem anni diebus, omnibus pariter optantibus, ab ipſius Baſilicæ Archipresbytero, vel ab alio, ut præfertur, ab eo deputato, vigore ſpecialis conceſſionis, & peculiaris privilegii eidem impertiti a Romano Pontifice, ſub cujus immediata juriſdictione prædicta Baſilica exiſtit, adminiſtrari poſſit atque conferri.

Attamen ſpeciale id Privilegium eſſe declarat Rom. Pont. ſub cujus immediate juriſdict. eſt Baſilica.

Huc accedit, quod ſicutiglorioſiſſimi Apoſtoli Petrus & Joannes, in ipſis Eccleſiæ naſcentis exordiis, primi ab Apoſtolico Collegio adhuc Hieroſolymis agente in finitimas Regiones ablegati fuerunt, ut per eorum miniſterium, & manuum impoſitionem novelli credentes acciperent Spiritum Sanctum, quemadmodum Liber Actuum teſtatur; ita maxime congruum nobis viſum eſt, ut in duabus Patriarchalibus Romanæ Urbis Eccleſiis, quæ in eorumdem Apoſtolorum honorem atque memoriam Omnipotenti

(*a*) Ex Decreto ejuſd. SS. D. N. an. 1743. emanato *to.* 3. *pag.* 319.

(*b*) Hæ literæ extant ſupra *pag.* 314. *ſeqq.*

(*c*) Notanda pauca hæc apud Mabillon *Muſ. Ital. to.* 2. *ord.* 7. *pag.* 83. de Confirmatione poſt Baptiſmum continuo conferenda: *Et hoc omnino præcavendum eſt, ut hoc non negligatur: quia tunc omne baptiſmum Chriſtianitatis nomine confirmatur.* Quod autem maxime attendendum, doctiſſimus Martene *de Eccl. Rit. lib.* 1. *cap.* 2. *art.* 1. *n.* 3. hanc diſciplinam alicubi deſueviſſe colligit ex iis verbis Pontificalis Apamienſis ad an. 1214. pertinentis: *Si Epiſcopus adeſt, ſtatim oportet eum confirmari Chriſmate, & communicari ſecundum conſuetudinem quarumdam Eccleſiarum.* Deinde ſubjicit, perſeveraſſe eam diſciplinam in Eccleſia Gallicana: & ſimiliter conjici poſſe ex Miſſali Rom. ad uſum Fratrum Minor. Quando autem Romæ deſueverit, fortaſſe eodem ſec. XIII. hauddum invenire potui. Certe Gregorio IX. Pontifice eadem vigebat; & in Adultorum Baptiſmate adhuc viget.

(*e*) Hujuſ-

tenti Deo dicatæ, cæteris Urbis & Orbis Eccleſiis dignitatis & gloriæ prærogativa antecellunt, Cæleſtium Chariſmatum fontes ad perennem Eccleſiæ ædificationem Chriſtifidelibus perpetuo paterent. Ut autem omnia, quæ ad prædicti Sacramenti adminiſtrationem pertinent, rite recteque impleantur atque ſerventur, volumus atque præcipimus, ut in eadem Vaticana Baſilica, & in loco ad id decenter aptato inter Altare Cathedræ S. Petri, ejuſque Confeſſionem, vel alibi, pro rerum & temporis opportunitate, intra camdem Eccleſiam, ſingulis prædictis diebus, horis antemeridianis, & ad populi commodum opportunis, Sacramentum Confirmationis adminiſtretur; præmiſſa ſemper in ſingulis diebus huiuſmodi, ad inſtructionem Confirmandorum, apta & gravi oratione, per aliquem de Clero Vaticano, quem præfatus Cardinalis pro tempore Archipresbyter ad id deputaverit, peragenda, ſuper ipſius Sacramenti ſanctitate atque præſtantia. Et ſicut hactenus Regeſtum eorum, qui in ipſa Baſilica confirmati fuerunt, ab Archivi Capitularis Cuſtode ſervari conſuevit; ita ab eodem in poſterum authenticum omnium Confirmatorum hujuſmodi Regeſtum in ipſo Archivo diligenter retineatur, & aſſervetur; ex quo, ad petentium inſtantiam & opportunitatem, authentica pariter Teſtimonia, ſeu Fides, extrahi poſſint; atque uno verbo omnia & ſingula obſerventur & impleantur, quæ circa collationem & adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis, providis Eccleſiæ regulis præſcripta reperiuntur.

XIII. Ordinem ea occaſione ſervandum præſcribit.

XIV. Ex cunctis Urbis regionib. infantes baptizandos ſtatuit in Baſilica.

Baptiſmi vero Sacramentum in eadem Vaticana Baſilica non ſolum Infantibus intra peculiares ipſius Parochiæ fines in lucem editis; ſed, ut ſuperius innuimus, aliis etiam quibuslibet, tam in Urbe, quam extra illam natis, [quorum quidem plurimos, ob venerationem Beatiſſimi Apoſtolorum Principis, a piis parentibus ad ipſius Eccleſiam baptizandos deferri conſtat] libere & licite adminiſtrari, tum veteri omnium ferme ſæculorum uſu & obſervantia receptum eſt; tum etiam in ſacris Viſitationibus, & præſertim in ea, quam anno MDCXXV. fel. rec. Urbanus Papa VIII. in dicta Baſilica peregit (a), ac præterea judiciali definitione Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die XV. Maji anni MDCC. edita, agnitum fuit, atque firmatum(b), & Nos demum hujus noſtræ Conſtitutionis vigore id ipſum indubitanter atque perpetuo ſervari volumus, atque decernimus. At quoniam non ignoramus, nonnullos aliquando ex aliarum Urbis Eccleſiarum Parochis ſive Curatis, vel de ſuorum jurium conſervatione plus nimio ſollicitos, vel etiam contra prædicta Decreta pervicaciter obſirmatos, vetus hoc Vaticanæ Baſilicæ, ejuſque Capituli, & Parochi, ſive perpetui Vicarii, jus, & juris hujuſmodi exercitium, ſi non aperte impugnare, at ſaltem artificio eludere & impedire conſueviſſe; denegando ſcilicet propriis Parochianis ea Documenta, ſive Schedulas de legitimis Infantium natalibus, quæ eidem Vaticanæ Baſilicæ Parocho exhiberi debent, aut Schedulas ipſas ejuſmodi forma concipiendo, ut vel parentes ipſius prolis, abſque proprio dedecore eas exhibere, vel Vaticanus Parochus eaſdem, abſque injuria Baſilicæ, recipere non poſſent; aut demum aliis artibus, quibus ab religioſæ hujuſmodi voluntatis implemento prædictos reſpective Parochianos deterrendos eſſe proſpicerent: adeout Nos ipſi, propter nonnullorum hujuſmodi Parochorum culpam, neceſſe habuerimus, omnes in commune Urbis Parochos initio Pontificatus noſtri apud nos congregatos, gravibus verbis hac de re admonere, atque etiam Edictis per organum dilecti filii noſtri S. R. E. Cardinalis hodierni noſtri in Urbe Vicarii publice propoſitis, coercere: Idcirco, ut omnis in poſterum tergiverſandi via cuilibet perpetuo ſit præcluſa, ſtatuimus atque decernimus, ut prædictarum Schedularum exempla ſub certa & invariabili forma Typis imprimantur, eaque non ſolum aliarum Urbis Eccleſiarum Parochis diſtribuantur; ſed etiam ab ipſius Vaticanæ Baſilicæ Parocho, vel a Sacriſtiæ Curatoribus, cuilibet petenti gratis concedantur; volentes, ut hujuſmodi Schedulis impreſſis nihil a Parochis adſcribi poſſit aut debeat,

XV. Alii: aliorum Parochorum tergiverſationibus occurrit:

Schedulas typis impreſſas ſub certa forma ſola gratis dari Parochis jubens.

(a) Verba ipſa huc ſpectantia ſunt hujuſmodi: *In hac Baſilica rite baptizantur Infantes aliarum Parochiarum Urbis*: Et in Archivo Baſil. *capſ. 7. faſc. 269.* extant Decreta Viſit. Prædictis autem verbis fidem majorem adjungunt Acta Viſitat. Parochiæ S. Petri ab Innoc. XII. commiſſæ Card. Franc. Nerlio an. 1693. Ita enim habent: *Perche quivi ſi battezzano i fanciulli, che vengono portati dalle altre Parrocchie di Roma da tempi immemorabili: e però nella viſita fatta dalla S. M. d' Urbano VIII. giuſtamente fu pronunciato*: In hac Baſilica rite &c. *ſenza che dagli altri Parochi poſſano eſſere impediti o il Vicario di S. Pietro, o li conſuenti.*

(b) Inſtantibus aliis Curatis & Parochis Urbis propoſitum fuit hoc dubium: *An Vicario Curato S. Petri in Vaticano liceat baptizare commorantes in aliis Parochiis Urbis?* Reſp. *Affirmative.* Petra to. 2. *Comm. in Bullas ſingulas Summor. Pontiff in 2. Greg. IX.* animadvertit, Curatum S. Petri *niximo immemorabili conſuetudine* quibuſcumque cujuſvis Parochiæ conferre Sacramentum Baptiſmi.

Pœnam pecuniariam inobedientibus, graviorem doloſe agentibus minatur

debeat, præter Parentum nomina, & Prolis nativitatem, cum ipſorum Parochorum ſubſcriptione, & impreſſione ſigilli eorum Parochiæ. Quod ſi hujuſmodi Schedulis alia fortaſſe, præter præmiſſa, ab iiſdem Parochis adſcribi, vel earum ſubſcriptionem petentibus abſque legitima cauſa denegari contigerit; volumus eoſdem Parochos, ſingulis vicibus, quibus huic noſtræ Ordinationi contraire præſumpſerint, pœnam quinque Ducatorum auri in auro, in ſubventionem piæ Domus, & Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia erogandorum, irremiſſibiliter incurrere, & cum effectu perſolvere, ſublata cuilibet condonandi, vel aliter judicandi facultate: Si vero conſtiterit, eoſdem Parochos aliis artibus adniti hanc ſpiritualem conſolationem, & conceſſam libertatem ſuis Parochianis adimere, eoſque ab hujuſmodi erga beatum Apoſtolorum Principem devotionis actu revocare; gravioribus etiam pœnis, & mulctis a competentibus Judicibus tam ex officio, quam ad recurrentium inſtantiam, volumus coerceri.

XVI. Privilegia vetera Baſilicæ recenſens inſtaurat.

Cætera vero illuſtriora Privilegia, quæ ad Vaticanæ Baſilicæ dignitatem & decus pertinent, ſtrictim attingendo aſſerere & confirmare volentes, decernimus in primis, ut ſolemnes Romanorum Pontificum Conſecrationes, juxta vetuſtiſſimum Romanæ Eccleſiæ ritum, in Urbe, non alibi quam ad Altare Confeſſionis Beati Petri Apoſtoli; (ſuper quo præter Romanum Pontificem, nemini omnino licet, abſque expreſſa ipſius Pontificis conceſſione, per literas Apoſtolicas ſingulis vicibus expedienda (*a*), incruentum Sacrificium offerre); ſicut e contra ad prædictum Altare non aliæ, quam hujuſmodi Succeſſorum noſtrorum Conſecrationes, ſive Ordinationes, peragantur (*b*).

Ac primo Conſecr. Rom. Pont. ad altare S. Petri Apoſt. Principis

Coronationes quoque eorumdem Pontificum Romanorum, dum ſcilicet Sacro Pallio ex Corpore Beati Petri deſumpto decorantur, & tanquam Apoſtolicæ ipſius poteſtatis Succeſſores, publica omnium Ordinum adoratione coluntur, ad prædictum Altare, & in eadem reſpective Baſilica de more celebrentur (*c*).

A quo Apoſtol. auct. origo petitur.

Æquum eſt enim, ut ibi Sacerdotii Magni accipiant unctionem, & ſacræ juriſdictionis inſignia ſuſcipiant, ubi Apoſtolorum Principis oſſa quieſcunt, *a quo*, ut S. Innocentii I. Prædeceſſoris noſtri verbis utamur, *Epiſcopatus ipſe & tota auctoritas nominis hujus emerſit* (*d*). Qua etiam ratione factum eſſe non dubitamus, ut Venerabiles Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices,

(*a*) Ex hujuſmodi Apoſt. literis nonnullas edidimus in hac Collectione. Antiquiores cæteris dedit Clemens VI. pro Anibaldo Epiſc. Tuſculano an. 1349. (*to. 1. pag. 335.*) Poſtea Eugenius IV. an. 1444. pro Guillelmo Card. Rothomagenſi (*to. 2. pag. 102.*) Pius IV. an. 1563. pro Card. Moniliano (*to. 3. p. 50.*) & S. Pius V. an. 1569. pro Othone Truſches Epiſc. Albanenſi (*to. 3. pag. 72.*) Clementinas voco antiquiores, quod video per Pontificem rogari Canonicos; nam *retroactis temporibus extiterit conſuetum, per Cardinalem S. R. E. officio Legationis fungentem vel alium in Altari majori Baſil. Principis Apoſtol. de Urbe miſſarum ſolemnia celebrari?* *to. 1. pag. 335.* Et ſane Canonicus Petrus Mallius antiquæ conſuetudinis nos admonet ſeptem Cardinalium hebdomadariorum, *qui ad Altare B. Petri per hebdomadam miſſas celebrare debent.* (*to. 1. pag. 123. not. b.*) Præterea ſupradictis diebus majoris hebdomadæ ex Ioannis IX. & Bened. IX. privilegio (*to. 1. pag. 18. & 21.*) Epiſcopus Silvæ Candidæ ibidem celebrabat: & Hadriani IV. Innocentii III. ac Greg. IX. etiam die Natalis Domini (*to. 1. pag. 59. 85. 115.*) Epiſc. Portuenſis. At cunctis Cardinalibus Avenione degentibus cum Pontifice, neque hebdomadarios, nec Portuenſes Epiſcopos ibi celebraſſe conſtat; ideoque ſenſim deſueviſſe conſuetudinem illam veterem: neque poſtea ullum abſque literis Apoſtolicis, ad ſacrum iſtud Altare Divinum ſacrificium peregiſſe compertum eſt.

(*b*) Baſilicam Principis Apoſtolorum fuiſſe proprium, immo privatum Romanæ Eccleſiæ locum faciendis ſacris Ordinationibus aureo iſto ſeculo ignorat Eruditorum nemo. Summa tamen argumenta ob oculos omnium ponere erit operæpretium. Liber Sacramentor. Gelaſianus (*lib. 1. cap. 20.*) hæc habet: *Menſis primi, IV. VII. & X. Sabbatorum die in XII. lectiones, ad S. Petrum, ubi Miſſæ celebrantur &c.* deinde Ordinationum Ritum exhibet. Ordo IX. apud Mabill. (*Muſ. Ital. to. 2.*) eamdem rem teſtatur pro octavo aut nono ſeculo. Ordo autem XI. apud eumdem, qui medio circiter ſeculo XII. a Benedicto Canonico ſcribebatur, luculentius de eodem Ritu (*num. 12.*) *Sabbato*, inquit, *Statio ad S. Petrum, ubi debet Ordinatio fieri a Pontifice, & celebrare Miſſam. Dum vero cantatur officium celeberrime a ſchola, & hymnus trium puerorum* Benedicite omnia &c. *deſcendit Pontif. ab Altari, & vadit ad S. Andream. Ibi facit conſecrationem. Facta conſecratione revertitur ad Altare: quia ad hoc Altare nulla conſecratio debet fieri, niſi de Rom. Pont. Et ſic in omnibus quatuor temporibus debet fieri.* Migratio S. Sedis in Provinciam, ac ſeptuagenaria ibidem commoratio hanc diſciplinam immutavit. Itaque quod pluribus jam actis ſeculis officium fuit Pontificis, arbitrium evaſit. Id patet ex Ordine Jacobi Cajetani ap. Mabill. XIV. *cap. 99. Quandocumque Romanus Pontifex facit Ordines, vel Conſecrationes Epiſcoporum, celebrat &c.* Et ex ſequenti Petri Amelii in Officio Sabbati Sancti *cap. 79. Si Papa volit aliquos ordines facere, & aliquos de Cardinalibus hac die conſecrare &c.* Nova autem hæc diſciplina obtinebat & Innocentio VIII. ſedente, quum Patritius vulgatum Ordinem ſcribebat; & Leone X. quum eumdem Marcellus in lucem edidit. In eo ſiquidem (*lib. 1. ſect. 8. cap. 20.*) ſic legimus *Nota, quod ſecundum inſtitutionem Gregorii I. hujuſmodi Conſecrationes* (Cardinalium) *non debent fieri apud Altare S. Petri, quia ibi ſolus Romanus Pontifex conſecratur. Quando Papa aliquos vult ordinare publice in S. Petro, conſuevit actus Ordinationis & Conſecrationis facere in Capella S. Andreæ vel alia, & reliquum Miſſæ finire ad Altare S. Petri.* En diſciplinæ Ordinationum ſummam uſque ad ſeculi XVI. adoleſcentiam quum Paulus III. Epiſc. Urbis Vicario eaſdem conceſſit per ſe vel per alium ab ſe eligendum faciendas (*Bullar. Rom. to. 1. pag. 672.*) Extat nihilominus teſtimonium perenne, quod nulla unquam delebit oblivio, diſciplinæ illius veteris tot ſeculorum curriculo religioſiſſime obſervatæ: Stationes videlicet ad S. Petrum omni Sabbato Quat. temp: ſacris Ordinationibus peragendis addicto.

(*c*) Plura hac de re ſuppetunt in Collectione iſta, quæ Indice rerum duce *V. Rom. Pontifex*, reperies. Liceat hic adjicere unum Bibliothecarii locum de Ordinatione Benedicti III. an. 855. nam inde confirmantur per nonum ſeculum quæ paſſim occurrunt in Collectione: *Præterea*, inquit ſect. 566., *Dominico die diluculo in Baſilicam B. Petri Apoſtoli ab Epiſcopis, Clero, Proceribus deductus eſt; & in conſpectu omnium, Imperialibus Miſſis cernentibus, in Apoſtolica Sede, ut mos eſt, & antiqua traditio dictat, conſecratus, ordinatuſque eſt Pontifex.*

(*d*) Ep. XXIX. num. 1. ap. Couſtant. to. 1. col. 888.

(*a*) Apoſto-

fices, per continuam plurium ſæculorum ſeriem, Sacros Chriſtianis Plebibus Rectores, Eccleſiiſque Miniſtros daturi, Ordinationes ſtatis anni temporibus apud Sanctum Petrum habere conſueverint; quod & priſci Eccleſiæ Romanæ Rituales Libri, & diſertiſſimi ſermones S. Leonis Papæ I. pariter Prædeceſſoris noſtri de Jejuniis quatuor Anni Temporum abunde teſtantur.

XVII. Vigilias & Benedictionem S. Pallii Archiepiſcopalis:

Eademque de cauſa, a remotiſſimis uſque temporibus, quorum initii memoria non extat, Sacra Pallia, quæ a Romano Pontifice Patriarchis, & Archiepiſcopis concedi ſolent, & per quorum traditionem (ut loquitur recolendæ memoriæ Prædeceſſor quoque noſter Innocentius Papa III.) *Pontificalis Officii plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur*, in eadem dumtaxat Vaticana Baſilica, ſacris vigiliis præmiſſis, benedici, & prope Corpus Beati Petri Apoſtoli aſſervari conſueverunt. In cujus Benedictionis exequendæ ritibus quum pro temporum conditione aliquas ſubinde variationes inductas fuiſſe animadverterimus; Nos, edita Conſtitutione, cujus initium eſt: *Rerum Eccleſiaſticarum origines*: data pridie Idus Auguſti Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII., totius Cæremoniæ ordinem, & formam, ac preces in ipſa Benedictione recitandas perpetuo ſtatuentes, decrevimus, Pallia hujuſmodi per Romanum pro tempore Pontificem quotannis in pervigilio Natalis Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Veſpertinis Officiis in eadem Baſilica celebratis, abſente vero Pontifice, per S. R. E. Cardinalem, illius vice Officium hujuſmodi in Pontificalibus celebrantem, benedici; eademque poſtmodum ſacrata Pallia intra venerandam Apoſtolorum Principis Confeſſionem, prope ſacrum illius Corpus, & non alibi, pretioſæ Capſulæ incluſa, quam nos etiam in hunc finem eidem Apoſtolorum Principi in obſequii noſtri pignus obtulimus, perpetuo aſſervari. Quam quidem Conſtitutionem noſtram, cum omnibus in ea contentis, præſentium quoque tenore confirmamus (*a*).

Per Pontificem, aut Card. celebrantem faciendam.

Similiter Unctiones, ſeu Benedictiones, & Coronationes Romanorum Imperatorum (*b*), & Catholicorum Regum & Reginarum, gloriam ſuam & honorem ad Aras ſupremi Regum Regis, & ad pedes Apoſtoli, Chriſtiana pietate afferentium, in eadem Vaticana Baſilica perfici debere ſtatuimus (*c*). Hoc enim requirit & antiqua conſuetudo innumeris actibus confirmata, & ipſa ſupremorum Principum & Chriſtianorum Populorum religio; quæ ſane luculentiſſima quæque erga Romanam Eccleſiam obſequii & devotionis argumenta, in venerationem potiſſimum beatiſſimi Apoſtolorum Principis, edidiſſe dignoſcitur. Huic factæ ſunt civitatum atque ditionum ceſſiones & donationes, Regnorumque oblationes & ſubjectiones; quarum diplomata ac monumenta non ſemel ſuper Altare Baſilicæ Vaticanæ ſignata, vel intra Confeſſionem B. Petri repoſita fuerunt (*d*). In ejus Æde præſtita ſunt Romano

XVIII. Coronationes Imperator. & Regum.

(*a*) Apoſtolicas iſtas literas, quæ his probantur, & confirmantur, edidimus *pag.* 326. *& ſeqq.* hujus voluminis. Eas conſule cum ſubjectis notis.

(*b*) Coronationem electi Imperatoris a S. Leone III. inſtitutam, quum Occidentale inſtauravit Imperium, bis omnino factam, urgente neceſſitate, in Baſilica Lateranenſi compertum eſt: primum an. 1134. quum Pſeudopontifice Petro Leonis occupante Vaticanum, neceſſe fuit, ut Innocentius II. Lotharium II. ibi coronaret. Deinde an. 1312. Roberto Siciliæ Rege Vaticanum ſimiliter invadente cum militibus, Henricus VII. Rom. populo inſtigante, illic a Legatis Pontificiis coronam ſuſcepit Imperii. (*to.* 1. *pag.* 250. *not. a*) tametſi Clementis V. Inſtructio rite faciendam in Baſilica Vat. præſcriberet. De Ludovico Bavaro invaſore Imperii nefarie ibidem coronato a Petro de Corbario Schiſmatico ſilere præſtat. Caroli V. coronatio Bononiæ peracta a Clem. VII. totam ibi Baſilicam retulit, uſque ad altare Sancti Mauritii, penes quod coronandus Imperator inungebatur, ut oſtendi in notis (*To.* 2. *pag.* 351. *ſeq.*) Cæterum ubi inſtituta a S. Leone III. an. 801. ibi annis 700. ſemper facta. Ritum ſacræ functionis ab Innoc. VI. deſcriptum habes (*to.* 1. *pag.* 351. *ſeqq.*) Caroli V. Succeſſores haud veniſſe Romam, ut coronam auream de manu Pontificis acciperent in Baſilica, eidem privilegium illud non adimunt: quod ne ex mente hominum excidat, hic cum reliquis confirmatur.

(*c*) Qua tenentur lege Romanorum Reges ut Imperii Coronam a Rom. Pont. ſuſcipiant, ea Catholicos etiam Reges teneri nemo dixerit. Pietate tantum moveri eos luculente affirmant hæ literæ Apoſtolicæ. Siquando autem id contigit, non alibi factum, quam in Vaticana Baſilica. Cumprimis celebris eſt coronatio Petri Aragonum Regis facta ab Innocentio III. anno ſui Pontif. ſeptimo, ſeu 1204. in Geſtis ejuſd. Pontif. apud Baluzium (*num.* 120. *& ſeq.*) necnon Caroli I. & II. Siciliæ Regum (*To.* 1. *pag.* 242. *ſeq.*) Et in Ord. Rom. XIV. ap. Mabillonium (*Muſ. Ital. Ord. XIV. cap.* 107.) Ritus occurrit coronationis Regum in Baſilica Vat. quemadmodum Reginarum (*c.* 108. *& ſeqq.*) quæ conſulens. Diſcrimen præcipue illud notare poteris indicatum in hac Collectione (*to.* 1. *pag.* 157.) quod gladius Imperatori cingendus dicitur *deſuper Corpore B. Petri ſumtus*: Cingendus autem Regi aut dicitur *de ſacro Altari ſumptus*, aut tacite cingitur. Ita ſcilicet Sergius II. ut ap. Anaſtaſ. legitur (*ſect.* 486.) *Hludovicum Lotharii Imp. filium oleo S. perungens, regali, ac pretioſiſſima coronavit corona Regemque Langobardis perfecit, cui Regalem tribuens gladium illum ſubcingere juſſit.* Ita Carolum I. Regem Siciliæ, ejuſque filium Carolum II. utrumq. in Baſilica Vat. Coronam ſuſcipientes gladio præcinctos eſſe intelligimus. (*to.* 1. *pag.* 242. *ſeq. to.* 2. *pag.* 10. *ſeq.*) Cæterum Imp. gladium *deſuper Corpore B. Petri* ſumi Cæremonialia vetera, & etiam illud Auguſtini Patritii perſpicue docent (*lib.* 1. *ſect.* 5. *cap.* 3.)

(*d*) Collectionis hujus (*to.* 1. *pag.* 14. *not. c*, *& pag.* 42. *not. b*) teſtimonia conſule. Satis mihi eſt Libri Pontificalis verba huc afferre de maxima, & potiſſima Caroli Magni donatione, Hadriano Pontifice. Anaſt. *ſect.* 319. *Quam prius ſuper Altare B. Petri, & poſtmodum intus in Sancta ejus Confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, tamque ejus Judices B. Petro, & ejus Vicario Sanctiſſimo Hadriano Papæ ſub terribili Sacramento ſeſe omnia conſervaturos, quæ in eadem donatione continentur, promittentes tradiderunt.*

mano Pontifici fidelitatis juramenta, & homagia; ibidem ſoluti cenſus, atque recepti; vel, ſi eos injuſte denegari contingeret, ſolemnium proteſtationum aliorumque legitimorum actorum vi repetiti (*a*). Huc denique ſemper ex omni Chriſtiani Orbis regione fidelium peregrinationes, orationis aut voti cauſa, ſuſceptæ (*b*); nec defuerunt etiam ex ſublimioribus ordinibus, qui, ex earum implemento, ad melioris vitæ propoſitum converſi, reliquum ætatis ſuæ tempus in Dei cultu tranſigere decreverint, ſuæque mortalitatis exuvias apud beatum Petrum ſepeliendas relinquere (*c*).

Obſequia vivorum Princip: in S: Petrum exervantur:

XIX. Supremæ Jurisd: actus ad S. Petri altare exerciti.

Quemadmodum vero eiſdem Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, pro tradita ipſis orthodoxæ fidei & canonicæ diſciplinæ præcipua cuſtodia, ſolemne olim fuit, coram B. Petri Apoſtoli Confeſſione publicas fidei ſuæ profeſſiones recitare, ac, ſicubi oportuit, vitæ quoque ſuæ rationes Clero Populoque exponere [*d*]; Sic etiam, dum Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudio, omnium Eccleſiarum Paſtores in recti dogmatis & unitatis Catholicæ communione debitæque ſubjectionis ordine continere ſemper curarunt, eoſdem ad Limina Apoſtolorum ſtatis temporibus evocare [*e*], & quoties ita res tulit, apud eamdem ſacratiſſimam Confeſſionem, eorum libellos, vel incorruptæ doctrinæ teſtes, vel quibus objecta eis crimina depellerentur, aut errores damnarentur, ab ipſis excipere, in more habuerunt [*f*]. Præterea pleroſque atque præcipuos ſupremæ Apoſtolicæ Juriſdictionis actus, ſive in perditorum ac pervicacium condemnatione, tum ſingulis annis in die Cœnæ Domini, tum quoties peculiaris rerum neceſſitas id poſtulavit [*g*], ſive in reconciliatione illuſtrium Perſonarum, quæ ad Eccleſiæ ſinum, ejuratis errorum impietatibus, regredi meruerunt [*h*], ſeu denique in generalium Indulgentiarum, & potiſſimum in Magni Jubilei publicatione, apud eamdem Baſilicam exercere conſueverunt [*i*].

XX. Beatificat: & Canonizat. in ſola Baſilica peragenda:

Quocirca quum nos dudum aliis noſtris Apoſtolicis literis, quarum initium eſt: *Ad Sepulchra Apoſtolorum*; IX. Kalendas Decembris anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLI. datis, ex juſtis ibidem expreſſis cauſis, ſtatuerimus, ut Servorum & Ancillarum Dei Beatificationes, & Beatorum Canonizationes in poſterum in eadem Vaticana Baſilica, & non alibi, peragantur; non obſtantibus quibuſcumque contrariis exemplis, quæ nullum præjudicium antiquo inſtituto, & Vaticanæ

(*a*) Antiqua exempla non ſunt opus, quum præſertim inſignes duo Ducatus, Fiduciario olim jure poſſeſſi, Ferrariæ, & Urbini ad S. Sedem devoluti jampridem ſint. Equus albus, & tributum pro Neapolitano Regno in Pervigilio Apoſtolorum, omnium oculis ſubjecta, aliorum quoque tributorum perſolutio in Cam. Ap:, & Proteſtationes eod. die quotannis inſtauratæ, inſtar erunt cæterorum cenſuum antiquiorum ac vetuſtioris cujuſque Homagii.

(*b*) Oratores quandoque appellantur in hac Collectione (*to. 2. pag. 24. not. d*) Quandoque Romipetæ (*to. 2. pag. 31.*) Non minus laude, quam æmulatione dignus hic præteriri non debet Andreas Card. Auſtriacus Ferdinandi Archiducis filius rebus praeclare geſtis, ac ſingulari pietate inſignis. Hic anno Jubileo 1600. ſacco indutus Orator & ipſe & Romipeta ad Vaticanam aliaſque Baſilicas ex Germania pedes ſe contulit; eodemq. anno a Clemente VIII. cognitus, receptuſque in Vaticanas ædes, pie mortem occubuit. *Victorell. & Ughell. addit. ad Ciacon.*

(*c*) Galla Patritia filia Symmachi Conſulis vidua, de qua S. Gregor. in Dial. & Baron. an. 504. *n. 61. ſeq.* & quam memorabam (*to. 2. pag. 49. ſeq.*) ſuum hic locum meretur. Agnes quoque Auguſta Henrici II. uxor, cujus ſepulchrum extabat in Eccleſia S. Petronillæ Bertoldo teſte illius ævi ſcriptore ap. Baron. an. 1077. n. 78. Necnon Alpharani tab. Icnograph. *n.* 160. & Ciampin. *de Sac. Ædif. pag.* 83. Carola item piiſſima Regina Cypri & Jeruſalem huc profecta pietatis ergo, ac prope S. Petrum degens in domo juris Capituli, ibi ſuæ peregrinationis & vitæ terminum nacta eſt Sixto IV. Pontifice: quam imitata eſt Maria Cpolitana illuſtris femina: extantque utriuſque monumenta græco charactere inciſa marmori in Cryptis Vaticanis Tab. Icnogr. Alphar. *n.* 90. & *lib. MS.* eod. *num.* Ciampin. ibid. *p.* 69. (*Vide to. 1. pag. 42. not. f.*)

(*d*) Liber Diurnus Rom. Pontif. ex Garnerii edit. (*cap. 2. tit. 9.*) tres hujuſm. Profeſſiones exhibet. Harum primam, quæ dicebatur *Indiculum*, Pontifex offerebat *corporali jurejurando* ipſi Apoſtolor. Principi. Alteram *cum noſtra manu ſubſcriptione* [utor verbis ipſis Pontificis] *coram omnibus relectam in Confeſſione B. Petri Apoſtolorum Principis depoſuimus*. Tertiam denique, quam melius allocutionem dixerimus poſt conſecrationem Pontificis, concludebat hortatio ad congregatos fideles, ut *ad Sacratiſſimum, & venerabile B. Apoſtolorum Principis corpus fixis genibus*, D. J. Chriſtum orarent &c.

(*e*) Conſule S. Zachariæ conſtitutionem cum ſubjectis notis (*to. 1. pag. 12.*) Necnon fragmentum Epiſtolæ S. Greg. Magni (Ibid *pag. 4. not. a & b*) atque Honorii I. Epiſtolam (Idid. *p.* 7.) Præcipue tamen apud Diurnum laudatum (*cap. 3. tit. 13.*) formulam ipſam invitatoriam; eruditaſque Garnerii notas ſubjectas. Vide etiam Sixti V. literas Apoſtolicas (*to. 3. pag. 150. ſeq.*)

(*f*) Plura ad rem occurrunt (*to. 1. pag. 1. ſeq. in notis*) verba tantum ipſe Leonis III. adjiciam, de Felicis Urgellitani libello (Labb. *Concilior. to. 7. pag.* 1150.) *In Confeſſione ſuper Corpus B. Petri Apoſtoli ipſum ponens Ortodoxum ſuum libellum ſimiliter & illic juravit, nequaquam ſe dicere audere adoptivum, ſed proprium & dilectum Filium Dei teneo, & confiteor.* Prædicta Agnes Aug. & hic locum habet; quæ quum nefariæ Cadaloi promotioni interfuiſſet, Romam venit, ibique S. Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum & patrem, & præconem ſuarum laudum nacta eſt (Baron. *an.* 1062. *n.* 96.) Hæc præ aliis ille narrat: *Ubi qui ad Apoſtolorum limina confluunt, ſanctæ devotionis tuæ ſalubriter imitentur exemplum; ſub arcana quoque B. Petri Confeſſione ante ſacrum Altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus &c.*

(*g*) Præclarum rei exemplum ſunt S. Gregorii VII. literæ 18. *lib.* 1. (Labbe Concilior. *to. x. pag.* 33.) ubi ait Guillelmo Comiti Pictavienſi de Philippo Francorum Rege, & illi adhærentibus: *In Romana Synodo a Corpore & Communione S. Eccleſiæ ipſum, & quicumque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus, & ejus quotidie ſuper Altare S. Petri excommunicatio confirmabitur.*

(*h*) Regino ap. Baronium *an.* 868. *n.* 48. Lotharium Francorum Regem abſolutum ab Hadriano II. teſtatur; dum Pontificem ita loquentem inducit: *Reſtat ergo, fili cariſſime, ut ad Confeſſionem S. Petri accedas. Ibi Deo propitio hoſtiam ſalutarem pro tua non tam corporis, quam animæ incolumitate immolabimus.* Pro alio quovis exemplo mihi erit Henrici IV. abſolutio ab anathemate ob hæreſim, de quo ſum loquutus in Clem. VIII. *to.* 3. *pag.* 101. *not. d.*

(*i*) Bonifacius VIII. Indulgentiæ plenariæ inſtitutor centeno quoque anno, qui Jubileus dicitur, quamquam contractior poſt Bonifacium factus, quinquagenus videlicet, inde quinus & vicenus quilibet annus non modo ex Vaticana Baſilica illam edixit; Sed SS. Petri & Pauli dumtaxat Baſilicas viſitantibus conceſſit, ut patet ex ejus literis *to.* 1. *pag.* 665. P. Amelius de Canonizatione agens S. Birgitthæ an. 1391. *Ord. Rom. XV. ap.* Mabill.

ticanæ Baſilicæ prærogativæ afferre decrevimus; id ipſum harum tenore confirmamus & innovamus, & inviolabiliter in poſterum obſervari mandamus [*a*]. Ac præterea dilectos filios Canonicos & Clerum prædictæ Vaticanæ Baſilicæ, amplioris gratiæ favore proſequi volentes; decernimus, ut, quoties in eadem Baſilica hujuſmodi ſolemnes Canonizationes, juxta præmiſſa, celebrabuntur, quemadmodum in noviſſima Canonizatione quinque Sanctorum Anno Domini MDCCXLVI. die Natali Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli per nos celebrata, de mandato noſtro factum fuit; ita & in poſterum ſemper peculiaris & certus locus in adornando ſacræ functionis apparatu eiſdem præſervetur, ex quo decenter & commode ſacræ ſolemnitatis ritum ſpectare poſſint, indeque a nemine quavis auctoritate valeant amoveri. Similiter alias noſtras Apoſtolicas literas XIV. Kalendas Martii Anno ab Incarnatione Domini MDCCXLIV. Pontificatus noſtri Anno V. editas, harum quoque ſerie confirmantes & innovantes, ſtatuimus, ut ſi quando, Apoſtolica Sede vacante, ſolemnitatem Corporis Chriſti celebrari contingat, Proceſſio generalis totius Cleri Urbis, cum interventu Officialium Romanæ Curiæ, quemadmodum vivente Romano Pontifice moris eſt, apud Baſilicam Vaticanam celebretur, eo ritu, atque ordine, quem in prædictis noſtris literis, aliaque Schedula eadem die manu noſtra ſignata, diſtincte præſcripſimus [*b*]. Supplicationis quoque generalis die feſto S. Marci Evangeliſtæ ab univerſo Clero Urbis ad Vaticanam Baſilicam quotannis haberi ſolitæ, perpetuam obſervantiam, & ritus a Prædeceſſoribus noſtris Alexandro IV., Eugenio IV. & Nicolao V. Romanis Pontificibus præſcriptos [*c*], nec non Decreta condita a Congregatione Sacrorum Rituum ſuper ejuſdem celebratione, ac præſertim Decretum ſuper modo, quo alia Urbis Eccleſiarum Capitula Vaticanam Eccleſiam ea occaſione ingredientia ab ejuſdem Capitulo recipi debent, die XV. Aprilis Anni MDCVI., editum, & a fel. rec. Paulo Papa V. ſpecialiter confirmatum, novo Apoſtolicæ confirmationis noſtræ munimine roboramus, ac perpetuis futuris temporibus inconcuſſe ſervari præcipimus (*d*). Oblationem præterea unius Calicis cum octo Cereis facibus, quam Conſervatores Cameræ Almæ Urbis noſtræ ſingulis annis die feſto eorumdem Sanctorum Apoſtolorum, ipſius Almæ Urbis Patronorum principalium, juxta Decreta in Conſilio ejuſdem Cameræ condita, & a Prædeceſſoribus noſtris approbata, ſæpedictæ Baſilicæ dare & offerre conſueverunt, in poſterum quoque ſingulis annis ab iiſdem Conſervatoribus perpetuo dari volumus & offerri; itaut ad normam literarum Apoſtolicarum fel. rec. Gregorii Papæ XV. ſub Annulo Piſcatoris die XVII. Auguſti Anni MDCXXI. expeditarum (*e*), prædictus Calix valoris ſexaginta ſcutorum monetæ eſſe debeat, iidemque Conſervatores pecunias pro Calice dicti valoris, & facibus Cereis hujuſmodi neceſſarias, ex quibuslibet ejuſdem Cameræ Capitolinæ redditibus, ſive proventibus deſumere, præſentium quoque literarum noſtrarum vigore, poſſint & valeant. Permittentes ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Capitulo & Canonicis prædictis; quemadmodum alias a ſan. mem. Prædeceſſoribus noſtris Clemente Papa XI. & Innocentio Papa XIII. per eorum literas Apoſtolicas in forma Brevis die X. Aprilis anni MDCCXIII., & die XVII. Julii MDCCXXIII. reſpective datas, ad decennium tantum reſpective valituras (*f*), indultum

XXI. Locus ea occaſione deſtinandus Capitulo & Clero:

XXII. Proceſſ. SS. Corporis hor. Sed. Vac. ad S. Petr. faciendus:

XXIII. Ritus in Proceſſ. S. Marci antiquus ſervandus:

XXIV. S. P. Q. R. oblatio Calicis precaria ſumma commutari permittitur.

bill. *cap.* 153. hoc nobis teſtimonium ad rem ſuppeditat: *Omnes Cardinales & Prælati induti ſacris veſtibus, prout fuerant in Miſſa, cum Mitris iverunt ad feneſtras prope campanile in loco deambulatorio, ubi Romani Antiſtites conſueverunt dare populo Indulgentiam, & ibi Papa dedit de vera Indulgentia illa die, ſicut in Jubileo, ob reverentiam Brigidæ: & in S. Petro, & in S. Laurentio in Paniſperna, ubi S. Brigida dicta fuit ſepulta: & quicumque viſitaſſet dictas duas Eccleſias S. Petri, & S. Laurentii ſeptem vicibus per totum præſentem menſem* (erat dies 7. Octob.) *haberet Indulgentiam Jubilei*. De anni autem Jubilei publicatione res eſt ſatis plana, noſtriſque nuperrime oculis obverſata.

(*a*) Quas hic probat, confirmatque Apoſtolicas literas ſupra edidimus *pag.* 310. Eas conſule cum ſubjectis notis.

(*b*) Has item literas cum Schedula, ſeu Motu proprio, ut audit, videre eſt ſupra *pag.* 320.

(*c*) Conſulendæ literæ Alexandri IV. *to.* 1. *pag.* 140. Eugenii IV. binæ, quarum unis Alexandrinas confirmat; alteris Canonicos Lateranenſes, qui ob quamdam litem cum Vaticanis ad Baſilicam S. Petri non accedentes excommunicationem incurrerant, abſolvit per ſuum Vicarium in Urbe relictum: nam is degebat Florentiæ *to.* 2. *pag.* 96. *ſeq.* Nicolai demum V. literæ *to.* 2. *pag.* 123. *ſeq.*

(*d*) Decretum iſtud, quod extat in Archivo Baſilicæ inter Decreta edita a ſacra Congreg. Viſit. Apoſtol. *capſ.* 7. *faſc.* 269. ſpectat rationem recipiendi duo Capitula S. Mariæ Transtyberim, & S. Laurentii in Damaſo: quod relatum Paulo V. per Ptolomæum Gallum Epiſcopum Oſtienſem die 17. Aprilis in Conſiſtorio confirmatum fuit ſpecialiter, ut patet ex his verbis: *Sanctitas ſua ſententiam Congregationis approbavit, laudavit, & omnino, & ad unguem exequi mandavit*.

(*e*) Hæ literæ extant hujus tertii voluminis *pag.* 229.

(*f*) V. ſupra *pag.* 290. & 292.

(*a*) Præ-

Digitized by Google

indultum fuit, ut ipſi, vice & loco prædicti Calicis a memoratis Conſervatoribus quotannis, ut præfertur, offerri ſoliti, illius pretium ab iiſdem pro tempore Conſervatoribus recipere valeant: ea tamen lege, ut pretium hujuſmodi penes Montem Pietatis de Urbe illico deponatur, indeque amoveri nequeat, niſi ad effectum illud convertendi in emptionem tot ſacrarum Supellectilium in Baſilica præfata magis neceſſariarum, quibus Inſignia Senatus Populique Romani apponi debeant; præſenti conceſſione perpetuum vigorem futuris temporibus habitura.

XXV. Decretum Alex. VII. pro ſupellectilibus Sacrarii in Beatif. & Canoniz. confirmat.

Cumque recol. mem. Prædeceſſor noſter Alexander Papa VII. die XXVII. Septembris anni Domini MDCLIX. ad Divini cultus augmentum, & ſacrarum Supellectilium in eadem Vaticana Baſilica conſervationem, providum Decretum ediderit, a nobis alias in Opere de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Tomo I. relatum, & in præfatis Apoſtolicis literis incipientibus: *Ad Sepulchra Apoſtolorum*: denuo confirmatum; quo certam contributionem, quingentorum ſcilicet ſcutorum auri in auro in cujuslibet Servi Dei Beatificatione, & mille ſcutorum auri ſimilium in cujuſcumque Beati Canonizatione, ab hujuſmodi Cauſarum Poſtulatoribus, favore Sacrarii ejuſdem Baſilicæ, perſolvi mandavit, in conficiendis, ſive conſervandis ſacris Supellectilibus prædictis, & non aliter, omnino erogandam; Nos hujuſmodi Decreti Chirographum, ejuſque integrum tenorem præſentibus pro plene, & de verbo ad verbum inſertum habentes, denuo auctoritate noſtra approbamus & confirmamus, &, quatenus opus ſit, quæ ab ipſo Alexandro Prædeceſſore decreta ſunt, motu, ſcientia, & poteſtate ſimili rurſus decernimus & conſtituimus, & in futurum inviolabiliter obſervari mandamus [a].

XXVI. Prædeceſſorum Decreta de ingreſſu, & media annata Canonicor. &c. pro eod. Sacrario inſtaurat.

Confirmamus pariter & innovamus aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, præſertim Sixti IV. Clementis VII. Pauli III. Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum Conſtitutiones, & Ordinationes, quibus certa portio a ſingulis Archipresbytero, & Canonicis, ac Beneficiatis, & Clericis Beneficiatis, in adeptione poſſeſſionis eorum reſpective Archipresbyteratus, & Canonicatuum, ac Præbendarum, & Beneficiorum, ſupradictæ Sacriſtiæ reſpective ſolvenda præſcribitur; quemadmodum etiam integra medietas omnium fructuum & diſtributionum primi anni dictorum Archipresbyteratus, & Canonicatuum, ac Præbendarum, & Beneficiorum omnium, poſt adeptas illius & illorum reſpective poſſeſſiones, eidem Sacriſtiæ applicari jubetur: quas quidem præſtationes ad ejuſdem Sacriſtiæ impenſas, quas ipſa quotidie pro dictis ſacris Supellectilibus, aliiſque ad divinum cultum pertinentibus ſubire debet, congrue ſuſtinendas, & non aliter, erogari perpetuo volumus & jubemus [b].

XXVII. S. Pii V. Decretum de Capellis & Oratoriis privatis eorumque ſupellectilibus teſtamento non legandis &c probat;

Et quoniam a recol. mem. Prædeceſſore pariter noſtro S. Pio Papa V. per literas, quarum initium eſt: *Romani Pontificis*:, datas apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXVII. tertio Kalendas Septembris, Pontificatus ſui anno II., ſumma æquitatis & providentiæ ratione generaliter ſtatutum fuit, ut omnia & ſingula ſacra ornamenta, paramenta, ac vaſa, libri, & alia quælibet ad uſum & cultum Divinum in privatis Ædibus, Cappellis, & Oratoriis quorumcumque Eccleſias & Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium deſtinata, quæcumque tempore eorum obitus, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato relicta fuerint, ea neque ſub quibuſvis facultatibus teſtandi & diſponendi de bonis ex Altari, vel alias quomodolibet per eos acquiſitis, etiam per Romanos pro tempore Pontifices quomodocumque conceſſis & concedendis comprehendantur, neque ſub appellatione ſpoliorum veniant; ſed ad ſingulas Eccleſias, quibus ſupradicti præfuerint, ſeu in quibus Beneficia Eccleſiaſtica obtinuerint, omnino ſpectent atque pertineant; eiſdemque Eccleſiis poſt

(a) Prædictum Alex. VII. decretum quomodo emanrit vide ſupra *pag.* 272. *ſeq.* Ejus confirmationem a SS.D.N. factam *pag.* 311. *ſeq.*

(b) Præluſerat laudatis hîc Conſtitutionibus Nicolaus III. ut videre eſt *to.* 1. *pag* 177. Certe Eugenius IV. meminit portionis ſolvendæ a Canonicis &c. pro Sacriſtia. *To.* 2. *pag.* 91. Sixtus IV. omnium primus ſummam decernit Sacriſtiæ ſolvendam, antequam poſſeſſio ineatur. *To.* 2. *pag.* 207. Clemens VII. inſtituit mediam Annatam inſuper ſolvendam primo anno a quibuſcumque Canonicis &c. *To.* 2. *pag.* 377. Paulus III. tam ſummam ſolvendam in ingreſſu, quam mediam annatam concedit expendi etiam poſſe pro emolumentis miniſtrorum Sacriſtiæ, cera, oleo, & aliis rebus ad eam pertinentibus. *To.* 2. *pag.* 424. Clemens VIII. jura, bona, reditus &c. Sacriſtiæ, a Sixto V. adnexa maſſæ communi, diſſolvit, revocatque in priſtinum ſtatum *To.* 3. *pag.* 194. Idem Pontifex confirmat Motum proprium Pauli IV. *To.* 3. *pag.* 41. ſub excommunicationis pœna prohibens commodari cujuslibet generis paramenta, vaſa &c. Sacriſtiæ cuilibet perſonæ, præterquam illis de gremio. *To.* 3. *pag.* 181. *ſeq.* Paulus V. confirmat Prædeceſſorum Conſtitutiones. *To.* 3. *pag.* 213. *ſeqq.*

(a) Thoma-

poſt illorum obitum, etiamſi procul ab Eccleſiis ipſis deceſſerint, vel ad eas nunquam acceſſerint, iiſque, & Beneficiis hujuſmodi renunciaverint, eo ipſo applicata & incorporata ſint & eſſe cenſeantur; licet id nova confirmatione minime indigeat, quinimmo quoad Vaticanam Baſilicam ejuſque Sacrarium in viridi obſervantia eſſe dignoſcatur; ne tamen in dubium unquam revocari valeat, Nos etiam præſentium tenore memoratam S. Pii Prædeceſſoris legem in omnibus & per omnia confirmantes, ſtatuimus atque decernimus, eamdem quoad Cappellas omnium & ſingulorum, qui in eadem Vaticana Baſilica Canonicatus, aut Beneficiatus, ſeu Clericatus quandocumque obtinuerint, etiamſi eorum obitus tempore non amplius eadem obtineant, omnino obſervari debere; itaut, illis defunctis, liceat Capitulo & Canonicis ipſius Baſilicæ, illiuſque Sacrario præfectis, ſacram hujuſmodi Cappellarum ſupellectilem, propria auctoritate libere apprehendere, dictæque Eccleſiæ & Sacriſtiæ applicare & incorporare; nec ullæ donationes, ac relicta, legata, teſtamenta, codicilli, & aliæ ultimæ voluntates, ſeu ſpolia ſuper his aliter facta, ullius roboris & momenti exiſtant, aliiſve Eccleſiis, locis, aut perſonis quibuſcumque, in quorum favorem facta fuerint, ullatenus ſuffragentur, eiſque jus aliquod in rebus hujuſmodi, ſeu ad illas tribuere valeant; ſed omnes & ſinguli hujuſmodi ſacras res quocumque nomine vel titulo pro tempore detinentes, ad illas Baſilicæ & Sacriſtiæ prædictis realiter & cum effectu reſtituendum & conſignandum omnino teneantur, & ad id per cenſuras & pœnas, etiam furti & ſacrilegii, ac alia opportuna juris & facti remedia cogi & compelli poſſint & debeant (*a*). Res autem ejuſdem Sacriſtiæ, atque Baſilicæ, videlicet ſacra vaſa, veſtes ſacras, imagines, jocalia, aliaque bona, non liceat Archipresbytero, Capitulo, aut alteri cuiquam quacumque dignitate fulgenti, alienare ſeu vendere, præterquam ex cauſa commutationis in alia ad eumdem Divini cultus uſum magis neceſſaria aut opportuna [*b*], vel etiam extra eamdem Baſilicam commodare ad quemlibet uſum, niſi Eccleſiarum Baſilicæ ſubditarum, aut quibuſcumque perſonis, (iis tantummodo exceptis, quæ de gremio Cleri Baſilicæ ſunt, cum debita tamen circumſpectione) cujuſcumque dignitatis, etiamſi S. R. E. Cardinales exiſtant, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & ſuſpenſionis a portionibus (*c*); præter refectionem omnium damnorum, quæ ipſorum culpa Baſilicæ & Sacriſtiæ prædictis obvenerint. Quæ vero pertinent ad conſervationem & ornatum Fabricæ ipſius Baſilicæ, quum ea ſeorſim adminiſtrentur a Congregatione venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, eidem Fabricæ præpoſitorum, cujus tamen Congregationis Præfectus, jam uſque ab ipſius Congregationis erectione, idem ſemper dictæ S. R. E. Cardinalis fuiſſe dignoſcitur, qui ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteratum pro tempore obtinuit; Nos hic de illis agere prætermittemus; at aliam nos referentes Apoſtolicam Conſtitutionem, quam nuper, videlicet XVII. Kalendas Decembris elapſi anni ab Incarnatione Dominica MDCCLI. edidimus; & in qua, tum pro judiciali cauſarum curſu, tum pro œconomica rerum ipſius Fabricæ adminiſtratione, nonnulla præſcripſimus, quæ opportuna & utilia fore in Domino judicavimus (*d*). Ut autem ſæpedictæ Baſilicæ jura, dominia, & proprietates, quantum fieri poterit, perpetuo illæſa permaneant, quod jam a pluribus aliis Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, & præſertim ab Innocentio III., & Gregorio IX. in eorum literis anno MCCV. & MCCXXVIII. reſpective datis, generaliter cautum eſſe dignoſcitur, ut ſcilicet, quemadmodum contra Romanam Eccleſiam, ſecundum Conſtitutiones Canonicas, & legitimas Sanctiones, non niſi centenaria currit præſcriptio, ita etiam Vaticanæ Baſilicæ juribus, & poſſeſſionibus quibuſcumque, minoris temporis præſcriptio non officiat; idipſum nos quoque præſentium tenore generaliter, & quoad omnia & ſingula prædictæ Baſilicæ jura, dominia, proprietates, & poſſeſſiones, ſtatuimus

In Vat. Baſil. illud vigere teſtatur, & pro futuris temporibus confirmat, in Sacrarii ejuſd. utilitatem.

XXVIII. *Alia Prædeceſſor. decreta de non alienand. nec commodand. Sacrarii rebus aſſiruit.*

XXIX. *Ad Fabricam quod attinet, ſuam Conſtitut. ſupra editam roborat.*

XXX. *Decreta vetera de centenaria præſcrip. ab iiſq. Baſilica privilegiis probat, & innovat.*

(*a*) Thomaſſin. *Vet. & nov. Diſcipl. III. lib. 2. c. 57. n. 13.* jure commendat hanc S. Pontificis Conſtitutionem. Præ aliis monet, quod *quibus vacabit hanc Bullam perlegere, ii facile complura odorabuntur Eccleſiaſticæ antiquitatis veſtigia; poteſtatem teſtandi de bonis Eccleſiæ precariam eſſe, & ſingulari indulgentia conceſſam; conceſſam fuiſſe ut piis locis, non ut cognatis aliquid legarentur &c.*

(*b*) Urbanus VI. *To. 2. pag. 30.* ſubjecit excomm. majori quoſcumque qualibet *Eccleſiaſtica vel mundana dignitate* conſpicuos etiam S. R. E Cardinales ſcienter recipientes, aut ementes, nedum alienantes Jocalia, Imagines &c. Sacriſtiæ Baſilicæ. Quam Conſtitutionem nemo unquam Succeſſorum revocavit. Quin etiam ipſa confirmaſſe videtur Conſtitutionem multo antiquiorem Clementis IV. qua excommunicationi & ſuſpenſioni a portionibus ſubjiciuntur Canonici alienare aut quomodolibet diſtrahere quicquam audentes. *to. 1. pag. 147.*

(*c*) Pauli IV & Clementis VIII. veſtigiis inſiſtens SS. D. N. eas pœnas adjungit contrafacere audentibus, quæ cominus eos feriant. *To. 3. pag. 41. 151. ſeq.*

(*d*) Has literas habes paulo ſupra *pagg. 333. ſeqq.*

(*a*) In

tuimus & innovamus (*a*). Confirmantes providas Sanctiones Prædeceſſorum pariter noſtrorum Clementis Papæ VII. in ipſius Chirographi Schedula ejuſdem manu ſignata, & Sixti Papæ V. in ipſius literis Apoſtolicis ſub datum v. Kalendas Octobris anno MDLXXXIX. latius expreſſas, quibus ejuſdem Baſilicæ jura tam quoad hujuſmodi præſcriptiones, quam ſuper probationum in controverſis caſibus conficiendarum onere, ipſiuſque Baſilicæ librorum auctoritate, non obſtantibus contrariis forſan municipalium ſtatutorum, etiam Almæ Urbis, vel juris etiam communis diſpoſitionibus, clarius atque diſtinctius ſtatuerunt [*b*].

XXXI. *Location. etiam in emphyt. citra novenn. abſq Apoſtol. benepl. a Clem. VIII. conceſſ. Capit. approbat.*

Locationes vero domorum, poſſeſſionum, vinearum, caſalium, aliorumque bonorum Menſæ & Baſilicæ prædictæ, quæ locari ſolita ſint, aut in emphyteuſim concedi, in caſibus a jure permiſſis, & quoties id expedire cenſeatur, ab ipſius Baſilicæ Capitulo quandocumque, & abſque alia Sedis Apoſtolicæ licentia, pro juſto pretio fieri, & reſpective renovari poſſe concedimus, etiam ad longum tempus ultra triennium, non tamen ultra novennium, & dummodo hujuſmodi pretii, ſeu annuæ reſponſionis ſolutio ultra ſex menſes anticipate non fiat, & ſervatis legibus, quæ circa hujuſmodi locationes plurium Prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus, præſertim vero in Apoſtolicis literis fel. mem. Clementis Papæ VIII. die XXII. Aprilis anni MDXCVI. emanatis præſcriptæ reperiuntur [*c*].

XXXII. *Privilegia Sixti V. & Urb. VIII. derogantia ſtatutis Urbis de relocationib. inſtaurat:*

Inhærentes quoque præcitatis Clementis Papæ VIII. aliiſque Urbani etiam VIII. die XXIV. Septembris anni MDCXXIX. expeditis literis, nec non antiquioribus Sixti Papæ V. Kalendis Junii anno MDLXXXIX. datis [*d*], volumus atque decernimus, prædictum Capitulum atque Canonicos, nunquam, nulloque prætextu, aut actione, etiam in jure fundata, cogi poſſe ad relocandum eiſdem perſonis, aut priorum locatorum, vel emphyteutarum filiis aut deſcendentibus, ſive pro eodem, ſive pro alio etiam uberiori canone, cenſu, aut reſponſione, quoſcumque fundos, domos, poſſeſſiones, vineas, caſalia, aliaque bona ubicumque locorum & gentium, etiam in Alma Urbe ejuſque Diſtrictu, exiſtentia, & ſive ad Baſilicam ipſam, ejuſque Capituli Menſam, aut ad Sacriſtiam, ſive ad Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Beneficia, Cappellas, & Loca Pia eidem Baſilicæ annexa, ſubjecta, aut incorporata pertineant; quæque, cum alias ad longum tempus locata fuerint, aut in emphyteuſim legitime conceſſa, poſtmodum ad Baſilicam ipſam, vel lapſu temporis, vel linea finita, vel alio quovis titulo, occaſione, vel cauſa, devolvi contingat; ſed ipſis Capitulo & Canonicis licitum eſſe præmiſſa omnia ubicumque ſita, eorumque redditus & proventus, eidem Baſilicæ, ac eorum Menſæ Capitulari, ſeu prædictis Sacriſtiæ, vel Eccleſiis, aut Cappellis, aliiſque ſuperius expreſſis, reſpective unire, ammenſare, & incorporare, vel etiam aliis quibuſcumque pro convenienti pretio, ſeu canone, aut reſponſione, ſervatis alias de jure ſervandis, locare, arrendare, aut in emphyteuſim concedere; non obſtantibus, quatenus præſentibus adverſentur, Almæ Urbis prædictæ, aliarumque civitatum, locorum, atque regionum, etiam confirmatione Apoſtolica, vel alia quacumque firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque & conceſſionibus Apoſtolicis quibuſcumque, etiam neceſſario exprimendis, quibus in hac parte, inhærentes prædictorum Prædeceſſorum veſtigiis, expreſſe derogamus.

Et quidem pro quibuslibet bonis Baſilicæ ubicumque ſitis, nulla veterum Conduct. ratione habita.

XXXIII. *Caducitatis ratione qualibet præmiſſa, eam remitti poſſe concedit Capitulo.*

Caducitates autem, ſive devolutiones domuum, prædiorum, vinearum, aliorumque bonorum ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ, ſive jam nunc ipſius favore, ob non ſolutos Canones, aliaſve debitas præſtationes intra ſtatuti temporis ſpatium, ſeu ob non adimpleta onera præſcripta, ob deteriorationem fundi, vel ob non factam directi dominii recognitionem, aut non petitam obtentamque debitis conventis temporibus renovationem, aliiſve de cauſis hujuſmodi,

---

(*a*) In Conſtitutionibus Pontificum ſupra memoratis, per quas Baſilica immediate ſubjecta declaratur Summo Pontifici videre eſt quoſdam veluti gradus. Nam Hadrianus IV. confirmans Literas Apoſt. S. Leonis IX. adjungit Eccleſiis juris Baſilicæ privilegium, ut ab ullo nequeant ſubjici Interdicto præterquam generali. Perinde Urbanus III. *To.* 1. *pag.* 59. 70. *ſeq.* Innoc: autem III. & Greg. IX. Baſilicam ipſam præcipue memorantes, quod Prædeceſſores haud fecerant, addunt privilegium ſingulare, & proprium S. Sedis præſcriptionis centenariæ. *To.* 1. *pag.* 86. 115. Quod poſtea confirmat Innocentius VI. *Ibid. pag.* 365. Eadem vero Præſcriptio his literis declaratur, rata habetur, & confirmatur;

(*b*) Literas ſeu Schedulam Clementis VII. habes *To:* 2. *pag.* 397. Sixti autem V. *To.* 3. *pag.* 164. *ſeqq.* Eas conſule:

(*c*) Rerum Indice duce plura ſuppetent de Locationibus. Pars autem literarum Clementis VIII. quæ his probatur, & confirmatur, extat *to.* 5. *pag.* 193.

(*d*) Sixtus V. literis hic laudatis eximit bona Baſilicæ ab Statuto Urbis, quo prælationis jura in locationibus ſtatuuntur. *To:* 3. *pag.* 158. *ſeqq.* Urbanus VIII. ſuis eaſdem inſerens *Ibid. pag.* 241. declarat non tantum accipiendas de bonis Baſilicæ in Urbe, & ejus Territorio, ſed de iiſdem ubilibet exiſtentibus extra Urbem, & ejus Territorium.

(*e*) Sixtus

Modo actualem rei emphyteuticæ poſſeſſionem non inierit.

modi, apertas & purificatas, ſive in poſterum quandocumque aperiendas & purificandas, etiamſi declaratæ & acceptatæ fuerint, dummodo actualis rei emphyteuticæ poſſeſſio, prævio decreto Judicis, per Capitulum, ejuſve nomine, apprehenſa non fuerit; ab eodem Capitulo remitti & condonari poſſe concedimus, abſque alio Sedis Apoſtolicæ beneplacito: non alias tamen, quam juxta tenorem Conſtitutionis Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri prædicti ſub die XXII. Aprilis anni Domini MDXCVI. editæ, nimirum per expreſſum ipſius Capituli actum atque conſenſum; itaut per ſolam receptionem Canonum, patientiam, vel tolerantiam diuturnæ poſſeſſionis, aut alias, quam per expreſſum actum atque conſenſum hujuſmodi, nunquam eidem Capitulo præjudicium ullum inferri poſſit, aut illatum eſſe cenſeatur, quominus caducitates ipſas ſeu devolutiones quandocumque declarare valeat, & acceptare. Ubi vero ſemel declaratis & acceptatis hujuſmodi caducitatibus, ſive devolutionibus, ipſa actualis rei emphyteuticæ poſſeſſio per Capitulum, ejuſve nomine, ut ſupra, apprehenſa fuerit, nolumus eaſdem caducitates, ſeu devolutiones ab eodem Capitulo, abſque novo noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, non ſine prævia cognitione evidentis ipſius Baſilicæ utilitatis concedendo, remitti aut condonari poſſe; nullaſque & irritas fore decernimus hujuſmodi remiſſiones & condonationes, ſi quas forte contra hujus noſtræ ordinationis tenorem concedi contingat (*a*).

Et id fiat per expreſſum Capituli actum & conſenſum.

XXXIV. *Quædam circa ſervitium Chori opportune diſponit.*

Quia vero quæcumque ad bonorum Eccleſiæ conſervationem, externumque ipſius decus pertinent, eo præcipue diriguntur; ut ſpiritualis Dei cultus, omniumque in eadem Eccleſia miniſtrantium fervor & aſſiduitas nutriatur & augeatur: ideo omnes & ſingulos Divinis ſervitiis in ea addictos hortamur atque monemus, ut debita aſſiduitate ac novo ſemper devotionis ſtudio præſcripta ſibi munia implere non prætermittant; ſacraque omnia officia in eadem, quo maxime decet, ordine, decore, ac reverentia peragentes (ut Prædeceſſorum noſtrorum Eugenii III. Alexandri III. & Clementis etiam III. verbis utamur) *prædictam B. Petri Eccleſiam obſequio debito venerentur, ut Dei fideles Apoſtolorum Limina devotione debita viſitantes, locum ipſum in majori devotione & veneratione ſemper habeant*. Præterea publicam erga auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum venerationem & cultum augere cupientes, dum præſertim fidelium adorationi, diviſis per ſingulas Urbis Eccleſias XL. horarum ſpatiis, exponitur; volumus, ut in Proceſſionibus, quæ pro hujuſmodi expoſitione SS. Sacramenti in eadem Baſilica tribus vicibus quolibet anno, totidem vero pro ejuſdem repoſitione celebrantur, omnes in poſterum Canonici, Beneficiati, & Clerici devote intereſſe debeant; itaut abſentes mulctentur amiſſione diſtributionum, ad modum unius ſervitii communis, vulgo *de Menſe* nuncupati. Verum e contra eoſdem in poſterum abſolvimus ab extraordinariis ſervitiis, quæ hactenus tempore Adventus totidem fere diebus a ſingulis præſtari conſueverant: ita ut diebus ferialibus Adventus prædicti, præter eos, qui ſecundum conſuetam per annum hebdomadarum diviſionem Choro intereſſe debent, nullus alius aut Miſſæ Conventuali, aut Veſperis adeſſe compellatur; non obſtantibus Decretis & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ejuſdemque Baſilicæ ſtatutis & conſuetudinibus, quibus in hac parte expreſſe derogamus [*b*]. Reductiones autem onerum, Anniver-

Expoſitioni & repoſit. SS. Sac. pro 40. horis ter quotannis vult omnes intereſſe.

Ab extraordinario ſervitio Chori temp. Adventus eximit Capit. & Clerum.

XXXV.

(*a*) Sixtus V. decreverat (*To. 3. pag.* 159.) caducitates, aut devolutiones remitti, ſeu condonari non poſſe a Capitulo abſque beneplacito Apoſtolico. At Clemens VIII. Sixtino illi Decreto derogans (Ibid. *pag.* 193.) conceſſit ut Capitulum condonare poſſet non petita ulla licentia, modo eas non declaraverit, acceptaveritque. Denique SS. D. N. hanc facultatem ampliat, quouſque actualis rei poſſeſſio, auctore Prætore, capta non fuerit, quod in tam difficili tot Canonum exactione neceſſarium experiendo compertum eſt.

(*b*) Ad ſervitium Chori quod attinet, ne antiquæ quidem conſuetudines rationi maxime congruæ carent Apoſtolica auctoritate. Hujuſmodi ſunt: *Per Subſtitutos officia perſolvere*, quam conſuetudinem ratam habuit Urbanus VIII. ſacræ viſitationis decreta comprobans, ut dictum eſt ſupra (*to. 3. pag.* 214. *n. b*) *Et per Claſſes* convenire ad ſervitium diebus ferialibus, quod fieri conſueviſſe teſtabantur Canonici antiqui in reſponſione ad quæſit. VIII. *de Chori ſervitio* temporibus Pauli IV. (*Decret. Viſit. capſ. 7. faſc. 269. in Archiv. Baſil.*) Nam S. Pius V. conſuetudinem probavit; decrevitque, *per Mediarias* infra annum, & *per Quartarias* menſibus Julio, & Auguſto inſerviendum. Quod pariter eſt dictum (*to. 3. pag.* 185.) Et quia id inter Capita Conſtitutionum eſt relatum, nulla mentione facta menſium Septembris, & Octobris, queis ſervitium idem per Quartarias a Pauli V. tempore præſtabatur: idcirco Viſitatione eadem ab Urbano VIII. inſtituta an. 1625. decernente *Capita Conſtitutionum Baſilicæ Principis Apoſtolorum omnino ſervanda*, Capitulum ſeptem dubia propoſuit. Quorum primum: *An per hoc Decretum cenſeatur revocata facultas conceſſa per fel. rec. Gregorium XIII. & Paulum V. inſerviendi per Quartarias menſibus Septembris, & Octobris?* Et Sacra Cong. Viſitat. reſpondit die 30. Octob. & 21. Novemb. 1626. *Non eſſe revocatas, ſed eas, hoc decreto non obſtante ſuffragari, ſervatis &c.* Urbanus autem VIII. die 4. Decembris ejuſdem anni ſententiam Sac. Cong. laudavit, illamque ſua auctoritate firmavit. Sed antequam ad Sac. Congreg. ſe verteret Capitulum, Cardd. Viſitatoribus nonnulla alia capita propoſuerat vernaculo idiomate; præcipue vero iſtud: *Fu l'introduzione della ſpezzatura dell' Avvento, &c. che anno avuto principio da non molto tempo in quà, per mera volontà del Card. Savello, che fu Vicario di Roma, ſenza fondamento di coſtituzione precedente.* Res quidem nova videbatur Canonicis, utpote annis 60. non antiquior, & Card. Vicarii ex voluntate profecta, ut putabant. Nihilominus quia Card. Sabellus non tanq. Vicarius Urbis, ſed tanq. ſpecialiter delegatus a S. Pio V. ut patet ex ejus decreto in Collectione hac vulgato (*to. 3. pag.* 185.) vivæ vocis oraculum S. Pontificis promul

Reductiones onerum tam a Sixto V. quam a Sac. Cong. Concil. 1721. concessas roborat, & confirmat.

Anniverſariorum, & ſervitiorum communium, tam eam, quæ olim anno MDLXXXIX. a fel. rec. Prædeceſſore noſtro Sixto Papa V. per ſupracitatas ipſius literas Apoſtolicas incipientes: *Cum pro noſtro* [*a*] : ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Capitulo & Clero conceſſa fuit, quam quæ poſtmodum anno MDCCXXI. a Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretationi & executioni auctoritate Apoſtolica præpoſitorum, quo tempore nos ipſi ejuſdem Congregationis Secretarii munere fungebamur, prævia matura eorundem onerum cognitione, & diſcuſſione cauſarum pro hujuſmodi reductione obtinenda deductarum, indulta fuit; præſentium quoque literarum ſerie, & auctoritate Apoſtolica, approbamus & confirmamus; cum omnibus conditionibus & legibus, tam in dicta Sixti V. Conſtitutione, quam in Decreto præfatæ Cardinalium Congregationis diei xx. Decembris anni prædicti, ad effectus atque præſcriptis. Ac etiam juxta Decretum alias anno MDCLXXVI. ex Apoſtolica fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædeceſſoris quoque noſtri auctoritate a tunc exiſtente ipſius Baſilicæ Archipresbytero conditum, ejuſdem Baſilicæ Capitulo & Clero facultatem concedimus & indulgemus, ut anniverſarias Exequias pro Animabus quorumcumque Fidelium Defunctorum in dicta Baſilica celebrandas, exceptis illis, quibus certa dies a Benefactoribus, ſeu Teſtatoribus ſub pœna caducitatis aſſignata reperitur, in Feriam II. cujuslibet hebdomadæ per annum, ſeu in diem Sabbati in Quadrageſima, quibus videlicet ordinaria Capitularis Congregatio haberi conſuevit, anticipando transferre, & in diebus hujuſmodi, etiamſi officium ſub ritu duplici fiat, celebrare libere & licite poſſint, & valeant [*b*]. Ne vero nova deinceps onera a Capitulo prædicto facile acceptentur, quibus idem ſupra vires iterum prægravari contingat, volumus atque decernimus, nulla in poſterum hujuſmodi Anniverſariorum, aut Communium onera acceptari poſſe, aut debere, niſi in Capitulis, quibus præcedat intimatio per Schedulam ad unumquemque Canonicum tranſmittendam, in qua deſcribatur res, de qua erit agendum; & niſi iiſdem Capitulis viginti ſaltem Canonici interſint, quorum duæ ex tribus partibus pro acceptatione ſuffragium ferant; ac demum acceptationes hujuſmodi nullam vim habere ſtatuimus, niſi ab ejuſdem Baſilicæ pro tempore Archipresbytero approbentur; quemadmodum in Decreto a prædicta Congregatione Concilii anno MDCCXXI. edito, provide ſtatutum reperitur.

Decretum Innoc. XI. de celebrandis Anniverſariis in diebus Congregationib. Capitularib. aſſignatis, inſtaurat.

XXXVI. De novis onerib. in poſterum recipiendis decernit.

XXXVII. Indultum antiquum de Confeſſario el gendo cum facultatibus &c. Capitulo & Clero innovat.

Indultum vero ſeu privilegium alias præfatis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, per fel. rec. Sixtum Papam IV. noſtrum itidem Prædeceſſorem conceſſum, & a recol. pariter mem. Clemente Papa VIII. in præcitatis ipſius literis die xx. Aprilis anni MDXCVI. datis expreſſe approbatum & confirmatum [*c*], iterum auctoritate noſtra innovamus; atque concedimus, ut ipſi, & quilibet eorum, quemcumque Presbyterum confeſſarium tam ſæcularem, quam cujuſvis Ordinis & Inſtituti Regularem, ex approbatis ab actualibus Ordinariis locorum in quibus eorum Sacramentales Confeſſiones excipient, eligere poſſint, qui eorumdem Confeſſionibus hujuſmodi auditis, & ſalutari pœnitentia eiſdem injuncta, aliiſque de jure iniungendis, ipſos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſeu inflictis, & per eos incurſis, & quibus eoſdem etiam auctoritate Apoſtolica illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio nobis & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, ſpecialiter vel generaliter reſervata exiſtat, & a quibuſcumque eorum peccatis, criminibus, ac delictis quantumcumq. gravibus & enormibus, & quidem a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemel tantum in vita, nec non in mortis articulo; in reliquis vero nobis & Sedi Apoſtolicæ quomodocumque reſervatis

promulgavit; idcirco a prædicto anno 1566. uſque ad elapſum 1751. per annos 186. ſumma cum religione majores noſtri, noſq. ipſi decretum illud ſervavimus. Et, quod majus, SS. D. N. quem nihil omnino latet privilegiorum, onerum, conſuetudinum &c. Vaticanæ Baſilicæ addictorum quorumcumque, ita hoc onere Adventus tempore Canonicos, Beneficiatos, & Clericos levat, ut Divinus Cultus in Baſilica augeatur: ſervitio nimirum non ſublato, ſed commutato.

(*a*) Eas conſule hoc ipſo volumine (*pag.* 169.)

(*b*) Juxta reſcriptum facultativum Innocentii XI. ad ſupplicem libellum Capituli extans in Archivo Baſilicæ (*Capſ.* 7. *faſc.* 269.) Carolus Barberinus tunc Archipresbyter decrevit, ut quo die ordinarium *Capitulum* a Canonicis haberi ſolet, Anniverſaria celebrarentur, feſto duplici non obſtante: quod nunc auctoritate Apoſt. confirmatur.

(*c*) Utriuſque Pontif. Privileg. habes (*To.* 2. *pag.* 209. & *To.* 3. *pag.* 194.)

(*d*) Con-

vatis ſemel in anno, in foro conſcientiæ tantum, & ſine alicujus præjudicio, auctoritate Apoſtolica per has literas perpetuo tributa, valeat abſolvere. Ut autem ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Capitulum & Clerus, etiam in his, quæ ad ipſorum decus & ornamenta pertinent, noſtram ſibi liberalitatem ſentiant adſuiſſe, concedimus & indulgemus, ut in poſterum in omnibus Eccleſiaſticis ſuoctionibus, quas intra Eccleſias ejuſdem Baſilicæ filiales, celebrari, atque etiam in Proceſſionibus, quas circa hujuſmodi Eccleſiarum ambitum fieri contigerit, conſueto juxta temporum vices habitu Chorali uti poſſint & valeant, itaut æſtivo tempore Canonici quidem Rocchettis & Superpelliceis, reliqui vero Superpelliceis dumtaxat amicti; hiemali autem tempore, conſuetis juxta eorum Ordines Cappis reſpective induti, prædictis Functionibus & Proceſſionibus aſſiſtere valeant & intereſſe. Utque prædictarum veſtium, aliorumque conſuetorum, etiam honoris, & Patriarchalis ejuſdem Baſilicæ dignitatis Inſignium delatio & uſus (*a*), ex parte aliorum quorumcumque, etiam ſpecialem mentionem & expreſſionem requirentium, eiſdem Capitulo & Clero nullo unquam tempore, nulloque prætextu inhiberi, ſeu impugnari poſſint aut valeant, eiſdem auctoritate & teoore etiam perpetuo ſtatuimus & decernimus. Præterea ut prædicti Canonici, qui ex Apoſtolicis Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis & conceſſionibus, inter Romani Pontificis & Sedis Apoſtolicæ Notarios, ac etiam Cappellanos & Familiares, ac continuos Commenſales, adlecti & coonumerati eſſe dignoſcuntur (*b*), ſicut etiam ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteri Vicarius pro tempore exiſtens, non ſolum intra Vaticanam Baſilicam, ejuſque Cappellas & Eccleſias ipſi ſubjectas, ſed etiam in quibuslibet Urbis & extra Urbem, tam ſæcularium, quam Regularium Eccleſiis, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrantes, Candelabrum capulo inſtructum, vulgo *Bugia* & alias Palmatoria ouocupatum, adhibere poſſint, atque hujuſmodi honor & aſſiſtentia eiſdem a oemine denegari valeat, aut impugnari, decernimus etiam, atque ſtatuimus.

XXXVIII. Uſum Cappæ concedit in Proceſſionibus, & Eccl. Filialibus Capitulo & Clero

Alia conſueta honoris inſignia aſſerit.

Bugiæ uſum Canonicis, ut Protonotariis conceſſum, & in Baſilica conſuetum ad omnes Eccleſias intra & extra Urbem expreſſe extendit.

XXXIX. Denique jura, facultates, & juriſdictiones Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis dictæ Baſilicæ competentia, circa Collationem Beneficiorum Eccleſiaſticorum cujuſcumque generis, cum cura & ſine cura, nec noo circa adminiſtrationem Eccleſiarum Parochialium, Mooaſteriorum, Prioratuum, Abbatiarum, aliarumque eidem Baſilicæ unitarum, ſive ſubjectarum, aſſerere, confirmare, & reſpective declarare, atque ampliare decrevimus. Itaque collationem omnium & ſingulorum tam perpetuorum Beneficiorum ſimplicium, quæ in prædicta Baſilica exiſtunt, & Beneficiatus atque Clericatus Beneficiati appellantur, ſive ea a Nicolao III., aut Boniſacio VIII., vel Sixto IV. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ooſtris, ſive ab aliis quibuſcumque, inſtituta, erecta, atque fundata ſint (*c*), quam aliorum a Mooaſteriis, Abbatiis, & Prioratibus inferius commemoraodis dependentium; nec non & aliorum quorumlibet, quæ hactenus Archipresbyter & Capitulum conferre conſueverunt; ac in eis inſtituendi, ſeu reſpective ad ea oominandi & præſentandi jura, quibus ad hunc diem gaviſi ſunt, eidem Archipresbytero, ejuſque in Archipresbyteratu Succeſſoribus, nec non prædictæ Baſilicæ Capitulo, & Canonicis perpetuo competere volumus, atque decernimus. Veterem quoque conſuetudinem, tam circa diviſionem Hebdomadarum, quibus idem Archipresbyter, ejuſque Succeſſores, & reſpective Capitulum & Canooici prædicti, eadem Beneficia pro tempore vacantia alternatim & per turnum conferre & providere debebunt, quam circa formam expediendi literas hujuſmodi Collatioonum & Proviſionum, præſentium tenore approbamus & confirmamus, ac perpetuo obſervari volumus & jubemus (*d*); ſalvo tamen noſtro & Datariæ Apoſtolicæ jure, quoad collationes eorum Beneficiorum, quæ, ex perſona alicujus ea obtinentis, uni vel pluribus reſpective affectionibus & reſervatiooibus Apoſtolicis obooxia, quomodolibet vacare contingat. Animarum autem cura, quæ olim in ipſa Vaticana Baſilica ab uno ex illius Canonicis, cum aliquot Presbyterorum adjutorum auxilio, exercebatur (*e*), nunc & ab antiquo jam tempore ad unum Presby-

Jus conferendi omnia Beneficia Arcipresb. & Canonicis confirmat.

Veterem conſuetudinem alterni quam expeditionum probat.

XL. *Cura animar. adnexa Baſilicæ hodie Vicario perpetuo commiſſa ex S. Pii V. decreto.*

(*a*) Controverſiam anno 1688. circa hæc excitatam, & quomodo antiqua poſſeſſio Capituli Vaticani aſſerta fuerit, longum eſſet enarrare. Ne hujuſmodi jurgia iterum exſurgant, Pontifex hic opportune cavet.

(*b*) Ex literis Apoſtolicis Sixti IV. quas videre eſt (*to. 2. pag. 207. ſeqq.*)

(*c*) Index rerum &c. in calce hujus voluminis VV. *Beneficiati*, & *Clerici Beneficiati*, conſulendus, ut plena habeatur cognitio eorumdem variæ fundationis.

(*d*) Iterum conſulendus Index V. *Beneficiorum collatio.*

(*e*) Occaſione Viſitationis Paulo IV. Pontifice, ſextæ ex ſeptem & viginti petitionibus Canonici reponunt hoc pacto: *Cura animarum totius Parochiæ commiſſa eſt R. D. Jacobo Herculano Canonico, viro ſeni, probata vita, & circa eamdem curam ſatis verſato.*

Presbyterum, perpetuum in ea Vicarium, pertinere dignoſcitur, ex provida inſtitutione, ac lege S. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, qui per ſuam Schedulam Motus proprii, apud S. Petrum nonis Novembris Pontificatus ſui anno ſexto propria manu ſignatam, inter alias perpetuas Vicarias in pluribus ibidem enunciatis Almæ Urbis Baſilicis & Collegiatis, aliiſque ejuſdem Urbis Eccleſiis erectas & conſtitutas, unam quoque hujuſmodi Vicariam in ipſa Principis Apoſtolorum Baſilica erexit & inſtituit, ab uno Presbytero ſæculari, perpetuo, ut præfertur, in ea Vicario adminiſtrandam; qui quidem Vicarius ad nominationem Capituli dictæ Baſilicæ (quæ nominatio fieret de aliquo ex approbatis a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, prævio examine coram Examinatoribus ad id in ipſa Urbe deputatis) per eumdem Cardinalem Vicarium inſtituendus & deputandus, ac per ipſius Baſilicæ Archipresbyterum, ſeu ejuſdem Vicarium, vel unum aut plures ipſiuſmet Baſilicæ Canonicos, ut moris eſt, in poſſeſſionem inducendus & immittendus, Curam animarum eidem Baſilicæ incumbentem gerere, Eccleſiaſtica Sacramenta ibi miniſtrare, Miſſas celebrare, & alia Parochialia munera exercere deberet; eidemque non ſolum certam redditum portionem & ſummam, ab ipſius Baſilicæ Capitulo annuatim ipſi præſtandam, ſed alia quoque emolumenta, ratione exercitii Curæ & adminiſtrationis Sacramentorum, ac Officiorum funeralium in Cadaverum dumtaxat humatione celebrandorum, per ipſum Vicarium propria auctoritate percipienda, & levanda, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertenda, pro congrua ipſius Vicarii ſuſtentatione, perpetuo aſſignavit & applicavit, prout in dicta Schedula plenius continetur (a). Cum vero poſtmodum Anno Domini MDCXXII. orta controverſia inter Capitulum ex una, & Vicarium Curatum dictæ Baſilicæ ex altera partibus, ſuper intelligentia memoratæ Schedulæ Motus proprii, eaque coram Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum introducta & agitata, eadem Congregatio declaraverit, habitualem quidem Curam penes Capitulum, exercitium vero ejuſdem Curæ penes Vicarium reſidere: Subindeque Capitulum & Vicarius prædicti ſub die XIX. Decembris ejuſdem anni ad certam honeſtam devenerint inter ſe concordiam ſeu tranſactionem, per acta quondam Quintiliani Gargarii, dum viveret, Cauſarum Curiæ Capitolii Notarii, quam quidem concordiam piæ recordationis Urbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter per ſuas literas in forma Brevis datas die XIX. Decembris ſequentis anni MDCXXIII. Apoſtolica auctoritate perpetuo confirmavit & approbavit (b); Nos memoratam Congregationis Concilii declarationem, dictamque concordiam, omniaque & ſingula in eis contenta & expreſſa, quo firmioris obſervantiæ robur accipiant, Apoſtolica itidem auctoritate noſtra, harum vigore perpetuo approbamus & confirmamus. Item reliqua jura eidem Capitulo & Canonicis competentia circa Parochiales Eccleſias ſæpedictæ Baſilicæ Filiales, ſive alias ipſi ſubjectas, & circa perſonas Animarum curam in ipſis exercentes, harum ſerie confirmata & perpetuo conſtabilita eſſe volumus; & præſertim, ut in Eccleſiis Sancti Lazari apud Montem Marium, & Sancti Angeli extra Portam Fabricæ (c) vulgo nuncupatam, quæ dudum ob nimiam limitum Parochialium ipſius Baſilicæ extenſionem extra Urbis Mœnia, tanquam illius adjutrices conſtitutæ fuerunt, proindeque ejuſdem Baſilicæ Filiales eſſe dignoſcuntur, Animarum cura per Vicarios Manuales, & ad nutum Capituli & Canonicorum prædictorum amovibiles, ac ab omni juriſdictione Parochi ipſius Baſilicæ, cui olim ſuberant, exemptos, per pro tempore exiſtentem S. R. E. Cardinalem Romani Pontificis in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicarium in Spiritualibus Generalem prius approbandos, reſpective debeat exerceri. Item quoad Parochialem Eccleſiam Sancti Franciſci in prædicto Monte Mario, Ordinis Fratrum Eremitarum Congregationis Beati Petri de Piſis, cujus Parochiæ diſtrictum olim a prædicta Parochia Sancti Lazari, pro meliori Perſonarum in ea parte degentium ſpirituali regimine, a tunc exiſtente Cardinali Urbis Vicario diſmembratum fuiſſe conſtat; ſub certis legibus & conditionibus,

Forma electionis Vicarii hujuſmodi, ejuſque emolumenta

Habitualis tamen Cura eſt penes Capitulum exercitium ad Vicar. ſpectat ex Decr. S. Cong. Concil.

Decretum illud & poſterior concordia probatur & confirmatur.

XLI.
Jus deputandi Vicarios ad nutum amovibiles in S. Lazari & S. Angeli adſtruit. Capitulo.

Subjectio Parochialis Eccl. S. Franciſci in Monte Mario eidem aſſeritur.

(a) Eamdem videſis editam hoc in tertio volum. *p. 90. ſeq.*

(b) Hæ pariter literæ cum inſerta concordia ſeu tranſactione editæ ſunt hoc volumine *pag. 232. ſeqq.*

(c) De utraque agitur in prædictis literis Urbani VIII. *cap.* IV. per ea verba: *In Eccleſiis erectis ſeu deputatis in adjutorium curæ dictæ Baſilicæ ſcilicet in Eccleſia S. Lazari ad radices Montis Marii, & in Eccleſia S. Angeli ad Fornaces extra portas & mœnia Burgi, liceat Vicario prædicto, & pro tempore exiſtenti ſe ingerere in exercitium tantum curæ pœnitentialis; non tamen impediendo juſt coadjutores per Capitulum pro tempore in prædictis Eccleſiis deputatos, & deputandos.* Curati ſunt amovibiles ad nutum Capituli.

(a) In

bus, atque potiſſimum cum expreſſa præſervationis filialitatis & perpetuæ ſubjectionis erga Vaticanam Baſilicam præſtandæ, utque quicumque dictæ Congregationis Profeſſor pro tempore ad Animarum curam in eadem Eccleſia deputatus fuerit, debeat quamprimum coram Canonicis dictæ Baſilicæ Capitulariter congregatis ſe ſiſtere, Litteraſque ſuæ deputationis exhibere; nunquam vero ſalarium aut congruam, etiam ratione ſacrarum ſupellectilium, petere, aut prætendere poſſit, ſed dictæ Baſilicæ in Proceſſionibus & Fontis Baptiſmalis benedictionibus, Sacrorum Oleorum & Chriſmatis conſecratione, aliiſque Functionibus, in quibus Eccleſiarum filialium Rectores communiter convenire ſolent, obſequium atque præſentiam præſtare debeat; neque liceat illi Fontem Baptiſmalem unquam retinere, ſed Fontem dictæ Baſilicæ dumtaxat adire; ac demum ſingulis annis poſt Feſtum Paſchatis Dominicæ Reſurrectionis de Animarum Parochianorum, deque ipſius Parochiæ ſtatu eidem Capitulo rationem perſonaliter reddere teneatur; prout in inſtrumento per acta quondam nominati Abinantis, dum vixit, cauſarum dictæ Curiæ Capitolii Notarii ſub die XXIX. Menſis Auguſti anni MDCCVIII. rogato plenius continetur; Nos, ut præmiſſa omnia, aliaque forſan tunc conſtituta perpetuæ firmitatis robur accipiant, earumdem præſentium vigore, & auctoritate Apoſtolica, decernimus, & conſtituimus (*a*). Similiter, ut in Parochiali Eccleſia Sancti Blaſii, *della Pagnotta* vulgo nuncupati, quæ olim Monaſterium ejuſdem Invocationis, Ordinis Sancti Benedicti, exiſtebat; ſed a recolendæ memoriæ Eugenio Papa IV. ſimiliter Prædeceſſore noſtro per ſuas Apoſtolicas Litteras datas Florentiæ Anno Domini MCCCCXXXIX. Kalendis Septembris, ſuppreſſum & extinctum, dictæque Baſilicæ ſub certis ibi expreſſis legibus perpetuo unitum & incorporatum fuit (*b*); necnon in Eccleſia etiam Parochiali Sanctæ Catharinæ *de Rota* nuncupatæ in regione Arenulæ de eadem Urbe, quam uſque a XII. Eccleſiæ ſæculo eidem Vaticanæ Baſilicæ ſubjectam unitam & incorporatam fuiſſe, ex Adriani IV. & Urbani III. aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Litteris Apoſtolicis aperte dignoſcitur; ac in quibus poſtmodum Sanctus Pius V. Prædeceſſor prædictus per ſupra enunciatam ſchedulam ſui motus proprii, unam & alteram Vicarias perpetuas erexit & inſtituit; nominatio unius & alterius Vicariorum ex numero tamen approbatorum, ut præfertur, a dicto Cardinali Urbis Vicario, ad Capitulum & Canonicos prædictos ſpectet, atque pertineat; cum onere tamen annuæ præſtationis, ſeu congruæ, ſeptuaginta videlicet pro Sancti Blaſii, ſexaginta vero ſcutorum monetæ Romanæ pro Sanctæ Catharinæ Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi reſpective Vicariis pro tempore exiſtentibus, alias eorum ſingulis a Capitulo & Canonicis prædictis, vigore publici Inſtrumenti per acta quondam Simonis Tegeroni, dum viviret, Romanæ Curiæ Notarii die XXX. Aprilis anni Domini MDLXXI. reſpective aſſignatæ, eiſdem Vicariis in terminis tunc ſtatutis perſolvendæ, & ab eis, præter emolumenta ſtolæ, ratione exercitii curæ animarum eiſdem competentia, percipiendæ, juxta prædictæ ſchedulæ, dictique Inſtrumenti formam, continentiam, & tenorem; perpetuo quoque ſtatuimus & mandamus (*c*). In Parochiali vero Eccleſia Sancti Jacobi, quæ *a Scoſciacavalli* vulgo nuncupatur, atque a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Principis Apoſtolorum Baſilicæ ſubjecta fuit, deputatio Rectoris ad nutum amovibilis pro exercitio Curæ animarum illius Parochianorum, ab eiſdem Capitulo & Canonicis per ipſorum Litteras Patentes, ad nominationem tamen Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti in eadem Eccleſia Sancti Jacobi exiſtentis, ejuſdem vero approbatio quoad idoneitatem a Cardinali pro tempore Romani Pontificis in Urbe Vicario fieri debebunt. Cumque Nos alias, videlicet XVIII. Kalendas Januarii anni MDCCXLVII. per noſtras Apoſtolicas Litteras ſub Plumbo editas (*d*), ad conſulendum indigentiæ hujuſmodi Vicarii pro exercitio curæ animarum in dicta Eccleſia pro tempore conſtituti,

Abſque onere ullius ſalarii vel congruæ.

XLII. *S. Blaſii* della pagnotta, & *S. Catharinæ* de Rota *Parochial. Eccleſiar. Vicarios a Capitulo eligendos.*

Cum annuæ præſtationis, & congruæ onere perpetuo decernitur.

S. Jacobi a Scoſciacavalli *Vicarius ad nutum amovibilis Litteras ſuæ deputationis a Capit. impetrare tenetur.*

(*a*) In Viſitatione Innocentii XII. an. 1693. Card. Nerlius, poſtea Archipresbyter Baſilicæ, ad viſitandam Parochiam deputatus, inter Eccleſias exiſtentes in Cura S. Lazari recenſet Eccleſiam & Conventum S. Honuphrii, ubi ſex ex illis Fratribus tunc reſidere teſtatur. Quomodo autem poſt annos quindecim Parochialis & ipſa evaſerit, ceteraque omnia liquent ex *lib.* 22. *pag.* 262. *ſeqq.* laudati Abinantis qui prolato Reſcripto Clementis XI. eidem ſubjicit Inſtrumentum Erectionis Parochiæ: juxta cujus tenorem omnia implentur onera ab iis Fratribus, & jura omnia Baſilicæ vigent, ac florent; quæ nunc auctoritate Apoſtolica confirmantur.

(*b*) Conſulendus Index rerum V. *Monaſterium S. Blaſii*.

(*c*) Perinde hic conſulendus Index rerum V. *Eccleſia*.

(*d*) Harum fragmentum huc ſpectans editum eſt paulo ſupra *pag.* 325. Integras videſis Bullarii SS. D. N. *to.* 2. *pag.* 357.

(*a*) Hanc

Cum aſſignat. fructuum 20. locor. Montium a S. D. N. ei conceſſorum.

ſtituti, cujus emolumenta, redditus, & proventus nimis exiguos eſſe accepimus, viginti Loca Montium Cameralia non vacabilia tunc diſpoſitioni noſtræ reſervata Eccleſiæ prædictæ conceſſerimus, quorum integri fructus Primicerio dictæ Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti in eadem Eccleſia inſtitutæ, ex numero Canonicorum dictæ Baſilicæ Vaticanæ ſemper eligendo, pro tempore exiſtenti, perſolvi deberent, ad effectum, ut ipſe eoſdem fructus hujuſmodi Vicario Curato pro tempore integre perſolveret, ſeu perſolvi faceret; Nos id præſentium quoque tenore perpetuo confirmamus & obſervari mandamus (*a*).

XLIII. *Ratio in prædictor. electione ſervanda decernitur.*

In eligendis autem præmiſſarum, aliarumque Eccleſiarum Rectoribus, Curatis, ſive Vicariis tam perpetuis, quam ad nutum amovibilibus, quorum electio, nominatio, ac deputatio ad Capitulum & Canonicos prædictos pertinere dignoſcitur, hanc in poſterum formam inconcuſſe ſervari volumus, & præcipimus; ut plenum & generale Capitulum ad hujuſmodi effectum intimetur per ſchedulas, octo ſaltem diebus ante ad ſingulos Canonicos transmittendas, in quibus non ſolum res, de qua agendum erit; ſed etiam nomina concurrentium, cum eorundem qualitatum & requiſitorum, per Canonicos ad id deputatos recognitorum, indicatione exprimantur: ad hoc ut ii, qui in hujuſmodi electionibus ſuffragium ferre debebunt, prædicta interim expendere, ac, ſicuti negocii gravitas poſtulat, mature penſare valeant, ſuaque ſuffragia dirigere, prout ad optimum Eccleſiarum regimen, & animarum utilitatem, in Domino judicaverint ſalubriter expedire.

XLIV. Denique volumus atque jubemus, ut a prædictis Vicariis, & Presbyteris, curam animarum in præmiſſis Parochialibus Eccleſiis pro tempore exercentibus, aliiſque Rectoribus Eccleſiarum ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ filialium, eique ſubjectarum, quæ nunc ſunt, & infraſcripta onera ſubire conſueverunt, necnon earum, quæ in poſterum filiales exiſtent, omnia & ſingula debitæ ſubjectionis obſequia erga eamdem Baſilicam, illiuſque Capitulum & Canonicos, perpetuis futuris temporibus reſpective exbibeantur atque præſtentur.

Subjectio earumdem Parochiarum Baſilicæ & Capitulo declaratur, & innovatur.

Decernentes omnes & ſingulos hujuſmodi Vicarios; Presbyteros, atque Rectores, ad intereſſendum in dicta Baſilica Sacrorum Oleorum & Chriſmatis confectioni ſingulis annis Feria v. in Cœna Domini, & Fontis Baptiſmalis benedictioni tum in Sabbato Sancto, tum in pervigilio Pentecoſtes, nec non occurrentibus Proceſſionibus atque Functionibus; quemadmodum etiam ad recipiendum ab eadem Baſilica Sacrum Infirmorum Oleum, omnino teneri, atque perpetuo obligatos eſſe & fore (*b*).

Eadem Parochiales, aliæque omnes Eccleſiæ filiales interdicto particulari ſubjici nequeunt, inconſulto Rom. Pontifice.

In omnibus vero prædictis aliiſque Eccleſiis tam Parochialibus, quam non Parochialibus, ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ filialibus, ſive alias de ejuſdem Capituli proprietate exiſtentibus, aut a prædicta Vaticana Baſilica quomodolibet dependentibus, & tam in Urbe ejuſque Diſtrictu, quam alibi, & ubicumque regionum & gentium ſitis, etiam ab Ordinariorum quorumlibet juriſdictione minime exemptis, nolumus a quocumque Epiſcopo, alioque Antiſtite, aut Ordinario loci, vel etiam a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, quacumque ex cauſa, Divina Officia interdici poſſe, inconſulto Romano

---

(*a*) Hanc ſacram ædem S. Leo IX. (*to.* 1. *pag.* 25.) S. Salvatoris *de Bortonis* appellat. Hadrianus IV. & Urbanus III. *de coſſa caballi* [Ibid. *pag.* 58. 69.] Innocentius III. *de coxa cavall.* Greg. IX & Innoc. VI. *de coſſa capalli.* (*Ibid.* 84. 123. 368.) Franciſcus Maria Turrigius Hiſtoricæ narrat. de hac Eccleſia (*pag.* 8 *ſeq.*) oſtendit Parochialem fuiſſe ab an. 1275. vocari autem cœpiſſe *S. Jacobi* an. 1290. Confraternitatem SS. Sacram. inibi fundatam anno 1509. contendit, recitatque nomina Fundatorum (*pag.* 16.) numero tredecim: confirmatam a Leone X. conſtitiſſe per annos decem in Eccleſia S. Mariæ Tranſpontinæ, atque anno 1520. tranſlatam inde fuiſſe ad Parochialem S. Jacobi, quam a Capitulo & Canonicis Confratres obtinuerunt. Profert (*pag.* 121.) Documenta plura ex noſtro Archivo uſque ad annum 1636. Horum duo proferre lubet ex libris Gargarii deſumta. *Anno 1629. die 22. Novemb. Capitulum abſque Confratribus deputavit Chriſtophorum Bertoccium ad curam animarum dictæ Eccleſiæ ad nutum Capituli amovibilem . . . . . Anno 1626. die 16 Jun. Capitulum deputavit Angelum Paradiſum ad dictam Curam præſentibus & conſentientibus Cuſtode, Camerario, & Secretario dictæ ſocietatis.*

(*b*) Tam ad SS. Oleor. & Chriſmatis confectionem, quam ab Benedictionem Fontis opportune intimati per Cancellarium Capituli adveniunt prædicti omnes Parochi. Interſunt autem SS. Oleis quotannis duo Presbyteri pro Hoſpitali & Eccleſia S. Mariæ in Saxia, ſeu S. Spiritus; totidem S. Mariæ Tranſpontinæ; Vicarii duo amovibiles S. Lazari, & S. Angeli ad Fornaces; Vicarii duo perpetui S. Blaſii *della pagnotta*, & S. Catharinæ de Rota; Unus ex Fratribus Eremitis B. Petri de Piſis, Eccleſiæ Parochialis S. Franciſci in Monte Mario; Vicarius Curatus amovibilis S. Jacobi de Coxa caballi, omnino decem; queis anteferuntur duo Beneficiati ſacerdotes pro Parochia S. Petri omnes ſacris indumentis amicti. Diſcrimen aliquod ſervatur in Benedictione Fontis: at ſubjectio eadem omnino eſt. Ea propter una eademque intimatio fit pro utroque die. Quod ex anni hujus 1752. intimatione facta die 27. Martii a Notario Lorenzino uti Cancellario Capituli, per Curſorem, liquet: *Die Jovis*, inquit, *quæ erit* 30. *Martii*, & *die Sabbati*, *quæ erit prima Aprilis hora* XI. *fiet ſolemnis Benedictio Olei S. & Fontis. Ideo iidem citantur ad comparendum &c.* Mox hoc ordine recenſentur Parochi: 1. *S. Petri in Vaticano.* 2. *S. Lazari.* 3. *S. Spiritus cum ſocio.* 4. *B. Mariæ de Tranſpontina cum ſocio.* 5. *S. Catharinæ de Rota.* 6. *S. Angeli ad Fornaces.* 7. *Parochus ſeu Prior V. Conventus S. Franciſci Aſſiſ. ad Montem Marium cum ſocio.* 8. *P. Prior V. Conventus B. M. Roſarii & febris ad Montem Marium.* 9. *Parochus S. Blaſii de Panetta.* 10. *P. Prior V. Archihoſpitalis S. Spiritus in Saxia.* 11. *Parochus S. Laurentii ad primam portam.* 12. *Parochus S. Jacobi ſcoſſacavalli*; quorum aliqui tamen Sacra Olea dumtaxat a Baſ. recipere tenentur, non vero eorum confectioni intereſſe.

(*a*) Huc

mano Pontifice; niſi quando generale fuerit Interdictum: Confirmantes quoad hoc Innocentii III., & Gregorii IX., in præcitatis ipſorum Litteris, aliorumque Prædeceſſorum noſtrorum Indulta, & Privilegia; ac decernentes irritum & inane, ſi quid ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari (*a*). Ad hæc, animo perpendentes, ex præteritorum temporum monumentis conſtare, prædictæ Vaticanæ Baſilicæ Capitulum & Canonicos, Apoſtolicis proculdubio Indultis munitos, Indulgentias, ac peccatorum ſeu pœnarum remiſſiones & relaxationes, aliaſque ſpirituales gratias ex Apoſtolica Romanorum Pontificum liberalitate eidem Baſilicæ, videlicet eamdem viſitantibus, ibique Divinam Majeſtatem orantibus & venerantibus conceſſas, aliis quoque per Orbem Eccleſiis quoquo modo ſibi unitis, aut ſubjectis, communicare, & ad eas extendere conſueviſſe (*b*); Nos hujuſmodi facultatem, qua etiam Dilecti Filii, tam Capitulum & Canonici Sancti Joannis in Laterano, quam Capitulum etiam & Canonici Sanctæ Mariæ Majoris Patriarchalium Urbis Eccleſiarum ex Apoſtolicis Privilegiis actu vigentibus gaudere dignoſcuntur, prædictorum quoque Vaticanæ Baſilicæ Capituli & Canonicorum favore innovare, ac etiam ex integro præſentium tenore concedere & elargiri decrevimus. Itaque motu proprio & ex certa ſcientia eiſdem Capitulo & Canonicis quaſcumque Eccleſias, Cappellas, Altaria, Oratoria, Confraternitates, Hoſpitalia, aliaque Pia Loca, tam erecta, quam erigenda, & tam in Locis ipſius Baſilicæ, ac eorumdem Capituli & Canonicorum, quam etiam in aliis Civitatibus & Locis quorumcumque Ordinariorum juriſdictioni ſubjectis exiſtentia, ipſi Vaticanæ Baſilicæ aggregandi, & ad ſpiritualium dumtaxat ejuſdem Baſilicæ Privilegiorum ſocietatem & communicationem admittendi & recipiendi; itaut in vim hujuſmodi aggregationis & receptionis, infraſcriptarum Indulgentiarum & relaxationum Theſauri ad ipſas Eccleſias, Cappellas, Altaria, aliaque præmiſſa, ex noſtra & Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ampliati & extenſi cenſeantur, amplam & liberam facultatem, ſub infraſcriptis tamen conditionibus, & non alias, præſentium ſerie concedimus & impertimur. Volumus nimirum, ut in ſingulis Civitatibus, Oppidis, vel Locis, unam dumtaxat ex hujuſmodi Eccleſiis, ſeu Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, aliiſque Locis Piis quomodocumque nuncupatis, hujuſmodi aggregationis & communicationis munere ditare poſſint; dummodo Eccleſia, aut Oratorium ſic aggregandum, ſeu illa Eccleſia, in qua Cappella, vel Altare prædictum extiterit, etiamſi alias eorumdem Capituli & Canonicorum juriſdictioni ſubeſſe dignoſcatur, Eccleſia Conventualis Regula-

XLV. *Conſuetudo vetus Baſilicæ communicandi Indulgentias Eccl. Filial. inſtauratur.*

Jus videlicet aggregandi Eccleſias, Capellas &c. ſpiritualib. privilegiis Vat. Baſilicæ.

Singulas tamen in ſingulis Civitatibus, Oppidis, & Locis:

(*a*) Privilegia Innoc. III. & Greg: IX. ſæpe vidimus hiſce Apoſtolicis literis confirmari. Ad eadem ipſe etiam adjeci animadverſiones aliquot, ut ſacroſanctæ Baſilicæ, eique ſubjectarum Eccleſiar. Privilegia vetera magis magiſque perſpicua eſſent. Reliquum eſt, ut viguiſſe ea ſemper oſtendam, ſubjiciamque lectoris oculis Romm. Pontificum conſtantiam erga ipſam Baſilicam ſibi & S. Sedi immediate ſubjectam; cujus gratia hic videt Eccleſias alias quomodocumque ab ea dependentes privilegiis affici. Anno 1408. Gregor. XII. & 1410. Alexander V. Antonio Calvo Archipresbytero mandant, ut in *Capitulo & in membris per te, vel alium viſitationis officium auctoritate noſtra exercere non poſtponas.* (*to. 2. pag. 67. 69.*) Anno 1420. Martinus V. reformandam committens Baſilicam Antonio Corario, qui non modo erat Archipresbyter, ſed etiam Portuen. Epiſcopus; quare ſatis auctoritatis habuiſſe videretur; nihilominus ſuam ei delegat poteſtatem ad tempus: *Vices noſtras & omnimodam tibi cum plena & libera poteſtate concedimus facultatem uſque ad completam reformationem.* (*to. 2. pag. 80.*) Eidem poſt annos aliquot munus confert Viſitationis: *auctoritate noſtra*, inquiens, *in omnibus ejus membris viſites.* Et infra: *plenam, & liberam, ac omnimodam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum concedimus facultatem.* (Ibid. *pag. 83.*) Perinde Nicolaus V. anno 1452. Petro Barbo Archipresbytero, duos deſignat Epiſcopos viſitatores ſua utentes auctoritate (*To. 2. pag. 139. ſeq.*) Baptiſta Zeno ab anno 1470. erat Archipresbyter. Huic vero ubi de reformanda Baſilica res fuit, Innoc. VIII. Apoſtolicam auctoritatem adjunxit anno 1484. (*To. 2. pag. 234. ſeqq.*) Quid plura? Alexandro Farneſio Archipresbytero, in quem Patruus Paulus III. ſingularem effuderat facultatem, quam Pius IV. confirmaverat (*to. 2. pag. 437. & to. 3. pag. 45.*) Paulus IV. qui Vicarium Urbis Cardinalem inſtituit ipſe per ſe Baſilicam viſitavit: ut conſtat ex ejus Decretis in Archivo Baſil. Propterea Card. Sabellus, & ipſe Vicarius Urbis, ut Decretum ederet ad eamdem Baſilicam ſpectans, a S. Pio V. ſibi id commiſſum ajebat, ut nuper monui. Viſitatio anni 1593. *de ordine SS. D. N. D. Clementis Papæ VIII.* peracta eſt; & alteræ duæ annis 1625. & 1618. factæ fuere *de mandato SS. D. N. Urbani VIII.* Alexander VII. anno 1656. per ſe ipſe eam viſitavit: quemadmodum anno 1693. Innocentius XII. qui poſtea Cardinales Viſitatores deputavit divisis inter eos muneribus, ſervitii chori, adminiſtrationis Parochiæ &c. Decreta harum viſitationum extant in Archivo Baſil. (*capſ. 7. faſc. 269.*) Luculentiſſima autem teſtimonia ſunt, quod Sixtus V. & Succeſſores poteſtatem ſpiritualem ita conceſſerant Archipresbytero ipſi; ut nullum vetuſtiſſimo Baſilicæ privilegio detrimentum inferrent.

(*b*) Locupletiſſimum rei monumentum ſunt apud Turrigium (*de Crypt. Vatic. prim. edit. pag. 125.*) Literæ Joannis *de Flagiano* Prioris, Canonici & Yconomi Baſilicæ Principis Apoſtolorum datæ Murſiæ in Hoſpitali S. Crucis juris ejuſdem Baſilicæ anno 1324. Ind. VII. die 28. Aug. Pontiſ. B. Ioannis Pp. XXII. anno 1. (legendum *octavo*) In iis ſiquidem inter alia legere eſt: *Omnium Indulgentiarum, quæ in ipſa noſtra Baſilica ſunt conceſſæ, ſicut in noſtris Privilegiis continetur, plenarie, quantum cum Deo poſſumus, participes facimus, & eos caritatis liberalitate admittimus ad prædicta.* Quas quidem Indulgentias aſſequerentur viſitantes Monaſterium & Eccleſiam S. Antonii de Caſſia juris pariter Baſilicæ. Ad hunc Canonicum Joannes XXII. gratulatoriam ſcripſit Epiſtolam quod Ludov. Bavaro non communicaverat. [*to. 1. pag. 274. ſeq.*]

(*a*) Plenaria

Dummodo non ſint Regulares, participeſque aggregationis hujuſmodi ex aliis Eccleſiis, quibus ſubjectæ ſint.

gularium, aut Monialium non ſit; nec Eccleſia, Cappella, Altare, Oratorium, Pius Locus, aut Confraternitas hujuſmodi ulli alteri Eccleſiæ, aut ulli Ordini, Religioni, Inſtituto, Archiconfraternitati, & Congregationi, a qua Indulgentiarum communicationem ſeu participationem pro omnibus Chriſtifidelibus Eccleſiam ipſam, ſeu Oratorium viſitantibus obtineat, aggregata ſit, aut ſubjecta; & dummodo Ordinarii Loci expreſſus ad id conſenſus accedat, ejuſdemque Ordinarii teſtimonialibus Litteris hujuſmodi Eccleſiæ, Cappellæ, Altaris, ſeu Oratorii celebritas, vel Confraternitatis, aut Loci Pii inſtitutum, & Chriſtianæ pietatis & charitatis officia, quæ exercere conſuevit, apud eoſdem Capitulum & Canonicos commendentur. Neque vero per hujuſmodi aggregationes & receptiones, ullum omnino præjudicium, ſeu imminutio eorumdem Ordinariorum juriſdictioni irrogari, vel aliqua eiſdem Eccleſiis, aut Locis Piis, aliiſque præmiſſis exemptio, ſeu dictis Capitulo & Canonicis in eaſdem Eccleſias, vel Loca Pia, aliaque præmiſſa, ſeu in perſonas illarum illorumque regimini, adminiſtrationi, aut ſervitiis deputatas, ullum omnino juriſdictionis, & auctoritatis genus acquiri, ſeu reſpective augeri cenſeatur. Facultatem tamen indulgendi, prout alias in certis caſibus ab Apoſtolica Sede benigne indulgeri conſuevit, ut in una, eademque Civitate, aut Oppido, duabus Eccleſiis, ſeu Cappellis, vel Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis, ubi ſpeciales id circumſtantiæ ſuadeant, hujuſmodi Indulgentiarum communicatio a dictis Capitulo & Canonicis concedi poſſit, Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis & Sacris Reliquiis præpoſitæ per præſentes perpetuo tribuimus & impertimur.

Nullum per id Ordinariis præjudicium inferri declaratur.

S. Congregationi Indulgg. facultas tribuitur diſpenſandi ſuper numero aggregationum.

XLVI.

Dies enumerat queis Indulg. plenar. ſic aggregatis largitur.

Nos autem omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui hujuſmodi Eccleſias, Cappellas, Oratoria, ſeu Altaria, eidem Vaticanæ Baſilicæ, ſervatis, ut ſupra, ſervandis, aggregata, in Epiphaniæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Dominicæ Pentecoſtes, & Natalis Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Dedicationis ipſius Vaticanæ Baſilicæ diebus Feſtis, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi, necnon in una ex ſextis feriis menſis Martii (*a*) vere pœnitentes & confeſſi, ac ſacra Communione refecti devote viſitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & Chriſtianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, quolibet ex diebus prædictis, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & impertimur.

Item quibus ſeptem annos, ac totid. quadragenas.

Iis vero, qui in Natalitiis Sanctorum Apoſtolorum Andreæ germani Fratris ejuſdem Beati Petri, nec non Simonis & Judæ, quorum corpora in dicta Vaticana Baſilica requieſcunt, & in utraque Cathedra, nec non in die Octava Natalis ejuſdem Beati Petri, ac in Feſto ipſius Vinculorum, item in Commemoratione Sancti Pauli Apoſtoli, & in ejuſdem Converſione, ac in Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ, nec non in reliquis ſextis feriis menſis Martii, quibus nimirum ad ſacra Dominicæ Paſſionis monumenta, quæ in dicta Baſilica aſſervantur, pie veneranda totius Urbis devotio concurrit, vere pœnitentes & confeſſi præmiſſa peregerint, VII. Annos & totidem Quadragenas (*b*).

Ab Aſcenſione ad Cal. Aug. quotidianam quatuor annor. & tot. quadr.

Qui autem illas & illa a die Feſto Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti uſque ad Kalendas Auguſti, quo tempore ipſa Vaticana Baſilica, in honorem Sanctorum Martyrum, quorum corpora magno numero in

ea

(*a*) Plenaria indulgentia Baſilicæ die Natali SS. Apoſtolorum, & in Dedicatione Baſilicæ 18. Novemb. eſt antiqua: nam Sixtus IV. eam conceſſit, & Urbanus VIII. nova dedicata Baſilica eodem die illam confirmavit. (*to.* 2. *pag.* 209. *to.* 3. *pag.* 238.) antiquiores primæ duæ; ſed pro veteri diſciplina trium annorum totidem quadragen. indulgentiam Gregor. IX. conceſſerat anno 1240. in Pentecoſte (*to.* 1. *pag.* 123.) Et unum aunum & quadragenam Nicolaus IV. anno 1289: indulſit in Epiphania. (*to.* 1. *pag.* 214.) Utramque plenariam reddidit Urbanus VIII. additis ſextis feriis Martii (*to.* 3. *pag.* 242.) V. *Indicem*.

(*b*) Unius, duorum, trium annorum, totidem quadragg: antiqua erat indulgentia in Baſilica enumeratis hiſce diebus; quam nihilominus plenariam reddidit Urbanus VIII. ut patet ex *Indice*. Parcitas priſca Indulgentiarum vel decimo quarto ſeculo haud nova occurrit Eruditis. In Dominicis Quadragquum liberaliores ſeſe in populum oſtendebant Pontifices, vix quinque annos relaxare conſueverunt. Teſtis eſt coævus auctor Jacobus Cajetanus (*Ord. Rom.* XIV. *ap:* Mabill. *n:* 80.) *In Dominicis iſtis conſueverunt quinque anni, & quinque quadragenæ, & in* IV. *Dom. de* Lætare *ſeptem: qui ſeptem anni nunquam ſolent dari, niſi Pontifex celebret in dicta Dom. de* Lætare, *& in Dom.* Gaudete. Idemque de Indulgentiis agens in Cœna Domini (*Ibid. n.* 92.) *Indigenis*, inquit, *datur annus, & quadraginta dies; extraneis duo anni, & duæ quadragenæ; iis qui tranſeunt mare, quatuor anni, & quatuor quadragenæ.* Cum eo conſentit P. Amelius *cap.* 27. 43. & 48. ex ritu antiquo, qui ſeculo etiam XIII. obtinebat (*Ord. Rom.* XIII. *n.* 22.)

(*a*) Anti:

ea condita ſunt, aſſiduo Chriſtifidelium concurſu frequentatur (*a*), vere pœnitentes, & cum propoſito ſaltem confitendi, viſitaverint, ibique, ut ſupra, oraverint, ſingulis diebus quibus id egerint, quatuor annos, & totidem Quadragenas; in reliquis autem ſingulis anni diebus, centum dies de injunctis eis, ſeu alias debitis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

Cæteris anni diebus centum dier.

XLVII. Similiter concedit Indulg. Station. Baſilicæ.

Denique ut ii, qui in diebus Stationum ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ in Miſſali Romano deſcriptis (*b*), nimirum Dominica III. Adventus, omnibus Sabbatis quatuor Temporum, in Epiphania Domini, Dominica Quinquageſimæ, Dominica Paſſionis, Feria II. Reſurrectionis Domini, in Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ, Feria IV. Rogationum, in Feſto Aſcenſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Dominica Pentecoſtes, aliquam ex dictis Eccleſiis, ſeu Cappellis, aliiſque ſuperius expreſſis, cum dicto pœnitentiæ affectu, & confeſſionis propoſito viſitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, Indulgentias ſtationales, quas viſitantes dictam Vaticanam Baſilicam iiſdem diebus conſequuntur; qui vero duodecim vicibus in quolibet anno, totidem nempe diebus ab Ordinario loci ſemel tantum deſignandis, ſeptem altaria in qualibet ex dictis aggregatis Eccleſiis ab Ordinario ſimiliter deſignanda, ut præfertur diſpoſiti, ac Deum orantes, viſitaverint, eaſdem quoque Indulgentias, quæ viſitantibus ſeptem deſignata Altaria in eadem Baſilica exiſtentia conceſſæ ſunt, ipſi quoque, perinde ac ſi Baſilicam ipſam, ſeu reſpective Altaria hujuſmodi in ea ſita perſonaliter viſitarent, conſequi poſſint & valeant, ſimiliter concedimus & indulgemus.

Necnon ſeptem Altarium, XII. vicibus in anno.

XLVIII. Præſcribit Capitulo rationem prædictas Indulgentias communicandi.

Volumus autem, ut hujuſmodi Indulgentiæ & gratiæ ſpirituales dictis aggregatis ſeu aggregandis Eccleſiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & Locis Piis, ab iiſdem Capitulo & Canonicis nominatim, & cum expreſſa mentione facultatis ſibi per præſentes a Nobis impertitæ, aliiſque ſervatis, quæ in Apoſtolica Conſtitutione felicis recordationis Prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ VIII. die VII. Septembris anni Domini MDCIV. edita, quæ incipit: *Quæcumque a Sede Apoſtolica*:, præſertim circa gratuitam Litterarum expeditionem, iiſque etiam quæ in Decretis a dicta Congregatione Indulgentiis & Sacris Reliquiis præpoſita die VI. Martii anni MDCVIII., & die X. Aprilis anni MDCCXX. editis ſtatuta ſunt, & non aliter, communicari poſſint & valeant. Ab illarum vero, earumque Rectoribus, Adminiſtratoribus, Officialibus, & Miniſtris, in earumdem Indulgentiarum publicatione, nec non Eleemoſynarum receptione, & erogatione, aliæ ſimiliter leges in Tridentini Concilii Decretis, & in ſupradictis Clementis

(*a*) Antiqua Baſilicæ a Greg.IX. conceſſa a Pentecoſte ad Octavam Apoſtolor. & ab Urbano IV. confirmata, ac prorogata ad Cal. Aug. erat trium annorum, totidem quadrag. (*to. 1. pag. 123. 143.*) Urbanus VIII. ſeptem annos & quadragenas ſingulis anni diebus indulſit, præter feſtos SS. Trinitatis, D.N.J.Chriſti, S. Mariæ Virg., SS. Apoſtolorum, omnium Sanctorum, & ſextas ferias Martii, quibus plenariam indulgentiam conceſſit. (*to. 3. p. 242.*) Hodie eſt plenaria quotidiana perpetua ex Decreto Clem. XII. (*to. 3. pag. 309.*)

(*b*) Tredecim hic tantum ſtationes juxta Miſſ. Rom. juſſu Pii V. vulgatum enumerantur: quum Panvinius de præſtantia Vatic. Baſil. *lib. 3. cap. 36.* & *lib. 5. cap. 17. Mſſ.* in Archivo ejuſd. Baſil. multo plures Stationes recenſeat, & Mabillon *comm. præv. ad Ord. Rom. p. 35.* viginti eas eſſe affirmet. Quid vero? Idem Mabillon (*Muſ. Ital. to. 2. pag. 545.*) ex duobus Codd. Vaticanis membraneis profert Stationum Catalogum: quorum alter tredecim dumtaxat ſtationes indicat; alter vero hanc unam adjungit: *Sabbato* (ante Dominicam in palmis) *quando eleemoſyna datur*. Uterque autem una tantum ſtatione diſcrepat a Miſſali Rom. Etenim pro ſtatione fer. IV. Rogationum quæ ignota erat antiquis, habet illam diei Nativitatis Domini multo ante S. Pium V. obſoletam. Siquidem in Reſponſoriali & Antiphonario Rom. Eccl. (*ap. Archiv. Baſil. 79. B.*) vulgato primum a Ven. Card. Thomaſio, deinde eruditiſſimis notis aucto a V. Cl. A. Franciſco Vezzoſio in nova edit. operum ejuſd. Ven. Viri (*to. 4. p. 39.*) ita legitur: *In die Natalis Domini. Statio in Baſilica beati Petri Principis Apoſtolorum; ſed propter brevitatem diei celebratur apud S. Mariam Majorem.* Quibus adnotat laudatus V. Cl. auctoritate Mallii noſtri Canonici eam ſtationem viguiſſe uſque ad tempora S. Greg. VII. Et quidem recte: nam anno 1057. Victor II. (*to. 1. pag. 38.*) de oblationibus loquens ad Epiſcopum Silvæ Candidæ ſpectantibus, quinque tantum dies majoris hebd. numerat. Anno autem 1158. circa ætatem prædicti Reſponſorialis, Hadrianus IV. (*to. 1. pag. 59.*) adjungit ad quinque illos dies *Natalem Domini*, tanquam Portuenſi Epiſcopo ad celebrationem officiorum addictum, ut reliquos. Quod quidem evidens argumentum eſt, intra centum illos annos inter Victorem II. & Hadrianum IV. eam ſtationem deſueviſſe: ac proinde Mallio ſcriptori ejus ævi fides habenda, ſtatuendumque omnino eſt, ſtationem iſtam ceſſaſſe temporibus S. Greg. VII. Hinc autem longe major vetuſtas accedit codd. unde Mabillonius eduxit ſtationes; quam quæ illis tribuitur, quaſi ad ſeculum XII. ſpectent, illudque provectum. Equidem nuda illa verba relegens, *Die Nativitatis Domini ſtatio in Baſilica B. Petri Apoſtolorum principis*, ne auſim quidem ad S. Gregorii VII. ætatem illos perducere. Tunc enim, ut paulo ante ajebam, ſtatio ceſſavit. Ad fer. IV. Rogationum quod attinet, uberrime V. Cl. Vezzoſius, (*cit. volum. pag. 109. ſeq.*) qui ſtationem vindicare videtur Baſilicæ antiquiſſimam. Ego vero animadvertens, quod ſtatio Aſcenſionis una erat ex Nocturnis S. Petri a Mallio memoratis, locum illum Ord. XII. ap. Mabill. interpretor de ſtatione Aſcenſionis, non autem fer. IV. Rogationum. Et vero: *Die Lunæ*, inquit, *& die martis non comedit Curia carnes, ſed caſeum, & ova: die vero mercurii Vigilia Aſcenſionis jejunat, & tempeſtive comedit, & parum quieſcit, & poſtea vadit Papa cum tota Curia ad S. Petrum, & ibi cum omni ſolemnitate cantat Veſperas*. Quid illuſtrius ad Stationem nocturnam

mentis VIII. Litteris, aliiſque Romanorum Pontificum, & Apoſtolicæ Sedis Conſtitutionibus atque Decretis præſcriptæ, ſub pœnis ibidem adverſus tranſgreſſores reſpective ſtatutis, inviolabiliter ſerventur, & impleantur.

XLIX. *Relaxationes & commutationes Indulgentias Baſil.*

Reliquas vero Indulgentias, & gratias ſpirituales, tam pro vivis, quam pro defunctis, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, aliiſque ad id facultatem habentibus, ipſi Vaticanæ Baſilicæ, ejuſque Altaribus, & Cappellis, variis temporibus conceſſæ fuerunt (a), & ibidem ad hunc diem proponi conſueverunt; ac ſignanter quotidianam ſeptem deſignatorum Altarium ejuſdem Baſilicæ, necnon alteram etiam quotidianam ſeptem annorum & totidem quadragenarum, a ſæpedicto Urbano VIII, Prædeceſſore per ſuas literas in forma Brevis die xv. Novembris anni MDCXXX., aliamque pariter quotidianam Plenariam a recol. mem. Deceſſore noſtro Clemente Papa XII. per ſimiles ſuas literas die xxii. Februarii anni MDCCXXXVIII. eamdem Baſilicam devote viſitantibus, ibique divinam Majeſtatem venerantibus & orantibus, ſub certis modo & forma, conceſſas & elargitas, nos earumdem præſentium tenore perpetuo approbamus, & confirmamus, ac etiam de novo ſub eadem forma concedimus, & elargimur.

L. Quod vero ſpectat ad præmemorata Monaſteria, Abbatias ſive Prioratus nuncupata, quæ dudum diverſis a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Baſilicæ unita, incorporata, atque ſubjecta fuerunt; poſtquam, ut accepimus, piæ mem. Nicolaus Papa V. anno Domini MCCCCLIII. Monaſterium, Abbatiam nuncupatum, S. Martini *de Valle*, ſeu *de Fara*, Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſis, Provinciæ Theatin., olim commendari ſolitum, prædictæ Baſilicæ, ſeu illius Menſæ Capitulari, cum dependentiis, annexis, & connexis ſuis univerſis, omnibuſque Eccleſiis eidem Monaſterio ſubjectis, perpetuo univerat, annexuerat, & incorporaverat; ipſique Capitulum & Canonici Ordinariam & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem tam in Clerum, quam in Populum illius Territorii exercere conſueverant; cum olim exiſtens Archiepiſcopus Theatin. tam Monaſterium prædictum, aliaſque Eccleſias ab illo dependentes, quam etiam aliud Monaſterium, Abbatiam quoque nuncupatum, S. Salvatoris *de Majella* ejuſdem Provinciæ Theatin. a recol. pariter mem Julio PP. III. etiam noſtro Prædeceſſore, anno Domini MDXLIX., prædictæ Baſilicæ, ſeu illius Menſæ Capitulari, ſimiliter incorporatum & appropriatum, aliudque ipſius membrum, Monaſterium videlicet, Abbatiam pariter nuncupatum, S. Barbati *de Pollutro*, ejuſdem Provinciæ Theatin., quod piæ mem. Gregorius Papa XIII. anno Domini MDLXXXII. ejuſdem Baſilicæ Sacrario univerat

Jura Capituli in Monaſteria ſeu Abbatias unitas S. Martini de Fara.

S. Salvatoris de Majella.

S. Barbati de Pollutro:

---

nam comprobandam, excludendamque feriam iv. Rogationum? Mihi quidem ita videtur: nec tamen eruditiſſimo viro adverſor de Rogationum antiquitate a temporibus S. Leonis III. quam rem multo antea SS. D. N. dum erat Archiep patriæ ſuæ Bononiæ (*Inſtit. Eccl. 3. to. 21. operum edit. Rom. pag. 8. ſeqq.*) luculentiſſime explanavit. At Rogationes ut probem ipſa in Urbe Roma; non idcirco Stationes adeo antiquas augere. Supplicatio fer. 2. a S. Maria Majore ad S. Joannem Lateranum procedebat; fer. 3. a S. Sabinæ ad B. Paulum Apoſtolum; & fer. 4. a S. Crucis in Jeruſalem ad S. Laurentii extra muros. Ita ſcilicet S. Leo III. inſtituit. Quamobrem ſi Stationes creari vellent, Lateranis fer. 2. ad S. Paulum fer. 3. denique fer. 4. ad S. Laurentium extra muros conſtitui illas oporteret. Ex Rubrica autem Miſſalis ad S. Mariam Majorem, ad S. Joannem Lateranum, ad S. Petrum ex Stationes decernuntur, nullo officio proprio deſignato, ſed eodem illo S. Marci ad tres eos dies promulgato. Nonne hinc argumentum evidens ducitur, quod novam in recenſionem Miſſalis a S. Pio V. demandatam recentes illæ Stationes ignoto prorſus Inſtitutore fuit relatæ? Rogationum igitur, ſeu Litaniæ minoris ex Tranſalpinis ad nos advectæ celebratio quantumlibet antiqua, Stationes perinde antiquas, & certas nequaquam habuit. Hæc tamen recentior Vigiliæ Aſcenſionis implet numerum tredecim antiquiſſimarum, illa Nativitatis Domini obſoleta [quatenus deſiit celebrari juxta antiquum ritum] ac noſtra in Baſilica adhuc permanente cum cæteris a Mallio memoratis, nempe inter ſeptem Nocturnales *Feſtivitate S. Petri, & octava ejus, ac Feſtivitate S. Andreæ*: & inter diurnas *Dominica Ego ſum Paſtor bonus* ſecunda poſt Paſcha, *in Dedicatione Eccleſiarum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in Cathedra S. Petri*. Quibus ſex cum prædictis tredecim antiquiſſimis ſi addatur recentior feriæ iv. Rogationum, en vicenarius ille numerus Stationum, quem non ſine admiratione Mabillonius in Baſil. Var. exiſtere affirmabat. Et licet in Rom. Miſſali minime deſcriptas, in ipſa Baſilica adhuc vigere indicant noſtri Rituales libri. Sextæ etiam feriæ Martii quatuor, quandoque quinque, ſed recentioris inſtituti, talem honorem ſunt aſſequutæ. Id notatu dignum, quod S. Pius V. Baſilicæ Vaticanæ præſtantiam factam atque tectam eſſe voluit finens, ut Patriarchales cæteræ loco cederent in Stationibus Rogationum Baſilicæ S. Petri.

Quota hæc olim fuerit indulgentia Stationalis, ex ſupra indicatis colligitur. Unum hic libet adjungere; quod Innocentius III. anno 1208. Stationem illam celebrem inſtituens in Eccleſia S Spiritus (*to. 1. pag. 89.*) ſingularis inſtar beneficii advenienti populo *remiſſionem unius anni de injunctis ſibi pœnitentiis* indulget; eamque confirmat Honorius III. anno 1225. ne uno quidem die adjecto. (*to. 1. pag. 110.*) Quodſi Innocentius Eccleſiæ illius amplificator & Hoſpitalis fundator, ac dotator inſignis (Geſt. Innoc. III. ex Baluz. Regeſt. *num.* 144. & Regeſt. *lib.* 21. *ep.* 104.) ſummo beneficio affectutus Chriſtifideles Indulgentiam unius anni largitur: Ecquis non videt, Stationales iſtas indulgentias quo antiquiores, eo contractiores fuiſſe? neque tamen negaverim, pro majore diei ſolemnitate, ampliores etiam hujuſmodi Indulgentias conceſſas fuiſſe.

(a) Nicolaus III. viſitantibus Altare S. Nicolai ab ſe erectum in Baſilica, die ejus feſto, & in Anniverſario Dedicat. annum, & quadrag. conceſſit. (*to. 1. pag.* 202.) Sixtus IV. plenariam largitus eſt viſitantibus Capellam chori tribus per annum diebus feſtis, SS. Conceptionis, S. Franciſci, & S. Antonii. (*to. 2. pag.* 205.) Urbanus VIII. eam confirmavit & addidit feſtum S. Joan. Chryſoſtomi. (*to. 3. pag.* 238.) Paulus III. pariter plenariam viſitant. Capellam SS. Sacram. in feſto SS. Simonis & Judæ. (*to. 2. pag.* 453.) Item Greg. XIII. & alii. V. Indicem verb. *Indulgentiæ plenariæ*. Urbanus VIII. plenariam conceſſit præſentibus Oſtenſioni Reliquiar. major. (*to. 3. pag.* 241.)

(a) Indi-

verat & incorporaverat [*a*], viſitare contenderet; orta lite & cauſa inter prædictum Archiepiſcopum ex una, & tunc exiſtentes Capitulum & Canonicos ipſius Baſilicæ ex altera partibus, eaque in cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio introducta, diuque agitata, ſed adhuc indeciſa pendente, Archiepiſcopus & Capitulum prædicti ad certam honeſtam inter ſe devenerunt concordiam, a prædicto Urbano Prædeceſſore anno MDCXXXVII. per ſuas Apoſtolicas literas (*b*), in forma ſpecifica approbatam, per quam, inter alia, conventum, & declaratum fuit, dictum Monaſterium Sancti Martini de Valle, ſeu de Fara nuncupatum, ac Tetram, totumque, & integrum ejus Territorium, a Diœceſi Theatina penitus & omnino diviſa, diſtincta, & ſeparata, ac a quibuſcumque viſitationibus, correctionibus, ſuperioritate, ac omnimoda juriſdictione pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Theatini, prorſus libera, exempta, & immunia eſſe & cenſeri debere, ipſumque Monaſterium S. Martini cum ejus Territorio hujuſmodi, nullius Diœceſis, prædictæ Provinciæ Theatinæ, Sedique Apoſtolicæ immediate ſubjectum exiſtere, ac perpetuo fore; eiſdemque Capitulo & Canonicis in Monaſterium prædictum, ejuſque Territorium, Eccleſias, atque perſonas ipſi ſubjectas, plenam & totalem competere juriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, Epiſcopalem, ſeu quaſi, cum omnibus & ſingulis prærogativis, privilegiis, & indultis, quæ de jure, uſu, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet, etiam cuicumque Monaſterio vel Eccleſiæ, quæ nullius ſit Diœceſis, competunt, aut competere poſſunt, vel quæ Romanis pro tempore Pontificibus & Sedi Apoſtolicæ prædictæ, eidem Baſilicæ & Capitulo concedere placuiſſet; adjectis nonnullis conditionibus ibidem latius expreſſis. At viceverſa Capitulum & Canonici prædicti omnem & quamcumque juriſdictionem ipſis in aliud præfatum Monaſterium Sancti Salvatoris de Majella, & quinque Parochiales Eccleſias in dicta Concordia nominatim enunciatas, & a Monaſterio prædicto Sancti Salvatoris dependentes, illarumque Rectores, & Curatos, ac Vaſſallos, & homines Parochianos, quomodolibet competentem, ſeu per eos prætenſam, eidem tunc exiſtenti Archiepiſcopo Theatino, ejuſque Succeſſoribus Archiepiſcopis perpetuo conceſſerunt, & renunciarunt; reſervata tamen ſibi, ſuiſque Succeſſoribus, proprietate & directo dominio dictarum Parochialium Eccleſiarum, nec non ipſarum collatione; itaut quoties & quocumque modo aliquam ex ipſis vacare contingeret, illius collatio & proviſio ad Capitulum Baſilicæ prædictæ, approbatio vero perſonarum eiſdem Parochialibus Eccleſiis præficiendarum, quoad idoneitatem, ad Archiepiſcopum Theatinum pro tempore exiſtentem, abſque tamen concurſu, reſpective ſpectaret; verum durante vacatione alicujus ex prædictis Eccleſiis Parochialibus, Œconomi deputatio ab Archiepiſcopo, & ad ipſius arbitrium & electionem, facienda eſſet; declaratio autem proviſionis, ſeu mercedis Œconomo hujuſmodi præſtandæ, a Capitulo prædicto dumtaxat fieri deberet; ac reſervata pariter eiſdem Capitulo & Canonicis libera collatione & proviſione quorumcumque ſimplicium Beneficiorum, ratione utriuſque præfati Monaſterii, ad ipſius Capituli collationem alias pertinentium, quæ pro tempore vacare contingeret. Præterea ſicuti conventum fuit, ut liceret Archiepiſcopo Theatino, ejuſque Succeſſoribus Archiepiſcopis, exigere a prædictis Eccleſiis, quarum juriſdictio ipſis ceſſa & renunciata fuerat, & ab earum Rectoribus, ſeu Vicariis, ea omnia, quæ ratione Seminarii [*c*], vel alio quocumque titulo exigere conſueverant; ita Capitulo & Canonicis præfatis expreſſe præſervatum fuit jus percipiendi & exigendi ab iiſdem Eccleſiis, ex ſe, & abſque ullo Archiepiſcopi prædicti miniſterio, ſed manu regia, prout antea conſueverant, omnes Canones, aliaſque ſolitas & debitas præſtationes; necnon eaſdem Eccleſias, quoties opus fuiſſet, viſitandi, ſeu viſitari faciendi per ſuos Commiſſarios. Ac demum omnia bona & res cujuſcumque generis, etiam canones, ſeu livelli, & reſponſiones annuæ, ad dictum Capitulum, ratione ejuſdem Monaſterii Sancti Salvatoris *de Majella*, ubique locorum in ipſa Diœceſi & Provincia Theatina, quomodolibet ſpectantia & pertinentia, illorumque poſſeſſio, dominium, & totalis adminiſtra-

Per Concordiam initam cum Arch. Teatino ſtabilita.

Ut nempe Abbatia S. Martini nullius diœc. in plena ejus juriſdict. exiſteret:

Et Abbatia S. Salvato is de Majella ad Archiepiſc. juriſd. ſpectaret:

Collatione quinque Paroch. Eccleſiar. cum approb. Archiep. & ſim licium omnium Beneficior. liber. reſervata Capitulo:

Conſuetar. Collect. reu- liber. exactio a Arch. Canonum & ad Capitulum pertineret.

(*a*) Indicatas literas Apoſtol. hujuſmodi unionum Menſæ Capitulari in Collectione editas conſuleſis; Nicolai videlicet V. *to.* 2. *pag.* 134. *ſeq.* Julii III. *to.* 3. *pag.* 1. & 19. *ſeqq.* ac Gregorii XIII. *to.* 3. *pag.* 141.

(*b*) Hanc pariter concordiam auctoritate Apoſtolica ab Urbano VIII. confirmatam habes *to.* 3. *p.* 245. cujus ſummam, & declarationem modo audis, nova accedente Apoſtolica confirmatione.

(*c*) S. Pius V. anno 1658. utramque Abbatiam ſubjecerat collectæ pro Seminario in diœceſi erigendo, ut docent ipſius literæ *to.* 3. *pag.* 68.

miniſtratio, cura, & gubernium, eiſdem Capitulo & Canonicis reſervata fuerunt; atque omnium & quorumcumque fructuum perceptio, libera, immunis, & perpetuo exempta ab ipſo Archiepiſcopo, & a quibuſcumque taxis, contributionibus, & impoſitionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, per Archiepiſcopum aut Capitulum Theatinum, quocumque titulo, etiam Cathedratici, & Procurationis, vel alia quantumvis magis pia & favorabili cauſa, etiam privilegiata & privilegiatiſſima, quomodolibet & quandocumque imponendis; iiſdem modo & forma, quibus præfatum Monaſterium S. Martini, illiuſque Territorium & bona, a præmiſſis omnibus exempta erant, & immunia; & alias prout in dicta Concordia, & Inſtrumento, ſeu ſcripturis publicis ſuper illa confecto, vel confectis, memoratiſque Urbani Prædeceſſoris prædicti Literis, plenius continetur. Quocirca Nos inviolabili Concordiæ ejuſmodi ſubſiſtentiæ magis magiſque conſulere cupientes, ejuſdemque Urbani Prædeceſſoris veſtigiis inhærentes; concordiam ipſam novn Apoſtolicæ noſtræ approbationis & confirmationis munimine roboramus; atque omnia & ſingula in illa, ut præfertur, conventa, pacta, & declarata, firma ſemper & illæſa omnino manere, ac plenarium & integrum effectum, executionem, & obſervantiam, perpetuis futuris temporibus, habere volumus & obtinere.

Hujuſmodi Concordia Ap. auctorit. in perpetuum confirmatur.

LI. *Item conſuetudo Dimiſſoriales concendi pro Ordinationib. in Abb. S. Martini.*

Inſuper cum Capitulum & Canonici prædicti, in antiqua & pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi, facultatis concedendi Dimiſſoriales literas perſonis eorum juriſdictioni, ratione dicti Monaſterii S. Martini de Fara, ſubditis, ſint & eſſe reperiantur, quamvis præter antiquam hujuſmodi poſſeſſionem, facultas prædicta nulli Apoſtolico privilegio expreſſe ſuffulta appareat (*a*); æquum proinde arbitrantes, ut ipſi a quibuſcumque moleſtiis in poſterum ſuper hoc forſitan quandocumque, aut a quibuslibet inferendis penitus eximantur, dictæque facultatis firmitati plenius & uberius conſultum ſit; eiſdem Capitulo & Canonicis, ut ipſi ſubditis dicti Monaſterii S. Martini de Fara nullius Diœceſis, dictæ Provinciæ Theatin., literas Dimiſſoriales ad Clericalem Characterem & ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines ſuſcipiendos, prout hactenus conſueverunt, etiam in poſterum concedere libere & licite poſſint & valeant, dicta Apoſtolica auctoritate, tenore earumdem præſentium, perpetuo concedimus & indulgemus.

LII. *Jura in alia quinque Monaſteria, ſeu Abbatias*

Alias itidem fel. rec. Pius Papa IV. ſimiliter Prædeceſſor noſter, intuitu, & in remunerationem ſubſidiorum, pro Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, a tunc exiſtentibus Capitulo & Canonicis dictæ Baſilicæ, collatorum, per ſuas Apoſtolicas literas datas apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ MDLXIV., duodecimo Kal. Julii, alia quædam Monaſteria, Abbatias nuncupata, nempe S. Ruſfilli Oppidi Foripompilii, Ordinis S. Benedicti, tunc Brictinorien. diœceſis, & Sancti Martini in Montibus, Congregationis Ciſtercien. ejuſdem Ordinis diœceſis Viterbien., ac S. Petri Licoſati de Camerota, ac S. Nazarii de Cuccaro, ejuſdem S. Benedicti ſeu alterius Ordinis, tunc etiam Policaſtren., & Caputaquen. reſpective diœceſum, nec non Prioratum S. Salvatoris in Eccleſia Monaſterii S. Balbinæ de Urbe, S. Auguſtini, ſeu alterius Ordinis, omnemque in ipſis ſtatum, eſſentiam, ac dependentias, cæteraque veſtigia & inſignia Monaſtica & Regularia, Apoſtolica auctoritate perpetuo ſuppreſſit & extinxit, eorumque Eccleſias & loca ad ſtatum ſæcularem redegit; nec non omnia, & ſingula ſic ſuppreſſorum & extinctorum Monaſteriorum, & Prioratus, eorumque annexorum, ac membrorum proprietates, poſſeſſiones, domos, ædificia, grancias, fructus, redditus, proventus, jura, juriſdictiones ſpirituales & temporales, vaſſallos & alios ſubditos, aliaſque res & bona quæcumque, Menſæ Capitulari Baſilicæ prædictæ perpetuo applicavit & appropriavit; itaut liceret ipſius Baſilicæ Capitulo & Canonicis, eorum omnium & ſingulorum corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere; ac hujuſmodi fructus, redditus, & proventus, in ſuos & dictæ Menſæ Capitularis uſus & utilitatem convertere; nec non eorumdem ſuppreſſorum Monaſteriorum & Prioratus, Eccleſias, in ſpiritualibus & temporalibus regere & adminiſtrare; illiſque, ſi id requirerent, per Cappellanum unum, ſeu plures, in divinis deſervire; & quibus animarum cura immineret,

S. Ruſilli S. Martini in Mo. S. Petri Cuſator. S. Nazarii, & S. Balbinæ.

A Pio IV. ſuppreſſas & Capit. unitas:

Cum juriſdict. & Vicarior. Curat. deputatione.

(*a*) Extant literæ Pauli III. *to.* 2. *pag.* 415: quibus probatur locatio omnium bonorum hujus Abbatiæ ad centum annos; caveturque expreſſe, ut *Collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum ad collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem Capituli remaneat.* Quam rem minime expreſſerat Nicolaus V. in prædictis literis unionis anno 1451. *to.* 2. *pag.* 134. Cætera omnia immemorabilis conſuetudo hucuſque tuita eſt, nunc auctoritate Apoſtolica, ut reliquis in Abbatiis nituntur.

(*a*) Literæ

neret, illam per Vicarium, ſeu Vicarios idoneos, ad eorumdem Canonicorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exercere; aliaque onera illis forſan injuncta ſupportare; item omnia & ſingula Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Officia, & Beneficia Eccleſiaſtica Secularia & Regularia ad collationem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Abbatum, & Prioris dictorum Monaſteriorum, & Prioratus, communiter vel diviſim quomodolibet pertinentia, quandocumque & quotieſcumque illa deinceps vacare contigiſſet, etiam ad inſtar perpetuorum ſimplicium Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Beneficiatuum & Clericatuum nuncupatorum, in dicta Baſilica exiſtentium, perſonis idoneis ſæcularibus libere conferre, ipſaſque perſonas ad illa præſentare, eligere, in eis inſtituere, electos confirmare, ac alias de illis plenarie diſponere (a).

Ac Beneficior: collatione & proviſione:

LIII. Exemtio ab Annatis, & quibuſcumque aliis oneribus etiam futuris:

Præterea Capitulum & Canonicos prædictos, quibus ejuſmodi gratia ex cauſa oneroſa concedebatur, a ſolutione annatæ, & communium, ac quindenniorum, aliorumque jurium, Collegiis S.R.E. Cardinalium, & Officialium de annatis participantium, & Cameræ Apoſtolicæ, ratione dictorum Monaſteriorum & Prioratus, vel fructuum, reddituum, & proventuum, ſic ipſis, ut præfertur, applicatorum, quomodocumque debitorum, ac etiam a contributione ſubſidii charitativi, & triennalis, refectionis pontium, viarum, fluminum, aquæductuum, fortalitiorum, & aliarum impoſitionum, & a ſupportatione quorumcumque Seminariorum Clericorum, & decimarum, ſubſidiorum etiam charitativorum, & onerum tam ordinariorum, quam extraordinariorum, etiam per Sedem Apoſtolicam, pro defenſione ejuſdem Sedis, & quavis alia de cauſa, quantumvis urgentiſſima & neceſſaria, impoſitorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, exemit & liberavit, ac perpetuo exemptos, liberos, & omnino immunes eſſe & fore voluit & decrevit; etiamſi in impoſitionibus hujuſmodi caveretur expreſſe, quod ſimiles exemptiones nemini ſuffragarentur.

LIV. Necnon ab Ordinarior. ac Superior. quorumlibet juriſdictione.

Ipſaſque hu'uſmodi ſuppreſſorum Monaſteriorum & Prioratus Eccleſias, loca, res, & bona quæcumque a pro tempore exiſtentium Brictinorien., Viterbien., Policaſtren., & Caputaquen. Epiſcoporum, & dictorum Ordinum Abbatum, ac aliorum Superiorum Viſitatione, correctione, juriſdictione, & quavis alia ſuperioritate tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, pari auctoritate etiam perpetuo liberavit, abſolvit, & exemit; aliaque diſpoſuit, ſtatuit & decrevit; prout latius & uberius in prædictis literis continetur.

LV: Exemtio Monaſterii S. Petri Licoſ. & ſubjectarum Eccl. ab Epiſc. Policaſtren. juriſdictione etiam delegata, in contradictorio judicio firmatur.

Cum autem poſt applicationem & appropriationem prædictas, Capitulum & Canonici Vaticanæ Baſilicæ præfatæ, tanquam ſeparatum territorium habentes, in locis ſibi per eaſdem applicationem & appropriationem ſubjectis, ordinariam & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem omnimode & privative quoad Epiſcopos exercerent; cumque de anno Domini MDXCV. tunc exiſtens Epiſcopus Policaſtren. jus viſitandi prædictam Eccleſiam S. Petri Licoſati, aliaſque Parochiales Eccleſias ab ea dependentes, ſibi in vim Decretorum Concilii Tridentini, ac tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, competere prætendiſſet; exhibitis pro parte Capituli & Canonicorum prædictorum memoratis literis Pii Papæ IV. ſuper hujuſmodi unione, & incorporatione, Congregationi tunc pariter exiſtentium S. R. E. Cardinalium ipſius Concilii Interpretum; & rationum utrinque deductarum momentis per eoſdem Cardinales mature perpenſis; prodiit reſolutio: *Non licere Epiſcopo. Policaſtrenſi dictas Parochiales Eccleſias, tanquam poſt Concilium Tridentinum unitas, viſitare.*

LVI: Item exemtio Monaſterii S. Ruffilli, ejuſque Territorii a juriſd: Epiſc. Brictinor.

Poſtmodum vero, nempe anno MDCLXXI. cum tunc etiam exiſtens Epiſcopus Brictinorien. coram eadem Congregatione Cardinalium conqueſtus fuiſſet, ſe ſpolium ſuæ Ordinariæ juriſdictionis in Oppido Foripompilii, & in Terra Meldulæ, eorumque Territoriis a prædicto ſuppreſſo Monaſterio Sancti Ruffilli dependentibus, paſſum fuiſſe, ipſaque Congregatio Cardinalium eidem Epiſcopo Brictinorien. mandaſſet, ut jura ſua, citatis Capitulo & Canonicis prædictis, deduceret; plura Dubia in dicta Congregatione Cardinalium ſub die XII. Martii anni MDCLXXII. propoſita ac diſputata fuere, ac inter alia: *An prædicti Capitulum & Canonici literas Dimiſſoriales perſonis juriſdictionis ejuſdem Monaſterii concedere poſſent:* verum nulla deciſiva reſolutione tunc capta, ejuſmodi cauſa & controverſia plures annos ſiluit, donec eadem anno MDCCXIX. inſtaurata, nobiſmet ipſis tunc ejuſdem Congregationis Secretarii munus obeuntibus,

(a) Literæ Pii IV. editæ ſunt ipſo hoc volumine *pag: 50: ſeqq.* ex quibus abunde conſtat de omnibus hic in compendium relatis: Præterea eodem *to: 3: pag.* 239. *not. b* multa ſuppetunt ad juriſdictionem ſpectantia.

(a) Eas

Digitized by Google

bus, propoſitoque Dubio: *An, etiamſi conſtaret de Territorio ſeparato, Capitulum & Canonici prædicti Dimiſſorias concedere poſſent?*: Eadem Cardinalium Congregatio die XXI. Januarii prædicti anni *Negative* reſpondit. Subinde vero ad idem dubium repropoſitum ſub die XXIII. Auguſti anni MDCCXX., reſcripſit, quod *iidem Capitulum & Canonici Romano Pontifici ſupplicarent, pro obtinendo Indulto Literas Dimiſſoriales prædictas concedendi*. Quare ipſi recol. mem. Innocentio Papæ XIII. etiam Prædeceſſori noſtro preces porrexerunt, ad hoc ut eis facultatem indulgeret ejuſmodi literas Dimiſſoriales dandi ſuis ſubditis tam ratione Monaſterii Sancti Ruffilli, quam aliorum S Petri Licoſati, & S. Nazarii; quas tamen preces Innocentius prædictus eidem Congregationi Cardinalium remiſit pro voto, mandavitque inſtantiam proponi, citatis Epiſcopis intereſſe habentibus. His itaque ad judicium evocatis, propoſitoque die XXIII. Maji anni MDCCXXII. altero dubio: *Num foret conſulendum Sanctiſſimo pro conceſſione ejuſdem Indulti?* Dilata fuit reſolutio, & reſcriptum, *ut expectaretur exitus Cauſæ ſuper Territorio ſeparato*, pendentis in Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio, de cujus voto eadem Congregatio hujuſmodi controverſiam alias cognoſcendam eſſe cenſuerat. Hinc igitur Capitulum & Canonici eamdem cauſam proſecuti fuerunt in dicto Auditorio; a quo demum duæ, prima nempe ſub die XXVIII. Aprilis anni MDCCXXV., altera vero ſub die III. Maji ſubſequentis anni coram bo. mem. Carolo Cerro tunc uno ex ejuſd. Auditorii Auditoribus favore Capituli & Canonicorum prædictorum emanarunt Deciſiones, per quas, utraque parte informante, & juribus & allegationibus hinc inde deductis accurate diſcuſſis, reſolutum fuit, *conſtare de Territorio ſeparato in dicto Monaſterio S. Ruffilli*; ac demum Rotali Sententia deſuper expedita, prædictus Epiſcopus Brictinorien. Deciſiones & Reſolutiones Rotales hujuſmodi acceptavit, & liti ſuper articulo dicti Territorii ſeparati ceſſit; ipſique Capitulum & Canonici, Votum, quod exquirebatur, ab ipſo Auditorio expediri obtinuerunt. Quibus omnibus ex parte eorumdem Capituli & Canonicorum, fel. record. Benedicto Papæ XIII. Prædeceſſori quoque noſtro ſufficienter expoſitis, ſubjunctoque inter alia, quod, juxta mentem præfatæ

Sententia Rotalis ſuper Territ. ſeparato favore Capituli:

Epiſcopus Brictinorien. liti renunciat.

LVII. Conſequenter Benedict. XIII. Indultum pro conceſſione Literar. Dimiſſorial Capitulo impertitur.

Cardinalium Congregationis ſatis apertam & declaratam, ubi ſemel de prædicto Territorio ſeparato conſtitiſſet, optati Indulti conceſſio, tanquam rationi & æquitati conſentanea, jam controverti non poterat; idem Benedictus Prædeceſſor ſupplicationibus ex eorum parte ſuper hoc ſibi porrectis inclinatus, per ſuas literas in forma Brevis datas Beneventi die XXVI. Aprilis anni MDCCXXVII. (*a*) Capitulo & Canonicis prædictis, ut ipſi ſubditis Monaſteriorum prædictorum S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravennaten. & S. Petri Licoſati ac S. Nazarii Salernitanæ, reſpective Provinciarum, tunc & pro tempore exiſtentibus, literas Dimiſſoriales ad Clericalem characterem, & ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines ſuſcipiendos, concedere libere & licite poſſent, & valerent, Apoſtolica auctoritate, facultatem perpetuo tribuit, & impertitus fuit; quacumque litis pendentia, cæteriſque contrariis non obſtantibus; prout in ipſius literis prædictis etiam plenius continetur; quas quidem literas Nos ipſi in omnibus & per omnia confirmamus & innovamus, & quatenus opus ſit, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, per eaſdem præſentes decernimus, ſtatuimus, & declaramus, prædictis Capitulo & Canonicis in Terris ſeu Locis ratione prædictorum ſuppreſſorum Monaſteriorum S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., ac S. Petri Licoſati ſeu de Coſato nuncupati, & S. Nazarii Salernitan. reſpective Provinciarum, ſibi ſubjectis, Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, & hujuſmodi juriſdictionis exercitium, cum vero, proprio, diſtincto, ſeparato, & particulari Territorio, nullius Diœceſis, libere competere, eiſdemque licere literas Dimiſſoriales ad Clericalem characterem, omneſque, etiam Sacros & Presbyteratus, Ordines ſuſcipiendos, perſonis juriſdictioni prædictæ reſpective ſubditis concedere & impertiri. Utque etiam Monaſterium Monialium Ordinis S. Franciſci Cappuccinarum nuncupatarum, quod in Oppido Meldulæ dicti Territorii præfati Monaſterii S. Ruffilli Foripompilii anno MDCCXLII. vigore Decreti & Commiſſionis die XVIII. Auguſti præcedentis anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita expeditæ, & tunc exiſtenti Baſilicæ prædictæ Archipreſby-

In loca omnia ſpectantia ad Abbatias S. Ruffilli S. Petri Coſat. & S. Nazarii Ordinaria juriſdictio Capituli plenius aſſeritur

LVIII: Speciatim indultum conceditur pro regimine Monaſterii, etiam quoad clauſuram.

(*a*) Eas conſule paulo ſupra editas *to. 3. pag. 296.* Item de hac re huc revocanda quæ ajebam *pag. 239. not. b.*

(*a*) Ex

chipresbytero directæ, atque a Vicario dictorum Capituli & Canonicorum in eodem Territorio in Spiritualibus Generali executioni rite demandatæ, canonice erectum fuit, jure ordinario, & privative quoad omnes etiam viciniores Ordinarios, viſitare, ac ſuper ipſius Monaſterii, & illius Monialium regimine, diſciplina, ſtatu œconomico, aliiſque quibuslibet, etiam quoad clauſuram, ea omnia & ſingula, quæ in Domino judicaverint ſalubriter expedire, ſeu per ſe, ſeu per Vicarium prædictum, juxta tamen Canonicas Sanctiones, ſtatuere & ordinare poſſint & valeant, ex ſpeciali gratia etiam perpetuo concedimus & indulgemus.

LIX. Urb. VIII. Privilegium pro directione literarum & commiſſionum Apoſt. quo ad Mon. S. Martini de Fara.

Cumque ſæpedictus Prædeceſſor noſter Urbanus Papa VIII., per ſuas in forma Brevis literas Apoſtolicas die xx. Aprilis anni MDCXLII. datas (*a*), inhærendo Decretis die XII. ejuſdem menſis & anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum emanatis, ſtatuerit & mandaverit quaſcumque tam juſtitiam, quam gratiam concernentes, etiam quoad diſpenſationes matrimoniales, etiam in forma Brevis, ac in forma *Significavit*, & collationum Beneficiorum in forma *Dignum*, & gratioſa, nec non commiſſionum *Si in evidentem* reſpective nuncupatarum, & abſolutionum, aliarumque ſimilium gratiarum literas Apoſtolicas, quoad Perſonas primo dicti Monaſterii S. Martini de Valle, ſeu de Fara, ac Terræ, totiuſque & integri Territorii prædictorum, eorumdem Capituli & Canonicorum Vicario in Spiritualibus Generali in dicto Monaſterio tunc & pro tempore conſtituto, & non alteri, tam a Datario, Brevium Secretorum Secretario, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regente, quam ab omnibus & ſingulis aliis Datariæ, Secretariæ Brevium prædictorum, Cancellariæ, Pœnitentiariæ, & Cameræ Apoſtolicarum, Curiæque Romanæ Officialibus, tunc & pro tempore pariter exiſtentibus, cæteriſque ad quos quomodolibet & quandocumque ſpectaret, dirigi debere; decernens ex tunc irritum & inane, ſi quid ſecus a quoquam ſcienter, vel ignoranter attentari contingeret:

Eadem directio in multis obſervabatur, quoad alia Monaſteria

Cumque etiam, ſicut accepimus, non ſolum a prædicta ſuper negociis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium, ſed ab aliis quoque Congregationibus S. R. E. Cardinalium in Urbe inſtitutis, ac etiam a dicta Secretaria Brevium noſtrorum Secretorum, & aliis Romanæ Curiæ Officiis & Tribunalibus, pleræque commiſſiones & literæ etiam Apoſtolicæ, quoad res & perſonas alterius prædicti Monaſterii S. Ruffilli ejuſque Territorii & locorum ei ſubjectorum, vel ipſis Capitulo & Canonicis, vel eorum Vicario ibidem in Spiritualibus Generali, dirigi ſoleant, & jampridem conſueverint;

Pont. privilegium & conſuetud. antiquam confirmat, & extendit ad alia Monaſteria, in Regeſtis Rom. Curiæ deſcribenda.

Nos, ipſarum quoque præſentium tenore, prædictas Urbani Prædeceſſoris literas approbantes & confirmantes, tam dictum Monaſterinm S. Martini de Valle, ſeu de Fara Provinciæ Theatinæ, quam alia S. Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravenaten., ac S. Petri Licoſati, & S. Nazarii Salernitanæ reſpective Provinciarum, Monaſteria, inter alia nullius Diœceſis cum Territorio ſeparato & juriſdictionis quaſi Epiſcopalis exercitio Monaſteria, quorum Præſulibus, ſeu Vicariis in Spiritualibus Generalibus quæcumque literæ Apoſtolicæ etiam ſub Plumbo expeditæ dirigi ſolent, adſcribimus & adnumeramus, ac in infraſcriptis Officiis, Tribunalibus & Secretariis adſcribi & annumerari volumus & decernimus:

Et ad directionem & executionem quarumcumq. literarum & commiſſ. Ap.

Mandantes propterea non ſolum dictis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac pro tempore exiſtentibus Majori Pœnitentiario, & Brevium Secretorum Secretario, eorumque Miniſtris; verum etiam Dilectis quoque Filiis Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, & Cameræ etiam Apoſtolicæ Pro-Summatori, ac Majoris Præſidentiæ Abbreviatoribus, ac eorum Officialibus, Subſtitutis, & Miniſtris; nec non omnibus & ſingulis Romanæ Curiæ Tribunalibus, eorumque Judicibus, & Notariis, ut quaſcumque literas Apoſtolicas tam ſub Plumbo, quam in forma Brevis, ſive per Cancellariam, ſive per Cameram, aut per Officium minoris gratiæ nuncupatum, vel Contradictarum, ſuper collationibus Beneficiorum, & Diſpenſationibus Matrimonialibus, ac aliis quibuſcumque gratiis, conceſſionibus, & Indultis, ac diſpenſationibus expediendas, aliaſque omnes commiſſiones tam gratiam, quam juſtitiam concernentes, & ad partes mittendas, pro perſonis & locis tam primodicto, quam tribus aliis prædictis Monaſteriis, eorumque juriſdictioni ſubjectis, & ſub Ordinaria & quaſi Epiſcopali prædictorum Capituli & Canonicorum juriſdictione exiſtentibus, eorumdem Capituli & Canonicorum Vicariis in eiſdem Terri-

(*a*) Ex pariter ſunt editæ hoc *to. 3. pag. 255. ſeqq.*

(*a*) Ho-

Territoriis in Spiritualibus Generalibus pro tempore exiſtentibus, & non aliis, dirigant & dirigi faciant, ac curent. Utque ipſi Vicarii pro tempore exiſtentes literas & commiſſiones prædictas exequi, nec non in cauſis & negociis, quæ in iiſdem literis continentur, procedere in omnibus & per omnia licite valeant & debeant, quemadmodum alii quicumque locorum Ordinarii in ſuis reſpective civitatibus & diœceſibus procedunt & procedere poſſunt ac debent, eiſdem auctoritate & tenore, ſtatuimus, ac reſpective concedimus & indulgemus.

LX. Exemtiones & Privilegia a Pio IV. conceſſa iis Monaſteriis inſtaurantur.

Præterea omnes & ſingulas a Pio Papa IV. Prædeceſſore prædicto in eiſdem literis conceſſas, & ſuperius enunciatas exemptiones a ſolutione & contributione annatarum, & communium, ac quindenniorum, aliorumque jurium Collegiis S. R. E. Cardinalium & Officialium de annatis participantium, & Cameræ Apoſtolicæ, ratione eorumdem ſuppreſſorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum ab ipſis dependentium, illorumque fructuum, quomodocumque debitorum, nec non a contributione ſubſidiorum & quarumcumque impoſitionum, ac ſupportatione Seminariorum, Decimarum, aliorumque prædictorum onerum ordinariorum & extraordinariorum, & ex quavis cauſa quantumvis urgentiſſima & neceſſaria impoſitorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, in eadem ampliſſima forma ſpecialiter & expreſſe ac plenarie & integre innovamus: Diſtrictius inhibentes prædictis Collegiis, nec non Spoliorum, juriumque Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectoribus, Subcollectoribus, & aliis quibuſcumque Cameræ prædictæ & Cancellariæ Officialibus & Miniſtris præſentibus & futuris, ne Capitulum & Canonicos prædictos ſuper iis ullo unquam tempore moleſtare vel inquietare, ſeu adverſus exemptiones hujuſmodi aliquid attentare quoquo modo audeant vel præſumant.

LXI. Libera proviſio Eccleſiarum Curat. Territorii S. Rufilli, tanquam amovibilium, Capitulo aſſeritur.

Quia vero, ſicut etiam accepimus, non ſemel contigit, quod nonnulli Vicarii a Capitulo & Canonicis prædictis, ad exercitium curæ animarum, in Parochialibus Eccleſiis ſub incorporatione & applicatione præfata comprehenſis amovibiliter deputati, ſibi de hujuſmodi Eccleſiis, ſeu Vicariis, tanquam perpetuis & collativis, ac etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, per viam ſimplicis vel novæ proviſionis, Apoſtolica auctoritate provideri curarunt; hinc factum eſt, ut progreſſu temporis eædem Eccleſiæ, ſeu Vicariæ, tanquam perpetuæ & collativæ, atque etiam Apoſtolicis reſervationibus pro tempore obnoxiæ cenſerentur: contra prædictarum Pii IV. Prædeceſſoris literarum ſeriem, in quibus, ut præmiſſum eſt, cavetur expreſſe, quod in Eccleſiis, quibus animarum cura imminet, ea per Vicarium, ſeu Vicarios idoneos, ad eorumdem Canonicorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exerceatur.

Cauſa in Auditorio Rotæ agitata, contradicente Dataria Ap. & favore Capituli deciſa.

Et quidem paucis ante annis, vacante Parochiali Eccleſia S. Nicolai de Meldula, is qui a Capitulo & Canonicis prædictis in ea Eccleſia Vicarius amovibilis fuerat deputatus, diuturnam litem & controverſiam ſuſtinere coactus fuit adverſus alterum, qui de eadem Parochiali Eccleſia, tanquam de perpetua Vicaria vere collativa, & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, ſibi Apoſtolica auctoritate provideri obtinuerat. Verum quum nobis compertum ſit, hujuſmodi cauſam, & controverſiam in Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio, coram bo. mem. Carolo Calcagnini tunc ipſius Auditorii Decano, poſtmodum vero S. R. E. Presbytero Cardinali, introductam; præmiſſo examine ac diſcuſſione juris eidem Capitulo competentis, quoad hujuſmodi Vicariorum ad nutum amovibilium deputationes, non ſolum in prædicta Eccleſia S. Nicolai de Meldula, ſed etiam in cæteris omnibus Eccleſiis in prædictis Pii IV. Prædeceſſoris literis expreſſis, ſive contentis; atque ipſa quoque Dataria Apoſtolica pro ſuo jure & intereſſe ad cauſam admiſſa, & audita; tandem per binas Deciſiones, ſub die XI. Februarii, & XIV. Junii anni MDCCXXXVII. reſpective emanatas, favore Vicarii prædicti a Capitulo deputati definitum fuiſſe; ſententiæ Rotalis expeditione deſuper ſubſequuta:

Ejus jura Auctorit. Apoſtol. ſtabiliuntur in perpetuum.

Nos idcirco, ne ulteriora præjudicia prædictis Capitulo & Canonicis in poſterum ſimilibus ex cauſis, cum eorum juris imminutione, & controverſiarum diſpendiis, irrogari contingat; prædictam facultatem deputandi Vicarios ad eorum nutum amovibiles in ſingulis Eccleſiis & Beneficiis, quibus cura imminet animarum, eiſdem Capitulo & Canonicis per Pium IV. Prædeceſſorem in ſuis præcitatis literis conceſſam, & attributam, uſque adeo firmam, validam, & efficacem fuiſſe & eſſe, atque perpetuo fore, ſtatuimus & declaramus; ut per quaſcumque impetrationes de Eccleſiis & Beneficiis ejuſmodi, tanquam perpetuis, ab Apoſtolica Sede obtentas, quas omnes & ſingulas, utpote irritas, ac ſubreptionis & obreptionis vitio laborantes, ad omnes & quoſcumque effectus viribus omnino vacuamus; ac etiam per quaſcumq. collationes, aut proviſiones alias forte, vel ab ipſo Capitulo Vaticano, vel ab aliis quibuſcumque Collatoribus, ſive per concurſum, ſive ſub alia qualibet forma, titulo, & expreſſione de iiſdem factas, quas pariter aut nullas & irritas fuiſſe, aut in ſimplices deputationes reſolvi

reſolvi reſpective decernimus, & declaramus; nullus collativæ qualitatis ſtatus in eiſdem induci potuerit, aut inductus eſſe cenſeri poſſit; omneſque & ſingulas collationes, proviſiones, & quaſvis alias diſpoſitiones etiam in poſterum de ipſis Eccleſiis & Beneficiis, tanquam perpetuis & collativis, per quoſcumque, etiam per dictam Sedem Apoſtolicam, cum quibuſvis clauſulis & decretis, faciendas vel obtinendas, ſi id quandoque fieri contigerit, tanquam præter, & contra mentem & intentionem Romani Pontificis factas vel obtentas, nullas & invalidas, nulliuſque roboris vel momenti fore, & nullum cuilibet jus, aut etiam poſſidendi titulum per eas acquiri, nullamque demum præſumptionem, aut ſtatum, Capituli prædicti aut Canonicorum juribus contrarium, induci, aut firmari poſſe, volumus atque decernimus: Non obſtantibus noſtrarum Cancellariæ, & Datariæ Apoſtolicarum regulis, aliiſque etiam in corpore juris clauſulis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

LXII. Capit. Decret. de Benefic. Monaſt. S. Ruffilli conferendis in perſonas illius Territorii ab Innoc. XI. confirmatum probat & confirmat.

Cæterum Capitulare decretum, per quod anno MDCLXVII. a tunc exiſtentibus Capitulo & Canonicis dictæ Baſilicæ, ut accepimus, ſtatutum fuit, quod Beneficia in locis juriſdictionis dictæ Abbatiæ S. Ruffilli Oppidi Foripompilii conſiſtentia, tam quibus cura imminet animarum, quam ſine hujuſmodi cura, quæ quidem juxta eaſdem literas dicti Pii IV. Prædeceſſoris, perſonis idoneis ſæcularibus, ad inſtar Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Beneficiatuum, & Clericatuum nuncupatorum in dicta Baſilica exiſtentium, ab eodem Capitulo conferri debent, de cætero turnatim per Hebdomadarios Clericis de eadem diœceſi, ſi reperirentur idonei, excluſis exteris, conferrentur; quod quidem Decretum ven. mem. Innocentius Papa XI. noſter quoque Prædeceſſor per ſuas literas in forma Brevis ſub die xxv. Febr. an. MDCLXXVIII. expeditas approbavit & confirmavit; Nos pari auctoritate per eaſdem præſentes itidem approbamus & confirmamus.

LXIII. Indultum ſe immiſcendi in criminalibus ab Urbano VIII. Canonicis antea conceſſum inſtauratur:

Denique perpendentes, quod in exercitio juriſdictionis ſpiritualis & temporalis, quæ tam in civilibus, quam in criminalibus, ratione nonnullorum ex prædictis Monaſteriis, ſæpedictæ Baſilicæ, ejuſque Menſæ Capitulari, ut præfertur, unitis atque ſubjectis, ipſius Capitulo, & Canonicis competere dignoſcitur; vel etiam occaſione adminiſtrationis Caſtri S. Petri in Formis, vulgo *Campomorto* nuncupati, in ejuſdem Baſilicæ & Capituli dominio & proprietate exiſtentis, frequenter evenire poterit, ut negocia & cauſæ criminales, etiam ſanguinis, ab eodem Capitulo & Canonicis prædictis tractari, atque juſſiones & mandata pro reorum detentione, aut legitimarum pœnarum executione, expediri neceſſario debeant; ideoque ipſorum Canonicorum, aliorumque ad negocia & cauſas hujuſmodi cognoſcendas per Capitulum ipſum pro tempore deputandorum conſcientiæ ſecuritati conſulere volentes, quemadmodum alias a fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædeceſſore noſtro per literas Apoſtolicas ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Aprilis anni MDCXXVIII. datas, conceſſum fuit (*a*),

Enunciantur perſonæ, quibus competit indulti uſus.

Nos etiam dilectis filiis ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ Capitulo & Canonicis capitulariter congregatis, necnon Canonicis extra Capitulum Camerariis & Secretario, ac uni & alteri Canonicis, ad prædictorum Monaſteriorum atque Locorum regimen, & ad præfati Caſtri adminiſtrationem ſpecialiter deputatis, nunc & pro tempore exiſtentibus, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus & indulgemus, ut, eorum munere hujuſmodi durante, & occaſione juriſdictionis eidem Capitulo in præfata Monaſteria, eorumque loca, & homines vaſſallos, & ſubditos competentis, ſive adminiſtrationis prædicti Caſtri, in negociis & cauſis criminalibus quibuſcumque quoties opus fuerit, ſe immiſcere, ac in eis conſilium, mandata, & juſſiones, tam verbo, quam in ſcriptis dare, & debitæ executioni demandare, ſeu demandari facere, etiamſi forte ſanguinis effuſio, membrorumque mutilatio, ſeu etiam mors inde ſequatur, dummodo tamen a ſententia in cauſa ſanguinis per ipſos ferenda omnino abſtineant, libere & licite, ac abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, aut irregularitatis, ſeu cujuſvis alterius pœnæ vel cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, poſſint & valeant.

LXIV. Judicibus a Capit. deputatis pro Abbatia S. Martini in Mo. & Campomortuo aſſeritur facultas exercendi juriſdictionem extra diſtrict. ſuæ deputationis

Hoc etiam ſtatuentes, ut Judex a Capitulo deputatus in Cauſis tam criminalibus, quam civilibus, locorum & hominum prædicto Monaſterio Abbatiæ nuncupato S. Martini in Montibus Viterbien. diœceſis ſubjectorum, quamvis in Oppido Vetrallæ ejuſdem diœceſis extra Diſtrictum propriæ juriſdictionis reſideat, quæcumque opportuna decreta interponere, & ſententias in dictis cauſis proferre valeat; juxta

(*a*) Has Urbani literas conſule *to.* 3. *pag.* 239. ſimulque ſubjectas notas *lit. b.*

juxta antiquam conſuetudinem, quæ pro aliis etiam Judicibus locorum hujuſmodi, in quibus ob aerem inſalubrem, aliaſve cauſas, ordinariam reſidentiam habere non licet (a), & præſertim pro altero Judice ab eodem Capitulo in cauſis prædicti Caſtri S. Petri in Formis nuncupati ſimiliter deputato, & in Veliterna Civitate reſidente, obtinere dignoſcitur; utque decreta & ſententiæ, quas ipſe in cauſis hujuſmodi alioquin rite condiderit, ſeu pronunciaverit, non ideo nullitatis vitio ſubjacere cenſeantur, propterea quod extra diſtrictum juriſdictionis ſibi demandatæ prolatæ fuerint.

LXV. Perpetuus Conſt. munimis vigor ejuſque obſervatio conſtabilitur.

Ac decernentes has noſtras literas, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis, vel illorum aliquo quomodolibet intereſſe habentes, vel habere putantes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut ex quibuſvis aliis cauſis, occaſicnibus, vel prætextibus, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe, eaſque omnino ſub quibuſvis contrariis Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, & ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, aut alias quandocumque, & quibuſvis de cauſis etiam pro tempore factis, minime comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac de novo conceſſas, ſemperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, & inviolabiliter obſervari, ac prædictæ Baſilicæ Vaticanæ, illiuſque nunc exiſtentibus & futuris Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, ac Clero, aliiſque perſonis, Eccleſiis, & locis, quorum favorem eædem præſentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus pleniſſime ſuffragari debere; eoſdemque ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, vel illorum occaſione, etiam per alias Almæ Urbis Baſilicas, & Eccleſias, illarumque Capitula, vel Collegia, aut quoſcumque alios, quavis auctoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, ſeu verificationem, quorumcumque in eiſdem præſentibus literis narratorum, etiam quoad literarum Apoſtolicarum ſuperius enunciatarum, aliorumve monumentorum Datas etiam veriores, nullatenus unquam teneri, nec ad id in Judicio, vel extra, cogi ſeu compelli poſſe; ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

LXVI. Judicum executorum deputatio.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Oſtienſi, ac Portuenſi Epiſcopis, ac Dil. Fil. Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali, eorumque in Epiſcopatibus, & Officio hujuſmodi Succeſſoribus pro tempore futuris, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios ipſas præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, aliorumque quorum favorem eædem præſentes concernunt, aut alicujus eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus, ad

(a) Hujus voluminis (*pag. 260. & ſeqq.*) Documenta palam faciunt, Monaſterium ipſum ſeu Abbatiam S. Martini in Montibus juris Baſilicæ amplius non eſſe: quippe quæ per Chirographum Innoc. X. alienata, ſeu permutata fuit. At Capituli juriſdictio remanet in aliqua ejus Abbatiæ parte quæ adhuc remanet, diciturque *La tenuta di S. Salvatore*. De ea vero ſatis dixi (*to: 2. pag. 156. & to. 3: pag. 239.*) Quare huc revocari oportet quæ utrobique ajebam in notis.

ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, prædictamque Baſilicam Principis Apoſtolorum, ipſiuſque Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos, ac Clerum, aliaſque Eccleſias, & loca prædicta, cæteroſque omnes, quos eædem præſentes quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, illis omnibus, & ſingulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel quempiam ex ipſis deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ac legitimis, ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

LXVII. Contrariis conſtitutionibus derogatur.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam de jure quæſito non tollendo, ac de Indulgentiis non concedendis *ad inſtar*, ac Symmachi, & Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis, nec non Bonifacii VIII., qua cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, vel diœceſim ad Judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica prædicta deputati extra civitatem, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, vel præſumant; & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad Judicium non trahatur; nec non Innocentii IV. Sixti etiam IV. Innocentii VIII. & prædicti Pauli II. contra exemptos editis, ac Pii IV. de gratiis intereſſe Cameræ Apoſtolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera regiſtrandis, & inſinuandis, aliiſque Apoſtolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & Univerſalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Cameræ prædictæ, & aliarum Urbis Baſilicarum, ac quarumvis Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Monaſteriorum, & Locorum, ac Almæ Urbis prædictæ, & quorumvis illius Tribunalium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis reſpective ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, uſibus, ſtilis, & naturis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Cameræ, & ab ea cauſam habentibus, dictiſque Eccleſiis, earumque Præſulibus, Archipresbyteris, Capitulis, Superioribus, & perſonis, nec non prædictis Collegiis, ac etiam Urbi præfatæ, Populoque Romano, nec non Vicario, Gubernatori, Senatori, Conſervatoribus, Cameræ euſdem Urbis noſtræ, eorumque Locatenentibus, & quibuſvis aliis perſonis, civitatibus, & locis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & dictam Sedem, vel alios quoſcumque, & quacumque dignitate & auctoritate fulgentes, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam iteratis, & multiplicatis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis, & perpetuæ firmitatis præmiſſorum omnium, & ſingulorum, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, aliiſque omnibus, & ſingulis, quæ Nos, & ſuperius enunciati Prædeceſſores noſtri in ſingulis noſtris, & ipſorum Prædeceſſorum præcitatis literis, indulta, privilegia, prærogativas, exemptiones, & gratias eidem Baſilicæ Principis Apoſtolorum, illiuſque Archipresbytero, Capitulo, Canonicis, Clero, perſonis, & locis attributa concernentibus, voluimus, ac reſpective voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus comuniter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

LXVIII. Conſtitutionis exemplis MSS. aut impreſſis auctoritas tribuitur.

Ad hoc autem, ut eædem præſentes literæ amplius innoteſcant, & de eis in ſingulis locis, in quibus forſan opus erit, fides commode fieri poſſit; Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Secretarii Capituli ipſius Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ſeu alicu-

alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo ejuſdem Capituli, ſeu perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum confirmationum, approbationum, exemptionum, conceſſionum, indultorum, ſtatutorum, decretorum, mandati, præcepti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerarie contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. Sexto Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno XII.

MONITUM

MONITUM.

ABſoluta Bullarum Baſilicæ Vaticanæ Collectione, ac in tres Tomos diſtributa, nonnulla ſecundis curis, atque accuratiori examine detecta ſunt, quæ aut caſtigatione indigent, aut additamento. Hinc oportuit ad calcem Operis peculiarem Bullarum Appendicem attexere, ac eorum, quæ aut addenda, aut corrigenda duximus, ſeriem Lectorum oculis ſubjicere. Bullarum Appendix ea complectitur Diplomata, quæ aut in Archivis, aut apud probatos Scriptores nuper inventa ſunt. Nullus adeo induſtrius eſt meſſor, cujus manum ſpicæ non fallant, quas in demeſſa ſegete is tandem colligit, qui lento greſſu, ac nova acquirendi ſpe ductus, præterita veſtigia relegit. Nil mirum igitur, ſi in tanta Apoſtolicarum Conſtitutionum, quæ pro Vaticano Templo ſancitæ ſunt, copia, aliquot prætermiſſæ fuerint, quas modo ſuperaddimus; imo & nonnullæ adhuc ſuperſint, quas ſacræ Antiquitatis ſtudioſi aut data opera, aut etiam inopinato inveniant, multaque cum laude in lucem proferant.

Sed & alia quædam addere placuit, quibus eidem Operi lux major accedat. Selectiora aliquot monumenta huc tranſtulimus, quorum ope & ipſa explicentur Diplomata, & notæ quas Diplomatibus ſubjecimus, nova luce donentur.

Fatemur, & ultro quidem fatemur, nonnulla in hac Bullarum Collectione nobis excidiſſe, quæ caſtigatione aliqua digna ſunt. Haud indecorum errores noſſe, ac fateri; id quippe non leve moderati animi indicium eſt; tum maxime, quum mendas non fatemur ſolum, ſed emendamus. Neque vero minutiores lapſus hic intelligimus, qui aut Typographi oſcitantiæ tribuuntur, aut Cenſoris vel peritiſſimi oculos fugiunt; His quippe maculis nullus caret liber, & optimus ille eſt, qui minimis urgetur. Itaque graviores eas maculas eluendas ſuſcipimus, quæ aut ab hiſtorica veritate deviant, aut ſententiam invertunt, aut Chronologiæ notas perturbant. Quamvis hac in re aliquid etiam temporis anguſtiæ, ac feſtinato nimium labori, quo Apoſtolicas Sanctiones digeſſimus, ac elucidavimus, tribuendum. Vix enim, ac ne vix quidem lucubrationibus, quas dietim conficere neceſſe erat, expletis, inſtabat Typographus, ut protinus traderentur. Quocirca limæ aut incudi eas reddere nobis non licuit. Ut ut vero ſit, quæ non ſatis accurata protulimus, meliori conſilio revocamus. Si quid adhuc inemendatum ſuperſit, Lector benevolus excuſabit.

Ut autem hac in re temporum ratio, ac methodus ſervetur, Bullarum Appendicem notis inſtructam primo dabimus loco; Mox de iis, quæ addenda aut caſtiganda cenſuimus, ſermonem inſtituemus; ea lege nobis propoſita, ut quæ primo occurrunt, habita nimirum voluminis, paginæ, ac linearum ratione, ſi peccant, deleantur, ac immutentur; ſi luce indigent, novis monumentis, ac animadverſionibus illuſtrentur. Hiſce præjactis, rem ipſam, quam polliciti ſumus, aggrediamur.

APPENDIX BULLARUM

QUÆ IN PRÆSENTI

COLLECTIONE

DESIDERANTUR.

Domus Hoſpitalis intra Baſilicæ Vaticanæ ambitum poſita, Fulrado Archipresbytero, & Maginario Abbati inhabitanda conceditur.

Ex Balutio Tom. VII. Miſcellaneor. pag. 120.

Hadrianus I. 781.

HAdrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectiſſimis Fulrado Archipresbytero, ſeu (*a*) Maginario Abbati.

Si extraneis ignotiſque perſonis Apoſtolica ſuffragia inrogantur, quanto elegantius agitur, qui Sanctæ noſtræ Eccleſiæ puriter fideliterque ſervitia crebro exhibentibus Eccleſiaſtica prædia collocemus. Igitur quia poſtulaſtis a nobis, quatenus Hoſpitale (*b*) intus venerabilem Baſilicam Domini & Fautoris noſtri Beati Principis Apoſtolorum ſitum poſt Oratorium S. Leonis (*c*) Confeſſoris atque Pontificis euntibus ad S. Andream (*d*) manu dextra, juris venerabilis Baſilicæ exiſtentem * vobis ad tenendum emiſſa præceptione concedere deberemus; inclinati precibus veſtris per hujus præcepti ſeriem ſupraſcriptum Hoſpitale in integro a præſenti quinta Indictione, diebus vitæ veſtræ vobis concedimus detinendum, ita ſane ut a vobis, ſingulis quibuſque Indictionibus penſionis nomine rationibus eccleſiaſticis, ideſt venerabili Baſilicæ Beati Petri, unum auri ſolidum (*e*) difficultate poſtpoſita perſolvatis, omnemque qua indiget fabrica melioratione, ac defenſione prædictum Hoſpitale indifferenter, vos ſine dubio procurantes efficiatur (*f*), nullaque præterea ad dandam annue penſionem a vobis mora proveniat, ſed ultro Actionariis (*g*) Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, ideſt Baſilicæ Beati Petri Apoſtoli apto tempore perſolvatur. Nam ſi aliter, quod abſit, a vobis provenerit de ſupraſcripta fabricæ melioratione, ac defenſione, necnon & perſolvenda annua penſione, ſtatuimus fore invalidam hanc noſtram præceptionem. Poſt vero obitum veſtrum, memoratum Hoſpitale, ut ſuperius legitur, ad jus Sanctæ noſtræ, ideſt jam dictæ Baſilicæ Beati Petri Apoſtoli nihilominus revertatur.

* L. exiſtens.

Scri-

(*a*) Particulam *ſeu* pro copulativa & a medii ævi ſcriptoribus aliquando uſurpari, probe norunt qui illius ætatis monumenta verſant.

(*b*) Illud ipſum eſt, quod Stephanus II. Fulrado Presbytero & Abbati conceſſerat; uti docet Pontificium diploma to. 1. hujus Operis pag. 12. relatum.

(*c*) Ibi exſcitatum, quo beati Præſulis exuviæ fuerunt a Sergio I. translatæ. Vide to. 1. pag. 12. not. b, & obſervationem eidem notæ in hac appendice adjectam.

(*d*) In cujus honorem Symmachus Papa ad meridionalem Vaticani Templi partem Oratorium, ſive Eccleſiam, erexit, quamplurimis ornamentis dein per Succeſſores Romanos Antiſtites auctum, ut in Libro Pontificali videre eſt. Sacram ædem, cujus ſitum accurate deſignat Alpharanus in Tab. Ichnograph. num. 153. ac duobus ſequentibus, pluries in anno adibat Summus Præſul; quod S. Rom. Eccleſiæ Ritualis libri præcipue monent. Unum ex multis teſtem ſeligam Benedictum Canonicum noſtrum, qui de Sabbato Quatuor Temporum Adventus ita loquitur in ſuo Romano Ordine (Sabbato, Statio ad S. Petrum, ubi debet ordinatio fieri a Pontifice, & celebrari Miſſa. Dum vero cantatur officium celeberrime a Schola, & hymnus trium puerorum, Benedicite omnia opera Domini Domino, deſcendit Pontifex ab altari (S. Petri), & vadit ad S. Andream. Ibi facit conſecrationem. Facta conſecratione revertitur ad altare.)

(*e*) Quotus fuerit Hadriano I. Pontifice valor aurei ſolidi, hic definire mihi conſilium non eſt. Sed paucis obſervaſſe juvat, aureum ſolidum Romanum, teſte Caſſiodoro, ſex millibus denariorum fuiſſe æſtimatum; ſingulos autem denarios Romanos tribus aſſibus & ſemi exæquatos, Garnerius ex communi opinione adnotat in Diurn. Rom. Pont. pag. 3. Aliud tamen fuit pretium aurei ſolidi, quem Cencius Camerarius apud V. Cl. Muratorium to. 5. Antiquit. medii ævi col. 866. valuiſſe tradit x. ſolidos denariorum ſenatus.

(*f*) Locus, aut librariorum culpa, aut ſi mavis, primigenii ſcriptoris inſcitia depravatus: qui tamen poteſt hac ratione, vel aliter reſtitui: (Omnemque, qua indiget fabrica, meliorationem ac defenſionem indifferenter vos ſine dubio procurantes, prædictum Hoſpitale melius efficiatur.)

(*g*) Baſilicæ bona ſeu patrimonium curantes, modo *Camerarii* dicuntur: remotiori ætate procul dubio *Actionarii* vel *Actores* fuiſſe appellatos vetuſtiſſima produnt monumenta, quæ, Deo favente, dabimus aliquando.

(*a*) Im-

Scriptum per manum Theodori Notarii, & Scriniarii in Menſe Novembris Indictione ſupraſcripta quinta. Bene valete.

Data Kal. Decembris regnante Domino, & Salvatore Jeſu Chriſto (*a*), qui vivit & regnat cum Deo Patre Omnipotente, & Spiritu Sancto per immortalia ſecula, anno Pontificatus noſtri in ſacratiſſima Beati Apoſtoli Petri, ſub die (*b*) Deo propitio, decimo (*c*), indictione quinta.

Miſerum Romanæ Eccleſiæ, ac Baſilicarum Ss. Petri & Pauli ſtatum deflet: Guillelmi Aquitaniæ Ducis pietatem commendat.

Ex Tom. IV. Spicilegii Lucæ Dacherii pag. 232.

Gregorius VI.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, omnibus qui Chriſtiana Fide cenſentur, & beati Apoſtolorum Principis Sedem Eccleſiarum omnium matrem recognoſcunt, Salutem & abſolutionem omnium peccatorum per benedictionem & merita beatorum Petri & Pauli Principum Apoſtolorum.

Notum vobis fieri volumus, Fratres chariſſimi, quod Sancta Romana Eccleſia, communis mater (*d*), omnium magiſtra & domina, non ſolum ſplendore ſanctæ Religionis univerſum Mundum illuminavit, ſed etiam multis indigentibus per diverſas partes terræ neceſſaria pietate diſtribuit (*e*). Modo vero e peccatis non tantum noſtris, ſed etiam multarum gentium exigentibus, & in religione friguit, & terrenas opes majori ex parte amiſit. Nonnulli etiam Imperatores, Reges, & Principes, aliorum ordinum perſonæ, miſera cupiditate capti maternam maledictionem incurrere non timentes, ejus poſſeſſiones invaſerunt, diſtraxerunt, & in proprios uſus redegerunt: qui etiam gladio anathematis percuſſi, & more infelicis Judæ ſacrilegii vinculo ſtrangulati, ne ad pœnitentiam redirent deſipuerunt (*f*). Hinc igitur inopia, devaſtationes, latrocinia, rapinæ contra ipſum Eccleſiæ Caput, beatum videlicet Petrum, & in ejus quaſi viſceribus exortæ ſunt. Proinde propria ipſius Eccleſia, & beati Pauli, quæ illorum corporibus per totum Orbem refulgent, & ſuo odore ſuaque pietate omnes ad ſe gentes provocant, jamjam, heu pro dolor! ruinam minantur (*g*). Unde nos utcumque meritis

---

(*a*) Imperii annos præferens nota chronologica, Pontificiis diplomatibus & publicis monumentis quondam inſcribi ſolita, hic minime apparet; & ejus loco formula illa, *Regnante Domino & Salvatore Jeſu Chriſto &c.* uſurpatur. Hujuſce mutationis ratio in promptu eſt. Jam a Græcis Imperatoribus ſumma impietate in ſacras Imagines pugnantibus, & pari immanitate in Catholicos ſævientibus, nullumque præbentibus reſipiſcentis animi indicium, ſubditi omnes Itali, adverſus Longobardorum vexationes ope nulla ab Imperio protecti, defecerant. Jam Ravennates, & Pentapolim atque Æmiliam incolentes, divo Petro, nempe Sedi Apoſtolicæ ſeſe commendarant in clientelam & fidem: quocirca Summi Antiſtites plurimas ad illos tuendos curas vigilias ac labores ſubiere, & ingentem conſumpſerant auri vim. Jam Exarchatus in Romanæ Eccleſiæ dominium tranſlatus. Eapropter mirum non eſt, ſi neglecta Imperiali nota chronologica, verum Dei Omnipotentis, & Jeſu Chriſti Servatoris noſtri regnum præfetatur. Eadem clauſula, ut alia prætermittam exempla, ſignatur prædicti Hadriani Pontificis diploma pro S. Dionyſii cœnobio excuſum, adſutumque to. 8. Concil. Labb. col. 539. ſeq. edit. Venet. Datum enim legit. (Kalendis Julii per manum Anaſtaſii primicerii, regnante Domino Deo & Salvatore Jeſu Chriſto, cum Deo Patre Omnipotente, & Spiritu Sancto per infinita ſecula: anno, Deo propitio, Pontificatus Domini noſtri in Apoſtolica ſacratiſſima beati Petri Sede XV., Indictione IX.) Illud tamen animadverſione dignum eſt, in ipſius Hadriani epiſtola Bertherio Viennenſi Epiſcopo inſcripta apud Labb. loco mox laudato col. 556. ſcriptoris notam ex Conſtantini VI. Imperio peti in hunc modum: (Kal. Jan., imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino, annuente Deo coronato piiſſimo Rege Carolo, anno primo patriciatus ejus.) Scilicet Conſtantino VI., & Irene ejus matre in Oriente imperantibus ſeptima generalis Synodus Conſtantinopoli primum incepta, deinde Nicææ habita eſt; in qua proſcripta fuit Iconoclaſtarum hæreſis atque anathemate perculſi ſunt ii omnes qui ſacras Imagines frangerent.

(*b*) Pro *ſub die*, legendum opinor, *Sede*.

(*c*) Igitur hoc diploma ab Hadriano I. editum eſt anno Chriſti 781., qui cum anno ſui pontificatus decimo concordat. Indictio autem qua privilegium notatur, a Septembri incipit; quod Balutius minime advertit; & idcirco neutiquam audiendus, dum innuit, annum procuſi diplomatis fuiſſe 782.

(*d*) Locum hunc ita reſtituimus, qui in utraque editione ſuperius laudata ſic habet: *quod a Sancta Romana Eccleſia communi matre &c.*

(*e*) Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vere eximiam in pauperibus ſublevandis benignitatem atque munificentiam exempla produnt quamplurima. Unum inſtar omnium ſit beati Symmachi Papæ beneficentia; qui compluribus Epiſcopis in Sardiniam, ob Fidem Catholicam ſtrenue & conſtanter aſſertam, tempore Vandalicæ perſecutionis relegatis, non ſolum literis ab Ennodio diſerte concinnatis, ſed re etiam & opere ſubſidium contulit, pecuniam ſcilicet & veſtes quotannis ſuppeditans; ut ſcripto conſignavit ejuſdem S. Symmachi biographus in Libro Pontificali, vetus chronicon exeunte ſeculo Eccleſiæ VI. elucubratum & a Ruinartio publici juris factum in Hiſt. Vandal. part. 2. fol. 115., auctor geſtorum S. Aviti Vienen. Epiſcopi ap. Labb. Biblioth. MSS. to. 1. pag. 693., aliique.

(*f*) Id innuere Pontifex videtur, quod auctore Vvillelmo Malmesburienſi ſupra enarravimus.

(*g*) Hugo Flaviniacenſis Abbas in Chronici Virdunenſis part. 1. hæc tradit: *Anno 991. S. Odilo venit ad converſionem Cluniaci, & quarto anno S. Majolus obiit. Ea tempeſtate Roma maxima ex parte igne conſumpta eſt. Templum etiam S. Petri accenſum eſt, & jam trabes ferro & laminis æreis coopertæ ardebant, cum omnis plebs Romana ad Sepulcrum Apoſtoli concurrens, ubi humana nihil prævalebant auxilia, divinum & Apoſtolicum expectabat ſuffragium; & ſtatim ignis qui jam trabes lambebat, extinctus eſt.* At ſi incendii cladem divinitus evaſit Vaticana Sancti Petri Baſilica, eam certe injuriam paſſa eſt, quam ex temporis vetuſtate cuncta ſolent ſubire ædificia. Seculo decimo res Eccleſiæ Romanæ peſſimo loco erant, ac proinde mirum non eſt, ſi ceteris calamitatibus illud quoque acceſſerit, quod Summi Pontifices, quorum nonnulli a virtute majorum defecerant, de reficiendis atque inſtaurandis toto Orbe celeberrimis beatorum Petri & Pauli Baſilicis parum aut nihil cogitarent. Gregorius Sextus, ſolers quidem Præſul, remedium ingenti malo tandem parandum curavit.

tis pauperes, nec rebus quidem divites cœpimus (*a*), ut tanto periculo, Deo adjuvante ſuccurrere, manumque adjutorii ad inſtaurandum præbere poſſemus. Hoc autem religioſi Clerici videntes, & Laici quamplurimi, quos Guillelmus (*b*) glorioſus Aquitaniæ Dux ad noſtrum auxilium incitare cœpit, unoquoque anno de ſuis rebus oblationes largiri diſpoſuerunt ad hoc ſpecialiter, ut ea quæ in ejus propria Eccleſia ſunt neceſſaria, reſtaurentur & ædificentur; quatenus omnipotens Dominus & eorum meritis & ſpeciali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ oratione per veram pœnitentiam eos ad eam Fidem inſtaurare (*c*), quam in baptiſmo Domino promiſerunt, & cæleſtis patriæ ruinam reſtituens, in æterna beatitudine eos collocet. Quorum nos videntes devotionem, & laudabilem erga communem matrem dilectionem, tam per nos quam etiam per Succeſſores noſtros, ter in anno cum omnibus Romanis Eccleſiis generaliter Miſſam celebrare, & ſepties illorum ſpecialiter memoriam inter ſacra Miſſarum ſolemnia habere promiſimus, ut omnipotens Dominus meritis Dei genitricis, quæ ſingulari pietate Romanam ſemper tuetur Eccleſiam, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, omnium Sanctorum maxime Romæ quieſcentium oratione, a cunctis eos peccatis abſolvat, & ad vitam æternam perducat.

In Philippum I. Gallorum Regem multorum ſcelerum reum excommunicationem comminatur ſuper Altare D. Petri quotidie confirmandam, ni reſipiſcat.

Ex Tom. XII. Concilior. Labb. col. 314. Venet. Edition.

S.Gregor.VII. 1074. GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Guilielmo Comiti Pictavienſi ſal. & Apoſtol. bened.

Licet Philippi regis Francorum iniquitates ad notitiam tuam perveniſſe dubitandum non ſit; utile tamen duximus, quantum de eiſdem iniquitatibus doleamus, tibi innoteſcere. Nam inter cetera ſcelera, quibus non ſolum Chriſtianos ſed & Paganos videtur ſuperaſſe principes, poſt Eccleſiarum, quas ſibi licuit confundere, varias deſtructiones, adeo regiæ dignitatis poſthabuit verecundiam, ut avaritia potius inflammante, quam ratione aliqua poſcente, Italiæ negotiatores, qui ad partes veſtras venerant, deprædatus fuerit (*d*). Qua de re, quia Epiſcopos Franciæ literis noſtris eum convenire monuimus, te quoque S. Petrum & nos pure diligentem, &, ut credimus de ejus nobiſcum periculis contriſtatum, præcipue monemus, quatenus ex illis atque nobilioribus Franciæ melioribus quibuſdam adhibitis, iniquitates ſuas ſibi notificetis, & ut ipſe ſtultorum ſuggeſtionibus renuntiando, atque bonorum & ſapientium conſiliis adhærendo incipiat jam a confuſione Eccleſiarum manum retrahere, & ad exemplar bonorum Franciæ regum pravos mores ſuos commutare, deprædationes quas ſupra commemoravimus, unde oratores (*e*) S. Petri impediuntur capiuntur atque multis modis affiiciuntur, ſine dilatione emendare. Quod ſi conſiliis veſtris acquieverit, nos eum qua debemus charitate tractabimus: alioquin, ſi in perverſitate ſtudiorum ſuorum perduraverit, & ſecundum duritiam & impœnitens cor ſuum iram Dei & Sancti Petri ſibi theſaurizaverit; nos Deo auxiliante, & nequitia ſua promerente, in Romana Synodo a corpore & communione ſanctæ Eccleſiæ ipſum, & quicumque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus, & ejus quotidie ſuper altare S. Petri excommunicatio confirmabitur (*f*).

Diu

(*a*) Videtur hic, quidpiam deeſſe, puta, *curare* ſive *agere*, aut quid ſimile.

(*b*) Dictus *Acer*, ſi Gregorio VI., ut ſupra conjecimus, hæc epiſtola adjudicetur.

(*c*) Legendum puto, *inſtauret*.

(*d*) Philippum I. Francorum Regem, non ſolum ob dimiſſam Bertham legitimam conjugem, & Bertradam Fulconis Andegavenſium Comitis adhuc viventis uxorem ſibi conjugio copulatam; verum etiam ob inexplebilem auri famem qua ſolebat Eccleſias venumdare, nec ſinebat liberas eſſe electiones, antiqui Scriptores damnant, quos inter Matth. Pariſius in Vvillielmo II. illum pecuniæ tenebris excæcatum dicit. Magis in rem noſtram notandum eſt quod S. Gregorius VII. in alia epiſtola, nimirum 35. lib. 1., de ipſo Rege ſcribit: *Mercatoribus*, ait, *qui de multis terrarum partibus ad forum quoddam in Francia nuper convenerant, ... more prædonis infinitam pecuniam abſtulit.* Attamen Regem tandem reſipuiſſe tradit inter alios continuator Aimoini Hiſt. Francor. lib. 5. cap. 50.; & ſub finem vitæ monachalem habitum induiſſe, narrat Vvillelm. Malmesbur. lib. 5. de geſt. Reg. Angl.

(*e*) Eos qui ad ſacra divi Petri Limina pietatis ergo proficiſcebantur, *Oratores* fuiſſe appellatos, obſervatum eſt to. 1. hujus Operis pag. 24. not. d.

(*f*) Magni momenti negocia executioni mandabant Romani Antiſtites in Vaticana Baſilica ad S. Petri ſepulcrum; ut hic in ſuis cineribus propemodum adhuc vivens atque Eccleſiam gubernans, ſua muniret auctoritate quod illi pro crediti muneris ratione, & ad Chriſtianæ Reipublicæ bonum ſanciebant. Confer quæ animadvertimus to. 1. pag. 10. not. b, & p. 46. not. c.

(*a*) Quæ

Diu eſt enim quod iniquitates ſuas portavimus; diu eſt quod ſanctæ Eccleſiæ injuriam, parcendo adoleſcentiæ ſuæ diſſimulavimus. Nunc autem adeo perverſitas morum ſuorum ſe notabilem reddidit, ut ſi tantæ valetudinis, tantæque fortitudinis eſſet, quantam Pagani Imperatores Sanctis Martyribus intulerunt, nos timore aliquo tot & tantas iniquitates ſuas nullo modo impunitas dimitteremus.

Data Romæ Idibus Novembris Indictione decima tertia (*a*).

Pœna anathematis prohibet ne S. Petri aliorumque Altarium Oblationes auferantur; aut Eccleſiæ a Laicis in ſervitutem redigantur.

Ex Gratian. Decret. cauſ. 10. quæſt. 1. Can. 14.

Callixtus III. SAnctorum Patrum Canonibus conſona ſentientes, oblationes de ſacratiſſimo & reverendiſſimo Altari Beati Petri, & Salvatoris, & S. Mariæ Rotundæ (*b*) aut aliis Eccleſiarum Altaribus ſive crucibus, a laicis auferri penitus interdicimus, & ſub diſtrictione anathematis prohibemus: & Eccleſias a laicis incaſtellari (*c*), aut in ſervitutem redigi auctoritate Apoſtolica prohibemus.

Bonaventuræ Portuenſis & Silvæ Candidæ Epiſcopi ejuſque ſucceſſorum jura ac Privilegia in Baſilica Vaticana.

Ex prolixiori Diplomate apud Ughel. Tom. 1. Ital. Sac. col. 130.

Gregor. IX. 1236. SImili modo ad ungendum vel conſecrandum Imperatorem, primum tuam, tuorumque ſucceſſorum Epiſcoporum fraternitatem convocamus; ut quibus regimen totius civitatis Leoninæ conceſſum eſt, ab his primum ſit benedictus: conſecrationem Altarium S. Petri, & ſuorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, Altarium, Sacerdotum, Clericorum totius civitatis Leoninæ, tibi tuiſque Succeſſoribus in perpetuum concedimus & confirmamus; cuncta ſacra officia ſeu miniſteria quæ nos & ſucceſſores noſtri facere debemus, ſi ægritudine vel cura aliqua impediti facere non poſſumus, tam in ſupraſcripta venerabili Eccleſia S. Petri, & Monaſteriis ſuis, quam & per totam civitatem Leoninam, per te tuoſque Succeſſores fieri, Apoſtolica auctoritate decernimus. Sane in Dominica Palmarum, in Cœna Domini, Paraſceve, Sabbato Sancto, & die Paſchæ ſtatutis horis & diebus anteceſſorum noſtrorum privilegiis deſignatis Miſſarum ſolemnia & divina officia juxta veterem conſuetudinem ſuper Altare Beati Petri a te tuiſque ſucceſſoribus celebranda ſtatuimus, ubi quidquid projici vel offerri contigerit, tam videlicet in Altari quam in Confeſſione, veſtris uſibus applicetur. Porro ad conſecrandam Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dignitatem &c. Decernimus ergo &c.

Datum Reate per manum Magiſtri Guillelmi S R. E. Vicecancellarii, IV. Nonas Auguſti Indictione VIII. (*d*), Dominicæ Incarnat. anno MCCXXXVI., Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ IX. anno decimo.

Statio-

(*a*) Quæ a menſe Septembri inchoata, concurrit cum anno æræ vulgatæ 1074.

(*b*) Sacram ædem S. Mariæ ad Martyres a circulari forma *Rotundam* vulgo nuncupatam, Fidelium oblationibus divitem antiquitus fuiſſe, ſatis innuunt Bonifacii IX. literæ a doctiſſ. Viro Petro Moretto prolatæ in ſua de Ritu dandi Presbyterii Lucubratione Append. 3. num. 14. In ea namque Bulla dimidiam portionem omnium oblationum, quæ in S. Mariæ Transtiberim, & S. *Mariæ Rotundæ* Eccleſiis de Urbe quoquo modo erogabantur, Cameræ Apoſtolicæ indigentiis Bonifacius impendit.

(*c*) *Ut inde fiant propugnacula*; quemadmodum explicat notula huic textui ſubjecta in prælaudato Gratiani Decreto.

(*d*) Annus æræ chriſtianæ 1236. cum anno x Pontificatus Gregorii IX. bene concinit: ab utroque tamen diſcordat Indictio VIII., cujus proinde loco ponenda eſt Indictio IX., cum anno Domini 1236. concurrens.

(*a*) Quas

Stationarias Indulgentias a S. Gregorio I. Pontifice ejuſque Succeſſoribus conceſſas confirmat; ac inſuper apoſtolica munificentia alias ſuperaddit.

Ex Autograph. in Archiv. Baſil. Capſ. 1. Faſc. 2.

Boniſac. VIII. 1297.

BOnifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ ſolio Divina diſponente Clementia præſidentes, etſi de cunctis Orbis Eccleſiis juxta noſtri Officii debitum indefeſſæ ſollicitudinis ſtudio cogitemus, ad earum ſtatum votivum & proſperum intendendo, de illis.... Urbis latitudo ſinuoſa complectitur, eo propenſius cogitare nos convenit, & ad ſtatus & honoris earum incrementa felicia opem & operam efficacius impertiri, quo noſtris humeris illarum cura dinoſcitur ſpecialiter.... imminere. Sane frequentis conſiderationis indagine perluſtramus, & infra clauſtra pectoris ſollicita meditatione diſcutimus, qualiter Doctor optimus, Eccleſiæ Sanctæ lumen Beatus Gregorius, dum adhuc in terris gereret vices Chriſti, Patriarchalibus & quampluribus aliis ejuſdem Urbis Eccleſiis primo, prout tradidit antiquitas, & alii poſtmodum Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ad honorem Dei & ſalutem animarum Fidelium, quorum ad Urbem ipſam de univerſis fere Orbis provinciis innumera confluit multitudo, de Apoſtolicæ Sedis liberalitate munifica diverſorum tenorum ſtationarias Indulgentias (a) conceſſerunt. Nos igitur prædeceſſorum ipſorum veſtigiis piæ ſollicitudinis ſtudio inhærentes, & crebrius revolventes in intimis, quod in eadem Urbe non ſine ſupernæ diſpoſitionis arbitrio glorioſorum Principum Orbis terræ, ac aliorum innumerabilium Sanctorum veneranda corpora requieſcunt, & propterea non indigne volentes ob divinam & Principum ac Sanctorum reverentiam prædictorum Eccleſias ipſas, necnon & eandem Urbem, utpote ipſius Romanæ Eccleſiæ filiam ſpecialem, & ad ejus beneplacita exequenda diſpoſitam, quam infra ſacrarium pectoris gerimus prædilectam, honoribus condignis attollere, uberibus proſequi gratiis, & præcipuis favoribus confovere, ac animarum Fidelium providere profectibus eorumdem, univerſas Stationarias Indulgentias ſupradictas eiſdem Eccleſiis ſub quacumque forma contentas, ſive modo, eis a prædeceſſoribus ipſis conceſſas, auctoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia confirmamus, eaſque obtinere volumus perpetui roboris firmitatem (b). Et ut paternæ dilectionis affectum, quem ad Urbem gerimus prælibatam, per effectum operis evidentius oſtendamus, ac ipſam & eaſdem Eccleſias honoris & gratiæ potioris impendio proſequamur, & ſaluti provideamus uberius Fidelium prædictorum; Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorumdem Principum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis qui prædictas Eccleſias a die Cinerum uſque ad feſtum Reſurrectionis Dominicæ incluſive ex tunc proximo ſecuturum venerabiliter viſitaverint annuatim, unum annum & quadraginta dies, ac illis etiam qui in ſtatu hujuſmodi exiſtentes ad recipiendum benedictionis munus per Summum Pontificem qui pro tempore fuerit, a prædicto die Cinerum uſque ad feſtum ipſum ſimiliter incluſive ſuper peregrinos, prout moris eſſe dinoſcitur, faciendæ, devote acceſſerint, ſeu alias illis contigerit intereſſe, præter alias Indulgentias conſuetas centum dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & relaxationis &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani octavo Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio (c).

Capi-

(a) Quas meminit etiam Julius II. apud Raynaldum ad ann. 1506. num. 45.

(b) Etſi præclarum hoc de Indulgentiis Stationalibus monumentum quamplurimis Urbis Eccleſiis, potiſſimum vero Patriarchalibus commune ſit, nihilominus jure quodam præcipuo ad Baſilicam Vaticanam pertinet, in qua, ſive dierum numerum, ſive ſolemniora Religionis Myſteria iis diebus celebranda inſpiciamus, patet longe plures Stationes in Vaticana Baſilica, quam in ceteris Urbis Eccleſiis fuiſſe habitas. Præter eas, quæ hodie adhuc vigent, Panvinius in Opere de præſtantia Baſ. S. Petri lib. 3. cap. 56. & lib. 5. cap. 17. ſuperaddit dies alios antiquitus peragendis in eadem Baſilica Stationibus deſtinatos, nimitum diem Natalis Domini ad 3. Miſſam; ſecundam & quartam Adventus Dominicam; item Dominicam Sexageſimæ; Sabbatum ante Dominicam Paſſionis; Dominicam ſecundam poſt Paſcha; ac diem conſecrationis Baſilicarum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

(c) Iſte concurrit cum anno æræ Chriſtianæ 1297.

(d) Is

Capellæ S. Vincentii gubernium ac omnimoda juriſdictio confertur Cardinali Matthæo Urſino Vaticanæ Baſilicæ Archipresbytero.

Ex Lib. 1. Literarum Curiæ Benedict. XI. epiſt. 167. ap. Archivum Apoſtol. Vaticanum.

B. Benedict. XI. 1304. 4. Junii.

BEnedictus Papa XI. (a) Matthæo S. M. in Porticu Diacono Cardinali.

Providentiæ tuæ virtus quamdiu * in arduorum executione negotiorum enituit, noſtro ſuggerit animo ut incumbentium nobis undique agendorum partem aliquam tuæ ſollicitudini committamus, probabili quidem * experimento tenemus, quod ea quæ tuæ circumſpectioni committimus diligenter & efficaciter exequaris, Cum itaque Capella S. Vincentii de Urbe ſita inter Baſilicam Principis Apoſtolorum & palatium noſtrum papale (b), quod eſt ibidem collapſa, in temporalibus & in ſpiritualibus deformata plurimum dinoſcatur, nos de ſtatu ipſius Capellæ ſollicite cogitantes & intendentes de proſpero ſtatu ejus, & quod perſonæ idoneæ reperiantur in ea ſalubriter providere, Capellam ipſam cum pertinentiis ejus in ſpiritualibus & temporalibus diſcretioni tuæ, uſque ad beneplacitum Sedis apoſtolicæ præſentium auctoritate committimus gubernandam, ut per te vel alium ſeu alios in Capella & pertinentiis ejuſdem vice noſtra ordinariam juriſdictionem obtineas, viſites, corrigas, & reformes, inſtituas, & deſtituas, evellas & plantes, prout utilitati ejuſdem Capellæ ſecundum Deum videris expedire; invocato nihilominus ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contrariis &c. non obſtan. Aut ſi aliquibus a Sede apoſtolica ſit indultum quod excomunicari ſuſpendi vel interdici non poſſit per litteras dictæ Sedis non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri; & de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Per hoc autem volumus quod tu qui ejuſdem Baſilicæ Archipresbyter eſſe dignoſceris, nullum ut Archipresbytero ejuſdem Baſilicæ, vel ipſi Baſilicæ in dicta Capella novum jus quomodolibet acquiratur.

Datum Peruſii (c) 2. Nonas Junii, Anno primo (d).

* leg. fortaſſe *quæ diu*.

* forte legend. *probabilique*.

Capi-

(a) Is eſt B. Benedictus Tarviſinus, cui in Regeſtis Archivi Vaticani Benedicti XI. cognomen tribuitur; eſto alii Benedictum X. meliori ſupputatione cenſeant nominandum. Neque vero quis putet haſce literas Benedicti XI. nomine inſcriptas ad Benedictum XII. trahi poſſe. Obſtat quippe temporis ratio; quandoquidem Pontifex ad Matthæum Cardinalem Urſinum Baſil. Vaticanæ Archipresbyterum hanc ſcribit epiſtolam; neque fieri poteſt ut Matthæum Urſinum, qui an. 1306. ſupremum diem obiit, Benedicti XII. tempore credamus ſuperſtitem.

(b) De Eccleſia S. Vincentii conſule quæ adnotavimus in 2. Bullar. tomo pag. 130. not. c. Illud vero hic addendum, ſacram hanc ædem a Benedicti XI. tempore ſenſim eo uſque creviſſe, ut Nicolai V. ætate non jam Capellæ, ſed Collegiatæ, quæ Archipresbytero & Canonicis inſtructa erat, nomine donetur. Nimirum rerum humanarum conditio ſic habet, ut poſtquam everſæ fuerint, novis ſtudiis meliorem in ſtatum redigantur. Idipſum de Eccleſia S. Vincentii videtur affirmandum. A primævo humiliori ſtatu, (quippe Gregorii XI. literæ nonniſi Capellam exhibent eamque collapſam, in Collegiatam evaſit. Verum quum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac Divini cultus vix in ea ullum ſupereſſet veſtigium, provido conſilio Nicolaus V. Collegiata & Canonicis e medio ſublatis, ejus onera, ac reditus in Baſilicam Vaticanam tranſtulit. Tandem veteris Eccleſiæ moles in uſus profanos pridem redacta, anno 1611. ſolo æquata fuit, Grimaldo teſte, cujus verba in notis ad Nicolai V. Bullam exſcripſimus cit. pag. 130. not. c.

(c) Quo nimirum Apoſtolicam aulam tranſtulerat poſt Paſcha Romæ celebratum, ut legimus apud Raynaldum ad an. 1304. num. 31.

(d) Indicat, ut prænotavimus, diem 4. Junii 1404., quum hic Pontifex XI. Kal. Novembris 1403. ad Petri Cathedram fuerit evectus.

(a) Is

Capituli & Cleri Baſilicæ Vaticanæ viſitatio, correctio, & reformatio committitur tribus Cardinalibus Delegatis, quibus plena ad id exequendum confertur authoritas.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Bonifacii IX. lib. 8. an. 6. fol. 146.

Boniſac. IX. 1397. 15. Nov.

BOniſatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Angelo tituli S. Laurentii in Damaſo, Franciſco tituli S. Suſannæ, ac Chriſtophoro tituli S. Ciriaci Presbyteris Cardinalibus. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Paſtoralis officii debitum exigit ut ad ea, per quæ ſtatus Eccleſiarum & Monaſteriorum & aliorum locorum Eccleſiaſticorum ſalubriter dirigatur, ſollicitis ſtudiis intendamus & ad reformationem illorum, quæ deformata fore conſpicimus, adhibeamus ſollicitudinis noſtræ partes. Cum itaque, ſicut accepimus, Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe Nobis & Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, cujus tu Chriſtophore Archipresbyter ex conceſſione Apoſtolica exiſtis (a), non modica reformatione indigere noſcatur, Nos ad ipſius Baſilicæ reformationem, prout ex debito paſtoralis officii tenemur, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, circumſpectioni veſtræ de qua in hiis & aliis gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus Deum ſolum præ oculis habentes, & vocatis ad veſtram præſentiam dilectis filiis Priore & Capitulo, ſeu aliquibus ex Canonicis, ac aliis perſonis dictæ Baſilicæ, de quibus videbitur vobis expedire, prædictam Baſilicam tam in capite quam in membris, ac ipſos Priorem, Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, ac alias perſonas quaſcumque ipſius Baſilicæ auctoritate noſtra viſitetis, & in eis inquiratis, corrigatis, puniatis, reformetis, ſtatuatis, & ordinetis, etiam cum adjectione excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac privationis & amotionis Beneficiorum quorumcumque, & aliorum formidabilium pœnarum, prout vobis videbitur faciendum, quæcumque viſitationis, inquiſitionis, correctionis, privationis, reformationis, & ordinationis officio noveritis indigere; contradictores & rebelles quoslibet, auctoritate noſtra, per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus quibuſvis exemptionibus, libertatibus, privilegiis, indulgentiis, conceſſionibus, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, ac ſtatutis & conſuetudinibus ipſius Baſilicæ, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis ſpecialis & expreſſa mentio ſit habenda; præſertim illis quibus caveri dicitur quod Patriarchæ, Archiepiſcopi, & alii quicumque Judices ordinarii & Eccleſiaſtici non poſſunt dictam Baſilicam & ipſos Priorem, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, & perſonas ipſius Eccleſiæ viſitare, aut in eis juriſdictionem aliquam exercere; ſeu ſi præfatis Priori, Capitulo, Canonicis, Beneficiatis, Clericis, & perſonis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum decimoſeptimo Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno nono.

Con-

(a) Is eſt Chriſtophorus Maronus, qui Vaticanæ Baſilicæ pridem Canonicus, mox a Bonifacio IX. renunciatus eſt Cardinalis, & Baſilicæ ejuſdem Archipresbyter poſt obitum Cardinalis Alenconii. Etſi vero Chriſtophoro multa ineſſet auctoritas quam ſecum fert Archipresbyteri dignitas, oportuit tamen ut potiorem illi Pontifex delegaret juriſdictionem, qua munitus Apoſtolicam viſitationem inſtitueret, eaque, ſi opus eſſet, perageret, quæ Archipresbyteri facultates excedunt, veluti Canonicos, ac reliquos Vaticani Cleri a dignitatibus, ac beneficiis dejicere. Quantam in hoc munere obeundo Archipresbyter, ac duo Cardinales a Pontifice deſignati adhibuerint diligentiam, innuit Grimaldus noſter in ſerie Archipresbyterorum hæc ſcribens: *Hic*, de Marono Archipresbytero loquitur, *cum Franciſco Carbono S. Suſannæ Presbytero Cardinali, & Angelo Acciajolo S. Laurentii in Damaſo item Presbytero Cardinali a Bonifacio IX. ad ſtatum Baſilicæ reformandum deputatus, multa ſalubri et geſſit circa Chori diſtributiones.* In noſtra Bullarum Collectione hoc primum occurrit exemplum viſitationis juſſu Pontificis generatim habitæ in Baſilica Vaticana.

(a) Pom-

Concedit ut Bona, quæ ex Teſtamento Andreæ Marchatantis pauperibus debebantur, ab Exequutoribus Teſtamentariis in Menſam Capitularem Baſilicæ Vaticanæ, injuncto tamen Anniverſarii onere, transferantur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Bonifac. IX. lib 11. An. IX. fol. 116.

Bonifac. IX. 1400. 6. April.

BOnifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ad ea quæ utilitatem Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, præſertim Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac dilectorum filiorum Capituli ipſius Baſilicæ concernere dignoſcuntur, libenter intendimus, eiſque quantum cum Deo poſſumus, favorem benevolum impartimur. Sane Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Franciſci Capuzucchæ Canonici, & Pauli Lottini de Sermineto, ac Antonii Colæ Marroni perpetuorum Beneficiatorum dictæ Baſilicæ, & dilectæ in Chriſto filiæ Joannæ quondam Rici Civis Roman. relictæ exhibita petitio continebat quod olim quondam Andreas Marchatantis Macellarius de Regione Pontis de dicta Urbe, in ultima ſua voluntate condens Teſtamentum, dictam Joannam ejus ſororem ſuam univerſalem heredem inſtituit, eique certa bona mobilia & immobilia ad ipſum Andream ſpectantia tunc expreſſa donavit, & dilectæ in Chriſto filiæ Anaſtaſiæ ejus uxori uſumfructum cujuſdam domus poſitæ juxta Eccleſiam S. Martinelli de Portica (a) & medietatem vinearum ſuarum majorum ſitarum in monte Mauri extra muros dictæ Urbis cum medietate Turris Barchæ Vaſcalis, & Turri conjuncta pro indiviſo cum alia medietate vinearum dicti Teſtatoris, & novem vegetes (b) ad utendum & fruendum quoad viveret, vel quouſque ad ſecunda vota tranſiret reliquit, & voluit dictus Teſtator quod poſt obitum dictæ Anaſtaſiæ, ſeu poſtquam ad ſecunda vota tranſiret, dicta bona & legata pro pauperibus orphanis maritandis, per manus Executorum ſui teſtamenti & ultimæ voluntatis, prout eis videbitur utilius & commodius expedire, deberent elargiri; & hujuſmodi teſtamenti & ultimæ voluntatis eoſdem Executores Franciſcum & Paulum ac Antonium & Joannam conſtituit, prout in Inſtrumento publico deſuper confecto, cujus tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, plenius contineri dicitur. Verum, ſicut eadem petitio ſubjungebat, voluntas ultima dicti Teſtatoris de facili poterit fruſtrari, ſi iidem Executores ante obitum ipſius Anaſtaſiæ, vel antequam ipſa Anaſtaſia ad hujuſmodi vota tranſiret, morerentur. Quare pro parte dictorum Executorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi domum & vineas cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, nec non vegetes prædictas dictis Capitulo poſt obitum dictæ Anaſtaſiæ, ſeu poſtquam ad ſecunda vota tranſierit, elargiri de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi domum, vineas, & vegetes, ac alia bona, quæ idem Teſtator ultra hæreditatem dictæ Joannæ dimiſit, eidem Capitulo auctoritate Apoſtolica donamus; eis nihilominus injungentes quod Anniverſarium pro ſalute animæ ipſius Teſtatoris facere teneantur. Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac voluntate dicti Teſtatoris, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ donationis & immutationis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum octavo Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno undecimo.

Ca-

(a) Pompejanam Porticum hic fortaſſis indigitat. Id ut conjiciam, ea facile ſuadent, quæ Nardinus accuratus ſane ſcriptor, in Opere cui titulus *Roma antica &c.* literis conſignavit. Statuit ille cum primis lib. 6. cap. 3. Theatrum Pompeji olim fuiſſe excitatum in ea Urbis parte, quam Urſinorum palatium (ad Principem Pium hodie pertinet) occupat, areæ Campi Floræ, vulgo *Campo di fiore*, conterminum, Statuit præterea, in anteriori ejuſdem Theatri parte Porticum a Pompejo fuiſſe erectam; incertum vero ait, ad dexterum, an ad finiſtrum Theatri latus Porticus illa fuerit producta. Si dexterum intelligas, eodem Nardino teſte cit. lib. 6. cap. 8., Porticus ſedes ibi ſtatuenda, ubi Platea ac Palatium Apoſtolicæ Cancellariæ hodie viſitur. Si ergo ſiniſtrum malis excipere, nihil prohibet quominus Porticum Pompejanam in vicinia Eccleſiæ S. Martini, alias *Martinelli* collocemus; quum Eccleſia illa, ut to. 2. hujuſce Collectionis pag. 434. not. b. præmonuimus, in platea ſacri Montis Pietatis ad noſtra uſque tempora ſteterit. Hanc conjecturam magis adhuc confirmat Tabula in ejuſdem Nardini opere aſſuta ad pag. 346. ubi ſub num. 30. Pompeji Porticus exhibetur, ab eo loco ubi Mons Pietatis hodie extat, non multum diſſita.

(b) Vaſa quædam ſunt ad excipiendum ſervandumque vinum idonea, Italis *Veggie*; Latinis *Dolia*. Adeas Ducangium.

Canonicatus, Præbendæ, ac Dignitates in Baſilica Vaticana, necnon in Eccleſiis Lateranenſi, & S. Mariæ Majoris, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervantur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Martini V. lib. 1. an. 1. fol. 287.

Martinus V. 1418. 4. Maji.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Nuper, videlicet Idibus Novembris in craſtinum noſtræ aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem, inter ceteras Conſtitutiones & Ordinationes noſtras tunc per Nos editas, Conſtitutiones ſeu Ordinationes edidimus, quarum tenor ſequitur in hæc verba: Idem eadem die reſervavit generaliter diſpoſitioni ſuæ quæcumque Canonicatus & Præbendas ac dignitates, perſonatus, & officia, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura in Baſilica Principis Apoſtolorum, nec non in S. Joannis Lateranen., ac Beatæ Mariæ Majoris de Urbe Eccleſiis tunc vacantia, & in antea vacatura (*a*). Idem eadem die declaravit quoſcumque etiam de Latere Apoſtolicæ Sedis Legatos, quavis etiam hactenus ſuper hoc auctoritate ſive facultate munitos, per hujuſmodi aſſumptionem non potuiſſe ſive in antea poſſe diſponere quomodolibet de Beneficiis diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervatis; decernens irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Ad dilecti itaque filii Hieronymi quondam Joannis Palocii de Fuſcis Canonici Eccleſiæ Beatæ Mariæ Majoris de Urbe, qui ſe tenore Conſtitutionum ſive Ordinationum earumdem indigere aſſerit, ſupplicationis inſtantiam, Conſtitutiones ſive Ordinationes eaſdem de quodam Libro Cancellariæ noſtræ in quo prædictæ noſtræ, & quædam nonnullorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones & Ordinationes ſunt inſcriptæ, de verbo ad verbum fideliter tranſcribi, & præſentibus adnotari fecimus; volentes, & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod præſentes literæ ad probandum plene Conſtitutiones ſive Ordinationes adnotatas hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & conſtitutionis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Conſtantiæ quarto Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

Excom-

(*a*) Inter eos, qui Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas tractant, nondum exploratum ſatis eſt quiſnam Pontifex quove primum tempore hanc induxerit *Reſervationem*. Equidem Jo. Baptiſta Rigantius nuperus ac ſedulus ſcriptor nihil certo affirmare audet Tom. 1. ad Regul. Cancellariæ Apoſtolicæ §. 1. in Regulam viii. En igitur dubitationem omnem e medio ſublatam præſenti Martini V. Diplomate, quo ſtatum tempus, & certus novæ reſervationis author haud obſcure indicatur. Illud vero animadverſione dignum cenſeo, Martinum Pontificem eorum dumtaxat Beneficiorum, quæ in Patriarchalibus præcipua ſunt, nimirum Canonicatuum ac Præbendarum collationem ſibi uni reſervaſſe. Quocirca, ut idem Rigantius monet loc. ſup. cit. num. 13., quoad cetera minora Beneficia, ipſoſque Patriarchalium Clericatus idem Pontifex nihil immutatum voluit. Ea quippe Patriarchalium Eccleſiarum eſt dignitas, & conditio, ut jure merito majorum Beneficiorum diſpenſationem Romanus Pontifex ſibi vindicet.

Quum ergo in ſecundo Collectionis Bullarum noſtrarum Tomo pag. 23. legimus, Innocentium VIII. Cardinali Joanni Baptiſtæ Zeno Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero id juris tribuiſſe, ut Beneficia omnia omneſque Clericatus conferret, colligi inde nequit Prædeceſſoribus Archipresbyteris vetitum id fuiſſe, aut hoc Privilegium Innocentii VIII. tempore tunc primum invectum, quum Pontifex Archipresbyteratum Vaticani Templi memorato Cardinali Zeno in Commendam tradidit. Jam enim vel ante Martini V. ætatem minora Beneficia conferre Archipresbyteris & Capitulo ſolemne erat. Itaque Innocentii VIII. Privilegium eo ſpectat, ut jus tribuat memorato Archipresbytero conferendi tres Canonicatus, ac cetera minora Beneficia, etſi *quævis ſpecialis vel generalis obſiſteret reſervatio*, ſicut in Diplomatis contextu legitur. Hoc autem aliquid profecto eſt, quod Archipresbyteri facultates excedit. Juxta hanc ſententiam caſtiganda eſt *nota a*. quam Tomus II. exhibet *pag*. 233.

(*a*) Sic

Excommunicationis ſententiam profert in eos, qui ex Vaticano, aut S. Mariæ Majoris Palatio, necnon ex Baſilicis S. Petri & S. Pauli, aut aliis Urbis Eccleſiis res ac bona ad fabricæ uſum neceſſaria furto ſubtracta non reſtituerint, aut fures non revelaverint.

Ex Lib. 4. Literar. de Curia Martini V. an. VI. pag. 235. apud Arch. Apoſt. Vatic.

Martinus V. 1423. 14. Junii.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quia mundo poſito in maligno, nonnulli cœca cupiditate ſeducti non diſcernentes inter bonum & malum, tanto ad rapiendum aliena etiam in locis ſacris irriverentius improbas manus extendunt, quanto rariores qui ea eripiunt inveniunt objectores, intereſt noſtra ut hujuſmodi pravorum conatibus per noſtræ providentiæ miniſterium reſiſtamus. Nuper ſiquidem ad audientiam noſtram dilecto filio Magiſtro Bartholomæo de Vincio ſcriptore & familiari, ac ſuper reparatione & fabrica Baſilicarum & Eccleſiarum Urbis Commiſſario noſtro nobis referente pervenit quod nonnulli iniquitatis filii, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, nonnulla tabulas ligneas, plumbum, clavos, lapides, ligna, calcem, ferramenta tam nova quam antiqua, necnon canapos, funes, cordas, ſcalas, ſeras, aſcias, accectas, turbellos, marchios, martellinos, clavos, bullatas, & alia quæcumque bona mobilia tam in Sancti Petri, quam in Beatæ Mariæ Majoris palatiis, necnon in Capella S. Gregorii ſita in ambitu Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in dictæ Baſilicæ & Monaſterii S. Pauli extra muros Urbis Ordinis S. Benedicti Eccleſiis, atque aliis locis Eccleſiaſticis (*a*), pro reparatione & reformatione Eccleſiarum & locorum dictorum conſiſtentia, furtim ſurripere, ſubtrahere, & uſibus ſuis applicare minime formidarunt in animarum ſuarum periculum, Eccleſiaſticæ libertatis vilipendium, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur malignantium nequitiis obviare volentes, univerſas & ſingulas perſonas eccleſiaſticas & laicales cujuſcumque ſtatus gradus ordinis vel conditionis exiſtant, & quavis alia eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, quæ tabulas, plumbum, clavos, lapides, ſcalas, lignamina, calcem, ferramenta, & bona hujuſmodi diſtraxerunt rapuerunt & ſuis uſibus applicuerunt, aut ad id præbuerunt auxilium conſilium vel favorem, & quæ alias in præmiſſis culpabiles fuerint, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica ſub excommunicationis ſententia requirimus & monemus, quatenus infra ſex dies poſt publicationem præſentium in valvis tam dictæ quam aliarum Eccleſiarum & Baſilicarum ejuſdem Urbis, vel aliis locis publicis faciendam, immediate ſequentes, tabulas, plumbum, clavos, lapides, ſcalas, ligna, calcem, ferramenta, & alia bona hujuſmodi, ſi illa vel aliquod ſeu aliqua ex illis ad valorem decem ſolidorum monetæ Romanæ excedentia ſeu excedens (*b*), per ſe vel alium ſeu alios ſurripuerint, aut ſurripuerit, vel ſubtraxerit, ſeu ſurreptores aut ſubtractores hujuſmodi ſciverint, vel ſciverit, in locis unde ſurripuerunt vel ſubtraxerunt eadem præfato Bartholomæo Commiſſario reſtituant realiter cum effectu; aut ſi per ſe vel alium ſeu alios non fecerint, ſurreptores & ſubtractores, atque ſcientes & conſentientes ipſos cum nominibus cognominibus & locis habitationum eorum eidem Bartholomæo denuncient, & revelent; alioquin lapſis dictis ſex diebus declaramus ipſos ſurreptores & ſubtractores, ac illos ſcientes hujuſmodi, excommunicationis ſententiam damnabiliter incurriſſe, abſolutionem vero nobis & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſpecialiter reſervamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ requiſitionis monitionis declarationis & reſervationis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem decimooctavo Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Cen-

(*a*) Mirum ſane, tantam hoc tempore in Urbe Roma latronum fuiſſe copiam, ut nedum in quamplurimas, eaſque præcipuas Urbis Eccleſias, ſed etiam in duo nobiliora palatia vim ſuam exercuerint. Id vero, ut opinor, infelici horum temporum conditioni tribuendum; quamvis enim dirum ac diuturnum ſchiſma fuerit extinctum, nondum tamen in Urbe pax & tranquillitas omnino revixerant.

(*b*) Solidus, ut ex Grimaldo in Opere de Veron. pag. 58. toties adnotavimus, obolis duodecim cum dimidio commenſuratur. Quo ſemel ſtatuto, jam cuique patet quodnam ſolidis decem majus ſit pretium, quod Pontifex propoſita anathematis cenſura, reſtituendum decernit.

Cenſus Fumentarios in reparationem ædificiorum Baſilicæ Vaticanæ, Lateranenſis Eccleſiæ, ac Monaſterii S. Pauli, ac in alios earumdem Eccleſiarum uſus convertit.

Ex Bullario Caſinenſi tom. 2. conſtitut. ccxci.

Eugenius IV. An. 1431. 15. Martii.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etſi Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ex injuncto nobis deſuper ſupremæ poteſtatis officio curam gerere debeamus, Baſilicæ tamen Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Eccleſiæ Lateranenſis, necnon Monaſterii S. Pauli extra muros dictæ Urbis, vigilantiam adhibere nos convenit pleniorem, quo nobis immediate ſubeſſe noſcuntur, ac Baſilica, Eccleſia, & Monaſterium ipſa præ ceteris Orbis Eccleſiis obtinent principatum. Cum itaque Baſilica, Eccleſia, & Monaſterium prædicta propter ſumptuoſitatem ædificiorum quibus pollent, circa illorum, eorumque tectorum manutentionem & conſervationem impenſa non modica indigeant, ad quam illorum facultates, cauſantibus guerris, mortalitatum (a), peſtibus, & aliis ſiniſtris eventibus, qui partes has, proh dolor! afflixerunt diutius & affligunt, non mediocriter diminutæ, ſufficere minime dinoſcuntur, Nos cupientes, ut Baſilicæ, Eccleſiæ, & Monaſterii prædictorum, eorumque tecta hujuſmodi manuteneantur diutius & laudabiliter conſerventur; omnes & ſingulas fumentarias ſeu cenſus fumentarios (b) vel alias quovis nomine nuncupatas, in provinciis noſtris Romandiolæ & Maſſæ Trabariæ (c), earumque Civitatibus Terris Villis & locis, necnon in Feretran. ac Sarſenaten. civitatibus, earumque & aliarum civitatum prædictarum diœceſibus civitatibus diſtrictibus & pertinentiis univerſis, a civibus, terrigenis, caſtellanis, villicis, ac incolis & habitatoribus eorumdem levari ſolvi percepi & exigi conſuetos, Baſilicæ, Eccleſiæ, ac Monaſterio præfatis per dilectos filios Baſilicæ & Eccleſiæ Capitula, ac Monaſterii prædictorum Abbatem & Conventum, ſeu per ipſorum procuratores & nuntios ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutos ſeu alios habentes cauſam ab eiſdem, perpetuis futuris temporibus petendos exigendos levandos & recipiendos, inter ipſos Abbatem Conventum ac Capitula pro rata communiter devolvendos, & pro hujuſmodi tectorum reparatione & conſervatione ac alias in ipſorum Baſilicæ & Eccleſiæ ac Monaſterii utilitatem & commodum convertendos & fideliter exponendos; Motu proprio, non ad Abbatis & Conventus ſeu Capitulorum prædictorum vel alterius pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo in futurum, etiam pro tempore præterito non ſolutos, & adhuc exigi & ſolvi reſtantes; illos videlicet in quibus non eſt alicui alteri ſpecialiter jus quæſitum, & ad Cameram Apoſtolicam ſpectantes, damus aſſignamus concedimus & donamus, ac omne jus omnemque actionem & rationem utilem & directam, tacitam & expreſſam, prætoriam & civilem, nobis & dictæ Cameræ in & ſuper cenſibus & fumentariis hujuſmodi quomodolibet competentia, in Baſilicam Eccleſiam & Monaſterium præfata transferimus, cum civitatibus diſtrictibus & pertinentiis ſupradictis; ipſiſque adjungimus applicamus & appropriamus, provincias civitates diœceſes terras caſtra villas & loca, ac cives & terrigenas caſtellanos villicos incolas & habitatores hujuſmodi, a cenſuum & fumentariarum prædictarum ſolutione, de cetero prædictæ Cameræ facienda, dummodo Abbati & Conventui ac Capitulis præfatis illas annis ſingulis, ſtatutis & conſuetis terminis ſolvant & ſatisfaciant integre cum effectu, abſolventes ac penitus liberantes; ipſis alias in defectum ſolutionis hujuſmodi obligatis remanentibus ſicut prius. Ac Abbati Conventui & Capitulis præfatis, cives terrigenas

(a) Sic in impreſſo: ſed aut aliquid deeſt, aut legendum *mortalitatibus*, aut aliter locus caſtigandus.

(b) Fumanteria etiam, Fumagia & Foagia, a fumos ſive foco dictos, quod ii per ſingulos focos ſeu domos exigerentur.

(c) Quod ex Apennini celſis montibus, a quibus Maſſa Trabaria minime ſejungi debet, ingentes abietes Romam deferentur ad ſacras ædes & palatia conſtruenda; hinc ipſius Maſſæ Trabariæ nomen derivatum, ſcribit Flavius Blondus in Ital. illuſtr. Vide Nicolai III. diploma to. 1. pag. 175. & notam illi ſubjectam quam infra caſtigabimus in addendis & corrigendis.

(a) Se-

nas caſtellanos villicos incolas & habitatores præfatos, ac alios quoſcumque dantes & ſolventes, de habitis & receptis in toto vel in parte quietandi abſolvendi & liberandi cum ſingulis clauſulis opportunis, ac cum eis componendi & remittendi & ſingula alia faciendi, quæ pro commodo & utilitate Baſilicæ Eccleſiæ & Monaſterii tectorum prædictorum expedire viderint, plenam & liberam poteſtatem ac facultatem omnimodam concedentes: Et inſuper omnes & ſingulas conceſſiones locationes aſſignationes & donationes ac alias quaſcumque diſpoſitiones de cenſibus & fumentariis eiſdem, per nos ſeu Prædeceſſores noſtros quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis Secularibus vel Regularibus ſeu Laicalibus, cujuſcumque ſtatus vel conditionis exiſtant, ſeu quavis Eccleſiaſtica vel mundana præſulgeant dignitate, etiamſi fuerint S. R. E. Cardinales, ſub quavis forma vel expreſſione verborum, & ex quibuſvis cauſis ſeu rationibus hactenus perpetuo vel ad tempus factas, quas, ipſarumque tenores & formas præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus plena & expreſſa eſſet præſentibus mentio facienda, ſcientia motu & auctoritate prædictis revocamus caſſamus irritamus & annullamus, ac nullius eſſe decernimus roboris vel momenti: Mandantes quoque dilectis filiis civitatum communitatibus, ac terrarum caſtrorum locorum & villarum prædictarum univerſitatibus, eorumque officialibus quibuſcumque, quocumque nomine vocentur, necnon civibus terrigenis caſtellanis villicis incolis & habitatoribus ſupradictis ſingulariter ſingulis, & univerſaliter univerſis, quatenus ſub pœna excommunicationis, quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto, Abbatem Conventum & Capitula, eorumque procuratores & nuntios, ad petendum exigendum & recipiendum cenſus & fumentarias prædictos, gratanter & benevole recipiant & admittant, eiſque de illis, quantum ad eos ſpectat, reſpondeant & faciant ab aliis reſponderi, & alias eis opportunis favoribus auxiliis & conſiliis aſſiſtant quoties fuerint requiſiti; necnon alios quoſcumque ſe de exactione & perceptione fumentariarum & cenſuum prædictorum, contra ipſorum Abbatis Conventus & Capitulorum ſeu procuratorum ipſorum voluntatem quomodolibet impedientes, ſeu alias ipſos turbantes vel moleſtantes, ad omnem Abbatis Conventus & Capitulorum ſeu procuratorum hujuſmodi requiſitionem capiant detineant, hujuſmodi requiſitionem capiant detineant & arreſtent; illos abſque expreſſa licentia vel conſenſu Abbatis Conventus & Capitulorum vel procuratorum prædictorum, ſatiſfactioneque prævia de receptis ac damnis & impedimentes illatis, nullatenus dimiſſuri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ dationis aſſignationis conceſſionis donationis abſolutionis liberationis adjunctionis applicationis appropriationis revocationis caſſationis irritationis annullationis conſtitutionis mandati & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ (*a*) milleſimo quadringenteſimo triceſimo (*b*) Martii XV. Pontificatus noſtri anno primo.

Arnal-

(*a*) Sedente Eugenio IV., atque adhortante Blondo Foroliviensi, Pontificii Collegii a ſecretis Notario, in Bullis atque reſcriptis Pontificiis annorum a Chriſti Incarnatione ſupputationem ſcribi primum cœpiſſe, Paulus Middelburgius tradit lib. 13. Paulinæ c. 6. Middelburgi fidem ſequitur Ciaconius in Iſagoge Vitar. Pontif. & Cardd., ac utriuſque narrationi Papebrochius in propylæo menſis Aprilis ſic aliquando adhæſit, ut Bullas pontificatui Eugenii IV. ſuperiores quæ Incarnationis annos exhibent, falſatas atque corruptas eſſe cenſuerit. Profecto veritati adverſantur qui ita ſentiunt. Multa enim, eaque autographa, Romanorum Pontificum diplomata ſuppetunt longe ante Eugenii IV. ætatem excuſa quæ annis Dominicæ Incarnationis notantur ut to. 1. hujus noſtræ Collectionis, & in Bullariis Romano & Caſinenſi, aliiſque videre eſt. Idcirco Papebrochius ipſe in propylæo Maji rejecta tandem Middelburgi & Ciaconii relatione, abiit in Mabillonii ſententiam inferius recitandam. Veruntamen quum pleriſque literis Summorum Antiſtitum qui eundem Eugenium præceſſere, annus dumtaxat pontificatus inſcribatur, omnes vero tum Eugenii tum ejus Succeſſorum Bullæ non ſolum pontificatus ſed etiam Incarnationis annos præferant; ab ipſius Eugenii IV. ævo repetendus eſt mos, Incarnationis annum in ſingulis pontificiis Bullis adnotandi: adeo ut quod Eugenii prædeceſſores identidem agebant, ab eodem Pontifice ejuſque Succeſſoribus fuerit ſemper obſervatum. Quis autem antiquorum Antiſtitum Romanorum primus in literis Apoſtolicis epocha dominicæ Incarnationis uti cœperit, mihi haud ſatis exploratum. Hujus rei auctor eſt S. Leo IX., ſi Mabillonium lib. 2. de Re Diplom. cap. 24. audiamus. Viro doctiſſimo & ſumme oculato fidem præſtandam judico, ſic tamen, ut injuriam inferri nolim quibuſdam diplomatibus ante Leonis IX. pontificatum conſectis & Incarnationis annos exhibentibus, niſi hæc vitio aliquo laborare quiſpiam prius demonſtret. Certe, ut alia omittam exempla, in Bullarii Caſin. to. 2. proſtat Benedicti VIII. dicti IX. Conſtitutio quæ enumeratur 87., ac data fertur *anno Incarnationis* 1038.; & in Virdunenſi Chronico Hugonis Abbatis Flaviacenſis apud Labb. Biblioth. MSS. to. 1. p. 136. legitur Joannis Papæ diploma editum *Indictione XIV. anno ab Incarnatione Domini* 971.

(*b*) De more Scriptorum Bullarum a die 25. Martii ducitur anni exordium: nam anno 1431. in S. Petri Cathedram evectus eſt Eugenius IV. Quod ſi anni repetas initium a Kal. Januarii, annus procuſi diplomatis eſt 1431.

(*a*) Alia

Arnaldum Guillermi de Limone ex Ordine Fratrum B.M.deMonte Carmelo Pœnitentiarum in Vaticana Baſilica eligit, ſtatuta juramenti formula ab eodem antequam Pœnitentiarii munus exerceat, preſtanda.

Ex Lib. Secretor. Eugen. IV. an. 1. pag. 41. apud Arch. Apoſt. Vatic.

Eugenius IV. An. 1431. 13. Aug.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Arnaldo Guillermi de Limone Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Montecarmeli Profeſſori, Magiſtro in Theologia, in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, & Romana Curia Pœnitentiario noſtro, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Religionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, prudentia ſpiritualium, & alia multiplicia probitatis & virtutum merita, quibus perſonam tuam fidedignis fore percepimus inſignitam teſtimoniis, promerentur ut te gratis & condignis favoribus & gratiis honoremus. Hinc eſt quod nos de perſona tua, qui, ut accepimus, in Eccleſia Lateranen. officium pœnitentiariæ ex commiſſione Apoſtolica aliquamdiu laudabiliter exercuiſti (a), plenam in Domino fiduciam obtinentes, te in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe & in Romana Curia pœnitentiarium noſtrum (b) auctoritate apoſtolica conſtituimus & etiam ordinamus cum honoribus & oneribus conſuetis, tibi tenore præſentium committentes ut officium hujuſmodi in dictis Baſilica & Curia, ſicut alii noſtri in eiſdem Baſilica & Curia pœnitentiarii illud ibidem gerere & exercere conſueverunt, diligenter & fideliter exequaris. Volumus autem quod tu priuſquam ipſum officium incipias exercere, in manibus Venerabilis Fratris Jordani Epiſcopi Sabinen. majoris pœnitentiarii noſtri de hujuſmodi fideliter exercendo officio præſtes corporaliter juramentum juxta formam præſentibus annotatam, quæ talis eſt (c): Ego Arnaldus Guillermi de Limone Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte carmeli Profeſſor, Magiſter in Theologia, Domini noſtri Papæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe & Romana Curia pœnitentiarius, ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, ac Domino meo Domino Eugenio Papæ IV. ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus, neque ero in facto, conſilio, & conſenſu ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione; conſilium quod per ſe, vel nuntium ſuum ſeu literas mihi credituri ſunt, ſigno verbo vel nutu me ſciente ad eorum damnum vel præjuditium nulli pandam; ſi damnum illorum tractari ſcivero, pro poſſe meo impediam ne fiat; quod ſi per me impedire non poſſem, per nuntium aut literas eis ſignificare curabo, vel illi per quem citius ad eorum notitiam deducatur. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri & omnia jura Romanæ Eccleſiæ quæ habet ubique manutenebo totis viribus & defendam, ac adiutor eis ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem. Res quoque ipſius Domini Papæ & Eccleſiæ Romanæ, quæ meæ cuſtodiæ committentur, diligenter cuſtodiam, & fideliter reaſſignabo. Ambaſſiatas etiam & quæcumque alia negotia mihi commiſſa firmiter portabo, ac fideliter & diligenter referam ſine fraude. Pro confeſſionibus audiendis & abſolutionibus faciendis, ſeu aliis quæ ſpectant ad meum officium, nihil omnino per me aut alium exigam vel petam aut recipiam, etiam ſub titulo ſeu ſpecie eleemoſynæ vel enſenii vel mutui vel alio quovis modo, & non abſolvam vel diſpenſabo ſcien-

(a) Alia ſuppetunt exempla Pœnitentiariorum, qui a Lateranenſi ad Baſilicam Vaticanam ſingulari quodam Privilegio translati ſunt. Conſulas in rem hanc Innocentii VII. diploma relatum in Bullario noſtro Tom. 2. pag. 62.

(b) Vaticanæ Baſilicæ Pœnitentiarii, non jam communi vocabulo ut ceteri, ſed præcipuo quodam titulo, Romani Pontificis Pœnitentiarii denominantur. Cur vero hoc donentur nomine, habes ex Onuphrio Panvinio, *in Oper. de præſtant. Baſil. Vatican. lib. 5. cap. 15.*

(c) Hanc juramenti formam non jam ab Eugenio IV. primum fuiſſe invectam patet ex literis Summorum Pontificum, qui Eugenium præceſſere. Conſulatur Conſtitutio Innocentii VII. relata in ſecundo Collectionis noſtræ Tomo pag. 64., in qua Romanus Pontifex fatetur Honuphrium Angeluccium in Baſilicæ Vaticanæ Pœnitentiarium pridem electum, jam tum a tempore Urbani VI. *præſtitiſſe in forma ſolita juramentum*. An vero Eugenius IV. juramenti formæ quæ antea in uſu erat, quidpiam addiderit, definire non auſim.

(d) Haſce

ſcienter in aliquo caſu mihi non permiſſo, nec ſcienter quemquam abſolvam a peccato vel peccatis aliquibus in aliquo caſu ambiguo, nec etiam in hujuſmodi caſu ambiguo ſcienter cum aliquo diſpenſabo niſi de ſpeciali mandato Summi Pontificis vel Pœnitentiarii majoris cui exprimam dictum caſum ſine alicujus revelatione vel expreſſione perſonæ, & non injungam pœnitentias pecuniarias expreſſe mihi vel alicui certæ perſonæ vel ordini meo aut alteri applicandas. Super reſtitutionibus injungendis & faciendis ſervabo prout eſt per piæ memoriæ Dominum Benedictum Papam XII. ordinatum, & ſupradicta omnia & ſingula promitto & juro attendere & obſervare ſine omni dolo & fraude ac malitia. Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Euangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordinationis, commiſſionis & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo primo, Idibus Augnſti Pontificatus noſtri Anno primo.

Vultum Sanctum oſtendi præcipit Oratoribus Imperatoris Æthyopum.

Ex lib. 1. Secretorum Eugenii IV. an. XI. pag. 108. apud Archivum Apoſtolic. Vatican.

Eugen. IV. 1441. 04. Octb.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Canonicis, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum dilectos filios Andream Abbatem S. Antonii de Ægypto, & Petrum Diaconum Oratores Magni Principis Conſtantini Imperatoris Æthiopum ſive ut dicitur Preſbyteri Joannis, qui devotionis cauſa ad Almam Urbem præſentialiter ſe conferunt, cupiamus pro eorum majori edificatione, atque ut prædictum Imperatorem alioſque ſibi ſubjectos Reges, & Principes & populos pene . . . . . ad unionem cum Eccleſia Occidentali, quam apud Nos quærere advenerunt, facilius adducere, & inclinare poſſint, ſane tam * Dei, & Salvatoris noſtri Sanctam, ſive ut dicunt Sanctam Veronicam videre; & vos conſtitutionibus, & aliis ordinationibus illius Eccleſiæ juramento firmatis (a) id extra debita & conſtituta tempora facere prohibeamini, devotioni veſtræ, ut ipſam Sanctam nunc quando non ſunt tempora inſtituta, prædictis Oratoribus cum debito & ſolito modo reverenter oſtendatis; prohibitionibus ſupradictis, Juramento, a quo auctoritate Apoſtolica tenore præſentium vos hac vice tantum reddimus abſolutos, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, ſimilibus tenore & auctoritate præcipimus & mandamus.

* l. *effigiem*, *imaginem*, aut quid ſimile.

Datum Florentiæ quarto nonas Octobris anno undecimo.

Men- .

(a) Haſce Eugenii literas commemorat Grimaldus noſter in Opuſculo de SS. Veronicæ Sudario pag. 62., eas tamen non exſcribit. Idem author pag. 156. præfati Operis attexit integram juramenti formulam a Canonicis Baſilicæ Vaticanæ olim recitandam antequam in Canonicos reciperentur. Ex ea colligimus nulli Canonicorum fas Veronicam oſtendere extra ſtatos anni dies; Hi vero numerantur, Dominica prima poſt octavam Epiphaniæ; dies majoris hebdomadæ; & feſtum Aſcenſionis Servatoris Chriſti. Si vero ex mandato Pontificis alio quopiam tempore ſacra Imago alicujus aſpectui viſenda proponeretur, id fieret, ex vi juramenti, nocturno tempore, & clauſis Baſilicæ januis. Hinc liquet quo tendant Pontificis Eugenii verba, quæ e perjurio Canonicos eximunt, & Veronicam *debito & ſolito modo* exhibendam decernunt.

(a) Au

Menſæ Capitularis Domum aliis ædibus commixtam, ideoque parum utilem, permutari, aut etiam vendi poſſe concedit ea lege, ut pretium inde colligendum in Baſilicæ utilitatem convertatur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Eugen. IV. lib. 5. an. IX. fol. 106.

Eugen. IV. 1443. 9. Octob.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Magiſtro Georgeo de Cæſarinis Notario noſtro, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad ea ex Apoſtolicæ ſervitutis officio libenter intendimus, per quæ, cum Eccleſiarum utilitate, Nobis, & Romanæ Eccleſiæ devotarum perſonarum commoditati valeat ſalubriter provideri. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris & Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe petitio continebat, quod ipſi conſiderantes quod pars unius domus ſitæ in dicta Urbe in via Papæ, ad eorum Capitularem Menſam legittime pertinens, pro eo quod interior pars ejuſdem domus ad dilectum filium Antonium de Caſarellis Decretorum Doctorem, Civem Rom., & Conſiſtorii noſtri Advocatum pertinet, & a duobus dictæ domus ſunt domus patrimoniales dicti Antonii, & a quarto lateribus ſita domus alterius Romani Civis, dictis Priori & Capitulo parum utilis redditur, habitis inter ſe diverſis ſuper hoc tractatibus cum præfato Antonio, qui eorum partem prædictum propter hujuſmodi contiguitatem habere deſiderat, concluſerunt, illam cum eo pro aliis mobilibus bonis, eis & dictæ Menſæ utilioribus permutare, aut pretio, ex quo eidem Menſæ utiliora & commodiora bona quærantur, perpetuo concedere & liberare, ſi ad id eis apoſtolicæ Sedis auctoritas ſuffragetur. Quare pro parte dictorum Prioris & Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper hiis providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi, permutationem aut venditionem hujuſmodi, ſi fiat, in evidentem dictæ Menſæ utilitatem cedere inveneris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, præfatis Priori & Capitulo illas faciendi eadem auctoritate licentiam largiaris (a). Attente quoque provideas quod ſi venditio fiat, pretium apud fidum aliquem deponatur, ut inde utilior eidem Baſilicæ emptio fiat; ita quod non ſit dubium venditionem ipſam eidem Eccleſiæ profuturam. Non obſtantibus Conſtitutionibus apoſtolicis, necnon dictæ Baſilicæ ab apoſtolica Sede conceſſis, privilegio, gratiis quaſvis clauſulas derogatorias habentibus, quarum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, etiamſi de illis plena & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, ac ejuſdem Baſilicæ etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, ſeptimo Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno tertiodecimo.

Decer-

(a) An domus iſta Antonio Caſarello venditionis aut permutationis titulo conceſſa fuerit, aut etiam inſequentibus annis ad alios emtores pervenerit, nobis hactenus incompertum. Hanc tamen Bullam ideo miſſam facere noluimus, ut, ſi forte domus alienatio aliquando innoteſcat, notum it m ſit ejuſmodi contractum Apoſtolica auctoritate fuiſſe celebratum.

(a) Quo

Decernit, ut Bona ac reditus Hoſpitalis S. Bartholomæi extra Civitatem Aſculanam attribuantur Hoſpitali S Mariæ de Scopa aut de Caritate in eadem Civitate poſito, quod immediatæ Capituli Vaticani juriſdictioni eſt obnoxium.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Nicolai V. lib. 7. an. v. fol. 233.

Nicolaus V. 1450. 2. Junii.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Aſculan. ſalutem & apoſtolicam Benedictionem.

Ad ea, per quæ Hoſpitalia & alia pia loca miſericordiæ operibus deputata poſſint in hujuſmodi officii perpetua firmitate ſubſiſtere, & de bono in melius proſperari, pauperum quoque & miſerabilium perſonarum neceſſitatibus, prout appetimus, ſubveniri, libenter intendimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Communitatis Civium Civitatis noſtræ Aſculan petitio continebat, quod licet dilecti filii Confratres diſciplinatorum Hoſpitalis & Capellæ Sanctæ Mariæ de Scopa, alias de Charitate, Aſculan. quod præfatæ Baſilicæ immediate ſubjectum exiſtit (a), tam Peregrinorum, quam Civium ad ipſum Hoſpitale pro tempore accedentium, hoſpitalitatem ſatagant conſervare, tamen ejuſdem Hoſpitalis fructus, redditus, & proventus ſunt adeo tenues & exiles, quod ex illis, qui ultra decem Florenos auri de Camera non valent annuatim, hujuſmodi hoſpitalitas commode conſervari non poteſt, & eiſdem pauperibus in eorum neceſſitatibus ſubveniri. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi Eccleſia ſive Hoſpitale Sancti Bartholomæi extra muros Aſculan, quod Eccleſiæ Lateran., immediate ſubjectum exiſtit, & in quo nulla hoſpitalitas conſervatur ad præſens, cujus fructus, redditus, & proventus ſexaginta Florenorum auri ſimilium, ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, ut aſſeritur, cedente vel decedente Venerabili Fratre noſtro Alexandro Epiſcopo Terracinen. qui illud obtinet in Commendam, vel alias ipſum Hoſpitale quomodolibet dimittente, prædicto Hoſpitali de Scopa perpetuo uniretur, Confratres antedicti pro Infirmorum & pauperum hujuſmodi ſubventione hoſpitalitatem conſervare poſſent, ac Infirmis Peregrinis, & Civibus neceſſaria decentius miniſtrare; Quare pro parte Archipresbyteri, Capituli, & Communitatis prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis paterna pietate conſulere, & opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui pietatis officia, & charitatis opera ubilibet exerceri, ac pauperibus Infirmis de opportuno operis præſidio ſubveniri intenſis deſideriis affectamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, tibi de præmiſſis legitime conſtiterit, Hoſpitale ſancti Bartolomæi prædictum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, quam primum per ceſſum vel deceſſum, vel alias quovis modo vacare contigerit, eidem Hoſpitali in perpetuum unias, annectas, & in corpores; ita quod cedente vel decedente Commendatario prædicto, aut illud alias quomodolibet dimittente, liceat Confratribus

(a) Quo tempore domus hæc hoſpitalis Confratribus S. Mariæ de Scopa fuerit tradita, paucis aperiam. Jam tum ab anno 1346. 16. Novembris die Archipresbyter, Capitulum, & Canonici Vaticanæ Baſilicæ, inſtantibus Confratribus Societatis S. Mariæ *de Scopa*, ſive *de Caritate*, domos quaſdam cum horto, ac hoſpitali Aſculi poſteas conceſſere, ut pietatis opera erga infirmos ac pauperes iidem Confratres exercerent. Rurſum anno 1387. 15. Martii Vaticanum Capitulum, quod pridem conceſſerat, ratum habuit; ac inſuper, ut Confratrum votis annueret, indulſit, ut novum in pauperum levamen ædificari poſſet domicilium in ſolo Baſilicæ S. Petri ſubjecto; atque hoc pacto, nova extruenda domus & Baſilicæ juri ſubeſſet, & privilegia omnia quæ Romani Pontifices Leo IX. Gregorius item IX. & Innocentius VI. Eccleſiis ac domibus quæ Vaticano ſolo inædificantur, elargiti fuerant, haberet communia. Cenſus item in ſubjectionis argumentum quotannis ſolvendus ſtatutus eſt, qui etiamnum ſolvitur. Hæc patent ex monumentis quæ in Eccleſiarum Baſilicæ Vaticanæ ſubditarum indice Corradus exſcripſit pag. 154. & ſeqq. Patet hinc quanta olim fuerit Vaticani ſoli prærogativa, quam tamen novo diplomate confirmatam novimus a Julio II., ut patet in Bullarii noſtri tom. 2. pag. 339.

bus dicti Hoſpitalis de Scopa, qui pro tempore fuerint, ipſius Hoſpitalis ſancti Bartholomæi corporalem poſſeſſionem auctoritate propria apprehendere, illiuſque fructus, redditus, & proventus recipere & retinere, eoſque in Hoſpitalium ac pauperum Infirmorum hujuſmodi uſus & ſubventionem, juxta formam Conſtitutionis Clementis PP. V. Prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennen. ſuper hoc editam, convertere, & perpetuo retinere, diœceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Non obſtantibus Conſtitutionibus apoſtolicis, necnon dictæ Eccleſiæ juramento, confirmatione apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, ac privilegiis, indulgentiis, & Litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, earumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod ſi unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, iidem Confratres cenſum debitum præfatæ Lateranen. Eccleſiæ ſolvi conſuetum ſolvere, ac alia pro tempore illi incumbentia onera ſupportare debeant, ac etiam teneantur. Proviſo etiam quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas Hoſpitale Sancti Bartholomæi præfatum ad prophanos uſus velut hereditas nullatenus redigatur; & inſuper ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, quarto Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Caſtri Nonciliani venditionem fieri permittit, inſtantibus Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, Abbate Eccleſiæ S. Pauli extra muros Urbis, ac Priore Lateranenſis Eccleſiæ, quibus idem jus eademque inerat portio in eodem Caſtro.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Nicolai V lib. x. an. v. fol. 16.

Nicolaus V. 1451. 18. Junii.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Georgio de Cæſarinis Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Notario noſtro, & Corrado de Monte Politiano noſtro in eadem Baſilica Vicario, ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem.

In apoſtolicæ dignitatis ſpecula licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, ad ea noſtri Miniſterii partes libenter concedimus, per quæ Eccleſiarum, præſertim Patriarchalium, & Monachorum omnium ſtatui proſpero, & utilitati ſalubriter conſulatur. Sane pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Abbatis S. Pauli extra muros dictæ Urbis, necnon Prioris Lateranen. per Priorem gubernari nuper decreti Monaſteriorum, & Conventuum eorumdem nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ex Territorio ſeu Tenimento diruti & inhabitati Caſtri Nonciliani Nepeſin. Diœc. & ad Baſilicam necnon Monaſteria præfata æquis portionibus legitime pertinente (a), modica proveniat utilitas, ſi Territorium ſive Caſtrum cum Tenimento hujuſmodi venderetur, & illius pretium in emptionem aliarum poſſeſſionum magis utilium, ſive in reparatione Baſilicæ & Monaſteriorum prædictorum concederetur, cederet in eorum evidentem utilitatem; Quare pro parte Capituli & Canonicorum, necnon Abbatis, Prioris, & Conventuum eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper hiis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, ac Caſtrum & Territorium hujuſmodi, necnon illius qualitates, confines, & verum valorem præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis

(a) In magno Scripturarum Indice qui in Archivo Baſilicæ Vaticanæ ſervatur, Caſtro huic *Nuciglianì*, & *Anciglianì* nomen tribuitur. Etſi vero circa nomen diſcrimen aliquod occurrat, de re tamen ſatis conſtat. Semidea de Urſinis an. 1421. ſupremis tabulis Caſtrum hocce legavit Baſilicæ Vaticanæ, ac Eccleſiis Lateranenſi, & S. Pauli, æquis partibus poſt mortem Comitiſſæ Anguillariæ dividendum. Advenit tandem Legati dies, ac unaquæque ex tribus Eccleſiis poſſeſſionem Caſtri nacta eſt. Quia vero ubi multi ſunt rerum condomini, aut rara eſt concordia, aut ſegnius negocia expediuntur, oportebat Caſtrum alienare, ut ex pretio quod inde obveniret, ſuam quiſque partem ſeorſim acciperet. Itaque Caſtri venditio annuente Pontifice effectum ſortita eſt; idque ex eo colligimus, quod inter Baſilicæ Vaticanæ bona ejuſmodi Caſtrum jam non numeretur. Memoratum Semideæ Teſtamentum extat in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 42. faſc. 166.

(a) Pius

cumſtantiis univerſis auctoritate noſtra vos diligenter informetis, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe, ac venditionem prædictam, ſi fiat, in evidentem Baſilicæ, & Monaſteriorum hujuſmodi utilitatem cedere repereritis, ſuper quo veſtrum cujuslibet conſcientiam oneramus, Capitulo, Canonicis, Abbati, Priori, & Conventibus præfatis Caſtrum cum Territorio ſeu Tenimento hujuſmodi quibuſvis Perſonis vendendi cum omnibus & ſingulis ſolemnitatibus & cautelis in talibus adhiberi ſolitis, eadem auctoritate noſtra licentiam largiamini. Volumus autem quod ſi venditionem hujuſmodi per ipſos fieri contigerit, ut præfertur, pretium ex ipſa venditione proveniens, in emptionem aliorum bonorum magis utilium, ſive reparationem Baſilicæ & Monaſteriorum prædictorum penitus convertatur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, necnon Baſilicarum & Eccleſiæ earumdem Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, quartodecimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno quinto.

Jus tribuit Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, ut domos aliquot ruinæ proximas, itemque nonnullas poſſeſſiones minus utiles vendere, aut etiam permutare poſſit, ut Menſæ Capitularis utilitati conſulatur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Pauli II. lib. 6. an. III. fol. 62.

Paulus II. 1466. 14. Martii.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Dominico Epiſcopo Brixien. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter, ut tenemur, intendimus, per quæ Eccleſiarum omnium Patriarchalium, præcipuæ atque potioris prerogativæ titulo & dignitate fulgentium, commodis & utilitatibus ſalubriter conſulatur. Dudum ſiquidem a Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Paulus Epiſcopus Servus &c. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Anno primo. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris & Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe petitio continebat, ipſi ex nonnullis domibus ſive domunculis antiquis ac ruinoſis in dicta Urbe, non tamen in viis principalibus, ſed remotis (a) & quibuſdam aliis conſimilibus poſſeſſionibus in diverſis locis extra Urbem prædictam conſiſtentibus, & ad dictam Baſilicam legitime pertinentibus, quæ in dies obliterantur, & ob illarum vetuſtatem ad ruinam quodammodo vergunt, nullam vel modicam utilitatem percipiant, & propter alia eis incumbentia onera illas, quæ reparatione non modica indigere noſcuntur, reparare nequeant ut deceret, & quæ niſi eis de opportuno reparationis remedio ſuccurratur, abſque ruinæ periculo & ipſius Baſilicæ jactura diuturne non ſubſiſtunt. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi domus & poſſeſſiones hujuſmodi plus offerentibus venderentur, & ex illorum pretiis aliæ poſſeſſiones magis utiles & accommodæ emerentur, ſeu eædem minus utiles domus & poſſeſſiones pro aliis magis utilibus permutarentur, ex hoc ipſorum & dictæ Baſilicæ conditio melior redderetur; Quare pro parte Prioris & Capituli prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eorum & ipſius Baſilicæ indemnitatibus ſuper hiis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui de præmiſſis certam notiam non habemus, domorum

(a) Quænam fuerint hæ domus & mole exiguæ, & ſtructura ruinoſæ, quarum alienatio præſenti Diplomate permittitur, nobis aſſequi non licuit; nullo quippe indicio aut limito circumſcribuntur. Numquid igitur irrito labore in Bullarum Appendice hanc retulimus Conſtitutionem? Imo vero provido, ut putamus, conſilio, a nobis id geſtum. Compertum nobis eſt, novum & accuratiorem Domorum, quas Capitulum Vaticanum poſſidet quamplurimas, in præſentiarum Indicem multo cum labore inſtaurari. Ut ergo induſtrio Viro qui huic Operi incumbit, lucem aliquam præferamus, haſce literas conſulto edidimus, e quibus, ſi forte hiſce temporibus in domorum alienationem nullo Apoſtolico juſſu probatam incurrat, haud temere affirmare queat multiplices contractus a Capitulo initos, validos fuiſſe ac legitimos, quum Pontificis Decreto generatim edito omnes innitantur.

rum ſive domuncularum & poſſeſſionum earumdem confines & ſituationes præſentibus pro expreſſis habere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus de eiſdem præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis juxta litterarum prædictarum continentiam & tenorem auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe, ac venditiones hujuſmodi ſi fiant in evidentem ipſius Baſilicæ utilitatem cedere repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, eiſdem Priori & Capitulo domos ſive domunculas ac poſſeſſiones prædictas plus offerentibus vendendi & alienandi, aut pro aliis magis utilibus immobilibus bonis permutandi, & ſi illas vel eorum aliquas vendi contigerit, pretia ex eis provenientia in emptionem aliarum poſſeſſionum ſive bonorum immobilium ipſi Baſilicæ utiliorum, & ex quibus magis commodum evidenter proveniat, convertendi, cum conſilio tamen Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Tarviſin, nec non dilecti Filii Vicarii ejuſdem Baſilicæ pro tempore exiſtentis auctoritate noſtra licentiam largiaris. Volumus autem quod ſi domos & poſſeſſiones prædictas vendi contigerit, ut præfertur, pretium ex eis proveniens penes aliquam idoneam perſonam fide & facultatibus locupletem interim, donec ex eis alia utiliora bona empta fuerint, deponatur, ac etiam conſervetur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto (*a*), pridie Idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Pauli II. Literas, quibus Monaſterium S. Pauli in Caſtro Podii Donadei poſitum, ac Vaticano Capitulo ſubjectum, Fratribus Ordinis Minorum de obſervantia, ſalvo tamen quo ad Monaſterii reditus ejuſdem Capituli jure, tribuitur, laudat, & confirmat.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Sixti IV. lib. XI. an. I. fol. 116.

Sixtus IV. 1471. 25. Auguſti.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Dominico Epiſcopo Brixien. noſtro in Urbe in ſpiritualibus Vicario, Salutem & Apoſt. Benedictionem.

Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, literæ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum tamen ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Paulum* PP. II. Prædeceſſorem noſtrum accepto quod dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Univerſitas Caſtri Podii Donadei Sabinen. Diœc. temporali dominio dicti Capituli ſubjecti, provide attendentes quod apud Caſtrum ipſum non erat aliqua domus pro uſu & habitatione Profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, ad quos Incolæ dicti Caſtri, propter fructus uberes quos Chriſtifidelibus prædicationibus verbi Dei, & eorum exemplis afferre ſolent, ſpecialem gerebant devotionis affectum, quodque ſtructuræ & ædificia Monaſterii olim Monialium S. Pauli extra muros dicti Caſtri eidem Baſilicæ cum ſuppreſſione Abbatiſſalis dignitatis inibi alias canonice uniti (*b*) incipiebant vetuſtate confiniri, & paulatim in ſe

* I. *Pium*.

(*a*) Aut ſexageſimo ſexto, juxta communem ſupputandi annos rationem.

(*b*) Pius II. an. 1463., ut liquet ex illius literis prolatis tom. 2. hujuſce Collectionis pag. 177. Caſtrum Podii Donadei, hodie *Poggio nuovo*, ac illi conjunctum Monaſterium S. Pauli, quod Moniales Ordinis S. Auguſtini inhabitabant, in Menſam Capitularem Baſilicæ Vaticanæ multa inopia laborantem tranſtulit; Ordinis inſtituto, quod in eo jam pene defecerat, penitus ſublato. Ita quidem res habuit, ſi mox relatam Pii II. Conſtitutionem expendamus, in qua Summus Pontifex non venditionis titulo, ſed *ex mera liberalitate*, atque *ut Baſilicæ Principis Apoſtolorum neceſſitatibus* utiliter conſuleret, Caſtrum hocce in Menſam Capitularem ejuſdem Baſilicæ ſe tranſtuliſſe fatetur. At ſi in Apoſtolicas Sixti IV. Literas, quas Collectionis noſtræ Tomus alter exhibet pag. 210. oculos conjiciamus, non a gratuita donatione, ſed a venditionis contractu Caſtrum illud ad menſam noſtram Capitularem acceſſit; Sic enim Sixtus IV. loquitur: *ac demum dilectis filiis Archipresbytero & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pro certo pretio tunc expreſſo per ipſius Cameræ Prælatos, Præſidentes, & Clericos, ſeu Apoſtolicam Sedem venditum, ſeu alias conceſſum extitit.* Ad hanc antilogiam e medio tollendam duplex occurrit reſponſio. Aut enim poſt gratuitam Pii II. donationem Capitulum Vaticanum ad Caſtri pretium ſolvendum adactum fuit; aut, quod veroſimilius eſt, in expoſitiva, ut ajunt, Sixtinæ Conſtitutionis parte, verba quæ ſupra recitavimus ad conſuetum Datariæ ſtylum pertinent; ut nimirum aut venditionem, aut aliam quamcumque alienationem generatim exprimant; quod clarius indicant quæ ſequuntur verba, *ſeu alias conceſſum extitit*. In hanc poſteriorem reſponſionem lubentius inclinamus; alioquin jure fortaſſe minus æquo Sixtus IV. Caſtrum Podii Donadei a Menſa Capitulari divulſum Sabelliis rurſum attribuiſſet, nulla interim loco pretii quod Capitulum perſolverat, ſtatuta compenſatione. Conſulas in rem hanc aliam Sixti IV. Conſtitutionem pag. 213. Bullarii noſtri.

(*a*) De-

in ſe ipſa collapſa ad ruinam tempore procedente deveniebant; & quod ſi ædificia dicti Monaſterii ad formam domus Fratrum Prædicatorum cum opportunis ædificiis reformarentur, & reformata cum Eccleſia, Campanili humili, Campana, Cœmeterio, Dormitorio, Refectorio, Clauſtro, Ortis, Ortalitiis & aliis neceſſariis officinis pro eorumdem Fratrum perpetuis uſu & habitatione applicarentur, ex hoc ſaluti animarum, ac voto & deſiderio incolarum dicti Caſtri, conſervationique ædificiorum prædictorum cum divinorum inibi officiorum celebratione in Eccleſia & Oratorio prædictis opportune conſuleretur; ac propterea affectabant domos & ædificia prædicta cum illis adjacentibus ortis & ortalitiis Fratribus prædictis, ut præſertur, applicare; ac eidem Prædeceſſori pro parte Capituli & Univerſitatis prædictorum humiliter ſupplicatu, ut Capitulo præfato Monaſterii ſtructuras & ædificia prædicta cum ortis ortalitiis, & aliis neceſſariis officinis huiuſmodi Fratribus prædictis donandi, nec non eiſdem Fratribus pro eorum uſu & habitatione hujuſmodi illa recipiendi, & perpetuo inhabitandi licentiam concedere, ita tamen quod unio, annexio, & incorporatio prædictæ quoad reliqua bona & jura dicti Monaſterii in ſuis efficacia & virtute remanerent, liceretque Capitulo præfatis alias juxta illorum pertinentiam atque formam bonorum eorumdem fructus redditus & proventus in ſuos & eorum Menſæ Capitularis uſus & utilitatem convertere & perpetuo retinere in omnibus & per omnia, ac ſi domus ſtructuræ & ædificia prædicta non concederentur, aliaſque in præmiſſis & circa præmiſſa opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur; idem Prædeceſſor qui votis illis quæ ad religionis propagationem, & divini cultus incrementum, ac animarum ſalutem tendebant, libenter annuebat, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, voluit & conceſſit ſub datum videlicet Nono Kalendas Auguſti Pontificatus ſui anno ſeptimo, certo Judici dari in mandatis ut Capitulo & Univerſitati præfatis ſtructuras & ædificia prædicta cum Eccleſia, Campanili humili, Campana, Cœmeterio, Dormitorio, Clauſtro, Ortis, Ortalitiis & aliis neceſſariis officinis ad uſum domus Fratrum dicti Ordinis reformandi, eiſdemque Capitulo illa ſic reformata cum officinis hujuſmodi dictis Fratribus donandi & concedendi, ac Fratribus præfatis illa pro eorum perpetuis uſu & habitatione hujuſmodi recipiendi & perpetuo inhabitandi Apoſtolica auctoritate licentiam concederet, Jure tamen Parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, & ſine cujuſcumque præjudicio. Et nihilominus unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, quoad reliqua bona & jura dicti Monaſterii, in ſuis efficacia & virtute *, liceretque Capitulo præfatis alias juxta unionis annexionis & incorporationis earumdem continentiam atque formam, bonorum eorumdem fructus redditus & proventus in ſuos & Menſæ præfatæ uſus & utilitatem convertere & perpetuo retinere in omnibus & per omnia, perinde ac ſi domus, ſtructuræ, & ædificia prædicta dictis Fratribus non concederentur, eadem auctoritate declaravit. Et inſuper idem Prædeceſſor, ſi licentiam hujuſmodi per eumdem Judicem concedi contingeret, domui ac Guardiano & Fratribus qui illa pro tempore inhabitarent, ut omnibus & ſingulis privilegiis immunitatibus favoribus & indultis domibus & Fratribus dicti Ordinis in genere conceſſis uti potiri & gaudere libere & licite valerent, gratioſe indulſit. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifatii PP. VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri inhiben. ne quorumvis Ordinum mendicantium Fratres ad inhabitandum nova loca recipere, ſeu jam recepta mutare præſumerent ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, de prohibitione hujuſmodi faciente expreſſam mentionem, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcumque. Ne autem de voluntate, conceſſione, ac indulto præfatis Pauli Prædeceſſoris prædicti, pro eo quod ſuper illis ipſius Pauli Prædeceſſoris literæ, ejus ſuperveniente obitu, confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hæſitari, ac ne Capitulum & Univerſitas ac Fratres præfati illarum propterea fruſtrentur effectu, volentes & dicta auctoritate decernentes quod voluntas, conceſſio, & indultum Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi perinde a dicta die Nono Kalendas Auguſti ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi literæ ſub dictæ diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, eædemque præſentes literæ ad probandum plene voluntatem, conceſſionem, & decretum prædicta ubique ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus juxta eaſdem voluntatem & conceſſionem Pauli Prædeceſſoris præfati, ſine cujuſcumque præjudicio, Capitulo & Univerſitati præfatis domos, ſtructuras, & ædificia prædicta, ut præmittitur, reformandi, & eiſdem Capitulo illa Fratribus prædictis pro eorum perpetuis uſu & habitatione donandi & concedendi, ac Fratribus præfatis illa pro hujuſmodi uſu & habitatione recipiendi & perpetuo

* ſup. remanere

Digitized by Google

petuo inhabitandi, præfata auctoritate licentiam largiaris (a); jure tamen Parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Et nihilominus unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, hujuſmodi donatione & conceſſione nequaquam obſtantibus, in ſuis prioribus efficacia & virtute, quoad reliqua bona & jura dicti Monaſterii remanere debere, licereque Capitulo præfatis, conceſſione & donatione ædificiorum hujuſmodi non obſtantibus, alias juxta unionis annexionis & incorporationis prædictarum vim, continentiam, atque formam bonorum & jurium eorumdem, dicti Monaſterii fructus, redditus, & proventus in ſuos & dictæ Menſæ uſus & utilitatem convertere, ac perpetuo retinere in omnibus & per omnia, perinde ac ſi domus ſtructuræ & ædificia hujuſmodi dictis Fratribus non concederentur, eadem auctoritate declares. Non obſtantibus ſupradictis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, octavo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno primo (b).

Ut exiguæ aliquot domus ſitæ in regione Arenulæ e quibus tenues a Capitulo Vaticano percipiuntur fructus, rite vendi poſſint Gregorio de Puteo, aut permutationis titulo eidem Gregorio concedi, Beneplacitum apoſtolicum impertitur.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullar. Sixti IV. lib xv. An. 1. fol. 1.

Sixtus IV. 1472. 15. Julii.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Alerien & Urbinaten Epiſcopis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ex injuncto nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, & præcipue Baſilicarum Urbis utilitas procuratur, ac ut illa optatum ſortiantur effectum, cum a nobis petitur, favorem apoſtolicæ liberalitatis impartimur. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt Litteræ tenoris ſubſequentis: Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Magiſtri Gregorii de Puteo Literarum apoſtolicarum Abbreviatoris & Familiaris noſtri petitio continebat, in regione Arenulæ etiam de Urbe ſunt quædam Domunculæ ad Parochialem Eccleſiam Sanctæ Catherinæ etiam de Arenula ejuſdem regionis, præfatæ Baſilicæ canonice unitam (c), & ad eumdem Gregorium ſimul pro indiviſo pertinentes (d), & prope ipſam Eccleſiam conſiſtentes, ex quibus Capitulo vel Eccleſiæ prædictis modica utilitas provenit, ipſeque Gregorius paratus eſt dare eidem Capitulo pro eorum parte excambium, videlicet aliquam aliam Domum ſeu annuum cenſum in evidentem utilitatem Capituli antedicti. Quare pro parte tam Capi-

(a) Decreverat Paulus II., Capitulo Vaticanæ Baſilicæ, ac Caſtri Podii Donadei habitatoribus id poſtulantibus, in Monaſterii Sancti Pauli ædes monialibus vacuas, Fratres minores de Obſervantia nuncupatos transferri. Verum quæ Pontifex ſub vitæ finem ſtatuerat, in dubium revocari poterant, Apoſtolicis literis in hanc rem, ob illius obitum, nequaquam expeditis; quippe literæ apoſtolicæ 1x Kalendas Auguſti an. 1471. hoc eſt triduo, aut quatriduo ante Pontificis mortem fuerant ſubſcriptæ. Quocirca Sixtus IV. Prædeceſſoris veſtigia premens, quæ ab eo ſancita fuerant, aperit, & confirmat. Itaque hoc primum tempore Ordinis Minorum de Obſervantia Fratres vetus S. Pauli Monaſterium ingreſſi, ibidem vel noſtra degunt ætate. Monet tamen Vvaddingus ad hunc annum n. 23., Fratribus Ordinis Minorum *ſtrictioris obſervantiæ*, multis ab hinc annis ejuſmodi Cœnobium fuiſſe concreditum. At vero quæ Vaticano Capitulo olim inerat in Caſtrum & Monaſterii reditus juriſdictio, ſub eodem Pontifice Sixto IV. extincta eſt. Caſtro nimirum in Familiam Sabellam translato, ut ſupra monuimus.

(b) Hinc colligas velim, Sixtum IV. annos Pontificatus ab electione non a coronatione inchoaſſe. Quum enim die 26. Auguſti fuerit coronatus, niſi ab electione anni initia petantur, hoc tempore, nimirum die 25. Auguſti 1471. quæ coronationem præceſſit, primum Pontificatus annum non inſcriberet.

(c) Id patet cum ex Conſtitutione Hadriani IV. (Bullar. noſtri tom. 1. pag. 57. not. c.) tum ex Diplomate Urban III. (ejuſd. Bullar. tom. 1. pag. 69.) utrobique enim iſthæc Eccleſia inter ſacras ædes Baſilicæ Vaticanæ ſubjectas numeratur. Conſulas item notam *b* quam exhibet pagina 69.; & inde perſpicies, vetus diſſidium ſuper hac eadem Eccleſia a Clericis ſancti Laurentii in Damaſo olim excitatum, Alexandri III. decreto tandem fuiſſe extinctum.

(d) Exiguæ domus quas pro indiviſo, ut ajunt, Eccleſia S. Catharinæ, & Gregorius de Puteo poſſidebant, nonniſi duæ erant. Adeas notam ſequenti Bullæ ſubjectam.

(a) Qui

Digitized by Google

Capituli quam Gregorii, qui etiam ipſarum Litterarum Scriptor, & in illarum expeditione Venerabili Fratri noſtro Roderico Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario (a) aſſiſtit, prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis Capitulo domos prædictas cum præfato Gregorio pro aliis dnmibus in dicta Urbe conſiſtentibus permutandi, vel illas ſibi ſub aliquo annuo decenti cenſu concedendi, licentiam concedere, aliaſque in præmiſſis opportune provídere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac ipſarum Domunculaꝛum qualitates, confines, & valores præſentibus pro expreſſis haberi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus conjunctim de præmiſſis omnibus & ſingulis eorumque circumſtantiis univerſis, ſervata forma Litterarum præinſertarum, vos diligenter informetis, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe, ac permutationem vel conceſſinnem hujuſmodi, ſi fiat, in evidentem ipſius Baſilicæ utilitatem cedere repereritis, ciſdem Capitulo permutandi Domunculas prædictas cum dicto Gregoio pro aliis domibus in dicta Urbe conſiſtentibus, vel ſibi illas pro certo condecenti annuo cenſu perpetun concedendi, cum omnibus & ſingulis cautlielis & cautionibus in hiis neſſariis & opportunis, plenam & liberam licentiam auctoritate noſtra concedatis (b). Non obſtantibus apoſtolicis, ac bonæ memnriæ Bonifacii PP. VIII. in ſua obedientia nuncupati, ac Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus & ordinationibus, illis præſertim quibus caveri dicitur quod Bona ad Capitulum prædictæ Baſilicæ ſpectantia ultra triennium alienari non poſſint, quibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio babenda foret, hac vice, eis alias in ſuo robore permanſuris, expreſſe derogamus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Idibus Julii Pontificatus noſtri Anno primo.

Præter Domos, quarum in ſuperioribus Literis fit mentio, alias item domos conterminas eidem Gregorio in emphyteuſim tradi poſſe concedit, ſoluto annuo cenſu 25. florenorum auri de Camera, aut alio Canone peritorum judicio taxando.

Ex Cuſtod. Regeſt. Bullar. Sixti IV. lib. xv. an. 11. pag. 292.

Sixtus IV. 1473. 11. Auguſti.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Simoni Archiepiſcopo Antibaren. & Nicolao Epiſcopo Moduſien. in Romana Curia reſidentibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto nnbis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ ſingularum Eccleſiarum, & præſertim Baſilicarum in Alma Urbe noſtra conſiſtentium utilitas procuratur, ut optatum ſnrtiantur effectum, cum a nobis petitur, ſavorem apoſtolicum libenter impartimur. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis: Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Anno primo. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Archipresbyteri & Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Magiſtri Gregorii de Puteo Scriptoris & familiaris noſtri petitin continebat, ſi eiſdem Archipresbytero & Capitulo quinque Caſunculas ſive parvas Domos ſitas in regione Arenulæ de dicta Urbe, pro majori parte ruinam minantes, & non modica reparatione indigentes, quarum tres ad Parochialem Eccleſiam S. Catherinæ de eadem Urbe, Menſæ Capitulari dictæ Baſilicæ canonice unitam, integræ vero aliæ duæ domus ad ipſam Eccleſiam, & præfatum Gregorium pro indiviſo, ſive pro æquis portinnibus ex illis pro tempore percipiendis, legittime ſpectant & pertinent

(a) Qui ad Petri Sedem poſt Innocentium VIII. aſcendit, Alexandri VI. ſumto nomine.

(b) Hæc domorum alienatio ſuo caruit effectu, ut e ſequenti Bulla, ac notis illi ſuperadditis compertum erit.

(a) In

Digitized by Google

nent (*a*), præfato Gregorio ſub annuo cenſu ſive canone vigintiquinque florenorum auri de Camera, ſeu aliàs ſub cenſu honeſto & convenienti per duas perſonas diſcretas taxando & judicando, in emphyteuſim perpetuam dandi & concedendi licentia concederetur, ipſe Gregorius domos ipſas repararet, idque profecto in evidentem Menſæ ac Eccleſiæ prædictarum cederet utilitatem. Quare pro parte Archipresbyteri & Capituli, ac, qui etiam literarum Apoſtolicarum Abbreviator exiſtit, & in illarum expeditione Venerabili Fratri noſtro Roderico Epiſcopo Albanen. S. R. E. Vicecancellario aſſiſtit, Gregorii prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis Archipresbytero & Capitulo domos prædictas eidem Gregorio in præfatam emphyteuſim dandi licentiam concedere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac ipſarum domorum qualitates, ſituationes, confines, deſignationes, & veros valores præſentibus pro expreſſis haberi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos conjunctim juxta formam præinſertarum literarum procedentes, de præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra diligenter informetis, & ſi per eamdem informationem ita eſſe, ac ceſſionem prædictam, ſi fiat, in evidentem Menſæ & Eccleſiæ prædictarum utilitatem cedere repereritis, præfatis Archipresbytero & Capitulo domos prædictas, illis prius coram vobis ſpecificatis, ſub præfato vigintiquinque florenorum, ſeu alio convenienti & honeſto cenſu per duas diſcretas perſonas taxando, & judicando, ut præfertur, eidem Gregorio pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis in perpetuam emphyteuſim, cum conditione tamen quod poſtquam ipſe Gregorius aut ſui hæredes pretium pro quo cenſus æquivalens emi poſſit, prout per duas diſcretas perſonas extimabitur, præfatis Archipresbytero & Capitulo perſolverit, ipſæ domus Gregorio ac hæredibus, & ſucceſſoribus præfatis liberæ remaneant, concedendi plenam & liberam licentiam eadem auctoritate largiamini. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Tibur. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo (*b*).

Propo

(*a*) In ſuperiori Bulla Gregorius de Puteo earum ædicularum, quas cum S.Catharinæ Eccleſia communes habebat, venditionem, aut permutationem petierat. Duæ igitur erant, ut ſupra monuimus. Hic vero non jam duas, ſed quinque poſtulat, hoc eſt tres item alias, quas proprio & peculiari jure prædicta Eccleſia poſſidebat. Harum mentio fit in magno domorum Indice, vulgo *Cara*[illegible], qui in Archivo Baſilicæ noſtræ ſervatur; atque hiſce literis A. B. C. D. E. deſignantur. Juxta ſeriem Conductorum queis hæ domus locatæ ſunt, tamdiu exoptata alienatio favore Gregorii de Puteo ad optatum exitum numquam pervenit. Siquidem, ut idem prodit Index pag. 301. perſeveravit locatio in eodem Gregorio quamdiu vixit; inde in alios conductores protracta eſt. Quid cauſæ fuerit cur irritus ceciderit Contractus, divinare nequeo. Suſpicor tamen impedimento fuiſſe conditionem huic Bullæ appoſitam, nimirum ut emphyteuſis omnino ceſſaret, ac domus ipſi Gregorio ejuſque heredibus pleno jure cederent, quum primum pretium perſolverent ex quo totidem fructus perciperentur, quot ex vi contractus ſingulis annis penſitabantur. Enim vero anno 1510. die 21. Aprilis Baſilicæ Vaticanæ Capitulum domos eaſdem in emphyteuſim perpetuam, quavis ſublata conditione quæ domos illas in libertatem aliquando aſſereret, tradidit Georgio de Cæſarinis, ſtatuto annuo cenſu Ducatorum 35., ut patet ex codice Inſtrumentorum Andreæ Caruſii ſignat. lit. E. pag. 220. & 222.

(*b*) Hinc patet Pontificatus annos non ab electione, ſed a conſecratione numerari. Si enim ab electione ducerentur, quum ea inciderit in diem 9. Auguſti, profecto huic Pontifici anno 1473. die 21. Auguſti non jam ſecundus, ſed tertius Pontificatus annus eſſet tribuendus.

(*a*) Ni-

Propoſita pœna mille Ducatorum auri prohibet ne in Latiſundio S. Petri in formis, hodie *Campo Morto*, Veliternenſium animantia damnum inferant.

Ex Lib. 1. Diverſor. Cameral. Sixti IV. pag. 232. apud Archiv. Apoſtolic. Vatican.

1473. 3. Decemb.

LAtinus miſeratione Divina Epiſcopus Tuſculanus S.R.E. Cardinalis de Urſinis, Domini Papæ Camerarius, prudenti viro Paſquino de Bembis de Cremona Cuſtodi Portæ ferreæ Palatii Apoſtolici, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ familiari, & Commiſſario, ſalutem in Domino. Cum Communitas Velletrana de facto et temere ſe intromittere dicatur in tenimento ſeu ejus parte ſancti Petri in formis pertinente ad Baſilicam Principis Apoſtolorum (*a*) de Urbe certa animalia ibidem ad paſcendum introduxerit, eaque armata manu auctoritate propria cuſtodiat, ſuper quo Capitulum dictæ Baſilicæ ſe mirum in modum gravatum ſentit ſic ſe in ſuis tenimentis turbari, tibi, de cujus prudentia et induſtria ſæpius in majoribus experta, plurimum confidimus, de mandato &c. ac auctoritate &c. mandamus quatenus te ad dictum tenimentum ſeu Velletr. aut quocumque alio tibi videbitur te conferas, ac tam Communitati ipſi Velletranæ, quam ſingularibus perſonis dictum tenimentum impedientibus et occupantibus, & maxime locum qui dicitur Rotarolo(*b*) prout expediens tibi videbitur, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ præfati, & noſtro nomine præcipias & mandes quatenus nullo pacto ſe in dicto tenimento intromittere debeant, & beſtias quas habent ibidem, ſtatim facta per te ipſis monitione et mandato ſupradicto, amovere ex dicto tenimento ſub pœna ducatorum mille auri de Camera quotieſcumque contrafecerint, & niſi præſenti mandato paruerint, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, irremiſſibiliter debeant, & dictum tenimentum liberum & expeditum ad nutum dicti Capituli dimittere debeant ſub eadem pœna; & nihilominus ſi ſe gravatam aut gravatas dicta Communitas aut ſingulares perſonæ præſenſerint, debeant in Camera Apoſtolica intra dies quatuor a die monitionis & mandati faciendi comparere, aut eorum legitimum procuratorem unum vel plures tranſmittere coram dominis ipſius Cameræ cum omnibus eorum juribus et ſcripturis, audituri ipſorum dominorum voluntatem & mandatum. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque. In quorum &c.

Datum Romæ &c. die 3. Decembris 1473. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Papæ Sixti IV. Anno Tertio.

Præci-

(*a*) Nimirum ex vi contractus emtionis, quem Nicolaus V. an. 1448. edito deſuper diplomate confirmavit, atque ab omni prorſus exceptione vindicavit. Integrum diploma exhibet Collectionis noſtræ tomus 2. pag. 117. & ſeqq.

(*b*) Aut *Rotarola*, ut in ſequenti Diplomate. Locus iſ erat Veliterno territorio conterminus; ideoque Urbis illius incolis valde idoneus ut animantia in herbidum ſolum inferrent.

Præcipit ut animantia, quæ contra ſuperioris Decreti tenorem, in Latifundium S. Petri in formis introducta fuerant, ibique detinebantur, Romam ſub tuto carcere cuſtodienda, transferantur.

Ex lib. 1. Cameral. Sixti IV. pag. 236. apud Archiv. Apoſtolic. Vatican.

1473. 17. Decemb. LAtinus miſeratione Divina Epiſcopus Tuſculanus S. R. E. Cardinalis de Urſinis, Domini Papæ Camerarius. Spectabili militi domino Joanni Franciſco de Clugia Comeſtabili (a), ac Bariſello generali Almæ Urbis ejuſque diſtrictus (b), ſalutem in Domino:

Cum proximis ſuperioribus diebus per prudentem virum Paſquinum de Cremona Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ familiarem, et ad hoc Commiſſarium noſtrum deputatum mandari fecerimus tam Communitati Velletranæ, quam quibuſcumque aliis perſonis tenimentum ſeu partem tenimenti ſancti Petri in formis pertinens ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe occupantibus & impedientibus contra voluntatem & ſupradictum judicium Capituli dictæ Baſilicæ, quatenus nullo pacto ſe in dicto tenimento intromittere deberent, & beſtias quas ibi habebant ſtatim, amovere ex dicto tenimento deberent ſub certa pœna, prout in litteris noſtris deſuper confectis continetur, & nihilominus poſt hujuſmodi mandatum eis intimatum, in noſtrorum mandatorum hujuſmodi vilipendium nonnulli beſtias in dicto tenimento, & præſertim in loco qui dicitur Retarola dicti tenimenti parte bubalas & alias beſtias tenere non deſiſtant in dicti Capituli non modicum præjudicium & jacturam: Cum nos ipſius Capituli indemnitati conſulere, ac etiam mandatorum noſtrorum contemptores punire cupiamus, idcirco vobis per præſentes mandamus quatenus ad dictum tenimentum ſtatim vos conferatis cum veſtris ſociis & peditibus, & quotcumque animalia cujuſcumque generis in eo inveneritis contra dicti Capituli voluntatem & licentiam ibidem paſcentia, ad almam Urbem adducatis, & in loco tuto cuſtodiatis, donec quid de iis diſponendum ſit a nobis aliud habebitis in mandatis.

Datum Romæ &c. Sub noſtri Sigilli impreſſione die 17. Decembris Anno Domini 1473. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Papæ IV. Anno Tertio.

Confratribus *Diſciplinatorum* in Eccleſia S. Thomæ Oppidi Geneſii jus tribuit, ut citra ullam Superiorum facultatem, Sacerdotem ſive Secularem ſive Regularem pro libito eligant, qui in eadem Eccleſia Miſſas celebret, ac Divina Officia perſolvat.

Apud Jo. Baptiſtam Corradum in Eccleſiarum Baſil. Vaticanæ ſubjectarum Indice pag. 183.

Sixt. IV. 1479. 11. Octob. SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Illa potiſſime quæ Divini Cultus augumentum, & animarum ſalutem reſpiciunt, libenter ad exauditionis gratiam admittimus. Sane ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Priorum, & Sindicorum, & univerſitatum Confratrum confratriæ diſciplinatorum nuncupatorum in Eccleſia S. Thomæ de S. Geneſio Camerinenſ. Diœc. Baſilicæ Principis Apoſtolorum

(a) Vox iſta *Comes Stabilis* eum proprie ſignificat, qui equorum Principis curam gerit, & perinde ſonat ac aliud nomen *Comes Stabuli*, ex quo *Conſtabularius*, & *Conneſtabilis* fluxere. Succeſſu temporis, Cangio teſte, idem nomen *ad munus aliud* ſignificandum fuit adhibitum; eo quippe donabantur ipſimet copiarum Duces. Hæc poſterior ſignificatio Comeſtabili Joanni Franciſco de Clugia rite convenit, cui Cardinalis Camerarius præcipit, ut ſuis ſtipatus ſociis ad latifundium S. Petri in Formis ſe conferat, ac animantia quæ in alieno territorio contra jus detinebantur, Romam abducat.

(b) Ne mireris ſi pari juſſu Comeſtabilis, ac *Bariſellus*, vulgo *Baroncellus*, hoc eſt Apparitorum ſive Satellitum Urbis Præ-

lorum de Urbe immediate ſubjectæ, petitio continebat, quod ſi ipſi pro divini Cultus in dicta Eccleſia augumento, eligendi unum Sacerdotem Secularem, aut cujuſvis ordinis Regularem ad nutum ipſorum amovibilem, qui inibi Miſſas, & alia divina officia celebraret, licentia elargiretur, profecto ipſorum devotioni, & Confratriæ utilitati provideretur, idque cederet in Divini cultus augumentum. Quare pro parte Priorum, Sindicorum, & Confratrum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in præmiſſis opportune providere authoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur piis votis & deſideriis hujuſmodi annuentes, Priorum, & Sindicorum, & Confratrum præfatorum hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod ipſi Priores, Sindici, & Confratres unice Presbiterum idoneum *, aut cujusvis Ordinis Regularem in eorum, & dictæ Eccleſiæ Cappellanum ad eorum nutum amovibilem perpetuis futuris temporibus eligere, qui inibi Miſſas, & alia Divina Officia celebrare valeat, cu uſvis Superioris licentia ſuper hoc minime requiſita (*a*), libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; jure tamen Parochialis Eccleſiæ, ſub qua dicta Eccleſia S Thomæ exiſtit, in omnibus ſemper ſalvo. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ordinis cujus Presbyter regularis forſitan fuerit, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, & ordinationis &c. Si quis autem &c.

* *ſup. Secularem.*

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1479., tertio Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo (*b*).

Ferdinandum Siciliæ citra Farum Regem hortatur, & rogat, ut Bona, quæ Comitiſſa Piſcariæ legaverat Baſilicæ S. Petri, eidem Baſilicæ, remoto quovis obice, tradantur.

Ex Tom. III. Regeſti Brevium Innocentii VIII. pag. 113. in Archiv. Apoſtol. Vatican.

Innocent. VIII. 1488. 30. Maji.

INnocentius Papa VIII. Cariſſimo in Chriſto Filio Ferdinando Siciliæ citra Farum Regi. Cariſſime in Chriſto fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Nuper, ſicut accepimus, bo. mem. Beatrix Cajetana Marchioniſſa Piſcariæ, omnipotentis Dei, ac Beati Petri, ſuæque ſalutis non immemor, & devotionis ardore accenſa erga ipſum beatum Petrum ejuſque ſacroſanctam Baſilicam de Urbe, quamplura res & bona decedens pro animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum ſalute in ſuo teſtamento

---

Præfectus ad idem munus exequendum deſtinantur. Non enim inſolens eſt, ut Duces ac milites ex una parte, ex alia vero Barroncellus ejuſque miniſtri, quos *Birruarios* vulgus appellat, idem negocium expediant. Illud potius notatu dignum, ipſum ſcilicet copiarum Doctorem nobilem ac ingenuum Virum fuiſſe, cui idcirco Cardinalis Camerarius & *militis ſpectabilis*, & honorificum *Domini* titulum tribuit. Nulla vero honoris ſignificatione addita, *Bariſellum* nominat. Ex quo licet conjicere vel ipſa Sixti IV. ætate Stellitum Urbis Præfecturam munus fuiſſe ſin minus turpe, ſaltem plebejum, ideoque nullo habendum in pretio.

(*a*) Verba hæc omnimodam exemptionem ab Ordinarii juriſdictione profecto innuunt. Ita vero loquitur Pontifex nedum ratione habita libertatis, quæ Eccleſiis Baſilicæ Vaticanæ ſubjectis conceditur, ſed etiam quod de hac ipſa S. Thomæ Eccleſia ita olim judiciali ſententia fuerit definitum. Excitata ſiquidem ſuper exemtionis negocio a Camertinis Epiſcopis controverſia, tandem 13. Septembris 1362. Urbani V. ætate prodiit favore ipſiuſmet Eccleſiæ S. Thomæ ſententia, quam late recitat Jo. Baptiſta Corradus in toties memorato Eccleſiarum Indice pag. 186., & ſeqq. Etiam noſtra ætate Eccleſia iſthæc Baſilicæ noſtræ Canonem quotannis ſolvit in ſubjectionis argumentum.

(*b*) Sic habet in exemplari Apoſtolicarum literarum, quas Corradus exſcripſit. Gravior tamen in Chronologia lapſus hic caſtigandus, & pro anno *primo*, *nonus* Pontificatus annus omnino ſupponendus. Quum enim Sixtus IV. Summus Eccleſiæ Pontifex renunciatus fuerit die 9. Auguſti 1471., ejuſdemque menſis & anni die 26 fuerit coronatus, jam patet eidem Pontifici qui die 11. Octobris an. 1479. hanc edidit Sanctionem, nonum Pontificatus annum eſſe tribuendum.

mento eidem pie legavit, quæ a nonnullis, & præſertim a dilecta filia nobili Antonella ejus nata & hærede aſſeruntur indebite detineri; cujus quidem Baſilicæ uti noſtræ præcipuæ & peculiaris Eccleſiæ curam gerentes, ejus honorem & commoda proſequi merito obligamur. Quocirca Majeſtatem tuam hortamur, & ex animo requirimus, ut in conſequendis Legatis hujuſmodi in ſanctum & pium opus relictis, omni favore, & auxilio Canonicis, & Capitulo dictæ Baſilicæ aſſiſtat, pro quibus dilecti filii Bartholomæus de Ciciliano (*a*) utriuſque Juris Doctor, & Proſper de Ruſticis Concanonici dictæ Baſilicæ (*b*) ad eamdem Majeſtatem propterea proficiſcuntur; in hoc enim magnum & meritorium apud Deum, & in ſeculo præclarum & Principe dignum opus, ac Nobis gratiſſimum tua Majeſtas efficiet, ut legata in piam cauſam huic inſigni Baſilicæ relicta, abſque contradictione, tua opera recuperentur.

Datum Romæ &c. ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Maji MCCCCLXXXVIII. Pontificatus noſtri Anno IV.

Superioribus Literis alias fere geminas ſcribit Antonellæ heredi ac filiæ Marchioniſſæ Piſcariæ, ut Matris Legatum impleat, ac Bona quæ ad Baſiicam S. Petri pertinent, omnino tradat.

Ex Tom. III. Regeſti Brevium nnocentii VIII. pag. 114. apud Archiv. Apoſtolic. Vatican.

Innocent. VIII. 1488. 30. Maji.

INnocentius Papa VIII. Dilectæ in Chriſto Filiæ.....(*c*) Dilecta in Chriſto Filia Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Nuper, ut accepimus, bonæ mem. Beatrix Cajetana Marchioniſſa Piſcariæ genitrix tua humana Cæleſtibus commutare quærens, ſumma erga Deum, & Beatum Petrum ejuſque Baſilicam ardoris devotione accenſa, quamplura res & bona pro ſua, & ſuorum progenitorum ſalute animarum pientiſſime in ſuo Teſtamento legavit, in quo te hæredem inſtituit, arbitrata profecto, ut tu tanquam filia, & hæres in bonis ſuis, ita in hoc tam pio, & ſancto opere exequendo te futuram (*d*) diligentiſſimam & fidelem; idque aliter a nemine exiſtimari debet, cum ſalus animæ religioſæ genitricis tuæ non minus tibi quam illi chara eſſe debeat. Proinde devotionem tuam in Domino hortamur, & monemus paterne, ut bona quæcumque dictæ Baſilicæ legata, atque relicta, ut præfertur, quæ apud te, ut accepimus, manifeſte eſſe noſcuntur, Baſilicæ Canonicis & Capitulo prædictis jure debita tradere, & aſſignare omnino cures (*e*), ut non tantum hæres, ſed etiam donatrix, ex hac ſancta largitione atque legato, piorum obſequiorum ac ſuffragiorum, quæ in dicta Baſilica in divinis aſſiduè pro vivis atque defunctis gerentur, in hoc ſeculo & apud Deum particeps merito efficiaris.

Datum Romæ &c ſub Annulo Piſcatoris die 30. Maji MCCCCLXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno IV.

Foro-

(*a*) Aut *Ciciliano*, ut Grimaldus illum nominat in Serie Canonicorum Baſil. Vatican.

(*b*) Horum Canonicorum alter an. 1477. alter vero die 8. Maji 1485. eodem Grimaldo teſte, inter Baſilicæ Vaticanæ Canonicos relati ſunt.

(*c*) Antonellæ, quam ſuperiores literæ exhibent filiam ac heredem Marchioniſſæ Piſcariæ, nomen hic addas, ut velim partem lacunæ impleas

(*d*) Senſus verborum male cohærens aliqua ratione reſtituendus, quam aliorum arbitrio relinquimus.

(*e*) In noſtro Benefactorum Indice ſive Martyrologio hoc de Beatrice Cajetana occurrit monumentum: *Beatrix Caetana eidem Altari* (S. Petri) *Pallium ex auro Baſilico donavit*. Aurum Baſilicum, aurum regium, ſive optimum puto intelligendum. Si ergo hæc pia mulier eadem ſit quæ in hiſce literis nominatur, patet, ex bonis quæ teſtamento legaverat (plura enim fuiſſe Innocentius VIII. affirmat) nonniſi partem exiguam ad Vaticanam Baſilicam perveniſſe.

(*a*) Idem

Forojulienſem Epiſcopum Baſilicæ Vaticanæ Vicarium Apoſtolicum deſignat, eique pleniorem in ſpiritualibus & temporalibus negociis juriſdictionem conciliat.

Ex Tom. III. Regeſt. Brevium Innocentii VIII. pag. 156. terg. apud Archiv. Apoſtol. Vatican.

Innocent. VIII. 1488. 7. Junii.

INnocentius Papa VIII. Ven. Fratri Nicolao Epiſcopo Forojulien. Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Vicario. Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cupientes, ut in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe divinus in primis vigeat, & manuteneatur cultus, & reliqua bene adminiſtrentur, de tuæ Fraternitatis integritate, religionis zelo, ac rerum experientia & ingenii dexteritate plurimum in Domino confidentes, te Vicarium dictæ Baſilicæ in ſpiritualibus, & temporalibus ad beneplacitum noſtrum harum ſerie facimus, conſtituimus, & tenore præſentium deputamus (a) cum plena poteſtate, auctoritate, arbitrio, facultate circa divina ſuperintendendi, ipſumque divinum cultum debite celebrari faciendi, non celebrantes, negligentes, vel remiſſos puniendi, ipſiuſque Baſilicæ introitus & redditus revidendi, & ut recte diſpenſentur procurandi, ac mandandi, ordinandi, præcipiendi, & injungendi quæcumque ad bonum regimen & gubernium dictæ Baſilicæ quomodolibet pertinere cognoveris. Denique alia omnia, & ſingula agendi & exequendi, quæ alii pro tempore dictæ Baſilicæ Vicarii apoſtolica auctoritate deputati tam de jure, quam de conſuetudine, & tam circa ea, quæ ſpiritualitatem, quam ea, quæ temporalitatem concernunt, mandare, ordinare, agere, & exequi quomodolibet potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Contradictores, renitentes, & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas & alia opportuna remedia compeſcendo. Tua vero Fraternitas injunctum ſibi hoc munus ita prudenter & diligenter ſtudeat exercere, ut ſicuti ſperamus, de tua hac deputatione ſperati fructus perveniant, & tu merearis per bona opera uberius a nobis commendari.

Datum Romæ &c. ſub Annulo Piſcatoris die VII. Junii MCCCCLXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno IV.

Incerta Bona, male parta, aut hæredum arbitrio ſupremis tabulis relicta ſive in pauperes, ſive pro teſtatorum ſalute croganda, quæ Eugenius IV. ædificio Monaſterii S. Pauli, Sixtus IV. Hoſpitalibus Lateranenſi ac S. Spiritus attribuerat, Alexander VI. Innocentii VIII. veſtigiis inhærens, in Lateran. ac Vatic. Baſil. transfert.

Ex Archivo Monaſterii S. Pauli extra Urbem.

Alexand. VI. 1493. 1. Januar.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quæ laudabili & provida prædeceſſorum noſtrorum ordinatione ſtatuta fore comperimus, opportunis nos decet favoribus proſequi, & efficacem operam adhibere circa obſervantiam eorumdem. Dudum ſiquidem fel. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis cauſis inter alia ſtatuit & ordinavit, quod omnia & ſingula relicta, & legata in quibuſcumque teſtamentis, codicillis, donationibus cauſa mortis,

(a) Idem Forojulienſis Epiſcopus, quem Innocentius VIII hiſce literis die 7 Junii 1478. editis, Vicarium Apoſtolicum Baſilicæ Vaticanæ deſignat, rurſum ab eodem Pontifice aliis literis 12. Julii anni ejuſdem 1478. promulgatis, ac in ſecundo Bullarii noſtri tomo editis pag. 255., Apoſtolici Vicarii munere decoratur. Quid cauſæ fuerit, ut brevi paucorum dierum intervallo Pontifex Innocentius novum diploma conſcripſerit, ſupereſt inquirendum. Hæc mihi ratio, quam proferam, hic ſuccurrit. In prioribus literis plena quidem Vicario tribuitur juriſdictio, ut in iis quæ ad ſpirituale ac temporale Baſilicæ gubernium pertinent, ſuam exerceat authoritatem. Verum quouſque Vicarii authoritas protendatur nec Pontifex exprimit, nec certos indigitat caſus, qui negocium faceſſere, & controverſias excitare potuiſſent. Idcirco iteratas dat literas prioribus prolixiores, quibus nedum generatim, ſed individuo ſermone eorum quæ a Vicario Apoſtolico gerenda erant, aperta fit mentio. Hoc pacto Innocentii Conſtitutio ætate major, cum alia quæ tempore minor eſt, bene componitur.

(a) Inno-

mortis, & aliis ultimis voluntatibus per quoſcumque in terris Romanæ Eccleſiæ tunc facta & impoſterum facienda pro incertis male ablatis, ſi perſonæ vel loca quibus reſtitutio fieri deberet, inveniri nequirent; nec non legata & relicta ſub certis conditionibus atque modis, diverſorumque caſuum eventibus, ſeu ſimpliciter per heredes fideicommiſſarios, executores, & alios ſpecialiter deputatos, vel alios juxta juris diſpoſitionem decretos declaranda, vel ad eorum judicium ſeu voluntatem exigenda, diſtribuenda, & diſponenda; ac etiam omnia & ſingula legata de quibuſcumque bonis aut rebus, quæ juxta diſpoſitiones teſtamentarias ac ultimas voluntates vel alias quomodolibet pauperibus aut inter pauperes, eorum propriis nominibus non expreſſis, ſeu animabus Chriſtifidelium qui deceſſerunt, aut alias quomodocumque legata vel relicta ipſa incerta forent, diſtribuenda vel eroganda fuiſſent pro ſalute animarum eorum, qui legata ſeu diſpoſitiones hujuſmodi fecerunt, pro fabrica Monaſterii S. Pauli extra muros Urbis diſtributa relicta legata & deputata etiam intelligerentur, & in fabricam ipſam per Abbatem & Conventum dicti Monaſterii converti deberent ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum: Et deinde recolendæ memoriæ Sixtus Papa IV. etiam prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis cauſis beneplacitum prædictum revocavit, & legata & diſpoſita hujuſmodi Sancti Spiritus in Saxia Ordinis S. Auguſtini, & Imaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum de dicta Urbe Hoſpitalibus pauperum applicavit, & pro dictis Hoſpitalibus exigi ac in illorum opportunitatibus converti voluit & mandavit primo per quaſdam, & deinde par alias ſuas literas illa ad Hoſpitalia prædicta pro duabus, & ad Monaſterium prædictum proreliqua tertia partibus voluit pertinere, & inter ipſa Hoſpitalia & Monaſterium ſic æquisportionibus dividi in futurum. Poſtmodum vero cum, ſicut evidenter apparebat, Eccleſia Lateranenſis & Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta in ſuis Sanctuariis & ædificiis magna indigerent reparatione, piæ memoriæ Innocentius Papa VIII. ſimiliter prædeceſſor noſter præmiſſa ſic conceſſa per eoſdem Eugenium & Sixtum prædeceſſores dictis Monaſterio & Hoſpitalibus ad dictæ Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendi, ac eiſdem Monaſterio & Hoſpitalibus ſuper contentis in eiſdem literis durante hujuſmodi poſteriore beneplacito ſilentium impoſuit, & eorundem Monaſterii & Hoſpitalium loco, Lateranenſem Eccleſiam & Baſilicam prædictas ad ejuſdem Sedis Apoſtolicæ beneplacitum hujuſmodi ſubſtituit & ſubrogavit; ac voluit (*a*) ut relicta legata & diſpoſita hujuſmodi in factis, & quæ fieri contingeret in futurum, teſtamentis, codicillis, donationibus & aliis quibuslibet diſpoſitionibus in eiſdem Urbe, civitatibus, terris, & locis temporali dominio ipſius Romanæ Eccleſiæ ſubjectis, per generalem Collectorem fructuum & proventuum Cameræ Apoſtolicæ in Romana Curia deputatum ſuum, & pro tempore exiſtentis romani Pontificis, colligi exigi, & in reparationem ſtructurarum & ædificiorum Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum prædictarum converti deberent, eidem Collectori per ſe vel alium ſeu alios illa petendi & exigendi a quibuſcumque, quos conſtaret ad ea adimplenda obligatos, & ſuper illis prout ſibi videretur tranſigendi & componendi, ac ſolventes eidem ab illorum implemento liberandi & abſolvendi, & generaliter omnia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna faciendi mandandi & exequendi plenam, & liberam conceſſit facultatem: volens quod obligati ad relicta legata & diſpoſita hujuſmodi implenda, ex ſolutione quam facerent eidem Collectori de his quæ tenerentur vel ſic tranſigendo convenirent, eandem prorſus liberationem conſequerentur in utroque Foro, perinde ac ſi juramenta eis in teſtamentis, codicillis, donationibus, & aliis ultimis voluntatibus & diſpoſitionibus hujuſmodi juxta teſtantium, codicillantium, donantium & diſponentium veram ordinationem impleviſſent; quodque animæ, pro quarum ſalute legata, relicta, diſpoſita & ordinata hujuſmodi impleri debebant, exinde prorſus eamdem ſalutem & ſuffragia conſequantur, ſi juxta eorum ordinationem implerentur. Mandavit quoque Ven. Fratri noſtro Archiepiſcopo Arelatenſi in dicta Curia reſidenti, ut inſtante Collectore prædicto, ſeu ab eo in literis pro tempore Deputato, Sindico, & Procuratore, ac vocatis qui forent vocandi, & conſtito ſibi ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, de relictis, legatis, & aliis

(*a*) Innocentii VIII. hac de re diploma extat in hujus Operis to. 2. pag. 266. Longe tamen ante Innocentii tempora Urbanus VI. an. 1370., ut liquet ex relato Bullarii noſtri to. pag. 16. decreverat ut quiſquis ad reſtituenda incerta bona aut male quæſita in ſacro Pœnitentiæ foro adigeretur, oneri ſuo faceret ſatis ſi bona eadem in Lateranenſem ac Vaticanam Eccleſiam conferret. Quare hoc exemplo fortaſſe moti Succeſſores Pontifices idem privilegium, quod nonniſi ad biennium Urbanus conceſſerat, citra ullam temporis limitationem ad ea item bona quæ ſupremis tabulis aut incerta aut male parta teſtator fatetur, ac præterea ad caſus extraneos qui in hiſce literis commemorantur, extenderunt. Conſulas item Conſtitutionem Bonifacii IX. in hac Appendice relatam pag. 9.

(*a*) Ita

aliis pié diſpoſitis ad integram ſatisfactionem auctoritate Apoſtolica compelleret, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas & alia juris remedia compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, ac vices ſuas in iis, quotiens id pro faciliori exactione hujuſmodi ſibi videretur, alii vel aliis tam in eadem Curia quam extra eam ubilibet reſidentibus committendo, ſuper quo ei plenam conceſſit facultatem; prout in eorundem prædeceſſorum literis plenius continetur. Nos igitur qui etſi de cunctis Urbis Eccleſiis, quarum cura, Divina diſponente clementia nobis imminet generalis cogitare debemus; de ſtatu tamen Lateranenſis Eccleſiæ & Baſilicæ prædictarum tanto propenſius cogitare tenemur, quanto illæ ſtrictiori jure nobis adhærent, cupientes, ut contenta in ejuſdem Innocentii prædeceſſoris literis tanto uberiorem ſortiantur effectum, quanto erunt etiam noſtra auctoritate roborata; motu proprio, non ad dilectorum filiorum Arcbipresbyterorum & Capitulorum Eccleſiæ Lateranenſis & Baſilicæ prædictarum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex noſtra mera & certa ſcientia ejuſdem Innocentii prædeceſſoris literas prædictas, & in eis contenta & inde ſecuta quæcumque auctoritate Apoſtolica præfata præſentium tenore approbamus, & ad ejuſdem Sedis beneplacitum robur firmitatis obtinere debere decernimus, & loco dicti Archiepiſcopi aliis negotiis occupati & ad præmiſſa vacare nequeuntis, Ven. Fratrem noſtrum Johannem Archiepiſcopum Raguſinum Referendarium noſtrum domeſticum in Romana Curia reſidentem cum pari auctoritate & poteſtate, qua ipſe Archiepiſcopus Arelatenſis deputatus executor per ipſum Innocentium prædeceſſorem, dicta auctoritate ſubſtituimus & ſubrogamus: Non obſtantibus ſanctæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam civitatem & diœceſim niſi in exceptis certis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices a Sede prædicta deputati extra civitatem & diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus conjunctim vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c. approbationis conſtitutionis ſubſtitutionis & ſubrogationis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo (*a*), Kalendis Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Federicum Siciliæ Regem hortatur & monet, ut reditus ac emolumenta, quæ Prædeceſſores Reges Baſilicæ Vaticanæ conceſſerant, integre perſolvantur.

Ex Archivo Baſil. Vatican. in lib. Exituum &c. ſignat. lit. A pag: 105. terg.

Alexand. VI. 1498. 25. April.

Federico Siciliæ Regi. Chariſſime in Chriſto fili noſter, Salutem &c.

Scripſimus alias Serenitati tuæ per Ven. Fratrem Andream Epiſcopum Corthonenſem a dilectis filiis Canonicis & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe miſſum ſuper gabella Ortonæ (*b*) ad mare, & Abbatia S. Martini de Fara (*c*) Theatinæ diœceſis, ad ipſos Canonicos & Capitulum pertinen. Et quia ipſi ad eorum poſſeſſionem, ſicut accepimus, non ſunt adhuc rientegrati, recurrerunt ad nos humiliter ſupplicando, ut dignaremur eorum indemnitati opportune conſulere. Nos volentes eis in juſtitia favere, duximus itertum ad Majeſtatem tuam ſcribendum, hortantes illam,

(*a*) Ita de more ſcriptorum Bullarum, ſed juxta vulgarem ſupputationem anno 1493.

(*b*) Complura ſuppetunt Regum Siciliæ diplomata, quæ ipſorum munificentiam in Vaticanem Baſilicam ejuſque Capitulum præſeferunt. Caroli I., itemque Caroli II. privilegia extant in hujus Bullar. tom. 1. pag. 242. & ſeq. Joannæ vero Reginæ diploma anno 1368. editum exhibetur to. 2. pag. 10. & ſeqq. eoque Clerus ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ donatur annuis quinquaginta unciis de pecunia jurium & proventum *dobanæ & bajulationis* Terræ Francavillæ; ac iis deficientibus ſubſtituitur pecunia jurium & redituum *gabellarum* ſalis, ferri, & picis Terræ Ortonæ.

(*c*) Hæc Abbatia, quæ etiam S. Martini de Valle nuncupatur, anno 1451. Vaticano S. Petri Capitulo unita fuit. Vide to. 1. pag. 44. & 106., ac to. 2. pag. 134.

(*d*) Ad

illam, velit omnia ipſa bona gabellæ Ortonæ ad mare, S. Viti, & Aquilan., & Abbatiæ S. Martini cum omnibus ſuis pertinentiis cum integritate omnium & ſingulorum fructuum eiſdem Canonicis & Capitulo juxta illorum privilegia aſſignari facere, & ita pro ſua ſolita erga hanc Baſilicam devotione ſe liberalem & benignum exhibere, ut omnes intelligant, Majeſtatem tuam eam Baſilicam maxima veneratione proſequi, & hanc noſtram commendationem illis plurimum profuiſſe.

Dat. Romæ die 28. April. 1498. anno ſexto.

Henricum Angliæ Regem de primo lapide ad excitandum novum Vaticani Templi ædificium ſacro ac ſolemni ritu ab ſe collocato certiorem reddit.

Ex Annalibus Oderici Raynaldi.

Julius II. 1506. 18. April.

CHariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Regi Angliæ illuſtri (*a*). Chariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem &c.

Hoc die, qui fuit Sabbati in Albis & XVIII. præſentis menſis Aprilis poſt Miſſarum ſolemnia una cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E Cardinalibus & magno numero Prælatorum, ad locum proceſſimus, in quo fundamenta locanda erant Baſilicæ beati Petri Apoſtolorum Principis de Urbe in Vaticano, precationibusque & cæremoniis adhibitis conſuetis primum lapidem noſtris propriis manibus benedictum ac cruce ſignatum in eodem loco poſuimus (*b*); firma ſpe ducti, quod Dominus & Salvator Jeſus Chriſtus, cujus monitu Baſilicam ipſam vetuſtate conſumptam auguſtiori forma & ædificio renovare aggreſſi ſumus, meritis & precibus ipſius Apoſtoli vires nobis tribuet, ut quod tanto fervore inceptum eſt, abſolvi & perfici poſſit ad laudem & gloriam Dei: quod Majeſtati tuæ pro ſingulari, qua eum complectimur, charitate ſignificandum his literis duximus.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Aprilis MDVI. Pontificatus noſtri anno III.

Quæ Eugenius IV. & Sixtus item IV. de ſtato numero Pœnitentiariorum Baſilicæ Vaticanæ pridem decreverant; ea item privilegia, quæ eorumdem Pœnitentiariorum Collegio alii Romani Pontifices olim conceſſerant, Apoſtolica authoritate confirmat.

Leo X. 1514. 7. April.

LEO Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Solet nonnumquam Romanus Pontifex ea, quæ a Prædeceſſoribus ſuis in favorem perſonarum grata ſibi & Sedi Apoſtolicæ ac pro Chriſtifidelium animarum ſalute obſequia impendentium, provida ſunt conſideratione commiſſa, rurſum approbationis & innovationis robur convenire *, ut eo firmius illibata perſiſtant, quo fuerint ſæpius Apoſtolico præſidio circumfulta; aliaque deſuper providere quæ perſonarum meritis & ipſorum conditionibus diligenter attentis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Accepimus ſiquidem quod fel. rec. Eugenius IV. primo, & deinde Sixtus etiam IV. pro ſalubri regimine & confirmatione Collegii dilectorum filiorum minorum Pœnitentiariorum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe inter alia ſtatuerunt & ordinarunt,

* l. *adjicere*, aut quid ſimile.

(*a*) Ad hunc Julius Pontifex anno 1505. alias dederat literas, queis ſuum de nova S. Petri Baſilica extruenda conſilium illi communicat, & ab ipſo ſubſidiarum aurum ad operis confectionem petit, ut Raynaldus ex lib. Bullar. ejuſdem Pontificis pag. 443. monet ad annum 1506. num. 45.

(*b*) Prolixam atque accuratam ſacri ritus deſcriptionem ex Paride de Graſſis, ſacris Cæremoniis ea ætate præfecto, noſter Jac. Grimaldus Operi ſuo MS. de Veronica adſuit, & Philippus Bonanni in Templi Vaticani Hiſtoriam cap. 12. pag. 50. & 51. retulit.

(*a*) In

dinarunt, quod ipſi Pœnitentiarii eſſent undecim & non ultra (*a*), nec per quodcumque mandatum etiam Apoſtolicum aliquem in Pœnitentiarium ereatum aut creandum, ad eorum Collegium admittere cogerentur, niſi in locum alicujus ipſorum cedentis vel decedentis. Idemque Sixtus omnia & ſingula privilegia ac indulta eidem Collegio per dictam Sedem conceſſa approbavit & innovavit, ſucceſſiveque Innocentius VIII. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri motu proprio eoſdem Pœnitentiarios qui tune erant, & qui pro tempore forent, veros immediatos, & indubitatos Sedis prædictæ & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Cappellanos ac Familiares continuos Commenſales eſſe (*b*), ac omnibus & ſingulis privilegiis, antelationibus, prærogativis, quibus alii Romani Pontificis pro tempore exiſtentis Cappellani & Familiares continui Commenſales utebantur potiebantur & gaudebant, abſque alia differentia uti potiri & gaudere poſſe atque debere decrevit; & tam prædicti quam alii Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri Pœnitentiariis prædictis diverſa alia privilegia immunitates exemptiones conceſſiones gratias & indulta largiti ſunt, prout in diverſis deſuper eorum confectis litteris plenius continetur. Nos vero qui Pœnitentiarios prædictos ob eorum doctrinam & exemplares mores ac laudabilem & exactam, quam in dicta Baſilica circa purgandas Fidelium ad illam ex toto orbe terrarum in dies confluentium animas a peccatorum labe adhibent diligentiam, non minori quam Prædeceſſores præfati dilectione complectimur, ſperantes quod Pœnitentiarii ipſi eo circa præmiſſa magis efficientur ſolliciti, quo exinde præfatæ Sedis gratiam uberius in dies ſe noverint adipiſci, dictoſque Pœnitentiarios & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu ſimili, non ad eorum. Pœnitentiariorum vel cujuſvis alterius pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate omnia & ſingula privilegia immunitates prærogativas facultates antelationes gratias conceſſiones & indulta per prædictos & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros eis & eorum Collegio conceſſa, ac ſingulas deſuper confectas litteras, & in eis contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus & innovamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere, & quaſcumque creationes in Pœnitentiarios ſupranumerarios in eadem Baſilica per aliquos ex dictis Prædeceſſoribus, ſeu etiam Nos, etiam motu ſimili hactenus factas & forſan faciendas, ac quidquid aliud contra ſtatuta & ordinationes ac privilegia & indulta prædicta abſque ipſorum Pœnitentiariorum ſeu majoris partis eorum conſenſu per quoſcumque quavis auctoritate pro tempore geſta, nulla irrita & inania, ac modernos & pro tempore exiſtentes dictæ Baſilicæ Pœnitentiarios ad receptionem talium ſupranumerariorum Pœnitentiariorum, juxta ſtatutum & ordinationem Eugenii Prædeceſſoris hujuſmodi nullatenus cogi poſſe neque debere

(*a*) In Litteris Apoſtolicis Sixti IV. relatis in ſecundo Bullarii noſtri Tomo a pag. 195. ad pag. 229. nihil de Pœnitentiariis Baſilicæ Vaticanæ cautum legimus. Nec ipſa quidem Eugenii IV. Conſtitutio a nobis vulgata fuit, quam nullibi invenimus; quamvis ex alia ejuſdem Pontificis Sanctione typis edita in memorato Collectionis tomo p. 101. jam noverimus, eumdem Pontificem ſuarum literarum, quibus ſtatum undecim Pœnitentiariorum Baſilicæ noſtræ numerum definiverat, meminiſſe. Utriuſque tamen ſumma Julio III. refertur accepta hujus tertii voluminis pag. 7 & ſeq. ad eorumdem privilegia quod attinet. Ita nimirum provida Pontificis cura octodecim Pœnitentiarios, quos Gregorius XII. in Baſilicam Vaticanam invexerat, duxit minuendos. Hunc numerum ab Eugenio IV. ſtatutum, a Sixto item IV. confirmatum, in ſequenti ævo uſque ad Alexandrum VI. obtinuiſſe docet Burchardus in Diario, cujus verba in ſecundo Collectionis tomo a nobis relata pag. 319. not. a, ſic habent. *Conceſſit* (Alexander VI.) *undecim Pœnitentiariis ordinariis ejuſdem Baſilicæ* &c. Equidem in prælaudata Burchardi verba circa Pœnitentiariorum numerum mendum aliquam irrepſiſſe conjiciendo affirmavimus, quum undecim Burchardus enumeret, Alexandri vero Conſtitutio nonniſi novem ſingillatim recenſeat. At fieri potuit, ut Pontifex Alexander Pœnitentiariorum dumtaxat qui tunc ſupererant, nomina vulgaverit; Burchardus vero undecim Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtros, aut expleto eorum qui deerant, numero, aut conſuetæ multitudinis ratione habita, generatim expreſſerit.

(*b*) De Innocentii VIII. Sanctione quo ad Pœnitentiariorum Privilegia, perinde eſt ac de Sixti & Eugenii IV. Conſtitutionibus. Ad ceteros Pontifices quod attinet, in eorum Diplomatibus de minoribus Baſilicæ noſtræ Pœnitentiariis Privilegia, ut plurimum, generatim commemorantur, ſive ut juris conſulti ajunt, *in forma generica*. Pius II. aliquid ſuperaddit in Conſtitutione quam dedimus to. 2. pag. 171. in qua hoſce Pœnitentiarios *Cappellanos Apoſtolicos* pluries nominat. Ac vero Leo X. & Capellanos, & *familiares continuoſque commenſales* eoſdem appellat. Ex quo patet quanto in honore ſupra ceteros aliarum Eccleſiarum Pœnitentiarios, iis qui Baſilicæ Vaticanæ addicti erant, habiti olim fuerint. Verum eorum decus ac honor præcipuus hic non ſiſtit, ſi ad ea quæ Panvinius *in Opere de præſtantia Baſilicæ Vaticanæ* de noſtris Pœnitentiariis diſſeruit lib. 5. cap. 15. oculos intendamus. Ita vero Panvinius loquitur: *quippe Pœnitentiarii Domini noſtri Papæ tantum vocati, unis ſeptis conclusi Religioſorum vita vivunt: ex omnibus linguis Hiſpanica, Gallica, Britannica, Germanica, Illyrica colligi ſolent: ſtipendia ad victum a Pontificis Palatio dietim accipiunt, & in ſolemnibus ſupplicationibus quibus Pontifex intereſt, ſoli ſacris veſtimentis induti ſub Epiſcoporum cruce cum virgis in manu procedunt. Hi ſoli Romani Pontificis animæ commendationi & abſolutioni in extremis laboranti acciri ſolent*. Mox ſubdit: *quibus Privilegiis alitarum Patriarchalium, & præſertim Lateranenſes carent*.

debere decernimus & declaramus; potiorique pro cauthela omnia & ſingula prædicta prout per dictos Prædeceſſores ſtatuta, ordinata, & ipſis Pœnitentiariis conceſſa fuerunt, motu ſimili Apoſtolica auctoritate præfata, earumdem tenore præſentium, ſtatuimus & ordinamus, & eiſdem Pœnitentiariis ac eorum Collegio concedimus & elargimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, Privilegiis, Indultis, & Litteris Apoſtolicis quibuſcumque perſonis etiam cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis conceſſis & concedendis, quibus omnibus motu ſimili ſpecialiter & expreſſe harum ſerie derogamus, ac omnibus illis quæ Prædeceſſores præfati in ſingulis eorum litteris prædictis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, innovationis, decreti, declarationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quartodecimo, ſeptimo Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Raphaelum Urbinatem ædificii Vaticani Templi præficit, eique certam ſtipem ſingulis annis aut menſibus perſolvendam aſſignat.

Ex lib. 9. Epiſtolar. Cardinalis Petri Bembi epiſt. 13.

Leo X. 1514. 1. Auguſt.

CUm præter picturæ artem, qua in arte te excellere omnes homines intelligunt, is a Bramante Architecto etiam in conſtruendis ædibus es habitus, ut tibi ille recte Principis Apoſtolorum Templi Romani a ſe inchoati ædificationem committi poſſe, moriens exiſtimaverit; idque tu nobis forma ejus Templi confecta (a), quæ deſiderabatur, totiuſque operis ratione tradita docte atque abunde probaveris: nos quibus nihil eſt prope antiquius, quam ut Phanum id magnificentiſſime, quamque celeriter conſtruatur, te magiſtrum ejus operis facimus cum ſtipendio numum aureorum trecentorum tibi annis ſingulis curandorum a noſtris pecuniarum, quæ ad ejus Phani ædificationem erogantur, ad noſque perferuntur, magiſtris, a quibus id ſtipendium æquis pro tempore portionibus dari tibi, cum petieris, ſine mora etiam menſibus ſingulis jubeo. Te vero hortor, ut hujus muneris curam ita ſuſcipias, ut in eo exercendo cum exiſtimationis tuæ ac nominis, quorum quidem in juvenili ætate (b) bona fundamenta jacere te oportet, tum ſpei de te noſtræ, paternæque in te benevolentiæ, demum etiam Phani, quod in toto Orbe terrarum longe omnium maximum (c) atque ſanctiſſimum ſemper fuit, dignitatis & celebritatis, & in ipſum Principem Apoſtolorum debitæ a nobis pietatis rationem habuiſſe videare.

Dat. Cal. Aug. an. ſecundo, Romæ.

Hyppo-

(a) Hoc tamen novi Templi ſpecimen a Raphaele procuſum ſuo caruit effectu, fortaſſe ob immaturum clariſſimi Viri obitum, de quo infra.

(b) Quippe hoc tempore Raphael nonniſi primum ſupra triceſimum ætatis exceſſerat annum, ut patet ex nota temporis ejus ſepulcro in Templo S. Mariæ ad Martyres appoſita; ſic enim legimus: *Vixit annos XXXVII. integer integros; quo die natus eſt, eo eſſe deſiit viii. Id. Aprilis MDXX.*

(c) Stupendam, quæ nunc in Vaticano extat, ædificii molem Deo in honorem divi Petri erectam nemo non miratur. Sed & vetuſto ipſius Apoſtolorum Principis Templo, Conſtantini Magni cura excitato *nullam* fuiſſe *ſimilem in magnitudine Eccleſiam in univerſa terra*, Bernardus Francus Monachus, ſuum ad Loca Sancta iter ſub extrema divi Nicolai I. Pontificis Romani tempora ſuſceptum deſcribens, teſtatur apud Mabillonium in Act. Sanctorum Ord. S. Bened. ſeculo 3. part. 2. fol. 525., & Annal. Bened. lib. 37. num. 13. ad ann. Domini 870. Congruum plane fuit, ut maximæ Loci dignitati ſumma ædificii nobilitas reſponderet; quemadmodum Leo X. in hac epiſtola animadvertit.

(a) Sic

Hippolyto Eſtenſi vita functo Franciſcus Cardinalis Urſinus Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyter ſufficitur.

Ex Lib. II. diverſor. Brevium Leonis X. pag. 212: apud Archivum Apoſtolicum Vaticanum:

1520. 6. Sept. LEO Papa X. Dilectis Filiis Canonicis, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe. Dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper vacante Archipresbyteratu Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe per mortem bonæ memoriæ Hippolyti Sanctæ Luciæ Diaconi Cardinalis Eſten. illius ultimi poſſeſſoris extra Rom Curiam defuncti, Nos illum ſic vacantem, & antea diſpoſitioni noſtræ reſervatum, dilecto Filio noſtro Franciotto Sanctæ Luciæ in Coſmedin (*a*) Diacono Cardinali de Urſinis nuncupato, motu proprio contulimus, & de illo etiam providimus, prout in Litteris ſub plumbo deſuper propediem expediendis latius explicabitur, providere, autem volentes quod hujuſmodi noſtra proviſio debitum, ut par eſt, ſortiatur effectum, vobis in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna mandamus, quatenus viſis præſentibus eumdem Franciottum Cardinalem vel legitimum ejus Procuratorem in corporalem poſſeſſionem dicti Archipresbyteratus juriumque, & pertinentiarum ſuarum auctoritate noſtra inducatis; ſibique locum in ſtallo præbeatis, & de omnibus, & quibuſcumque fructibus, redditibus, & proventibus, ut moris eſt reſpondeatis, & reſponderi faciatis cum effectu, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Volumus tamen quod idem Franciottus literas ſub plumbo infra ſex menſes expedire omnino teneatur (*b*).

Dat. Romæ &c. ſub Annulo Piſcatoris die 6. Sep. 1520. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Chriſtifidelibus, qui Fer. V. & VI. Majoris hebdomadæ Sepulcrum Domini in Baſilica Vaticana devote viſitaverint, plenariam peccatorum Indulgentiam concedit.

Apud Turrig. in lib. de Crypt. Vatican. pag. 304. Roman. edition. 1639.

1605. 5. April. LEO Papa XI. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Sal. & Apoſtol. Benedictionem.

Ad Summi Apoſtolatus apicem, divina diſponente clementia nuper vocati, ad procurandam in primis Chriſtifidelium animarum noſtræ curæ commiſſarum ſalutem noſtræ mentis oculos convertimus, ac propterea cæleſtes Eccleſiæ theſauros, quibus æterna ſalus comparatur, libenter erogamus. Idcirco cum Feria v. in Cœna Domini proxime futura ſepulcrum Dominicum, in quo ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum uſque ad ſequentem Feriam vi. in Paraſceve aſſervari ſolet, in palatio Apoſtolico ad ſolitam Capellam Paulinam ob Conclavis, in quo Nos nuper ad Pontificatum evecti fuimus, nondum expurgati impedimentum, commode inſtitui non poſſit; Nos, ne Chriſtifidelium ad prædictum ſepulcrum Dominicum, & Baſilicam Principis Apoſtolorum pietatis & devotionis ergo confluentium devotio

(*a*) Sic habet autographum in Archivo Apoſtolico Vaticano; manifeſto tamen amanuenſis errore, quum Franciottus Cardinalis Urſinus a Leone X. una cum Purpura Diaconiam Sancti Georgii in Velabro primo acceperit, mox Diaconus Cardinalis *S. Luciæ in Silice* fuerit renunciatus, Ciaconio teſte. At Diplomatis hujuſce Scriptor, qui Hippolytum Eſtenſem *S. Luciæ* Diaconum Cardinalem pridem nominaverat, eodem *S. Luciæ* ſervato nomine, quod adhuc mente gerebat, Franciottum *S. Luciæ*, non etiam *S. Mariæ* in Coſmedin Diaconum Cardinalem improvidus appellavit.

(*b*) Ne mireris, ſi Bullis Apoſtolicis nondum conſcriptis, Cardinalis Urſinus Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteratum acceperit. Id enim feſtinato nimium operi tribuendum. Hippolytus Eſtenſis obierat Ferrariæ die 3. Septembris 1520., ut Ciaconius diſerte teſtatur. Hinc ſolo tridui ſpatio, quod ab obitu ad novi Archipresbyteri electionem excurrit, non poterat Bulla omnino perfici; potiſſimum vero quum aliquid temporis dandum ſit nuncio, qui ab Urbe Ferrariæ curſu vel citiſſimo Romam pervenit. Facilior longe eſt literis in forma Brevis expediendis via; Harum ope Franciottus Archipresbyteratum adeptus eſt; ea tamen lege, ut intra ſex menſium intervallum Bullas Apoſtolicas omnino produceret.

votio frigeſcat, ſed ut potius magis augeatur providere, ipſorumque Chriſtifidelium ſpirituali conſolationi, & animarum ſaluti paterna caritate proſpicere cupientes, omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis & ſacra communione refectis, qui ſepulcrum Dominicum in Baſilica prædicta Principis Apoſtolorum eadem Feria v. in Cœna Domini inſtituendum ab hora, qua ibidem ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum collocabitur, uſque ad horam, qua ſequenti Feria vi. inde aſportabitur, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & elargimur. Præſentibus pro hoc anno tantum valituris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 5. Aprilis 1605. ſuſcepti a nobis Apoſtolatus officii anno primo (a).

Emphyteuſim perpetuam novem circiter rubrorum Terræ ex Fundo, cui *Caſale Quintum* nomen eſt, a Capitulo factam, Apoſtolica auctoritate confirmat.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullarum Pauli V. lib. 8. an. 2. pag. 560.

Paulus V. 1607. 12. Januar.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio noſtro in Urbe, & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Paulo PP. II. Prædeceſſore Noſtro emanarunt Litteræ tenoris ſubſequentis: Paulus &c. in curſurum. Darum Romæ apud Sanctum Petrum &c. Anno Primo. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Caroli Prævitalis, ac Marci Antonii Saraceni, nec non Herculis Silvæ, dictæ Urbis Incolarum petitio continebat, quod nuper dicti Capitulum cupientes ſuam, & eorum Menſæ Capitularis conditionem efficere meliorem, quoddam eorum Terrenum Caſale Quintum nuncupatum, capacitatis novem Rubrorum vel circa in Territorio dictæ Urbis extra Portam Flaminiam & ultra Pontem Milvium de eadem Urbe, quod inter viam tendentem ultra dictum Pontem ad primam Portam, ac viam aquæ traverſæ nuncupatam includitur juxta aliam dicti Caſalis partem & viam, qua itur ad hujuſmodi Portam primam, bonaque dilectorum filiorum illorum de Creſcentiis, ac alios ſuos notiſſimos fines ſitum, ex quo antea quadraginta quinque Scutorum monetæ dumtaxat percipiebanrur, Carolo & Marco Antonio, ac Herculi præfatis pro ſe aliiſque perſonis ab eis nominandis, eorumque hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque in Emphyteuſim perpetuam ſub annuo Canone duorum ſcutorum monetæ decem Juliis pro quolibet ſcuto hujuſmodi computatis pro qualibet petia Terreni hujuſmodi juxta menſuram deſuper faciendam, qui ad centum & viginti ſex ſcuta ſimilia aſcendere poterit, & quotannis in feſtivitate Sancti Martini a proxime ventura incipiendum perſolvendo, ita tamen quod in eventum nominationis faciendæ, quælibet perſona nominanda non minorem quantitatem decem Petiarum Terreni hujuſmodi habere, ac eiſdem modo & forma quibus Carolus & Marcus Antonius, nec non Hercules præfati præmiſſo-

(a) Poſtrema hæc diplomatis verba maxime adnotanda ſunt. Quamvis enim Summo Pontifici electo, & nondum conſecrato aut coronato, plena ſit quoad juriſdictionem poteſtas, ut declarat Clementis V. decretalis epiſtola inter extravagant. Comm. lib. 5. tit. de ſentent. excomm. cap. 4., Romani tamen Antiſtites (ſaltem plurimi) non ab electionis, ſed a conſecrationis ſeu coronationis die annos Pontificatus enumerarunt. Complura hujus rei exhibere poſſem argumenta: at ſatis eſt Gregorii X. proferre literas apud Bullar. Ord. Prædicat. to. 1. ſic habentes: *Nec mireris, quod Bulla non exprimens nomen noſtrum, eſt appenſa præſentibus, quæ ante conſecrationis & benedictionis noſtra ſolemnia tranſmittuntur: quia ii qui fuerunt hactenus in Romanos electi Pontifices, conſueverant in bullandis literis, ante ſua conſecrationis munus, modum hujuſmodi obſervare. Datum Viterbii 4. Nonas Martii ſuſcepti a nobis Apoſtolatus officii anno I.* Prædeceſſorum itaque morem ſequutus Leo XI., non ab electionis ſed a coronationis die initium ducit Pontificatus, idcirco *ſuſcepti* dumtaxat *Apoſtolatus officii* meminit: Nam Kalendis Aprilis 1605. Summus Pontifex deſignatus, decima die menſis ejuſdem coronatus eſt: ſuprema autem dignitate dies tantum viginti ſex deguſtata, 5. Kal. Majas ex hac vita migravit.

(a) Inſtru-

præmiſſorum occaſione quomodolibet ſe obligarunt, itidem ſe obligare, ipſique ac Emphyteutæ præfati dictum Terrenum ad Vineam infra tres Annos tunc proximos reducere, illudque, ut præfertur, reductum, in perpetuum manutenere, ac in eo Vineam infimam cum Arboretis plantare deberent & tenerentur, ac ſi ipſi, eorumque hæredes & ſucceſſores præfati a ſolutione dicti Canonis per biennium continuum ceſſarent, dictum Terrenum cum omnibus melioramentis ac fabricis in eo pro tempore factis, ad dictam Baſilicam devolveretur, & ipſo facto devolutum eſſe cenſeretur, aliiſque pactis & conditionibus, licitis tamen & honeſtis, in evidentem dictæ Menſæ utilitatem, ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito dederunt & conceſſerunt, prout &c. dicitur contineri (a). Quare pro parte Capituli, & Caroli, ac Marci Antonii, nec non Herculis præfatorum aſſerentium dationem & conceſſionem hujuſmodi in evidentem dictæ Menſæ ceſſiſſe & cedere utilitatem, Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus dationi & conceſſioni præfatis, pro illarum ſubſiſtentia, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam &c. non habentes, ac Carolum & Marcum Antonium, nec non Herculem, Capitulique hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis &c. cenſentes, nec non dicti Terreni ſituationes, confines, vocabula, ac denominationes præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi & poſtquam vocatis qui fuerint evocandi, ac ſervata forma præinſertarum Literarum hujuſmodi, nec non Terreno præfato illiuſque circumſtantiis univerſis prius coram Te ſpecificatis, de datione & conceſſione præfatis, ac quod illæ in evidentem dictæ Menſæ ceſſerint & cedant utilitatem Tibi legitime conſtiterit, illas confirmare & approbare, omneſque & ſingulos tam Juris quam facti defectus, ſi qui quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplere auctoritate noſtra procures. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Baſilicæ Juramento &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno &c. Milleſimo Sexconteſimo Sexto (b), Pridie Idus Januarii, Anno Secundo.

Plurium Domorum Vaticani Capituli, quæ Cœnobio S. Mariæ Tranſpontinæ erant contiguæ, venditionem approbat, dummodo pecunia inde proveniens, in ſolutionem partis pretii quod pro emtione Caſalis *Monaſteriorum* præſtandum erat, convertatur.

E Cuſtodia Regeſti Bullar. Pauli V. lib. 9. an. XI. pag. 140.

Paulus V. 1607. 13. Martii.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio noſtro in Urbe & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt Litteræ tenoris ſubſequentis. Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus Judiciis &c. Anno Primo. Et deinde exhibita Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Prioris & Fratrum Beatæ Mariæ Tranſpontinæ nuncupatæ de Urbe Ordinis Fratrum glorioſiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo petitio continebat, quod cum alias Prior & Fratres præfati cupientes dictam domum pro ſua eorumque majori commoditate, & Urbis præfatæ ornatu extendere & ampliare, Capitulum hujuſmodi, & dilectos Filios ac Emphyteotas ac poſſeſſores reſpective infraſcriptarum Domorum pro venditione nonnullarum Domorum eidem regulari Domui adjacentium, & ad Menſam Capitularem dictæ Baſilicæ ſpectantium eiſdem Priori & Fratribus in vim Bullæ Juris congrui facienda, juridice requiſiviſſent & moneri feciſſent, ipſi Capitulum conſiderantes ſe ad Venditionem Domorum hujuſmodi juxta formam præfatæ Bullæ teneri, ad evitandas Lites, quæ inter eos ac Priorem & Fratres hujuſmodi

(a) Inſtrumentum, quod Pontifex hic commemorat, repetas ex actis Notarii Gargarii, quæ in Archivo noſtro ſervantur, lib. 7. pag. 214.

(b) Nos annum 1607. ſub ipſum Bullæ initium indigitavimus, communem ſupputandi annos rationem ſequuti.

(a) An-

juſmodi præmiſſorum occaſione exoriri potuiſſent, ſuamque & dictæ Menſæ conditionem meliorem efficiendam, electis hinc inde Peritis ad eaſdem Domos æſtimandas, ac habitu eorumdem Peritorum relatione, Capitulum hujuſmodi unam Angulum conficientem, quam Horatius Biorgius, ac duas alias quas Salvator Capitis albi, & aliam quam Joannes Talenti, nec non aliam quam Marinus Zefrius, & aliam liberam, ac aliam quam hæredes Cecchini Vaſcellarii dilecti Filii, nec non aliam quam dilecta in Christo Filia Camilla Pucchelli ſub proprietate dictæ Menſæ reſpective poſſident ſeu inhabitant, ac reliquam & liberam Domos inter ſe contiguas & eidem Domui regulari cohærentes, ac juxta ſua notiſſima latera ſitas, & ad dictam Menſam legitime ſpectantes, ex quibus antea tam ex Canone, quam Penſionibus annuis nonaginta Scuta Monetæ vel circa reſpective, ſummam ſexaginta ſeptem Ducatorum auri de Camera circiter conſtituentia annuatim percipiebantur, dictis Priori, ac Fratribus pro pretio Septem Millium Septingentorum ac ſexaginta octo Scutorum, & octuaginta quinque Bolenenorum ejuſdem Monetæ per dictos Peritos, comprehenſo augumento duodecimæ partis, ac Vigeſimæ, juxta formam Bullæ Juris congrui hujuſmodi æſtimato, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito perpetuo vendiderunt & alienarunt, prout in publico deſuper confecto Inſtrumento dicitur contineri, pretiumque hujuſmodi in ſolutionem partis cujuſdam Caſalis, Monaſterii & Colonnellæ nuncupati extra Portam Sancti Laurentii ejuſdem Urbis ſit, per eoſdem Capitulum a Dilecto Filio Joanne Baptiſta de Aricia pretio Septemdecim Millium Scutorum ſimilium & ultra empti (*a*), ex quibus quidem Septem Mille Sepringentis & ſexaginta octo Scutis ac Octuaginta quinque Bolonenis ut infra converſis, Trecenta Scuta paria vel circa ſummam Ducentorum & decem Ducatorum ſimilium circiter conſtituentia annuatim percipere poterunt, convertere intendunt, ſi ad id eis noſtra & Sedis præfatæ licentia ſuffragetur, & facultas. Quare pro parte Capituli, ac Prioris & Fratrum præfatorum aſſerentium venditionem & alienationem ceſſiſſe & cedere, & ſi fiat, pretii converſionem hujuſmodi in evidentem dictæ Menſæ ceſſuram fore utilitatem, Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus venditionem & alienationem approbare & confirmare, ac licentiam hujuſmodi concedere &c. dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ipſumque Priorem, ac Capituli & Domus regularis hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, nec non ſingularum Domorum venditarum, ac Caſalis hujuſmodi ſituationes, confines, vocabula, & denominationes qualitateſque & quantitates, dictique Teſtamenti tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis dilecto Filio Archipresbytero ejuſdem Baſilicæ, & aliis qui fuerint evocandi, ac ſingulis Domibus venditis, & Caſali hujuſmodi illorumque circumſtantiis univerſis prius coram de ſpecificatis, ſervataque forma earumdem præinſertarum Litterarum, de venditione & alienatione, ac ſi fiat, pretii converſione hujuſmodi, & quod illæ in evidentem dictæ Menſæ ceſſerint & cedant ac ceſſura ſint reſpective utilitatem legittime conſtiterit, venditionem & alienationem approbare & confirmare, ac eiſdem Capitulo pretii converſionem hujuſmodi, ut præfertur, faciendi, dummodo pretium ex dicta venditione proveniens, in ſolutionem partis Pretii dicti Caſalis quantocitius convertatur, licentiam & facultatem concedere & impartiri auctoritate noſtra procures. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. ac Baſilicæ & Domus regularis, nec non Ordinis & Urbis præfatorum, juramento &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno &c. Milleſimo Sexcenteſimo Sexto, (*b*) Tertio Idus Martii, Anno ſecundo.

Con-

(*a*) Anno 1607. tertia Decembris die Capitulum Baſilicæ noſtræ prædium cui *Monaſteriorum & Colomnella* cognomen eſt, emptionis iure acquiſivit, ſoluto pretio ſeptemdecim millium ſeptingentorum ac octogintaquinque ſcutorum, ut liquet ex Inſtrumento per Notarium Gargarium, cujus acta in Archivo Capitulari ſervantur, conſcripto. Ad hanc pretii ſummam exæquandam ipſa quoque pecuniarum vis ex domorum venditione collecta, de qua præſens Bulla loquitur, congeſta fuit, ut ex magno domorum Baſilicæ noſtræ Indice compertum eſt pag. 302. Quocirca quidquid Pontifex hac Sanctione decreverat, ne obolo quidem neglecto, peractum eſt.

(*b*) Juxta Datariæ ſtylum, ut toties monuimus; nos vero qui aliam in ſupputandis annis rationem inimus annum inſcribimus 1607.

(*c*) An

Digitized by Google

Concedit ut ſexaginta terræ *Petia* ex Caſali *Quintii* in emphyteuſim perpetuam a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ locentur, certo canone ſtatuto ab emphyteutis quotannis ſolvendo.

E Cuſtodia Regeſti Bullar. Pauli V. lib. 8. an. VII. pag. 43.

Paulus V. 1610. 24. Sept.

PAulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio noſtro in Urbe & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali.

Ex injuncto Nobis &c. firmitatem. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo PP. II. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Paulus &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus judiciis &c. Nulli &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno &c. Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoquinto, quinto Idus Maii, Anno primo. Et deinde exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non Valerii Locatelli, ac Caroli Bartoletti Virorum, & Bartholomæi Vulponii, nec non Dominici de Marchis, & Auguſtini de Franchis laicorum petitio continebat, quod ipſi Capitulum & Canonici alias cupientes eorum ac Menſæ ſuæ Capitularis conditionem efficere meliorem, ſexaginta Terræ petia prope & extra portam Flaminiam dictæ Urbis, in pertinentiis Caſalis Quintii nuncupati, juxta ſuos notiſſimos fines ſita, in Emphiteuſim perpetuam, viginti videlicet Valerio & Carolo, ac alia viginti Bartholomæo, ac alia decem Dominico, nec non reliqua decem petia hujuſmodi Auguſtino præfatis pro ſe eorumque heredibus & ſucceſſoribus in infinitum, ſub annuo Canone vigintiduorum juliorum pro qualibet petia hujuſmodi, ita quod Emphiteutæ hujuſmodi dicta Terræ petia in vineas reducere deberent, & tenerentur, ac ſub certis aliis pactis & conditionibus, licitis tamen & honeſtis, dictæque Menſæ proficuis & utilibus, ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito dederunt & conceſſerunt, prout in ſcripturis &c. continetur. Quare pro parte dictorum Capituli & Canonicorum, nec non Valerii ac Caroli & Bartholomæi, nec non Dominici & Auguſtini aſſerentium dationem & conceſſionem hujuſmodi in evidentem dictæ Menſæ ceſſiſſe & cedere utilitatem, Nobis &c. ſupplicatum, quatenus dationi & conceſſioni præfatis pro eorum ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſque in præmiſſis &c. dignaremur. Nos igitur certam &c. non habentes, ac Capitulum, Canonicos, nec non Valerium ac Carolum & Bartholomæum, nec non Dominicum & Auguſtinum præfatos, dictique Capituli ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes, nec non Terræ petiarum hujuſmodi ſituationes, confines, vocabula, & denominationes præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi & poſtquam vocati qui fuerint evocandi, ac ſervata forma literarum hujuſmodi, nec non Terræ petiis præfatis, illorumque circumſtantiis univerſis prius coram te ſpecificatis, de datione & conceſſione hujuſmodi, ac quod illæ in evidentem dictæ Menſæ ceſſerint & cedant utilitatem, tibi legittime conſtiterit, dationem & conceſſionem præfatas auctoritate noſtra approbes & confirmes (a). Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus &c. dictæque Baſilicæ juramento &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno &c. Milleſimo ſexcenteſimo decimo, octavo Kalen. Octobris, Anno ſeptimo.

Angelo

(a) An Urbis Vicarius, cui hanc emphyteuſim inſpiciendam ac probandam Pontifex hic demandat, contractum revera probaverit, fateor, haud mihi compertum ſatis. Dubitandi ſuſpicionem ingerit nova Capituli Vaticani delegatio facta Canonico Mario de Alteriis die 8. Novembris 1610., ut ſexaginta terræ *Petia* ex fundo Caſalis Quintii, in emphyteuſim perpetuam traderet quibus mallet. Idem *Petiarum* numerus, idem fundi cognomen, haud multum diſſitum temporis intervallum argumento eſt ut ſuſpicier, emphyteuſim quam hæc Bulla commemorat, effectu caruiſſe. Ut ut vero ſe res habuerit, illud pro certo habendum eſt, fundum cui Caſalis Quintii italice *Ter di Quinto* nomen adhuc ſupereſt, fere totum vineis in eo ſatis refertum eſſe.

(a) Qui-

Angelo Georio Canonico Baſilicæ Vaticanæ liberam teſtamenti condendi facultatem concedit.

Ex Brevibus autographis Urbani VIII. ap. Archiv. Apoſtol. Vatic.

Urbanus VIII. 1628. 22. Martii.

URbanus Papa VIII. Dilecto Filio Angelo Georio Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum Cubiculario & Commenſali noſtro. Dilecte Fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Grata familiaritatis obſequia, quæ tu, qui etiam Pincerna & Cubicularius ſecretus, & continuus commenſalis noſter exiſtis, nobis hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, aliaque probitatis & virtutum merita quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum teſtimonio juvari percepimus, Nos inducunt, ut ea tibi libenter concedamus quæ tuis, hæredumque tuorum commoditatibus fore conſpicimus apportuna. Volentes itaque te, qui dum tuæ peregrinationis extremum teſtamentaria, vel alia diſpoſitione prævenire deſideras, præmiſſorum obſequiorum & meritorum tuorum intuitu favore proſequi gratiæ ſpecialis, & a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes; Motu proprio, non ad tuam &c. deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Tibi ultra alias facultates tibi quomodolibet competentes, quibus per præſentes, ſicuti nec præſentibus per illas, inaliquo præjudicari volumus, ut de omnibus, & ſingulis bonis, nec non crucibus, candelabris, imaginibus, calicibus, patenis, vaſis, vaſculis, pluvialibus, & aliis paramentis, & ornamentis Eccleſiaſticis Capellæ, ſi quam pro tempore contigerit te habere, etiam quæ forſan in Capella noſtra pro tempore detuleris, & quibus ibidem te uti contigerit, aliiſque pretioſiſſimis rebus etiam quæ alias ad Sacriſtiam dictæ noſtræ Capellæ quomodolibet pertinerent, ubicumque exiſtentibus, ac quocumque modo, via, jure cauſa, & forma ad te nunc & in futurum quomodolibet ſpectan. & pertinen. cujuſcumque qualitatis, quantitatis, ſpeciei, valoris, pretii, & conditionis fuerint, dummodo de dictis bonis, & juribus Capellæ hujuſmodi in favorem alicujus Eccleſiæ, vel loci pii arbitrio tuo diſponas, nec non de omnibus & ſingulis Jocalibus, gemmis etiam pretioſis, & quolibet Præſule, ac maximo Principe dignis, ac de ſupellectilibus, aliiſque mobilibus etiam in pecunia cujuſcumque generis conſiſtentibus, ac ſe moventibus, & immobilibus quomodolibet nuncupatis bonis, nec non Caſtris, Terris quacumque dignitate ſuffultis, villis, domibus, palatiis, vineis, caſalibus, poſſeſſionibus, cenſibus, locis & portionibus montium vacabilium, & non vacabilium, aliiſque dominiis temporalibus, feudalibus, ac juriſdictionibus, meroque, & mixto imperio, ſine tamen præjudicio jurium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quoad jurisdictionalia prædicta, tam in Urbe, quam extra eam, penes Eccleſiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, cui te præfici, & præeſſe contigerit, vel alia beneficia Eccleſiaſtica quæcumque cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & cujuſvis ordinis Regularia, per te in titulum, Commendam, adminiſtrationem, aut alias ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus etiam Apoſtolicis obtenta, & impoſterum obtinenda exiſtentibus, nec non juribus, actionibus, & nominibus debitorum quocumque modo, via, jure, forma, & occaſione ad te nunc, & pro tempore ſpectantibus in quibuſcumque rebus conſiſtant, etiamſi illa omnia, vel eorum major pars ex fructibus, & emolumentis quarumcumque tibi pro tempore concedendarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, aliarumque Eccleſiarum, quibus ſimul, vel ſucceſſive te præfici & præeſſe, ſeu Adminiſtratorem deputari, & ad quas quandocumque aſſumi, vel transferri contigerit, nec non quorumcumque Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, dignitatum etiam Conventualium majorum, & principalium, perſonatuum, adminiſtrationum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis ordinum, militiarum, & hoſpitalium etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani regularium, quocumqne nomine nuncupatorum, quomodolibet qualificatorum etiam perſonalem reſidentiam requirentium, quæ auctoritate ordinaria, vel ex quibusvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, Regumque, & aliorum Principum nominationibus, ſeu præſentationibus, aut alias quomodolibet in titulum, Commendam, adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtinuiſti, & ad præſens obtines, & impoſterum ſimul, vel ſucceſſive, aut pluries etiam iteratis vicibus, & alias quomodocumque obtinebis ſimul vel ſucceſſive, nec non de omnibus, & quibuſcumque

que aliis fructibus, redditibus, & proventibus etiam Eccleſiaſticis loco penſionum annuarum, ac penſionibus annuis ſuper ſimilibus vel diſſimilibus etiam menſarum Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, & Capitularium, Monaſteriorumque, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus redditibus proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, atque etiam diſtributionibus quotidianis, & emolumentis etiam manualibus, ac ſolis præſentibus, & divinis officiis, ac horis diurnis, & nocturnis intereſſentibus dari ſolitis, tibi reſervatis, & aſſignatis, ac reſervandis, & aſſignandis, nec non emolumentis quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac tam ex paterna, quam ex aliis hæreditatibus, ſeu alias quavis occaſione, vel contemplatione provenerunt, ſeu in poſterum provenerint, ac qualitercumque, quomodocumque, & undecumque etiam in functionibus quorumcumque munerum, & legationum, ac alias quomodolibèt per te acquiſita ſint & in poſterum acquirentur; ſervata tamen in omnibus & per omnia noſtræ jam editæ, & aliarum, ſi quas tam per Nos, quam Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices edi contigerit, Conſtitutionum ſuper fructibus inexactis forma, cujuſcumque quantitatis prædicta omnia & quæcumque illorum, & valoris etiam annui, & inexcogitati, & qualitatis, ſeu conditionis bona, & alia prædicta fuerint, illa omnia, eorumque veros, & annuos valores, & denominationes, acſi ſpecifice, & ſigillatim exprimerentur, etiamſi talia fuerint, quæ in generali appellatione bonorum & ſupellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigeant vocabulis, ſpecialemque notam requirant, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & ſpecificatis habentes uſque ad quamcumque ſummam quantumvis notabilem, notabiliſſimam, & inexcogitatam per viam teſtamenti nuncupativi, ſeu in ſcriptis, aut codicillorum, ſeu Epiſtolarum, aut alias ſolo verbo, vel alias quovis modo etiam minus ſolemni, & ſine aliqua inſinuatione teſtandi, ſeu donatione tam inter vivos, quam ex cauſa mortis, etiam per viam ſimplicis diſtributionis, ſeu contractus etiam omiſſis quibuſvis ſolemnitatibus etiam ſubſtantialibus, & formis alias requiſitis tam ex jure, quam per Conſtitutiones, ſtatuta, & conſuetudines Urbis, Civitatis, vel loci ubi, te ita diſponere, aut mori contigerit in eadem voluntate permanendo etiam coram Notario publico, vel duobus teſtibus, aut etiam per tui ipſius cedulam privatam, ſeu quacumque alia ultima voluntate, & alias prout, & quemadmodum tibi videbitur, tam in dicta Curia, quam extra eam etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præſentis, vel aliarum tibi pro tempore conceſſarum, & concedendarum in poſterum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, vel diſponere intendas, aut velis in quoſvis pios, & non pios uſus, & in quaſcumque perſonas utriuſque ſexus, ſive conſanguinei, aut affines, ſeu nepotes, aut etiam alii quovis modo conjuncti, vel ſervitores, & familiares tui, aut etiam extranei, etiamſi illegitimi ex quovis illicito, & damnato coitu alias quam ex proprio corpore tuo procreati, ac etiam ipſorum illegitimorum parentes, conjuges, filii, deſcendentes, aſcendentes, vel cognati, ſeu attinentes fuerint, necnon Collegia, Univerſitates, & loca tam pia, quam non pia, & alias quomodocumque & qualitercumque pro libito, & voluntate tua abſolutis ſemel, vel pluries in toto, vel in parte etiam ſucceſſive, toties quoties tibi videbitur & placuerit, diſponendi, eiſque legandi, relinquendi, & erogandi, ſeu in totum, vel forſan facto teſtamento, donatione, legatis, & diſpoſitione quacumque perſeverandi, diſpoſitioneſque, ut præmittitur, ſemel vel pluries in totum vel in parte factæ, & facien. etiam ſæpe & ſæpius moderan., limitan., commutan., alteran., ac in totum, vel in partem revocan., ac in alias perſonas diſtribuen., & alias prout tibi videbitur, & placuerit, ac duxeris faciendum etiam in dicta Curia, vel extra eam etiam extra locum debitæ reſidentiæ tuæ, ac ubicumque, & quandocumque etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præſentis, vel aliarum tibi pro tempore conceſſarum facultatum, vel quod in vim illarum teſtari, ſeu diſponere velis & intendas, ac præſentibus literis in actu condendi teſtamenti, ſeu cujuſvis alterius ultimæ voluntatis, & diſpoſitionis, ſi tibi videbitur non exhibitis, diſponendi, motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus plenam, liberam, & omnimodam licentiam, & facultatem perpetuo duraturam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur: ac ex nunc teſtamenta, codicillos, donationes, diſpoſitiones, legata, relicta, & erogata, ac ultimam voluntatem tuam contractus hujuſmodi, & quicquid ſuper his per te etiam nulla, vel minus ſufficienti facultate ſuffultum hactenus, ſeu in futurum in toto, vel in parte teſtatum, codicillatum, donatum, relictum, erogatum, & alias tam inter vivos, quam in ultima voluntate hujuſmodi, ſeu alias quovis modo diſpoſitum eſſe contigerit, ac omnia & ſingula inde ſecuta, & quæ inde ſequentur, ex nunc prout ex tunc, & e contra, auctoritate & tenore prædictis confirmamus, ac valida & efficacia

cacia fore, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere volumus, omneſque & ſingulos juris & facti, ac ſolemnitatum etiam ſubſtantialium defectus ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus. Et nihilominus ſtatuimus & ordinamus, tibique etiam indulgemus, quod etiamſi contigerit ab inteſtato, & ſine ulla rerum, & bonorum tuorum hujuſmodi, vel invalida, & minus legitima diſpoſitione in quacumque mundi parte etiam in Curia prædicta, etiam extra loca debitæ a te reſidentiæ, etiam nulla ſubſiſtente cauſa decedere, omnia & ſingula bona, res, & jura, actiones, fructus, penſiones, & alia quæcumque, & qualiacumque ſupra expreſſa, non ad Sedem & Cameram, vel Eccleſias, Monaſteria, Beneficia prædicta, ſeu in eis ſucceſſores; ſed ad hæredes tui ſanguinis, vel quoſcumque alios tibi ab inteſtato ſuccedentes integre devenire debeant. Decernentes prædicta omnia & ſingula etiam ut præfertur qualificata, necnon ſpolia, ac quæcumque alia per te pro tempore relicta res, & bona nullo unquam tempore tanquam ſpolia ad Nos, & Sedem, ac Cameram prædictas devolvi, ſeu ſpectare quomodolibet prætendi poſſe, ac hæredes, donatarios, & alios, ad quorum favorem bona ipſa quovis modo relicta, ſeu ad quos illa ab inteſtato ſpectare contigerit, necnon executores, & alios, quibus negotium executionis tuæ voluntatis hujuſmodi commiſeris ad ſolvendam tertiam vel aliam partem eorumdem bonorum per te pro tempore relictorum, quæ forſan per Conſtitutiones Apoſtolicas, aut alias de jure, vel conſuetudine poſt tuum obitum ad dictam Cameram, aut ad Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pertinere, ſeu in pios, & alios uſus; & forſan contra infideles, aut in Fabricam Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, vel earumdem Abbatiarum ſeu Cruciatæ Sanctæ vel alios uſus converti deberet, ſeu dum vixeris convertere debebas, illudque nulla ſubſiſtente cauſa, ſed pro tuo libito voluntatis prætermiſeris, quam ex nunc tibi, hæredibuſque, donatariis, & aliis quocumque titulo etiam ab inteſtato Succeſſoribus tuis hujuſmodi liberaliter, & titulo irrevocabili donationis inter vivos gratioſe donamus, & largimur minime teneri, nec ſuper bonis per te ut præmittitur, ſeu alias pro tempore quomodolibet diſpoſitis, ſeu etiam ab inteſtato relictis per Camerarium noſtrum pro tempore exiſtentem, Theſaurarium generalem, Commiſſarium, Collectores, Subcollectores, & alios quoſcumque agentes pro dicta Camera quovis prætextu; auctoritate, poteſtate, occaſione, vel cauſa manus injici, minuſve eis aliquam deſcriptionem, ſeu inventarium, vel depoſitum, aut ſequeſtrum, ſeu quid ſimile facere, attentare, ſeu prætendere licere, neque per tuos, vel eorum in Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis hujuſmodi ſucceſſores, aut dictæ fabricæ præpoſitos, vel alios quoſcumque quovis modo directe, vel indirecte etiam ex cauſa illicitæ negotiationis, vel quod fructus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum propter non reſidentiam vel incompatibilitatem beneficiorum quorumcumque per te nunc & pro tempore obtentorum, & in poſterum obtinendorum, vel alias quacumque cauſa tuos non feceris, ſed illos male & indebite perceperis, & propterea ad illorum reſtitutionem Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ſeu aliis Monaſteriis & beneficiis, vel fabricæ prædictis, aut cuicumque alteri perſonæ, vel loco facien. tenearis, dummodo ſuper his cauſa te vivente non fuerit introducta; moleſtari, & inquietari poſſe, aut debere, nec Camerarium, Theſaurarium, Præſidentem, Clericos, Agentes, Subcollectores, Commiſſarios, Deputatos, & alios prædictos quicquam a te ſeu tuis hæredibus prædictis, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, legatariis, donatariis, aut aliis in quorum favorem diſpoſitum, aut qui ab inteſtato ut præfertur ſuccedent, occaſione præmiſſorum, ſeu ſequeſtrationis, diſequeſtrationis, exonerationis, propinæ, ſeu trigeſimæ, tranſactionis, aut aliorum quorumcumq. jurium, vel regalium in loco ſalarii, vel mercedis, aut pro labore, vel in recompenſationem quomodolibet debitis, ſeu etiam ex cauſa, & titulo oneroſo eis conceſſis, vel aliter competentibus, ſive in parva, ſive in magna quantitate petere, accipere vel prætendere ullatenus unquam poſſe, ſed præſentes literas ſufficere ad effectum tuendi poſſeſſionem & dominium prædictorum, hæredibus, legatariis, & quibuſvis aliis perſonis, in quorum favorem diſpoſitum per te fuerit, ut præfertur, vel qui ab inteſtato ſuccedent, neque etiam ex eo quod tam condito teſtamento, vel alias inter vivos, ſeu in ultima voluntate, quam etiam nulla vel minus valida, & legitima diſpoſitione facta, aut etiam ab inteſtato te in prædicta Curia, aut quacumque Mundi parte extra Eccleſias etiam Cathedrales, & Metropolitanas ad quas forſan te aſſumi vel transferri contigerit, aliaque beneficia curam animarum habentia, & perſonalem reſidentiam requirentia ſæcularia, & quorumvis ordinum & militiarum, & hoſpitalium etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani regularia, & alias qualitercumque qualificata per te nunc

nunc & pro tempore obtenta, & obtinenda etiam pro tua ſola voluntate, & nulla ſubſiſtente cauſa non reſidendi decedere contigerit, Conſtitutinnes rec. mem. Pii Papæ IV. ſimiliter prædeceſſoris noſtri contra quoſcumque Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios Prælatos, necnon parochialium Eccleſiarum Rectores, alioſque perſonali reſidentiæ adſtrictos extra illam quomodocumque decendentes VII. Kalen. Decembris Pontificatus ſui Anno III. vel alio veriori tempore emanat. & aliarum quarumcumque Conſtitutionum, & Sacrorum Canonum, & etiam Decretorum Conc. etiam generalium, aut alio quocumque prætextu moleſtari, vel inquierari poſſe vel debere, minuſque præſentes ſub prædicta Pii IV. prædeceſſoris noſtri ſuper reſidentia & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Sacrorum Canonum, & Concil. Synodalium, vel provincialium, & etiam generalium decretis, nec etiam ſub quibuſvis ſimilium facultatum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitatioiibus, modificationibus, declarationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cameræ, vel aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per modum legis, aut Conſtitutionis generalis, & ſtatuti perpetui etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulis per Nos & Sedem eamdem etiam motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſiſtorialiter, & ex quibuſvis cauſis etiam inexcogitabilibus, etiam in ſavorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam pro dictæ Cameræ neceſſitatibus pro tempore factis, & in futurum faciendis minime comprehendi, ſed ab eis ſemper exceptas, & quoties comprehendi viderentur, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quavis poſteriori data per te, & alios prædictos a te cauſam, ut ſupra quomodolibet habentes, ſeu habituros eligen. conceſſas, ſemperque validàs & efficaces fore & eſſe, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, nec præſentes per alias ſimiles, vel diſſimiles gratias tibi conceſſas, & concedendas revocari, invalidari, ſuſpendi, limitari aut conſundi, ſed te illis accumulative in omnibus & per omnia uti, & ſi quid in una ex facultatibus hujuſmodi defecerit, id per aliam ſuppleri debere, nec te ad aliquam particularem licentiam, ſive indultum, vel confirmationem præſentium a Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus peten., aut impetran. vel etiam in alia quacumque ſimili vel diſſimili gratia, vel ejus confirmatione tibi quomodocumque conceden. de præſenti mentionem aliquam facien. teneri, nec ad id ulla unquam neceſſitate cogi poſſe decernimus, ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ac ejuſdem Cameræ Camerarium, Theſaurarium, Præſidentes, Clericos, Commiſſarios, Collectores, & ſubcollectores pro tempore exiſtentes in quacumque cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & diffiniri debere, irritumque & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari: Quocirca dilectis filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Decano, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte tua, & quorumcumque Donatariorum, legatariorum hæredum, & ſucceſſorum quomodolibet tuorum, ac aliorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, tibique & aliis prædictis in præmiſſis efficacis deſenſiouis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra omnia & ſingula præmiſſa per locorum Ordinarios & Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarios & Deputatos, ſeu alios quoſcumque obſervari. Non permittentes te, vel donatarios, legatarios, heredes, & ſucceſſores tuos, aut eorum aliquem deſuper a quoquam indebite moleſtari, perturbari, aut alias quomodolibet impediri, contradictores quoſlibet & rebelles auctoritate noſtra prædicta per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravan., invocato etiam ad hoc ſi fuerit opus brachii ſæcularis auxilio, quatenus opus ſit, invocan. Non obſtantibus præmiſſis, ac Pii IV. tam ſuper reſidentia Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & aliorum Prælatorum, necnon Rectorum Parochialium Eccleſiarum, ceterorumque perſonali reſidentiæ adſtrictorum extra illam quomodocumque decedentium ſub Dat. 7. Kal. Decembris Pontificatus ſui anno quinto, ſeu alio veriori tempore; quam de gratiis intereſſe Cameræ prædictæ quomodolibet concernen. in dicta Camera intra tres menſes præſentandis & regiſtrandis, alioquin nullæ & invalidæ exiſtant, ad quod te teneri nolumus, ſed præſentes literas, ac omnia & ſingula in eis contenta valida & efficacia fore & eſſe, ac ſuum plenarium & integrum effectum ſortiri, & obtinere,

acſi in ipſa Camera regiſtratæ & inſinuatæ fuiſſent, decernimus & mandamus necnon ejuſdem Sixti, ac etiam ſan. mem. Pii PP. etiam V. contra illegitimos, & teſtamenta, codicillos, donationes, legata, & quaſcumque diſpoſitiones ad eorum, ſeu ex ipſis deſcendentium ſavorem factis, annullan., & ſimilis mem. Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri per quam conceſſiones de fructibus in abſentia percipiendis ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, necnon Sacrorum Canonum, & Conc. etiam generalium decretis, quibus decernitur Prælatos, & Beneficiatos quoſcumque propter non reſidentiam, ſeu incompatibilitatem, vel alia quacumque de cauſa fructus Eccleſiarum, Monaſteriorum & Beneficiorum etiam Conſiſtorialium ſuos non facere, ſed eos Eccleſiis, ſeu beneficiis pro eorum reparatione, vel ſucceſſoribus in eis deberi, vel in quoſcumque alios pios uſus in totum vel in partem erogan., vel Cameræ prædictæ, aut alio quocumque modo, vel cuicumque alteri applican. eſſe diſponen., ac quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtris ſuper Prælatorum, & aliorum Beneficiatorum decedentium ſpoliis hactenus editis, & in futurum edendis, & de jure quæſito non tollendo aliiſque Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis etiam editis provincialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, ordinationibus, & declarationibus, ac etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon Urbis, Cameræ, & Baſilicæ prædictarum, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, & hoſpitalium etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & aliorum locorum tam ſecularium, quam regularium, in quibus beneficia hujuſmodi forſan fuerint, ſeu a quibus illa dependere contigerit, & ordinum, quorum illa fuerint, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & aliarum militiarum quarumcumque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, ſtabilimentis, uſibus, conſuetudinibus, naturis, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis quomodocumque etiam per Nos, & Sedem Apoſtolicam hactenus conceſſis, & in futurum concedendis, etiam ſi de illis ſervandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis prædictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & militiis, ſeu illorum Præſulibus, Adminiſtratoribus, & Magiſtris, ſeu aliis quibuſcumque perſonis per te, vel procuratorem tuum hactenus præſtiteris, vel in poſterum te præſtare contigerit juramentum, ac literis piæ mem. Alexandri Papæ VI. etiam Prædeceſſoris noſtri per quas etiam forſan motu ſimili, ac ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine inter alia ſtatuit, & ordinavit, quod tertia ſeu alia tunc expreſſa pars omnium & ſingulorum bonorum mobilium, & immobilium ex Eccleſiis, & aliis dignitatibus, & beneficiis Eccleſiaſticis, ſeu alias acquiſitorum, ſeu etiam intuitu & contemplatione perſonæ pro tempore provenien., quibus facultates teſtandi conceſſæ fuerint in quibuſcumque teſtamentis, codicillis, donationibus, & aliis ultimis voluntatibus quovis modo etiam ad pias cauſas quaſcumque, & alios licitos uſus etiam prætextu ſimilium licentiarum, facultatum, & gratiarum eis pro tempore conceſſarum teſtari, ſeu diſponi contigerit, dictæ Cameræ pro Cruciata Sancta, & aliis dictæ Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus reſervarentur, illaque ad dictam Cameram pleno jure pertinere, ipſamque Cameram, eas vendere poſſe & debere irritumque exinde decrevit, & inane ſi ſecus a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; & quibuſvis ſimilium facultatum reſtrictionibus, limitationibus, modificationibus, & revocationibus quomodolibet factis & faciendis, necnon Urbi, Cameræ, Fabricæ, Baſilicæ, Eccleſiis, Monaſteriis, Militiis, & ordinibus prædictis, eorumque Præſulibus, Superioribus, Capitulis, Conventibus quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem hujuſmodi etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis, ac aliis omnibus & ſingulis, quæ in aliis facultatibus tibi, ut ſupra quomodolibet competen. conceſſa ſunt, non obſtare. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis haben., illis alias in ſuo robore permanſuris; Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, præſenteſque literas nullo unquam

quam

quam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac tibi, & aliis in quorum favorem, ut præfertur diſpoſueris, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari debere decernimus, quinimo nullum dari, quantumvis inſolitum, & inexcogitabilem caſum, quo tua voluntas tam inter vivos, quam cauſa mortis, vel alias expreſſa, & declarata & præſentium facultas & beneficium ſi ab inteſtato, & alias decederes, ſuum plenarium non ſortiantur effectum, excepto tamen caſu quo diſponeres ad favorem illorum illegitimorum, quos ſupra expreſſe voluimus & declaravimus harum beneficio frui & potiri non poſſe, & ſi ullo unquam tempore contingeret hanc noſtram conceſſionem & facultatem tibi conceſſam, & contentam in dubium revocari, hujuſmodi cognitionem ad Cameræ Apoſtolicæ Clericos ſpectare volumus, & in ea via ordinaria procedi. Non obſtantibus facultatibus prædicto Theſaurario generali ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ pro tempore exiſtenti per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis aut per Nos, & ſucceſſores noſtros ſimiliter Romanos Pontifices in futurum concedendis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pariter pro ſufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis in ſuo robore permanſuris ad effectum omnium & ſingulorum præmiſſorum, etiam ſpecialiter & expreſſe derogamus ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Martii MDCXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Cardinalibus trium Baſilicarum Lateranenſis, Vaticanæ, ac Sanctæ Mariæ Majoris præcipit ut idoneos Vicarios eligant, quorum jura ac onera hiſce literis exprimit.

Ex Bullario Romano.

Alexand. VII. 1657. 9. Aprilis.

PAſtoralis officii Nobis a Domino commiſſi ratio poſtulat, ut in his, quæ ad promovendum in quibuſcumque Eccleſiis, & præſertim hujus Almæ Urbis noſtræ primariis, divinum cultum pertinent, auctoritatis noſtræ partes peculiari ſolicitudine interponamus. Quoniam igitur natura comparatum eſt, ut minores majorum exempla ſequantur, ac proinde ſperemus in Domino fore, ut Chori ſervitio in Patriarchalibus Sancti Joannis in Laterano, ac Principis Apoſtolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ ejuſdem Urbis Eccleſiis, ſive Baſilicis adſtricti ſerventius divinis interſint, ſi primas dignitates in Eccleſiis, ſeu Baſilicis hujuſmodi obtinentes ceteris præſentia ſua præluſerint: Idcirco de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis ſuper negotiis Viſitationis Apoſtolicæ a Nobis inſtitutæ conſilio, dilectis filiis noſtris eiuſdem S. R. E. Cardinalibus trinm Eccleſiarum, ſive Baſilicarum prædictarum Archipresbyteris, nunc & pro tempore exiſtentibus, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſerio injungimus ut ipſi in Eccleſiis, ſive Baſilicis hujuſmodi, in quibus Archipresbyteri dignitatem reſpective obtinent, & pro tempore obtinebunt, divinis Officiis intereſſe ſtudeant, & Vicarios deputent Prælatos graves, & probos, qui non ſint Canonici ejuſdem aut alterius Eccleſiæ, nec ad aliquam reſidentiam obligati, ac tali doctrina, & pietate præditos, ut Eccleſiæ jura tueri, & cauſas, ac judicia per ſeipſos cognoſcere & terminare valeant, ſinguliſque Capitulis, & Congregationibus Capitularibus interſint, congruo per Archipresbyteros prædictos eiſdem conſtituto ſalario, quod non ſit minus dimidia portione Archipresbyterali per Camerarios, & Depoſitarium Capituli ſingulis menſibus, ſtatutiſque temporibus prædictis Vicariis integre & ſine diminutione ſolvendo: onere tamen injuncto, ut divinis Officiis diebus feſtis de præcepto, & aliis earumdem Baſilicarum reſpective ſolemuioribus intereſſe, ac munus Præfecti in Choro exercere omnino teneantur.

tur. (a) Quod ſi prædictis diebus Officio divino non interfuerint, punctetur portio eiſdem Vicariis, ut ſupra, aſſignata, in duplum ejus, quo mulctaretur quilibet Canonicus, & multa intereſſentibus eo ipſo accreſcat. Decernentes easdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti Cardinales Archipresbyteri, & alii quilibet etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni in præmiſſis forſan intereſſe habentes, ſeu habere quoquo modo prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati & auditi, ſeu cauſæ &c. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam &c. Non obſtantibus &c. Volumus autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1657. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Altarariſtis Baſilicæ Vaticanæ ſcuta octo ſingulis menſibus ſolvenda decernit pro Palliis conficiendis, ac in B. Petri Confeſſionem inferendis & inde amovendis; qua in re Chirographum pridem editum, cujus tenorem hiſce Literis inſerit, approbat, & confirmat.

Ex Archivo Baſil. Vatican. in Faſic. Scripturar. diverſar. num. 21.

Alexand. VII. 1667. 28. April.

ALexander PP. VII. Ad futuram rei memoriam. Alias emanavit ad favorem Dilecti Filii Michaelis Angeli Boncii Canonici, & Altariſtæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Veſtiarii, & Cubicularii intimi noſtri, ejuſque Succeſſorum Altariſtarum Baſilicæ hujuſmodi Chirographum manu noſtra ſubſcriptum tenoris qui ſequitur videlicet: *Proviſori del Sagro Monte della Pietà avendo Noi appoggiata a Michelangelo Bonci Canonico di S. Pietro e moderno Altariſta di detta Baſilica la cura di far fabbricare i Pallii di lana benedetta, che ſi danno in Conciſtoro alli Patriarchi, Arciveſcovi, e alli Veſcovi di alcune Chieſe inſigni che hanno l'uſo del Pallio, con il penſiero di ponerli, come è ſolito ſopra i Santi Corpi delli glorioſi Apoſtoli Pietro, e Paolo, e di cuſtodirli ſino al tempo di diſtribuirli, ſecondo il biſogno; e volendo noi aſſegnare a detto Michelangelo, & alli altri Canonici Altariſti ſuoi ſucceſſori, quali vogliamo, che abbino ſucceſſivamente la medeſima incombenza, un' annua ſomma certa, così per il rimborſo per le ſpeſe che loro converrà fare per la fabricazione, e cuſtodia di detti Pallii, come per la ricognizione, che ſoleva darſi agli Altariſti* pro tempore, *quando ſi fa la funzione di ponere e levare detti Pallii dal luogo dove ſtanno detti Santi Corpi; con il preſente Chirografo vi ordiniamo, che in avvenire, cominciando dal principio del preſente Anno 1658., e così continuando ſino a che verrà da Noi altrimente ordinato, delli denari del fruttato delle diſpenſe matrimoniali, che ſi portano in coteſto Sagro Monte, deſtinati per il pagamento dell' Elemoſine, e altre ſpeſe per opere pie, che ſi fanno da Noi, e da queſta Santa Sede Apoſtolica, facciate pagare ciaſchedun meſe a detto Michelangelo Bonci moderno Altariſta di S. Pietro, e ſucceſſivamente agli altri Altariſti, che ſaranno* pro tempore *ſuoi ſucceſſori, ſcudi otto di moneta, quali gli aſſegniamo*

(a) Quinam aliarum Urbis Patriarchalium Eccleſiarum mos fuerit Alexandri VII. ætate quo ad Cardinales Archipresbyteros, qui præſenti Sanctione ad Chori ſervitium aut per ſe aut per idoneos Vicarios explendum adiguntur, inquirere noſtri non eſt inſtituti. Illud vero tuto fateri poſſumus, Cardinales Archipresbyteros Vaticani Templi jamdiu ante Alexandrum VII. conſueviſſe & Choro intereſſe, & Baſilicæ Vicarios inſtituere. Luculentiſſimum hujuſce rei argumentum ſuppeditat Gregorii XI. Conſtitutio promulgata an. 1458. ac in Bullarii noſtri tom. 2. relata ad pag. 25. qua expreſſe cavetur ne Archipresbyteris, etiamſi S. R. E. Cardinales fuerint, diſtributiones concedantur, ſi Divinis Officiis non interſint. Illud item compertum eſt, Vicarios Vaticanæ Baſilicæ antiquiſſimos eſſe cenſendos. P. Andreuccius S. J. in tractatu de Vicariis Baſilicarum Urbis pag. 49. Vicariorum Baſilicæ noſtræ ſeriem proponens, initium ducit ab anno 1507. ac Beltrandum de Conteſtabilibus primo ſtatuit loco. At nos qui majori cura monumenta noſtra verſamus, indigitare poſſumus Franciſcum de Thomæis Baſilicæ Vaticanæ Canonicum, ab Archipresbytero Petro Barbo Vicarium electum, & a Pio II. confirmatum an. 1458., de quo extat Piana Conſtitutio in Bullar. noſtri tom. 2. pag. 159.

(a) Quo

gniamo per loro rimborſo delle ſpeſe da farſi e reſpettivamente in luogo della ricognizione ſolita darſi come ſopra per li ſopradetti Pallii, quali denari così pagati, vogliamo, e ordiniamo, che vi ſiano accettati, e fatti buoni nel conto delli denari di dette matrimoniali, non oſtante qualſivoglia coſa che faceſſe in contrario, alle quali tutte, avendo il loro tenore qui per ſufficientemente eſpreſſo, per queſta volta ſola deroghiamo.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto di 19. *Marzo* 1658.

Alexander PP. VII. Nunc autem pro firmiori præmiſſorum omnium, & ſingulorum robore, & efficacia; dictique Michaelis Angeli, & pro tempore exiſtentium Altariſtarum Baſilicæ prædictæ indemnitati & utilitati providere cupientes, ac ipſum Michaelem Angelum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio non ad ejuſdem Michaelis Angeli, aut cujuſvis alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Chirographum præinſertum, omniaque, & ſingula in eo contenta tenore præſentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis vim, robur & efficaciam adjungimus, (a) ac omnes & ſingulos juris & facti, nec non ſolemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, & Conſtitutionum Apoſtolicarum præſcripto, quam alias quomodolibet in ſimilibus etiam de neceſſitate obſervandarum, & alios quoſcumque etiam quantumvis magnos, formales, incogitatos & inexcogitabiles defectus, ſi qui in præmiſſis vel eorum aliquo principaliter, vel acceſſorie, antecedenter, vel conſequenter, aut concomitanter, vel alias quomodolibet intervenerint, ſeu interveniſſe dici, conjici, vel prætendi poſſent, pleniſſime, & ampliſſime ſupplemus, & ſanamus, ac penitus etiam ipſos omnino tollimus, perimimus, & abolemus. Decernentes ipſas præſentes litteras, & Chirographum hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quicumque, etiam ſpecifica, & individua mentione & expreſſione digni, in præmiſſis, vel eorum aliquo intereſſe habentes ſeu habere quomodolibet prætendentes; illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati & auditi, neque cauſæ propter quas præſentes emanarunt, adductæ, ſpecificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juſta, pia, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, etiam enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet quantumvis magno, formali, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, limitari, in controverſiam vocari, aut adverſus illam aperitionis oris, reſtituitionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed præſentes litteras, & Chirographum hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dicto Michaeli Angelo, & aliis ad quos pro tempore ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari; Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, nec non Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidentes, Clericos, Theſaurarium & Commiſſarium generales alioſque Officiales, & miniſtros, ceteroſque quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter

(a) Quo ad Vaticani Templi Altariſtas, varia, pro diſſimili temporum conditione, obtinuit diſciplina. Majora quidem illis, ut ex primo Bullarii noſtri tomo compertum eſt, dabantur emolumenta, quod una cum Altaris munere alia item Apoſtolici Palatii munia ab Altarariis obeunda, conjuncta erant. Alexandri VII. ætate mos alius obtinuit, qui noſtro ævo jam nulli eſt uſui. Quippe Pallia non jam Altararii, ſed primi ac alterius Cœremoniarum Summi Pontificis magiſtri expenſis conficiuntur; neque aut in iis ad B. Petri Confeſſionem transferendis, aut inde amovendis ullus expenſarum locus eſt. Ne putes tamen Altarariis emolumenta hac ætate penitus fuiſſe ſublata; Habent enim a Palatio Apoſtolico tantundem, quod taxæ quam Alexander VII. hic ſtatuit, bene reſpondeat.

(a) Fuit

aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & diffiniri debere, & irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. quatenus opus ſit, fel. rec. Symmachi, & Pauli II., & Pauli IV. & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ vel Cameræ prædictæ non alienandis, ac rec. mem. Pii PP. IV. Prædeceſſoris noſtri de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernen. in eadem Camera noſtra intra tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ita ut ipſas præſentes litteras ibidem præſentari, admitti, & regiſtrari nunquam neceſſe ſit; necnon noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cameræ, & aliis quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem &c. clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, & obſervata exprimerentur, & infererentur præſentibus pro plane, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 28 Aprilis 1667. Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

Franciſcum Cardinalem Nerlium Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyterum eligit.

Ex Cuſtodia Regeſti Bullarum Clementis XI. lib. 4. an. IV. pag. 558.

Clemens XI. 1704. 17. Octob.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Franciſco Tituli S. Matthæi in Merulana Presbytero Cardinali Nerlio nuncupato, (a) Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad perſonam tuam &c. liberalem. Cum itaque, ſicut accepimus, Archipresbyteratus Principis Apoſtolorum de Urbe, quem nuper bonæ memoriæ Carolus dum viveret Cardinalis Barberinus nuncupatus in Commendam ad ſui vitam ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolicis etiam dum viveret obtinebat, illius Commenda præfata per obitum dicti Caroli Cardinalis qui nuper apud Sedem Apoſtolicam debitum naturæ perſolvit, ceſſante adhuc eo quo ante Commendam ipſam vacabat modo vacaverit & vacet ad præſens, Nos Tibi, ut ſtatum tuum juxta Cardinalatus ſublimitatem & ſplendorem decentius tenere, & expenſarum onera, quæ Te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac ſpecialem gratiam facere volentes, ac omnia & ſingula Monaſteria

(a) Fuit Vaticanæ Baſilicæ primum Canonicus, mox Archiepiſcopus Florentinus, poſtremo ejuſdem Baſilicæ Archipresbyter; quo munere ſumma cum laude functus eſt uſque ad obitum, qui incidit in diem 8. Aprilis 1708.

(a) Huic

ria etiam Conſiſtoralia, Prioratus etiam Conventuales, Præceptorias, Præpoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & Officia etiam curata & electiva, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſecularia & quorumvis ordinum & Militiarum atque Hoſpitalium quorumcumqueRegularia, quæ ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, Commendam, adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtines, ac in quibus & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque quotcumque & qualiacumque ſint, corumque fructuum reddituum & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi conceſſionum & diſpenſationum tenores, nec non quaſcumque Penſiones annuas Tibi ſuper quibuſvis fructibus redditibus & proventibus Eccleſiaſticis dicta Tibi Apoſtolica auctoritate reſervatas & aſſignatas, earumque quantitates præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro Te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Archipresbyteratum præfatum cujus & illi forſan annexorum fructus redditus & proventus ſexcentorum Ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, quovis modo aut ex alterius cujuſcumque Perſona, ſeu per liberam ceſſionem dicti Cardinalis vel cujuſvis alterius de illo in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & Teſtibus ſponte factam aut aſſequutionem &c. Commenda ipſa ceſſante vacet, etiam ſi ad Archipresbyteratum hujuſmodi conſueverit aliquis per electionem aſſumi, eique cura etiam Juriſdictionalis immineat, & ſuper eo inter aliquos Lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo &c. quæſitum, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus Juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica auctoritate præfata per Te, quoad vixeris, etiam una cum ſancti Matthæi in Merulana, quæ titulus tui Cardinalatus exiſtit, ac quavis alia Tibi pro denominatione aſſignata, ſeu titulo tui Cardinalatus pro tempore quomodolibet aſſignanda, nec non quibuſvis Cathedralibus Metropolitanis ac Patriarchalibus & Primatialibus aliiſque Eccleſiis, quibus Te pro tempore præfici forſan contigerit, nec non Monaſteriis etiam Conſiſtorialibus, Prioratibus etiam Conventualibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, Dignitatibus etiam majoribus & principalibus, nec non Præceptoriis etiam generalibus, Perſonatibus, adminiſtrationibus & Officiis etiam curatis & electivis ac muneribus quibuſcumque etiam dictæ Curiæ, nec non locis Montium etiam Vacabilium, aliiſque quibuſvis etiam Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularibus & quorumcumque etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani ac Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. Regularibus quomodolibet nuncupatis & qualificatis, quæ etiam ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, Commendam, adminiſtrationem aut alias quomodolibet obtines & impoſterum obtinebis, quæcumque quotcumque & qualiacumque ſint, nec non quibuſvis fructibus redditibus & proventibus eccleſiaſticis Tibi Apoſtolica auctoritate reſervatis & aſſignatis, ac reſervandis & aſſignandis, quos & quas ex ſimilibus conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis percipis & percipies in futurum, nec non Beneficia & Officia quæcumque conferendi, ac de bonis & rebus tuis teſtandi & diſponendi, Penſiones conferendi, ceteriſque gratiis, faculta-

(a) Huic Archipresbytero, non ſecus ac aliis qui eum præceſſerant, ampliſſima in utroque Foro Civili ac Criminali, ut ajunt, poteſtas ac jurisdictio attributa fuit. Hujuſce auctoritatis teſtimonium præbet locupletiſſimum Conſtitutio Clementis XI. quam ſupra exſcripſimus pag. 288. Verum in amplioris juriſdictionis collatione Cardinali Nerlio facta, antiqua Bullarum forma, non etiam primævum Archipresbyterorum jus ſervatum fuit. Quippe promulgata jam notiſſima Innocentii XII. Conſtitutione, quæ Archipresbyteris judicialem juriſdictionem adimit, Cardinalis Nerlius Archipresbyterorum primus fuit, qui authoritate a Prædeceſſoribus exercita uti non potuit.

facultatibus, indultis, protectionibus, & præfecturis Tibi quomodolibet conceſſis & concedendis tenendum; Ita quod liceat Tibi, debitis & conſuetis dicti Archipresbyteratus ſupportatis oneribus, de reſiduis illius fructibus redditibus & proventibus diſponere & ordinare, ſicuti Archipresbyteratum hujuſmodi in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque Bonorum immobilium & pretioſorum mobilium dicti Archipresbyteratus Tibi penitus interdicta Apoſtolica auctoritate præfata condonamus (a); Te in protectorem & Superiorem Fabricæ dictæ Baſilicæ, ac Collegii Deputatorum Fabricæ hujuſmodi cum facultatibus, Indultis, emolumentis & privilegiis ſolitis & conſuetis, dictoque Carolo Cardinali alias Apoſtolica auctoritate præfata conceſſis, dicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium conſtituimus & deputamus. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri, ac quatenus opus ſit Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, Beneficia Eccleſiaſtica valorem annuum Ducentorum Ducatorum ſimilium non excedentium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Commendari prohibentis, ac quibuſvis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui &c. generari. Seu ſi dilectis Filiis Capitulo dictæ Baſilicæ ac Collegio Deputatorum Fabricæ hujuſmodi, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia &c. mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter Commendam noſtram hujuſmodi dictus Archipresbyteratus debitis &c. antedicta, & inſuper &c. attentari Nulli &c. incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Quarto, ſextodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Superioris Bullæ Executores deſignat.

Clemens XI. eod. anno, & die.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Athenarum, ac Dilectis Filiis Magiſtro Fauſtino Criſpoldo in utraque Signatura noſtra Referendario, ac Annibali Albano Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Hodie Dilecto Filio Franciſco tituli Sancti Matthæi in Merulana Præsbytero Cardinali Nerlio nuncupato Archipresbyteratum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, illius Commenda certo tunc expreſſo modo ceſſante adhuc eo quo ante &c. Apoſtolica auctoritate motu proprio Commendavimus, ipſumque Cardinalem in Protectorem & Superiorem Fabricæ dictæ Eccleſiæ ac Collegii Deputatorum Fabricæ hujuſmodi cum facultatibus, indultis, emolumentis & privilegiis ſolitis & conſuetis dicta Apoſtolica auctoritate conſtituimus & deputavimus, prout in noſtris deſuper confectis Litteris plenius continetur. Quo circa Fraternitati tuæ & diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Vos vel duo aut unus veſtrum &c. inducatis auctoritate noſtra, & defendatis inductum, amoto quolibet illicito detentore: non obſtan. &c. mentionem.

Datum ut ſupra.

Contra-

Contractum a Capitulo S. Petri initum, quo geminam manſionem in privatum Oratorium convertendam conceſſerat, in perpetuam emphyteuſim Confraternitati S. Eliſabethæ; una cum conditionibus illi adjectis Apoſtolica authoritate confirmat.

E Cuſtodia Regeſti Bullar. Clementis XI. lib. 3. an. x. pag. 116.

Clemens XI. 1710. 24. April.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio noſtro in Urbe eiuſque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex debito Paſtoralis officii &c. expedire. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo Papa II. emanarunt literæ tenoris ſequentis videlicet: Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam &c. Anno primo. Et deinde exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe petitio continebat quod ipſi provide conſiderantes inter alia Menſæ Capitularis ipſius Baſilicæ bona quamdam manſionem cum parva manſiuncula unitam prope Eccleſiam Sanctæ Luciæ Confalonis nuncupatæ de Urbe poſſidere, dictamque manſionem cum manſiuncula præfata, ex eo quod illæ quas Societas Sanctarum Roſæ & Roſaliæ de eadem Urbe in uſum Oratorii pro annuæ penſionis ſcutorum quatuordecim monetæ Romanæ in locationem retinebat, dimiſſo nuper per dictam Societatem Oratorio dislocatæ remanſerunt, non in alium uſum quam Eccleſiæ ſeu Oratorii, attento quod in dicta manſione cum manſiuncula præfata Cadavera Defunctorum tumulata ſunt, convertere poſſe, eamdem manſionem cum manſiuncula hujuſmodi dilectis quoque filiis Officialibus Confraternitatis S. Eliſabethæ cæcorum ac mutilorum de dicta Urbe pro annua & perpetua reſponſione ſcutorum decem dictæ monetæ, ac ſub obligatione dictæ Confraternitatis quolibet quindennio alia ſcuta decem ejuſdem monetæ ſolvendi, ipſamque manſionem cum manſiuncula præfata ſuis neceſſariis reparationibus manutenendi, aliiſque conditionibus Menſæ Capitulari hujuſmodi proficuis & utilibus, prout in Inſtrumento publico deſuper confecto plenius continetur, in emphiteuſim perpetuam ſub noſtro & Sedis Apoſtolicæ beneplacito conceſſerunt, ac poſſeſſionem bona fide tradiderunt (a). Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, conceſſio hujuſmodi in evidentem dictæ Menſæ Capitularis ceſſerit & cedat utilitatem, propterea que Capitulum & Canonici præfati plurimum cupiant illam per Nos & Sedem Apoſtolicam confirmari & approbari; Quare pro parte Capituli & Canonicorum ac Officialium præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non habentes, ac Capitulum & Canonicos, ac Officiales

(a) Contractum, cujus Bulla meminit, Capitulum iniit die 5. Auguſti 1708., reſervato tamen Apoſtolicæ Sedis beneplacito. Huc uſque contractus innoxius plane fuit. At mox, beneplacito Sedis nondum impetrato, utriuſque cubiculi poſſeſſio, Capitulo annuente, tradita fuit Confratribus S. Eliſabeth: Hinc culpæ ac cenſuræ locus, eſto bona fide ducti putarint Canonici poſſeſſionem impune tradi poſſe. Conſule notam quæ ſequitur.

Officiales præſatos earumque ſingulares perſonas qui a cenſuris & pœnis quas ob traditam & acceptatam poſſeſſionem hujuſmodi incurrerunt, Apoſtolica auctoritate hinc inde abſoluti fuerunt, a quibuſvis excommunicationis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi, ſervataque forma præinſertarum literarum, de præmiſſis te diligenter informes, ac veris exiſtentibus narratis, prævia reſciſſione prioris contractus, poſtquam compereris conceſſionem hujuſmodi in evidentem Menſæ Capitularis præfatæ utilitatem fore ceſſuram, facultatem concedendi Officialibus dictæ Confraternitatis præſatam manſionem & manſiunculam in emphyteuſim perpetuam pro annua & perpetua reſponſione, atque cum pactis & conditionibus ſupra expreſſis, pro tuo arbitrio & conſcientia Capitulo & Canonicis præſatis gratis impertiaris (a). Non obſtantibus præfata, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo, octavo Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno decimo.

ADDEN-

(a) In vim præſentis Bullæ Cardinalis Urbis Vicarius quavis Cenſura ſublata, Contractum an. 1708. a Capitulo initum ratum habuit, ac penſionem annuam, aliaſque conditiones illi pridem adjectas confirmavit. Patet id ex Abinantis Inſtrumento quod in Codice XXII. pag. 586. & ſeqq. late deſcribitur; ex quo item colligimus facti ſeriem quam ſuperior nota complectitur. Noſtra ætate conditiones contractui appoſitæ accurate ſervantur.

ADDENDA, ET CORRIGENDA

IN HUJUS COLLECTIONIS

BULLARUM &c

TOMO I.

PAg. 3. *not. b. lin.* 5. ſic interpunge, ſervatur, typis &c.

Pag. 5. *not. a.* hæc adde: Nec illud ſilentio prætereundum eſt, *Benedictiones de Sanctuariis Apoſtolicis, id eſt Palliola de eorum Confeſſionibus*, tradi a Romanis Pontificibus conſueviſſe, ut in Eccleſiis quæ forent dedicandæ, collocarentur; uti docemur ex Libro Diurno eorumdem Romanorum Antiſtitum tit. 12. apud Garnerium.

Ibidem *notæ c.* ita ſubjiciendum: De Pelagio I. hæc leguntur in continuatore Chronici Marcellini ad annum 13. poſt Baſilii conſulatum: *Pelagius I. Papa LXII. . . . a Populo Romano factionis contra Vigilium incuſatus, celebratis una cum Narſe litaniis, apud S. Petrum ambone aſcenſo, Evangelioque ſuper caput ſuum poſito, juramento ſe crimine purgavit.*

Pag. 7. *lin.* 2. pro, *dies* 17., lege, *dies* 16.

Pag. 8. *not. b.* poſt verba *Magni Gregorii Pontificatus*, ſic adde. Adverſus hujuſce argumenti vim non eſt cur objiciatur teſtimonium Joannis Diaconi, qui in lib. 2. cap. 20. de ipſo Præſule ſanctiſſimo ita loquitur: *Super Corpora Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, Miſſarum ſolemnia celebrari decrevit, acquiſitis numeroſiſſimis olivetis, quorum ſummam in tabulis marmoreis præ foribus ejuſdem Baſilicæ annotavit: luminaria ſuper addidit* &c. Nam Joannem Diaconum, qui poſt trecentos ferme annos a S. Gregorio I. vixit, in conſcribenda ejuſdem Pontificis vita non ſemel fuiſſe hallucinatum, Baronius ad annum Chriſti 781., & Gallonius in lib. de S. Gregorii Monachatu pag. 6. ſeqq. & pag. 108. animadvertunt. Mirum itaque non eſt, ſi & in re de qua agimus, lapſus fuerit Joannes, Gregorio Magno id tribuens, quod alteri Pontifici hujus nominis ſecundo adjudicari debet. Illud etiam fieri potuit, ut præter eam, quæ hic profertur, marmoream tabulam imperio Leonis Iſauri ſignatam, alia tempore Joannis Diaconi extiterit, quæ Gregorii Magni Pontificatum indicaret, proque foribus Vaticani Templi eſſet poſita; & hanc Hiſtoriographus Joannes ſpectarit in verbis paulo ante recitatis. Ea tandem nonnullis opinio arridet, geminum epigramma lapide celatum; aliud nempe oliveta ex divi Gregorii I. largitione Beatiſſimis Petro & Paulo Apoſtolis oblata enumerans, aliud oliveta præferens, quæ Gregorius II. Vaticanæ Baſilicæ addixit; fuiſſe a Canonico Romano imperite conjunctum, & ex duabus inſcriptionibus unam veluti compactam. Conjecturam hanc, ſi graviora argumenta ſuppeterent, facile ſectaremur.

Pag. 11. *not. e.* ſic adde: Interim animadvertas velim verba ex Paſchalis II. epiſtola, quam Nicolaus Roſſelius Cardinalis Aragonius inſeruit vitæ Summi hujuſce Antiſtitis apud Virum Clariſs. Lud. Ant. Muratorium tom. 3. rer. Italic. pag. 366. *Numquid non ultra vos* (Archiepiſcopum Polonienſem alloquitur Paſchalis, agitque de jurejurando, quod Archiepiſcopi dare ſolent in Pallii acceptione) *Saxones, Dacique conſiſtunt? Et tamen eorum Metropolitani et idem juramentum aſſerunt..... et Apoſtolorum Limina per Legatos ſuos non tantum per triennium, ſed ſingulis annis viſitant.*

Pag. 12. *notæ b.* ita ſubjiciendum: Hinc enim Sanctiſſimi Pontificis venerabile corpus e ſiniſtro latere atrii dictæ Baſilicæ Sergius I. jam tranſtulerat; uti ex vetuſta inſcriptione a Cardin. Baronio relata ad ann. 461., ex ejuſdem Sergii biographo, aliiſque auctoribus patet.

Pag. 13. *lin.* 16. pro *viii. Idus*, lege, *viii. Kal.*

Pag. 18. *col.* 2. *lin.* 4. in notis pro *anno* 1155. lege, *anno* 1167.

Pag. 20. *lin.* 9. obſervandum, epocham Pontificatus Benedicti IX. a die 8. Novembris anni 1033. repeti in ejuſdem Pontificis vita tom. 11. Concil. Labbei col. 1277. edit. Ven. Ac de anno 1033. conveniunt quidem peritiores chronologi, de die autem ac menſe diſſentiunt. Nam die nona Decembris, Benedictum fuiſſe ordinatum, Papebrochius exiſtimat in Conatu chronico-hiſtor. ſed Ant. Pagius ad annum 1033. num. v. ante diem 17. Novembris conſecratum putat. Demum Pagius alter, nempe Franciſcus, in vita Benedicti IX. num. 1. incertum eſſe ait, quibus die & menſe iſte Pontifex ordinatus ſit.

Pag. 22. *col.* 1. *lin.* 1. *Olibani* voce thus intelligendum, ut Cangius explicat; qui ipſum affert locum Bullæ Benedicti IX., ſubditque ex Itinerario Hieroſolymitano Bernardi de Breydenbach verba hujuſmodi: *Libanus igitur eſt mons redolentiæ, et ſummæ aromaticitatis. Nam ibi herbæ odoriferæ creſcunt; ibi etiam arbores thuriferæ, quarum gummi electum olibanum a Medicis nuncupatur.*

Pag. 22. inſerendum eſſet vetuſtum diploma, quod ex manuſcripto Monaſterii S. Albini, Ordinis Benedictini, Lucas Dacherius evulgavit in ſui Spicilegii tomo 4. fol. 332. Nos tamen illud retulimus in ſuperiori Appendice pag. 3. quare id unum ſupereſt, ut ejuſdem Diplomatis ætatem inquiramus. Idem Dacherius qui Diploma recitat cit. pag. 332. ad oram paginæ obſignavit annum æræ Chriſtianæ MXLIV., ideoque Summo Antiſtiti hac ætate Catholicam Eccleſiam regenti, nimirum Gregorio VI. tribuendum innuit: & ſane huic Pontifici in poſteriori ejuſdem Spicilegii editione Pariſienſi anni 1723. to. 3. inſcribitur; tametſi prior editio Pariſiis quoque curata ab anno 1655. ad 1677. to. 4. laudato, Gregorii VII. (forte ex Typographi oſcitantia) nomen præferat. Quandoquidem vero notis chronologicis, locique indicatione omnino caret epiſtola, de qua loquimur, & in ejus fronte nomen duntaxat Gregorii Romani Pontificis gerit; de illius auctore nonnihil præfari neceſſe eſt. Atque illud imprimis facile conſtat,

conſtat, ipſum Diploma neque a Gregorio IV. neque a Prædeceſſore alio Summo Antiſtite exaratum fuiſſe. Cum etenim Gregorius epiſtolæ auctor Guillelmum Aquitaniæ Ducem ſuum veluti coætaneum commemoret; Gregorius IV. qui e vivis migravit anno Domini 844., dici nequit coævus illi Aquitanorum Ducum, quorum primus cognomento Pius anno Chriſti 919. mortem oppetiit, ut docet breve Chronicon Sancti Martini Maſciacenſis apud Labbeum to. 2. Bibliothecæ MSS. pag. 733. ſive anno 918., ut legimus in Chronicis Fiſcanenſi & Virdunenſi in eadem Labbei Bibliotheca to. 1. pag. 124. & 325. Rurſus liquet, Gregorium VIII. qui inauguratus fuit Pontifex Maximus anno 1187. atque ejus Succeſſores in divi Petri Cathedra ſediſſe poſtquam Aquitaniæ Ducatus in Galliarum Regum ditionem anno 1137. translatus eſt. quod Malleacenſis Chronici ſcriptor apud prælaudatum Labbeum tradit, ſatiſque perſpicuum eſt adeuntibus Joannem Bouchet, itemque Joannem Beslium, qui de rebus Aquitanicis commentaria elucubrarunt. Pontifex igitur Bullæ auctor, & Guillelmi Aquitanorum Ducis coætaneus, non alius quidem excogitari poteſt, quam Gregorius Quintus, aut Sextus, vel Septimus: ideoque certo certius eſt, diploma fuiſſe editum illa annorum intercapedine, quæ ab anno 996 ad 1085. effluxit; hic enim S. Gregorii VII. Pontificatum claudit, ille Gregorii V. electionem deſignat.

Cuinam vero ex tribus mox prædictis Pontificibus adtribuenda eſt Bulla? Non eo inficias, S. Gregorium VII. coævum fuiſſe Guillelmo Aquitaniæ Duci qui fratris ſui Guillelmi *Acer* appellati ſucceſſor fuit, quive in ipſius Gregorii literis, ut in epiſt. 24. lib. 2. & epiſt. 32. lib. 3. non ſemel commemoratur. Ultro etiam fatear Gregorium V. Chriſtianæ Reipublicæ tunc præfuiſſe, cum Guillelmus, alterius Guillelmi *Ferabrachia* nuncupati filius ex conjuge Emma ſeu Emelina genitus, Aquitaniæ moderabatur, ut ex Petro Malleacenſi lib. 2. de antiquitate & mutatione in melius Inſulæ Malleacenſis §. 4. colligitur. Attamen ea mihi opinio eſt, Gregorio VI. qui cum Aquitaniæ Duce Petro Guillelmo *Acer* dicto ætate conjungitur, Bullam eſſe adjudicandam. Id namque conjicio ex infelici Eccleſiæ Romanæ ſtatu, quem Gregorius diplomatis auctor maxime deplorat, conceptiſque verbis ait, eam *terreras opes majori ex parte amiſiſſe*; mox vero querimoniam ſic proſequitur: *Nonnulli etiam Imperatores, Reges, et Principes, aliorum ordinum perſonæ, miſera cupiditate capti, maternam maledictionem incurrere non timentes, ejus poſſeſſiones invaſerunt diſtraxerunt, et in proprios uſus redegerunt: qui etiam gladio anathematis percuſſi, et more infelicis Judæ ſacrilegii vinculo ſtrangulati, ne ad poenitentiam redirent, deſpuerunt*. Hæc autem, ni fallor, Gregorii VI ævo adamuſſim quadrant, nec tam facile alteri hujus nominis Pontifici aptari poſſunt. Etenim Vuillelmus Malmesburienſis, de Sommerſet appellatus, & ſeculo Eccleſiæ XII. clarus, lib. 2. cap. 13. de Geſt. Anglor. accepta a ſenioribus iſta refert: *Erat Gregorius VI. ante dictus Gratianus, magnæ religionis et ſeveritatis. Is ita Romani Apoſtolatus ſtatum diminutum invenit, ut præter pauca Oppida Urbi vicina, et oblationes Fidelium, pene nihil haberet quo ſe ſuſtentaret. Civitates et poſſeſſiones in longinquo poſitæ, quæ ad jus Eccleſiæ pertinebant a prædonibus ablatæ . . . . Tantorum malorum turbo Gregorii Papatum oſtendit . . . . Invaſores Eccleſiaſtici patrimonii mandavit, et epiſtolis invitavit, ut aut indebita redderent, aut ſe jure illa tenere in Senatu Romano probarent. Si neutrum facerent, Eccleſiæ membra ſe non eſſe cognoſcerent, qui Capiti Eccleſiæ beato Petro et ejus Vicario reſultarent. Talia frequenter concionatus, et aut parum aut nihil proficiens, ſeverioribus remediis inveterato morbo tentavit occurrere. Cauterio itaque excommunicationis omnes ab Eccleſiæ corpore removit, vel qui talia facerent, vel qui agentibus convivio vel etiam colloquio participarent. Hæc ille pro ſuo officio ſatis agebat: ſed pene in pernitiem verſa ſedulitas. Nam, ut ille dicit: Qui arguit deriſorem ipſe ſibi injuriam facit; maligni illi levi admonitione perſtricti, contra furere, minis auras territare, muros Urbis armis circumſonare, adeo ut pene Papam interimerent*. Hactenus Malmesburienſis, cui prorſus concinit Catalogus Paparum a Georgio Ecchardo vulgatus to. 2. Corp. Hiſtoric. med. ævi. Quod ſi verba mox prolata conferas cum iis, quæ auctor diplomatis habet de Romana Eccleſia terrenis bonis expilata, de ſacrilegis rei alienæ raptoribus, impiiſque detentoribus, ac de iniquorum horumce hominum pervicacia, dirum anathema a Summo Præſule in eos vibratum nihili facientium; concludi poſſe videtur, non ab alio Pontifice quam a Gregorio hujus nominis Sexto Bullam fuiſſe promulſam, quam ſupra retulimus in Appendice ad calcem hujus Tomi pag. 3.

Pag. 22. *col*. 2. *lin*. *ult*. obſervandum ex Cangii Gloſſario, *Auream Urbem* non ſemel ab antiquis Romam fuiſſe appellatam. Locum hunc ſatis illuſtrat commemorata a Mabillonio lib. 2. de Re Diplomat. cap. 16. num. 16. Bulla aurea Friderici II. pro Monaſterio S. Apri Tullenſi, poſtica in parte Urbem Romam exhibens cum hiſce verbis, *Aurea Roma*.

Pag. 23. *not*. *g*. minori tantum interpunctione appoſita, legere ſic perge: cum apud antiquos celebris eſt, tum apud recentiores. Aliam tamen Urbem cenſeo a divo Leone IX. in hoc diplomate deſignatam, nempe Albam Marſorum ſive Fucentis, a Fucino lacu tria millia paſſ. diſſitam, *Albe* aut *Albi* nuncupatam; cujus meminit prælaudatus Cluverius pag. 767. & 768. ac noſter Holſtenius in ſuis adnotationibus in Italiam antiquam ejuſdem Cluverii. Romanorum Antiſtitum nonnullos hoc in Oppido aliquandiu commoratos, patet ex Calixti II. Bulla Albæ excuſa, quam Petrus Morettus Vir. Cl. in appendice 111. ad opus inſcriptum, *Ritus dandi Presbyterii* &c. documen. 1. pag. 332. evulgavit; atque ex Eugenii III. literis Albæ editis, quas apud Martene to. 2. Veter. Scriptor. & Monument. col. 436. & Bullar. Rom. tom. 2. fol. 320. ſeq. licet percurrere.

Pag 24. *not*. *e*. iſta ſuppone: lib. 1. cap. 3. ubi pluribus evincit, Canonicos illuſtrium Eccleſiarum olim *Fratres* fuiſſe vocitatos. Quamplurima in rem hanc poſſent adduci argumenta. Ad Vaticani Templi Canonicos quod attinet, ſatis eſt Petri Manlii, aut ſi mavis, Romani teſtimonium, qui in ejuſdem Baſilicæ deſcriptione num. 51. pag. 143. editionis Pauli de Angelis, narrat Urbium ex Caroli Magni Imperatoris munificentia divo Petro oblatarum nomina in portis æneis ſuper gradus dictæ Baſilicæ fuiſſe adnotata atque deſcripta, *ſicut*, inquit, *nos vidimus, et ſæpe cum Fratribus noſtris legimus*. Ita collegas ſuos appellat Romanus, ſive potius Pe-

trus

trus Manlius, uterque Eccleſiæ S Petri Canonicus: quo etiam nomine ipſos nuncupat idem Petrus Manlius in præfatione ad Alexandrum III. quam ſuo de Baſilica Vaticana Opuſculo præmiſit; uti videre eſt tom. 6. part. 2 Junii Bollandiani.

Pag. 30. *col.* 1. *lin.* 2. An legendum, *terras girante*. quamquam originale ſive authenticum tranſumptum habeat quomodo typis editum eſt, *terra ſgirante*?

Pag. 36. *not.* *b.* poſt indicationem pag. 388. adde, tom. 1.

Pag. 44. *lin.* 15. pro *Kalendas Januarii*, lege, *Kalendas Februarii*.

Ibid. *not.* *a.* *lin.* 2. loco notæ chronologicæ 1453. ſuppone an. 1451. Hanc mendam caſtigatam invenies *tom.* 2. *pagin.* 134. *not.* *c.*

Pag. 46. *lin.* 10. pro *die* 5. *Februarii*, lege, *die* 15. *Februarii*.

Pag. *ipſa* 46. *lin.* 14. pro, *tertio Kalendas Octobris*, lege, *viii. Kalendas Octobris*.

Pag. 48. *lin.* 17. poſt *diem*, adde, *menſis Julii*.

Pag. 59. *notæ* (*e*) iſta adnecte: Atque ita quidem hunc diplomatis locum primis curis interpretabar. Ipſum vero iterum expendenti mihi videtur, *Petra Pertuſa* in privilegio commemorata, non aliud eſſe quam locus novem millia paſſuum a Cale vulgo *Cagli*, & ſex a Foro Sempronii, hodie *Foſſombrone* diſſitus, poſituſque ad lævam Metauri fluminis ripam; qui nunc dicitur *il Furlo*, & nonnunquam *il Saſſo forato*, olim vero *ad Saxa interciſa*, ſive *ad Petram Pertuſam* vocabatur. altiſſima enim eſt rupes ferro perforata in longum ad 35. paſſus, in latum quinque, ac totidem in altum; ut Cluverius to. 1. Ital. Antiq. pag. 168. ſeq. ſcite obſervat ex Jeroſolymit. Itinerario, ex Procopio Gothic. rer. lib. 2. & 4., aliiſque priſcis ſcriptoribus, queis adjungi poteſt Marcellini Comitis Chronicon; ubi Totila Gothorum Rex Cæſenam & Urbinum, Montem Feretris & Petrampertuſam occupaſſe fertur Indictione V. poſt Conſulatum Baſilii. Igitur Petrampertuſam, ex qua Hadrianus IV. hic, Urbanus III. pag. 70., Innocentius itidem III. pag. 85., Gregorius IX. pag. 114., & Innocentius VI. pag. 365. Bullarii hujus to. 1., ſitum deſcribunt *Terræ de Macerano*, veteris ſcilicet fundi ad Vaticanum S. Petri Capitulum ſpectantis; Furlum ipſum eſſe cenſeo, non autem prædium eodem nomine *Petrapertuſa* nuncupatum, quod extra portam Flaminiam octavo circiter ab Urbe lapide proſtat, & noſtræ Baſilicæ ditioni adhuc ſubjacet jure emptionis anno Domini 1279. factæ, ut docet Inſtrumentum, hoc eodem anno die 27. Januarii exaratum. Exemplum hujuſce monumenti deſcriptum ex fol. 417. col. 4. codicis qui Cencio Camerario in Archivo Apoſtolico Vaticano attribuitur, penes me habeo; ejuſque ſummam refert Inſtrumentum quod ex eodem chartophylacio vulgatum eſt to. 2. hujus Bullarum Collectionis pag. 367.

Pag. 77. *lin.* 7. pro *dies* 25., lege, *dies* 23.

Ibidem *lin.* 24. *col.* 1. lege: *offerre decrevimus, et in honorem* &c.

Pag. 78. *col.* 1. in notis *lin.* 2. pro *Demetrio Senenſe*, lege, *Demetrio Lucenſe*.

Pag. 91. *not.* *f.* Eccleſiam *S. Petri* Monaſterio Sancti Martini ſubjectam, eamdem eſſe dixi, quam hodie Viterbienſes vocant *San Pietro del Caſtagno*. Id modo affirmare non auſim, quum eſſet P. Buſſio in Hiſtoria Viterbii lib. 5. ad ann. 1498. hæc ſacra ædes a Cardinali Raynerio Capoccia ædificata, mox Monachis Silveſtrinis attributa, tandem an. 1618. in Lateranenſis Eccleſiæ membrum evaſerit. Quare meliori forte conjectura intelligi potuerit alia Eccleſia itidem *S. Petro* dicata, ac Viterbii poſita, quam tamen idem Hiſtoricus lib. 1. pag. 44. & ſeq. noſtra ætate dirutam aſſerit.

Pag. 102. *not.* *e.* hæc adde: Auctor libri de Mirabilibus Urbis apud Montfauconii Diarium Italicum; *Al Gradellas*, inquit, *fuit Templum Solis*, *S. Stephanus Rotundus fuit Templum Fauni*.

Pag. 105. addenda Honorii III. Epiſtola, quam ad Appendicem ideo rejicere non potuimus, quod abſoluta jam Bullarium Appendice ad noſtras pervenerit manus. Extat in Archiv. Apoſtol. Vatican. in Tom. II. Bullar. anni III. & IV. ejuſdem Pontificis num 74. Noſque illam exſcribendam duximus, quod non leve Baſilicæ noſtræ decus afferat, cujus Canonici ad præclarum munus exequendum eliguntur, & multa honoris ſignificatione a Romano Pontifice commendantur. Ita vero habet Epiſtola.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei.
,, Archiepiſcopis & Epiſcopis Abbatibus, 1218. 5. Octob.
,, Prioribus ac Prælatis & Clericis univer-
,, ſis, tam exemptis quam aliis per Hiſpaniam
,, conſtitutis.

,, Ille ſolus qui eſt omnium cognitor ſecreto-
,, rum novit anxietates continuas quas tempore
,, jam longo pertulimus pro negotio Terræ San-
,, ctæ (*a*). Quanto autem majores propter hoc
,, ſuſtinuimus expenſas, ſollicitudines & labores,
,, tanto amplius nobis cederet ad obbrobrium &
,, dolorem, ſi fideles qui pro ipſo negotio expo-
,, ſuerunt res pariter & perſonas, pro rerum de-
,, fectu a ſuo cogerentur propoſito reſilire. Sane
,, Venerabilis Frater noſter .... Patriarcha, &
,, Cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes illu-
,, ſtris Rex Hieroſolymitanus, Magiſtri quoque
,, Hoſpitalis & Templi, & univerſi Principes ac
,, Barones

(*a*) Quantos hic Pontifex ad Petri Cathedram vix evectus labores curaſque ſuſceperit, ut ſacratiora Jeroſolymorum loca a Saracenorum tyrannide liberarentur, palam teſtantur ejus hortamenta, impulſus, epiſtolæ, miniſtrorum qui decimas colligerent electio, ac eorum in varias Catholici Orbis partes diſceſſus. Qua de re pluribus agit Raynaldus Honorii Pontificis geſta referens, ideoque conſulendus.

(*a*) Haſce

,, Barones exercitus Chriſtiani exiſtentis in par-
,, tibus tranſmarinis ſuis nobis literis intima-
,, runt (a) quod tam importabiles expenſas fa-
,, cere compelluntur tum in machinis & galeis,
,, tum in alio bellico apparatu, quod niſi ad eas
,, faciendas ſubveniamus eiſdem, eas nullatenus
,, poterunt ſuſtinere, ſed non abſque confuſione,
,, quod Dominus avertat, ab incepto deſiſtere
,, compelluntur. Cum autem pro navigio Roma-
,, norum, in quo ultra viginti milia marcharum
,, argenti expendimus Camera noſtra pene penitus
,, ſit exhauſta, nec de illa poſſimus eiſdem opor-
,, tunum ſubſidium miniſtrare, Hiſpaniarum vice-
,, ſimam, ſecundum ordinationem Concilii gene-
,, ralis (b) providimus congregandam, ut ſub-
,, veniamus exercitui ſupradicto. Dilectos itaque
,, filios Hugvicionem Subdiaconum & Capella-
,, num noſtrum, & Magiſtrum Cinthium Presby-
,, terum Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canoni-
,, cos latores præſentium viros utique providos &
,, fideles, ac nobis & fratribus noſtris caros ſuis
,, exigentibus meritis & acceptos, ad partes ve-
,, ſtras pro hujuſmodi negotio deſtinantes, uni-
,, verſitatem veſtram monemus ac rogamus attente,
,, ac per Apoſtolica vobis ſcripta præcipimus,
,, quatenus ipſos ob reverentiam noſtram haben-
,, tes propenſius commendatos, eiſque in ſecuro
,, conductu & aliis neceſſariis hilariter providen-
,, tes, viceſimam ipſam, & Eccleſiæ Romanæ
,, cenſus ſine difficultate aſſignetis eiſdem. Quod
,, ſi qui forte ſe in illorum ſolutione difficiles exhi-
,, buerint vel rebelles, vos fratres Archiepiſcopi
,, & Epiſcopi, ſinguli ſuæ juriſdictioni ſubjectos
,, ad id, cum ab eis fueritis requiſiti, per cen-
,, ſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita,
,, compellatis. Alioquin ſententiam quam ipſi,
,, vel eorum alter tulerint in eoſdem, præcipi-
,, mus uſque ad ſatiſfactionem condignam firmi-
,, ter obſervari.

,, Datum Laterani tertio Nonas Octobris
,, Pontificatus noſtri anno tertio.

Pag. 122. *not. a.* iſta adnecte continuata oratione: tametſi poſtea re maturius expenſa, vero ſimilius cenſeo, aliud eſſe capſidem a Gregorio IX. commemoratam, aliud vero *arcam*, de qua Eugenius III. aliique nonnulli Pontifices loquuntur.

Pag. 132. *lin.* 5. pro *dies tredecim*, lege, *dies quatuor vel quinque*.

Pag. 132. *not. b.* hæc adde: Quamdiu perſtiterit mos ille, ut Sacroſancta Jeſu Chriſti effigies Veronica appellata, e Vaticano Divi Petri Templo quotannis magno apparatu ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia deferretur, extento veluti digito demonſtrare non auſim. Vigebat anno Chriſti 1279. quo Nicolaus III. celeberrimam pro eadem S. Petri Baſilica edidit Conſtitutionem; ubi exiguis quibuſdam Canonicorum provenientibus *Excepta* nuncupatis, ſaculas & duodecim denarios accenſet, quos ad Hoſpitale S. Spiritus cum prædicta effigie Jeſu Chriſti accedentes ſinguli Canonici percipiebant, ut videre eſt pag. 182. to. 1. hujus Operis. Exoleviſſe tamen videtur ob Summorum Pontificum ſeceſſum ab Urbe, ac præſertim poſtquam ipſi Romanam Curiam Avenionem tranſtulerunt. Et, ſi ad Sixti IV. ævum fortaſſis pervenerit, certe ſupremus hic Antiſtes veterem ritum e medio abſtulit, dum ſancivit, ut Dominica poſt Octavam Epiphaniæ, & ſecunda feria poſt Pentecoſtem *andaſſe la Proceſſione di S. Spirito alla Baſilica Vaticana, a veder detta ſacra Effigie*; verba ſunt Turrigii, qui in Crypt. Vatic. pag. 205. ait, Sixtinum hac de re diploma ex Archivo Hoſpitalis S. Spiritus ab ſe illatum cum aliis Pontificiis Bullis in Hiſtoriam de Vultu Sancto, quam luce publica donare moliebatur.

Pag. 144. *lin.* 16. pro *Kalend. Novembris*, lege, *Kalend. Decembris*.

Pag 146. *col.* 1. *lin.* 43. *et* 44. pro *quam quod Deo pariter*, legendum puto, *quamque Deo pariter*.

Pag. 166. *col.* 2. *lin. ult.* pro *circa ipſius*, lege, *circa ipſa*.

Pag. 175. *not. a.* poſt verba, *fortaſſis eadem eſt cum Maſſa Trabaria*, ita corrige ac lege, *non in Urbevetana Diœceſi, ſed in Urbinate Ducatu ad radices Apennini et verſus Metaurum flumen poſita; cujus abietes, aliaque ligna Nicolaus III. Vaticano Templo* &c.

Pag. 178. *col.* 2. *in notis lin.* 5. pro *bis centum ſupra quadraginta*, lege, *bis centum et quinquaginta*.

Pag. 181. *col.* 1. *lin.* 45. pro *Beneficium*, lege, *Beneficiorum*.

Ibidem not. i. lin. 5. pro *Item Eccleſiam*, lege *Item Eccleſia*.

Pag. 183. *col.* 1. *in notis lin. ult.* pro *Clemente VIII.* lege, *Clemente VII.*

Pag. 191. *col.* 1. *lin.* 47. pro *Capitulo tenentur*, legendum puto, *Capitulo tenetur*.

Pag. 203. *lin.* 15. poſt *conſecratur*, dele 20. *Februarii*, ac ſupple 23. *Martii*.

Pag. 208. *et ſeq. not. e.* ſic adde: Hujus Bullarii tom. 2. pag. 49. & ſeq. adſuta fuit Diſſertatio de duobus Monaſteriis Virginum in Civitate Leonina ſub uno eodemque titulo S. Catharinæ, ſed diverſi Ordinis; cujus opellæ auctor collegam

(a) Haſce literas hoc eod. anno 1218. ſub Auguſti menſem Honorio Pontifici redditas fuiſſe affirmat idem Raynaldus, qui num. 6. & ſeqq. earum tenorem recitat. Ita vero Chriſtiani exercitus Duces in Peluſii obſidione totis certantes viribus Pontificem alloquuntur, eod. Raynaldo referente ſub num. 9. *Supplicamus Sanctitati veſtræ in Domino, & pro Domino flexis genibus orantes quatenus Chriſtiano exercitui magnis periculis expoſito curetis miſericorditer, & celeriter ſubvenire.*

(b) Concilium Lateranenſe IV. indigitat an. 1215. ſub Innocentio III. celebratum, quod in Decreto *expeditionis pro recuperatione Terræ Sanctæ* ſancivit *ut omnes omnino Clerici tam ſubditi quam Prælati vigeſimam partem Eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium conferrent in ſubſidium Terræ Sanctæ*. In Decreti ejuſdem contextu narrant Patres, triginta millia librarum in ſacri belli ſubſidium fuiſſe collata; ac præterea navigium quo Cruceſignati tam Urbis, quam finitimarum partium contra Saracenos uterentur, fuiſſe extructum. Ex quo Pontificis Honorii verba de Apoſtolicæ Cameræ inopia mirum in modum confirmantur & illuſtrantur.

(a) In

eam ſugillat, quod exponens Honorii IV. Bullam anno 1287. excuſam, ubi Eccleſia *S. Michaelis Friſonum de Porticu S. Petri de Urbe* nominatur, vocabulo *Porticus* intellexerit veram porticum quæ ab Hadriani mole ad Vaticanum Templum olim protendebatur. Ea ſiquidem voce Leoninam Civitatem deſignari, Diſſertator judicat. ac profecto ſatis appoſite dictionem interpretatur, ſed immerito me carpit, vocabulum ipſum pro dicta porticu accipientem. Uterque enim ſenſus prælaudato Honoriani Diplomatis loco congruenter aptatur. Nam *porticus* aut *porticæ* nomine Leoninam Civitatem ſive totum Burgi ambitum ſæpe indigitari olim conſueviſſe, ex Diario noſtri Antonii Petri jampridem evicit Franciſcus Maria Turrigius cap. 5. Hiſtoricæ narrationis de Eccleſia Parochiali Sancti Jacobi de Coxacaballi, & fuſiori calamo ipſe Diſſertationis auctor comprobavit; aliaque in eamdem rem luculentiora, ſi neceſſe foret, exhiberi poſſent veterum teſtimonia. Non tamen ſemper eadem hujuſce dictionis notio apud veteres. Callixti Papæ II. Bulla, a Viro Cl. Petro Moretto in Append. III. ad Lucubrationem de Presbyterio monum. 1. evulgata, & *Porticanis hominibus Leoninæ Civitatis habitatoribus inſcripta* paulo poſt initium ſic habet: *In Civitate ſiquidem Leonina, ubi et S. Petri porticus eſt.* Quæ ſane verba apertiſſime innuunt, voculam *porticus* in monumentis etiam XII. Eccleſiæ ſeculi aliud a Leonina Civitate quandoque deſignare, & pro vera porticu ſumi. Alias enim, adfirmandum foret, Pontificis Callixti ſermonem evidenti battologiæ vitio peccare; quaſi ille ineptiſſime diceret, *In Civitate ſiquidem Leonina, ubi et Civitas Leonina eſt.* Juvat autem hic reminiſci quod apud Anaſtaſium Bibliothec. ſect. 341. de Hadriano I. narratur in hunc modum. *Conſiderans plurimi populi ſalutem, ſuper ripam fluminis porticum quæ ducit ad Beatum Petrum Apoſtolum arctam et anguſtam exiſtentem, per quam viam tranſeuntes ad eumdem Beatum Petrum Apoſtolorum Principem perveniebant, pluſquam duodecim millia tufos in littore alvei fluminis in fundamentis ponens, a ſolo uſque ad ſummum tectum miræ magnitudinis porticum reparavit, et uſque ad gradus Beati Petri reſtauravit.* Ex hujuſmodi porticu, quæ, ut a veteris Baſilicæ Vaticanæ quadriporticu ſecerneretur, *major* eſt appellata, & ab Innocentio II. reſecta; Leoninæ Civitati *Porticus* aut *Porticæ* cognomen adhæſit: & quum longa illa porticus ex Anaſtaſio mox deſcripta, a ripa fluminis inciperet, continuoque tractu ad Vaticanum *S.* Petri Templum protenderetur; quæ eamdem porticum circumſtabant ædes, (ideoque ipſa etiam S. Michaelis Eccleſia jacens ad alterum ampli ipſius ædificii latus) *in porticu* ideſt juxta veram porticum collocatæ recte dici poterant. Nam particula *in* caſui ablativo juncta non ſemper intimam in loco ſtationem, ſed multoties proximitatem loci novimus fuiſſe rudioribus ſeculis deſignatam. Complura hujuſce rei exempla vetuſtæ chartæ ſuppeditant: unum vel alterum indigitare non pigeat. Alexander IV. in literis a Floravante Martinello in Roma ex Ethn. ſacra pag. 369. ſeq. relatis meminit *Eccleſiæ S. Mariæ de Campo in puteo*, nimirum juxta puteum; de hac quippe ſacra æde Andreas Fulvius apud eumdem Martinellum ſic ait. *In valle Quirinali fuit etiam puteus D. Probæ, quem Proba fecit ſub proximo Templo S. Agathæ, et juxta S. Mariæ in campo.* In quadriporticu antiquæ Baſilicæ S. Petri extitiſſe Sacellum ſive Eccleſiam S. *Mariæ in turri*, nempe juxta turrim campanariam, planum fit ex ichnographica Templi Vaticani ab Alpharano edita tabula num. 149. & 151. Eccleſiæ S. Salvatoris, *quæ poſita in turrione* deſcribitur a Romano Canonico num. XI. ſui opuſculi de S. Petri Baſilica, tale cognomen ex proximo turrione fuiſſe inditum non dubitat. Itaque verba illa *in porticu S. Petri*, quibus in Honorii IV. diplomate ſitus Eccleſiæ divi Michaelis denotatur, ſic interpretari licet, ut perinde ſint ac *prope porticum S. Petri* prælaudatam ſcilicet veram porticum, a qua non longe diſtabat ipſum divi Michaelis Templum olim *Friſonum* nunc *SS. Michaelis et Magni* nuncupatum. Explanationi huic ſuffragantur Jac. Grimaldus, qui priſcam obſoletamque Eccleſiam, *S. Apollinaris in porticu beati Petri* appellatam, juxta gradus Vaticani Templi extitiſſe opinatus, apud cit. Martinellum pag. 344. ita loquitur: *Eccleſia S. Apollinaris dicebatur in porticu: Nam porticus ducens ad Eccleſiam S. Petri incipiebat ab Eccleſia S. Mariæ Tranſpontinæ, ad præfatam Eccleſiam S. Apollinaris deſinebat.* Turrigius vero ad rem noſtram propius accedit, in opuſculo enim ab ſe elucubrato de prædicta S. Michaelis Eccleſia cap. 10. ſic habet: *E perche quivi erano alcuni portici che guidavano alla Baſilica di S. Pietro, fu detta anco Eccleſia S. Michaelis in porticu.* Demum ſive pro vera porticu, ſive pro Leonina Civitate accipias formulam illam *in porticu S. Petri*, uterque ſenſus facili negotio conciliatur. Quidquid enim prope deſcriptam porticum exiſtens concipitur, idipſum in Leonina Civitate collocari neceſſe eſt. Plura non addo, tum quia in epiſt. ad Ill. & Rev. Joſephum Vareſium data rem hanc prolixius tractavi, tum etiam quia mente non excidit, hic me notationes tantummodo, & non apologias conſcribere.

Pag. 219. Superaddenda Nicolai IV. ad Eduardum Angliæ Regem Conſtitutio edita 17. Sept. 1290. Eam in Appendice referre non licuit, quod ex Archivo Apoſtol. Vaticano, nimirum ubi in Tom. 11. Bullar. Nicolai IV. an. III. ſub num. 436. aſſervatur, ad me ſerius pervenerit. Ea ſic habet:

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. 1290. 17. Sept.
,, Cariſſimo in Chriſto filio E. Rege An-
,, gliæ illuſtri.
,, Regiæ celſitudinis literas quas nobis dilecti
,, filii Joannes de Burne miles, & Guillermus
,, de Lincolnia Juriſperitus tui Nuntii præſenta-
,, runt, affectione paterna recepimus; & tam quæ
,, continebantur in eis, quam quæ prædicti Nuntii
,, ex parte Regia coram nobis proponere volue-
,, runt, benigne audivimus, & intelleximus dili-
,, genter. Sane literarum ipſarum inter cetera te-
,, nor aperuit, quod tu diligenter conſiderans pa-
,, ternæ dilectionis affectum, quem ad tui hono-
,, ris tuique Regni augmentum continue direxiſſe
,, dinoſcimus, comprehendere mente non poteras,
,, tuaque credulitas non habebat quod nonnullæ
,, collationes & executiones earum in dicti Regni
,, partibus auctoritate, prout aſſerebatur, Apo-
,, ſtolica publicatæ de noſtra conſcientia emanaſ-
,, ſent; ferebatur namque in partibus ſupradictis,
,, quod ad dilecti filii noſtri M. Sanctæ Mariæ
,, in Porticu Diaconi Cardinalis inſtantiam, præ-
,, bendam unam in Eboracen. & aliam in Lin-

,, colnien. Eccleſiis Baſilicæ S. Petri & Hoſpitali
,, S. Spiritus in Saxia de Urbe Apoſtolica Sedes
,, diſtincte contulerat (*a*), graviſſimis ſuper hoc
,, executionibus ſubſecutis, & inauditis apud in-
,, colas dicti Regni, ex quibus, ſi fortaſſe ſorti-
,, rentur effectum, divini cultus diminutio ſeque-
,, retur, primitivorum voluntates donantium
,, propulſo pietatis ſtudio mutarentur; Regni
,, memorati pauperibus eleemoſinarum largitio
,, conſueta deficeret, tua heredumve tuorum ma-
,, nifeſta exheredatio proveniret, ac pernitioſum
,, exemplum in poſterum præberetur, dum hujuſ-
,, modi alienationes perpetuæ ſibi ſimiles adau-
,, gerent, per quas brevis temporis elabente
,, curriculo, præfati Regni Eccleſiæ jacturam de-
,, formationis incurrerent, & ſtipendiorum per-
,, ceptione ceſſante, deſtitutæ Miniſtrorum obſe-
,, quio remanerent, earum proventibus alienis
,, commoditatibus aſſignatis, quod judicio Regio
,, gratum Deo minime videbatur, qui ſic am-
,, pliari deſiderat nominis ſui cultum, ut unius
,, altaris ditatio alterius ſpolia non uſurpet.
,, Quapropter magnitudinis Regiæ ſupplex flagi-
,, tabat inſtantia, ut nos præmiſſa circumſpectio-
,, nis paternæ ſtudio æquius diſcernentes, circa
,, ea zelo ducti propitio, congruum & ſalubre
,, adhibere remedium curaremus. Nam, prout in
,, calce ſeu fine prædictarum literarum habeba-
,, tur expreſſum, tepeſcere non valeres quin
,, exheredationem tuam, quæ Coronæ Regiæ ſta-
,, tum tangit, prout tui vinculo Sacramenti per-
,, ſtringitur, pro viribus evitares. Porro, fili ca-
,, riſſime (*b*), mirandum non immerito nobis
,, occurrit, quod ſuper collatione præbendarum
,, ipſarum, quam Apoſtolicæ Sedis præcellens
,, auctoritas zelo pietatis inducta feciſſe conſpici-
,, tur, tam curioſas & ſerioſas literas direxiſti,
,, quaſi collatio eadem per Sedem ipſam fieri for-
,, taſſe nequiret, ſeu facta fuerit in tui derogatio-
,, nem honoris; aut ipſius Regni præjudicium vel
,, jacturam. Quod profecto in collatione hujus
,, pura intentio noſtra non habuit, cum perſonam
,, Regiam ſuique honoris & exaltationis felicia
,, incrementa tuique Regni ſtatum votivum &
,, proſperum ſincere dilexerimus hactenus, & di-
,, ligere non ceſſemus, eo quod in te utpote
,, Catholico Principe Romana Mater Eccleſia in-
,, veniſſe dinoſcitur quod in devoto & fideli re-
,, periri filio conſuevit. Et ſiquidem non negamus
,, nec etiam diffitemur quin ob reverentiam Dei
,, & beati Petri Apoſtolorum Principis ſuper quem
,, univerſalis Eccleſiæ ſtructura conſiſtit, præben-
,, darum ipſarum alteram eidem Baſilicæ, ut ad
,, laudem & gloriam ſummi Regis decentius &
,, honorabilius conſervetur, ac præbendam reli-
,, quam hoſpitali prædicto ad ſuſtentationem in-
,, firmorum & pauperum, quorum illuc, prout
,, intellexiſſe te credimus, innumera confluit
,, multitudo, pietatis affectu ſuadente, duximus
,, concedendas, futuris poſſidendas temporibus ab
,, eiſdem. Nam cum Prælato cuilibet Eccleſiæ
,, ſuæ prædium ſeu præbendam de conſenſu Ca-
,, pituli ejuſdem Eccleſiæ religioſo loco donare
,, ſeu conferre ſit licitum, ac hujuſmodi donatio
,, ſeu collatio teneat & ſolidæ robur obtineat fir-
,, mitatis, multo fortius multoque rationabilius &
,, liberioris titulo poteſtatis earumdem præben-
,, darum collatio perpetuis duratura temporibus
,, tam venerabilibus & religioſis ac piis locis
,, per nos fieri potuit, qui licet immeriti, uni-
,, verſis Orbis Eccleſiis ſupremæ diſpoſitionis ar-
,, bitrio præſidemus. Rogamus igitur Excellen-
,, tiam Regiam & hortamur & requirimus in
,, filio Dei Patris quatenus præmiſſis ſollicita
,, conſideratione penſatis, & attenta meditatione
,, diſcuſſis, tam pia tamque laudabilis & Deo
,, grata præbendarum collatio prædictarum pro
,, divina & ejuſdem Sedis ac noſtra reverentia
,, non moleſta ſeu gravis, ſed placita & accepta
,, ſit potius votis tuis. Spes enim non dubia no-
,, ſtris ſuggerebat affectibus quod tu, tanquam fi-
,, lius benedictionis & gratiæ, Rexque Catholi-
,, cus & devotus, jus, ſi quod in præbendis eiſ-
,, dem tibi forte competeret, nobis pro divina
,, & Apoſtoli reverentia prælibati de munificen-
,, tia Regia promptis offerre animis debuiſſes.
,, Dat. apud Urbemveterem 15. Kal. Octobris
,, anno tertio.

Pag. 225. Addendum eſſet Bonifacii VIII. diploma, cujus quidem autographum extat in Baſilicæ noſtræ tabulario capſ. 1. faſc. 1., ſed ita corroſum, ut in priori tomo hujus Operis illud potius omittere, quam lacunis plurimis refertum lectori exhibere, ſatius duximus, poſtquam in Archivo Apoſtolico minime adſervari intelleximus. Cum autem hujus Bullæ fragmentum noſter Ugonius referat in Diſcurſu præliminari ad librum de Urbis Stationibus, ac partem potiſſimam Raynaldus adſuerit anno Chriſti 1289. *n.* 70. (ubi ad folii marginem innuit, diploma hujuſmodi extare in Archivo Arcis S. Angeli, & lib. Privil. Rom. Eccl. Mſſ. Vatic. tom. 1. pag. 6. inter col. lect. Platin. Mſſ. Vatic. tom. 1. pag. 24. & pag. 233., & apud Panvin. in fin.); ex utroque clar. auctore multa prædicti corroſi originalis loca ſupplevimus, ut fere integra Bonifacii VIII. Bulla de ſtationalium Urbis Eccleſiarum Indulgentiis legi poſſit. Diplomatis ſeriem repetas e ſuperiori Appendice pag 6.

Pag.

(*a*) In primo Bullarii noſtri tomo pag. 211. Nicolai IV. Diploma legitur, quo Summus Pontifex an. 1288. die 15. Aprilis Canonicatum & Præbendam Lincolnienſis Eccleſiæ Matthæo Rubeo Urſino Baſilicæ S. Petri Archipreſbytero teipſa confert. An Canonicatus iſte idem ſit ac ille de quo præſens Conſtitutio loquitur, dubium moveri poteſt. Unum eumdemque Canonicatum fateri non abnuo; quippe conſonat Eccleſia ad quam Canonicatus pertinet; congruit perſona cui Canonicatus confertur; nec diſſentit tempus; quum nihil repugnet, ut a tempore quo literæ Apoſtolicæ Romæ prodierunt, ad epiſtolam Eduardi Regis Romam perlatam quindecim fere menſium ſpatium intercurrat. Neque vero ſcrupulum ingerat quod Nicolai Bulla Canonicatum Lincolnienſem Archipreſbytero Urſino conferat; Eduardi vero literæ de Canonicatu in Baſilicam Vaticanam tranſlato conquerantur. Nihil enim officit, ut Canonicatus Baſilicæ noſtræ a Nicolao attributus, ejuſdem Baſilicæ Archipreſbytero fuerit concreditus; par enim eſt, ut qui Altari inſervit, ex eodem Altari lucrum percipiat. Quo in ſenſu bene verificatur, ut Canonicatus ad Baſilicam, itemque ad Archipreſbyterum pertineat.

(*b*) *Hujus* ad Eduardum Regem epiſtolæ, qua Pontifex Nicolaus IV. objecta diluit, ac Regis animum emollire ſtudet, partem recitat Raynaldus in Annalibus ad hunc ipſum annum 1290 num. 36.

Pag. 234. *col.* 1. *lin.* 7. & 8. pro *miniſtrentur*, legendum puto, *miniſtrantibus*.

Ibidem col. 2. *lin.* 3. *et ſeq.* ſic interpunge: *et S. Nicolai, quam poſt obitum ſuum, ſicut eas dici contigerit pro defunctis; infra Octavas Nativitatis Domini* &c.

Pag. 269. *col.* 1. *lin.* 32. pro *indigerunt*, lege, *indagarunt*.

Pag. 285. *not. a.* pro *pag.* 10., lege, *pag.* 103.

Pag. 290. Primo loco exſcribendæ Apoſtolicæ Literæ Benedicti XII. ſub dat. vi. Id. Aprilis anno I., hoc eſt die 8. Aprilis 1335., quas ex Archivo Apoſtolico Vaticano nuper accepimus, poſt editam Bullarum Appendicem, cui idcirco aſſui non potuere. Hæ literæ a nobis ideo referuntur, quod in magnum Vaticani Capituli cedant decus; per eas quippe Summus Pontifex aperit quantam de integritate ſimul ac authoritate ejuſdem Capituli ſpem conceperit, quum in maximi momenti negocio illius opem ac operam exigat. *Maximi* inquam *momenti*, ſi vera fuiſſent, quæ ad aures Pontificis Avenione degentis quiſpiam inſuſurraverat. Irrita tamen ac inania fuere quæ contra Venturinum Ordinis Prædicatorum Alumnum jactabantur. Fuit is Verbi Dei præco eximius, ac pœnitentiæ ſtrenuus cultor. Multos habuit auditores; multos item virtutis ſectatores, quorum plurimos (quippe decem millium numerum conficiebant) humili, & qui pœnitentiam præſeferret, indutos habitu Romam perduxit. A Clemente VI. multo in pretio habitus, anno 1344. ad excitandos fideles ut Sacrum contra Turcas inirent bellum, delectus eſt. Tandem illius mores probavit exitus, ac obitus confirmavit. De ejus morte, quæ in annum incidit 1346. ita ſcribit Bzovius apud Raynald. ad hunc annum ſub num. 7. *Anno 1346. abiit in Cælum Venturinus Bergomas ex Ordine Prædicatorum clariſſimus ætatis ſuæ Concionator non in Italia modo, ſed et in Hiſpaniis, Galliis, Britannia, Germania, Dalmatia, et aliquibus Græciæ locis, ſæpe ex illius facie, dum verba faceret, e ſuperiori loco maximus cunctis cernentibus ſplendor eluxit... Innumera edidit miracula tum vivus tum defunctus.* Quæ igitur Benedictus XII. in ſubjecta epiſtola contra Venturinum objicit; non ex propria ſententia, ſed ex aliorum relatione profert; nec illum criminoſum certo aſſerit, ſed veluti meticuloſus ac dubitans loquitur. Ipſam Pontificis Epiſtolam integram recitamus:

1335. 8. April.

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. ,, Dilectis filiis Capitulo Baſilicæ Principis ,, Apoſtolorum de Urbe.

,, Quia hoſtis antiquus humanæ ſalutis æmulus mille nocendi modos habens ſuas frequenter hominibus ſub ſpecie boni parat inſidias ut ſubtilius eos decipiat, ſuæque ſubjiciat damnabili ſervituti, eſt profecto a fidelibus, & illis præſertim qui ad reſiſtendum ex adverſo aſcendentibus deputati ſunt in domo Domini, cautius ad repellendas hoſtis ejuſdem miniſtrorumque ſuorum fraudes & malitias vigilandum. Sane multorum fidedigna relatio perduxit hiis diebus præteritis ad noſtri Apoſtolatus auditum, quod Venturinus de * Pergamo Ordinis Fratrum * l. de Bergamo
Prædicatorum magnæ contritionis & pœnitentiæ ſaltem exterius ſignum oſtendens, per prædicationes ſuas, quas, licet nullam ad hoc auctoritatem ut accepimus habeat, facere cœpit, neſcitur quo ductus ſpiritu, in diverſis partibus Lombardiæ, ac diſcurrendo de civitate ad civitatem & loco ad locum continuavit diutius, multitudinem hominum ad ſe traxit, & tam de illis, quam aliis vicinis partibus inceſſanter trahere non deſiſtit; qui ſecta & habitu novis ab eodem Venturino receptis, ſequentes eumdem, ad Urbem dicuntur dirigere greſſus ſuos. Et quamvis recta & juſta opera, quæ ſub veræ pietatis & caritatis officio exercentur, grata ſint nobis merito & accepta; illa tamen quæ per ypocriſim vel illuſionem diabolicam præſumerentur, ſub ſpecie pietatis; maxime quia interdum ex talibus decipi conſueverunt ſimplices, & facultates exhauriri eorum, ac errores, ſchiſmata & hæreſes pullulare, eo nobis infeſta ſunt amplius & exoſa, quo majora exinde pericula & ſcandala ſunt timenda: Venerabili fratri noſtro Joanni Epiſcopo Anagnino noſtro in Urbe prædicta in ſpiritualibus Vicario per literas noſtras mandamus, ut, ſi dictum Venturinum ejuſque Sequaces ad Urbem forſan contigerit declinare, ne ibidem, vel partibus circumvicinis ab eis poſſint attemptari vel perpetrari aliqua, quæ in offenſam Dei, læſionem fidei Catholicæ, aut detrimentum honoris & unitatis Eccleſiæ Catholicæ Sanctæ Dei, ſeu animarum periculum valeant redundare, ſolerter fideliter & prudenter, ut hujuſmodi negocii qualitas exigit, Clero ac Senatoribus & Populo Urbis ejuſdem, ſi neceſſe fuerit, convocatis, partes ſuas interponere ſedulo non omittat. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentius, vobis nihilominus diſtrictius injungendo mandantes, quatenus eidem Epiſcopo ſuper hiis efficaciter aſſiſtendo curetis, prout opportunum extiterit, ne ſiniſtra in Urbe jam dicta occaſione præmiſſorum contingere valeant, adhibere ſtudeatis opem & operam prout in vobis fuerint efficaces (a).

,, Dat. Avinione 6. Idus Aprilis anno primo.

Pag. 350. *lin.* 1. pro *redimi*, lege, *redimiri*.

(a) Hæc non levi oculo prætereunda. Nam Baſilicæ Vaticanæ præſtantiæ, ac Privilegiorum argumentum ſunt locupletiſſimum. Conſule Indicem. V. *Canonici. Vat. Baſilica.*

T O M O II.

P*Ag.* 1. *not. b. lin.* 7. legendum. *exeunte ſeculo V.*

Pag. 7. *not. a.* Anno 1322. Altararii nomen Cuſtodi Altaris Principis Apoſtolorum cœpiſſe tribui docebar (*to.* 1. *pag.* 264. *not. a.*) conceptis hiſce verbis: *Qui nunc Altararius dicitur, in ſuperioribus Bullis Cuſtos Vatic. Baſilicæ nuncupatur.* Nihilominus rem in incerto eſſe ajebam: quippe *in ſuperioribus Bullis* ejuſdem anni ſemel & iterum Altararium deprehenderam. Nunc vero aſſequutus mihi eſſe videor nominis iſtius originem. Nam video *Nicolaum Johannis Canonicum et Altararium* nuncupari a Bonifacio VIII anno 1300. (*To.* 1. *pag.* 226.) ſimiliterque Altararium ab eodem vocari *Johannem de Tuderto* (*To.* 1. *pag.* 232.) quem Succeſſor Clemens V. Cuſtodem appellat. (*Ibid. pag.* 251.) Itaque a Bonifacio VIII. ni fallor, id nomen ſuam ducit originem, Cuſtodis altero haud dum obſoleto. Ab anno autem 1322. non niſi Altararii nomen occurrit.

Pag. 25. *not. a.* Ex duobus Necrologiis Archivi Baſilicæ ſignatis *lit.* H. *numm.* 56. & 57. pauca hæc ad rem excerpta mihi ſuppeditat humaniſſime eruditus Vir Philippus Dionyſius: *Fiat ſollempnis Miſſa de Sp. Sancto pro Sereniſs. Principe Domino Karolo Illuſtriſs. Rege Francorum, et pro filio ſuo primogenito Karolo, et pro Sereniſs. Domina Johanna uxore ejus, pro eo quod miſit huic Sacroſanctæ Baſilicæ ducentos florenos; de quibus centum fuerunt miſſi in Fabrica de mandato Domini noſtri Papæ, et centum in helemoſina ſub anno Domini MCCCLXVIIII. menſe Martii die 22. VII. Ind.*

Pag. 47. *not. c.* Petendum ajebam ex Ord. Hieronymiani hiſtoria, quomodo S. Hieronymi Monachorum juris factum eſſet Monaſterium SS. Bonifacii & Alexii. Hoc autem anno 1752. Hiſtorica Monumenta ejuſdem Monaſterii prodierunt in lucem, opera & ſtudio Reverendiſs. Abbatis Hieronymiani Ferdinandi Nerinii: unde non parum lucis huc accedit. Nam conſtat liquido (*cap.* XIX. *pag.* 282. *ſeqq.*) quatuor omnino Cardd. Commendatarios Monaſterio præfuiſſe: Chriſtophorum Maronem: Antonium Cajetanum: Petrum Stephaneſcum de Hannibaldis: ac Stephanum Carillum: qui ab anno 1390. ad 1426. ſibi invicem ſuccedentes a poſſeſſione Capitulum excludunt: quod patet ex Documentis (*pag.* 546. *ſeqq.*) A prædicto autem anno 1426. quum Martinus V. Monachis Hieronymianis illud conceſſit, cedente Carillo Commendatariorum extremo, pacifice ſemper poſſeſſum eſſe Monaſterium ab iiſdem Monachis docet Catalogus Abbatum inde ad Monumentorum Cl. Editorem perveniens. Quamobrem duo certo diſcimus: primo Capitulum S. Petri Monaſterii poſſeſſionem nunquam iniiſſe; deinde Martini V. beneficio Hieronymianos Commendatariis ſucceſſiſſe.

Pag. 85. ubi emortualis Eugenii IV. annus figitur, pro an. 1446., lege 1447.

Pag. 87. in margine pro an. 1433. ſupponas annum 1434.

Pag. 89. column. 2. in notis lin. 9. pro an. 1433. lege 1431.

Pag. 91. not. b. lin. 1. figendus annus 1436. eraſo anno 1416.

Pag. ead. not. d. Quæ ibi leguntur ita meliori forte conſilio explicari poſſunt. Dimidias illas portiones redituum qui primo anno percipiuntur, una cum aliis emolumentis Nicolaus III. addixit immobilium bonorum emtioni ad Canonicorum & Beneficiatorum numerum augendum, ut liquet ex Tom. 1. Bullarii noſtri pag. 181. Fieri autem potuit, ut eo, quem ſanciverat Pontifex numero expleto, dimidiæ illæ portiones in Sacrarii commodum ceſſerint. Quod ſi revera contigit, mediæ annatæ a Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Sacrario ſolvendæ, inſtaurator potius quam inſtitutor dicendus foret Clemens VII in Bulla quæ tom. 2. hujus operis pag. 377. legitur. At fortaſſis Eugenius IV. cum ſtatuit *ut pro reparatione Sacriſtiæ dictæ Eccleſiæ, ſeu rerum et jocalium ipſius ſolvatur illa portio, quæ in ſtatutis et ordinationibus dictæ Eccleſiæ continetur,* idipſum ſpectavit quod Cardinalis Franciſcus Thebaldeſci, ad componenda controverſiarum capita quæ inter Canonicos & Beneficiatos exarſerant, ab iiſdem arbiter electus pridem decreverat his verbis: *Denarii introituum Canonicorum Beneficiatorum et Clericorum pro reparatione ornamentorum et jocalium, necnon oblationes quæ fiunt in oſtenſione aliarum Reliquiarum, ſicut fieri eſt conſuetum, Sacriſtiæ applicentur.* Proſtant hæc in authentico Ordinationum ſeu concordiæ ab eodem Cardinali de Thebaldeſcis confectæ Inſtrumento, quod in Archivo Baſilicæ noſtræ ſervatur capſ. 3. faſc. 6.

Pag. 96. in qua Eugenius IV. literas Alexandri IV. de ritu in Proceſſione S. Marci ſervando inſerit & confirmat, addenda ſunt duo S. Congregationis Rituum Decreta, alterum an. 1603. per modum proviſionis, ut ajunt, editum, alterum abſolutum, ac deciſivum an. 1606. promulgatum, e quibus compertum eſt, qua honoris ſignificatione a Clero Baſilicæ Vaticanæ ſit excipiendum utrumque Capitulum S. Mariæ Tranſtyberim, ac S. Laurentii in Damaſo, quo tempore Templum Vaticanum occaſione Proceſſionis quæ die feſto S. Marci peragitur, ingrediuntur. Utriuſque Decreti integram ſeriem exſcribimus, quæ ſic habet:

Decreta in Cauſa aſſurgendi inter Canonicos S. Petri, & Canonicos S. Laurentii in Damaſo, & Canonicos S. Mariæ Tranſtyberim 1603.

In Cauſa verten. inter Capitulum S. Petri, & Capitulum S. Mariæ Tranſtyberim, & S. Laurentii in Damaſo de & ſuper receptione duorum Capitulorum proxime dictorum accedentium una cum toto Urbis Clero ad Eccleſiam S. Petri.

SAcra Rituum Congregatio omnibus hinc inde ,, deductis mature perpenſis, ac relatione ,, etiam de omnibus facta SS. D. N., deque ,, ejus approbatione, & voluntate cenſuit, pro- ,, xime dicta duo Capitula, illorumque Canoni- ,, cos Eccleſiam S. Petri ingredientes Capitulum ,, S. Petri, illiuſque Canonicos detecto capite ,, decenter ſalutare debere, ac viciſſim Capitu- ,, lum, & Canonicos S. Petri prædicta duo Ca-

,, pitula

Digitized by Google

,, pitula S. Mariæ, & S. Laurentii, illiuſque
,, Canonicos dum progrediuntur ſimiliter detecto
,, capite, & aliquantulum ab eorum ſedibus aſ-
,, ſurgendo ſalutare & humaniter recipere debe-
,, re, & hoc pro bono pacis, & ad evitanda
,, ſcandala per modum proviſionis, ac ſine præ-
,, judicio Jurium ambarum partium, quibus trium
,, menſium terminus ſtatuitur ad allegandum,
,, deducendum, & probandum jura ſua, ut con-
,, troverſia omnino diffiniri poſſit Juſtitia mediante.
,, Datum in Palatio Apoſtolico in Monte
,, Quirinali die Sabbati 19. Aprilis 1603.

In Cauſa vertente inter Capitulum S. Petri ex una, & Capitula S. Mariæ Tranſtyberim, & S. Laurentii in Damaſo ex altera partibus de & ſuper receptione dictorum duorum Capitulorum in Proceſſione ſolita celebrari in die feſto S. Marci Evangeliſtæ Capitulariter accedentium una cum toto Urbis Clero ad Eccleſiam Sancti Petri.

SAcra Rituum Congregatio die 15. Aprilis 1606.
,, audita relatione Illuſtriſs. & Reverendiſs.
,, D. Cardinalis Farneſii, cui hæc cauſa ab ea-
,, dem Congregatione commiſſa fuerat, omnibuſ-
,, que rationibus hinc inde deductis mature per-
,, penſis, & conſideratis de voto omnium, & ſin-
,, gulorum Illuſtriſs., & Reverendiſs. DD. Car-
,, dinalium in Congregatione præſentium, nemine
,, eorum prorſus diſcrepante, Decretum per mo-
,, dum proviſionis alias in eadem cauſa ab eadem
,, Congregatione factum ſub die 19. Aprilis 1603.
,, tanquam Decretum hujus Cauſæ deciſivum
,, in perpetuum ſervandum eſſe cenſuit, & decla-
,, ravit. Videlicet quod proxime dicta duo Capi-
,, tula S. Mariæ in Tranſtyberim, & S. Lauren-
,, tii in Damaſo, illorumque Canonici Eccleſiam
,, S. Petri ingredientes, Capitulum S. Petri &
,, Canonicos illius detecto capite decenter ſalutare
,, debeant, & viciſſim Capitulum, & Canonici
,, S. Petri prædicta duo Capitula S. Mariæ, &
,, S. Laurentii, illorumque Canonicos, dum pro-
,, grediuntur ſimiliter detecto capite, & aliquan-
,, tulum ab eorum ſedibus aſſurgendo reſalutare,
,, & humaniter, atque honorifice, prout Eccleſia-
,, ſticos decet viros, recipere debeant. Hoc etiam
,, addit quod dicti Canonici S. Mariæ Tranſtybe-
,, rim, & S. Laurentii tranſactis Canonicis S. Pe-
,, tri debeant etiam detecto capite ſalutare Bene-
,, ficiatos, & Clericos ejuſdem Baſilicæ S. Petri,
,, & ipſi Beneficiati, & Clerici teneantur omnino
,, aſſurgere, & ſtantes detecto capite reſalutare
,, ipſos Canonicos S. Mariæ, & S. Laurentii &
,, de hujus Congregationis Sacrorum Rituum
,, ſententia, & opinione facta relatione SS. D. N. D.
,, Paulo Papa V. in Conſiſtorio. per Nos infra-
,, ſcriptum Cardinalem Comenſem hac die infra-
,, ſcripta, Sanctitas Sua ſententiam Congregationis
,, approbavit, laudavit, & omnino, & ad unguem
,, exequi mandavit, non obſtantibus quibuſcumque
,, ſub pœnis, & cenſuris arbitrio Sacræ Congre-
,, gationis imponendis. In quorum fidem præſen-
,, tes per infraſcriptum ejuſdem Congregationis
,, Secretarium fieri fecimus, & manu noſtra pro-
,, pria ſubſcripſimus, noſtrique ſoliti Sigilli im-
,, preſſione muniri juſſimus.
,, Datum Romæ in Ædibus noſtris noſtræ
,, ſolitæ habitationis die 17. Aprilis 1606.

P. Epiſc. Oſtien. Card. Comen.

Jo. Paulus Marcantonius Sec.

Pag. 109. præmittenda eſt Bulla Eugenii IV. ſub dat. VII. Id. Octobris 1443. eam tamen retulimus in Appendice ad pag. 16

Pag. ead. not. a. Ad inſtauratum a Ricardo Oliverio Archipresbyterale domicilium ſpectant ſex illi verſus, qui marmore inſculpti olim in veteris Baſilicæ Atrio legebantur, atque a Turrigio in lib. de Crypt. Vatican. pag. 116. reſeruntur.

Pag. 110 *not. a.* poſt verba illa *de quo multa Ciacontus*, expungenda ſunt quæ ſequuntur. Etenim Franciſcum Condulmerium Eugenii IV. Nepotem Camerarii & Vicecancellarii dignitatibus exornatum, hac ſibi adſervata, illam ex Pontificis permiſſione Ludovico Mediarotæ ſeu Scarampo Cardinali ceſſiſſe tradit Cohellius in notit. Cardinalat. cap. 53. ubi multorum S. R. E. Camerariorum exhibet Seriem. Accedunt literæ Nicolai V. relatæ pag. 109. & 110. tomi 2. hujus noſtræ Collectionis, quæ eumdem Ludovicum Scarampum Summi Pontificis Camerarium nominant. Eodem pertinet Eugenii IV. Diploma datum Florentiæ an. 1441. inſcriptum Ludovico tit. S. Laurentii in Damaſo Presbytero Cardinali Patriarchæ Aquilejenſi *Camerario Noſtro*. Hoc diploma exhibet Ciaconius tom. a. column. 209. Quocirca epigraphe quæ ab eod. Ciacon. reſertur tom. 2. column. 921. Sepulchro Scarampi appoſita, tanquam mendoſa rejicienda eſt, cui idcirco idem Ciaconius tom. citat. column. 1118. aliam genuinam e Sacrario Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo exſcriptam ſuppo-nit, in qua Cardinalis Ludovicus Scarampus S. R. E. Camerarius, non etiam Cancellarius nominatur.

Pag. 150. *not. e.* verba illa *nondum prælo ſubjectum* intelligenda ſunt de operis editione ſeorſim facta; illud quippe inter acta Sanctorum legimus editum a Corrado Ianningo part. 2 tom. 6. Junii Bollandiani.

Pag. 126. *col.* 1. *lin.* 52. pro *Matthæus de Vegils*, lege *Maphæus de Vegiis*.

Pag. 164. *not. a.* Quod minime factum *pag.* 89. ad Eugenii IV. literas ægre tuli; quum primum oblata mihi fuit occaſio Diplomatis Pii II. dati die 7. Febr. an. 1460. & ad ſequentem annum pertinentis, animadverti: Pium nempe & Succeſſores aliquot inire annos Florentino more, a die 25. Martii, ſeu tribus menſibus poſt initium annorum a Nativitate: quod fieri deinceps monui a Paulo II. Sixto IV. & Innocentio VIII. (*pagg.* 191. 212. 239.) in cujuſvis generis Diplomatibus noſtræ Collectionis. Eadem vero dicenda erant ad literas Pontificias quem ſcilicet morem Nicolaus V. Callixtus III. cæterique nuper laudati imitantur. Certe qui Innocentium VIII. ſequuti ſunt, inconſtanter id genus annorum uſurpant, & Clemens VII. aperte annis Nativitatis quandoque utitur (*pagg.* 391. 395. 407.) præter aliud commune ſubſcribendi genus *ſub Annulo Piſcatoris*, quo uſi dicuntur Pontifices ante annos 400. tametſi noſtra in Collectione primum exemplum occurrat ex literis Apoſtolicis ejuſdem Clementis VII. an. 1526. Illud ſane in aliquam me admirationem conjicit, quod teſtimonium rei locupletiſſimum neque eruditi illi viri, qui adducuntur in notis (Append. *pag.* 13. *not. a.*) neque ipſe Adnotator ſint aſſequuti, & Middelburgii doctrinam rejiciendam putent. Novi equidem, quod Mabillonius rei diplomaticæ peritiſſimus (de re Diplom.

Diplom. *cap.* 25. *n.* 7.)deprehendit, S. Leonem IX. Victorem II. Stephanum IX. Nicolaum II. Alexandrum II. S. Gregorium VII. & Victorem III. ſeculi XI. Pontifices Incarnationis annis uſos eſſe, *non tamen ſemper*: & ſequenti ſeculo exempla plura in noſtra hac Collectione ipſis ſubjeci oculis. Quin etiam exemplum legi in Bullar. Caſſin. (*tom.* 2. *conſt.* 6.) longe antiquius allatis per Mabillonium. Alia item ſuppeditari vidi a PP. Maurinis in Additt. ad Gloſſar. V. *Annus*. At ipſa hæc literarum tam multa exempla ſunt in cauſa, cur magis mirer, quod Viri illi doctiſſimi, illorumque pediſequi haud perceperint diſcrimen illud maximum inter vetera exempla, & recentiora Eugenii IV. ac Succeſſorum intercedens. Ante Eugenium ſiquidem non Pontifices ea ratione numerandi annos utebantur; ſed Cancellaria Apoſtolica, quandocumque ita cœperit. Nec profecto magni negocii erat id percipere: ubivis enim legere eſt: *Incarnationis Dom. anno* &c. *Pontificatus vero D. Innocentii II. Eugenii III. Adriani IV. Alexandri III. Urbani III. Clementis III. Cæleſtini III. Innocentii III. Honorii III. Gregorii IX. Joannis XXI. Nicolai III.* ac demum *Innocentii VI. primo, tertio* &c. quorum ſane Pontificum literæ plures inſpiciuntur in Collectionis noſtræ tomo primo. Contra vero Eugenii IV. ac Succeſſorum literis ſubjectum videre eſt: *Incarnationis* &c. *Pontificatus noſtri anno* &c. Quod poſtea ſemper viguit, vigetque noſtro ævo in Cancellaria Apoſtolica pro iis literis, quæ ibi expediuntur. Itaque inanem ludit operam qui Cancellariæ ſtylum antiquum cum nova Eugenii IV. aut Blondi Foroliviensis conſilio uteretur, ut tradunt; aut alia quæcumque cauſa illum moverit. Nec falſitatis arguendæ antiquæ literæ Cancellariæ ſtylum præſeferentes; ſed quæ Pontificiam hujuſmodi ſubſcriptionem prævertunt: cujus generis ſunt ſingulares illæ, quas refert ex Archivo Sublacenſi Bullar. Caſſin. *to.* 2. *conſt.* 35. datas videlicet ab Innocentio IV. *Aſiſii Incarnat. Dominicæ anno* 1252. *decimo Calendas Julii Pontificatus noſtri anno decimo*.

Pag. ead. Novam numerandi annos rationem indicaſſe contentus neglexi cætera. Quare haud mireris, lector, ſi Collegæ adverſari tibi videor. Nam nonniſi eo docente, mentiri annum in margine ipſe didici. Cœpi enim civilem annum apponere Apoſtolicis literis *pag.* 377. in Clem. VII. Quas autem recenſueram Pii & Pauli II. atque Innocentii VIII. Januario, Febr. & Martio menſe conſcriptas locavi quidem juxta ordinem iis debitum, extremo loco numerans eos menſes; at Collegam minime imitatus ſum, quæ res mihi vitio verteretur, & quidem jure in uno eodemque opere.

Pag. 199. *not. a lin.* 5. legendum 1503.

Pag. 202. *In marg.* legendum 1477.

Pag. 205. *In marg.* legendum 1479.

Pag. 208. Rem falſam in primo e Scholiis notatam emendavi *pag.* 268. *not. a*.

Pag. 283. *not. b* hæc adde: Hiſtoriam Capitis Sancti Andreæ Apoſtoli ex Patris Achajæ Urbe Romam delati, ac celebri pompa in Vaticano Templo a Pio II. collocati, habemus in libro 8. Commentariorum rerum memorabilium, quæ hujus Pontificis ætate contigerunt: quod opus prodiit ſub nomine Joannis Gobelini, qui eidem Pontifici ab epiſtolis fuit.

Pag. 285. caſtiganda eſt not. b. in qua Baptiſtam Zeno Epiſcopum Tuſculanum, & Baptiſtam SS. Joannis & Pauli Presbyterum Cardinalem unum idemque cenſuimus. Occurrit namque apud Ciaconium tom. 3. column. 85. Joannes Baptiſta, alias Baptiſta Urſinus Baſilicæ noſtræ pridem Canonicus, mox ad Sacram Purpuram a Sixto IV. evectus, primum S. Mariæ Novæ, ac S. Mariæ in Dominica Diaconiis inſignitus, deinde Presbyter SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii renunciatus. Hic enim eſt ille SS. Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis Baptiſta nomine, quem Alexander VI. in Bulla an. 1498. edita commemorat; Conſtat enim eumdem Baptiſtam Urſinum nonniſi an. 1503. fortaſſis ex propinato veneno fatis conceſſiſſe in Arce Sancti Angeli, in quam juſſu ipſius Alexandri VI. conjectus fuerat. Huic Cardinali vita functo multis nominibus ſatis illuſtri, in noſtra Vaticana Baſilica, eodem mandante Pontifice fuit parentatum celebri pompa, ac præſente Sacro Cardinalium Collegio.

Pag. 291. *in notis column.* 1. *lin. ult.* pro *Longini* lege *S. Andreæ*.

Ibidem in not. col. 2. *lin. ult.* pro 1607. lege 1507.

Pag. 339. *not. b* in qua memorantur Privilegia Summor. Pontificum Gregorii IX. & Innoc. VI. pro domibus & Eccleſiis in ſolo Vaticanæ Baſilicæ ædificandis, addendum aliud Diploma S. Leonis IX. quod proſtat in Bullarii noſtri tom. 1. pag. 34.

Pag. 340. *col.* 2. *lin.* 26. *et* 27. pro anno *octavo* lege anno *quarto*.

Pag. ead. not. b pro *xvi.* Kal. Majas, lege *xiv.* Kal. Majas.

Pag. 344. *not. d* pro *Urbem Cæleſtem Jeruſalem*, lege, *Civitatem Sanctam Jeruſalem*. De annatis vero ad Sacrarii commodum confer quæ adjecimus tom. 2. pag. 91. not. d.

Ead. pagin. dele verba in *Turri*, *in Turribus* & ſupple *in Turrione*, ſive &c.

Pag. 430. *not. b et c* notandum quod Davenſatus in Hiſtoria Eccleſiæ S. Praxedis Cardinalium, qui hoc titulo inſigniti fuere, ſeriem deſcribens, inter eos, qui ab anno 1503. ad 1550. titulum iſtum obtinuere, Gaſparem Cardinalem Contarenum neutiquam recenſet, ſed an. 1518. figit Franciſcum Cardinalem Cornelium, moxque anno 1519. ſupponit Hippolytum Medicem.

Pag. 449. *not. c* hæc addi poterunt. Id ſane Paulo V. Eccleſiam adminiſtrante contigit, prout liber MS. cui titulus, *Cataſto delle Caſe del Reverendiſs. Capitolo* non obſcure innuit pag. 68. ejus quippe verba a Raphaele Sindonio accurato Scriptore in hiſtorica deſcriptione Altarium & Reliquiarum Baſilicæ Vaticanæ cap. 3. relata, ſic habent: *An.* 1607. *menſe Octobris juſſu SS. D. N. Pauli Papæ V. inter alias domos exiſtentes, juxta quadriporticum veteris Baſilicæ, demolita fuerunt Gymnaſium Capellæ Juliæ et Oratorium Archiconfraternitatis SS. Corporis Chriſti in Baſilica* &c.

Pag. 450. *not. a* ſic explicanda: *Gymnaſii* nomen non ad ipſam Capellam Juliam, ſed ad domum quam pueri in Muſica & Grammatica a Præceptoribus erudiendi inhabitabant, ſignificandam transferri rectius videtur. Hoc in ſenſu verba illa Paulinæ Sanctionis, *ſub invocatione Gymnaſii Capellæ Juliæ* ipſam reipſa indicant domum, quamvis ſub hoc nomine tanquam præcipuo, Capellæ univerſæ reditus ac bona ſint excipienda.

TOMO

TOMO III.

P*Ag.* 36. *not. lin.* 4. legendum (*Raynald. eod. anno num.* 21.)

Pag. 37. *not. a*. In Pauli IV. recenſendis literis me deceptum, jure emendat Collega oculatior; infra *pag.* 108. *not. b*.

Pag. 74. *not. b lin.* 21. *col.* 2. Quum Paulus II. Canonicos Lateranenſes in Baſilicam S. Laurentii ad SS. Sanctorum immiſit anno 1464. jus illud vetus inſtauraſſe videtur, quo iidem ab annis circiter 40. utebantur. Etenim Prior & quinque Canonici Laurentiani veteres conjuncti fuerant a Martino V. cum Lateranenſibus: ut ex Raſponi hiſtoria diſcimus (Bullar. *to.* 1. *pag.* 204. *not. a*) Quare dixiſſem fortaſſe melius, Canonicos inde in Lateranenſem Baſilicam poſtliminio redeuntes, jus antiquum nova plurium annorum poſſeſſione confirmatum ſecum attuliſſe.

Pag. 80. *not. a*. S. Pii V. ævo, quum Romani Pontifices jampridem incolebant Vaticanas Ædes, Cathedralem haberi Baſilicam Vaticanam nihil mirum. At longe ante id temporis, nempe ante annos 365. Innocentius III. Cathedralem perinde ac Lateranenſem eſſe illam apertiſſime dixerat (Regeſt. *lib.* VII. *num.* L. *ap. Archiv. Apoſtol. Vatican.*) Etenim reſcribens ad Archipresbyterum & Clericos Plebis Aretinæ ſuper duabus controverſiis: de certo feſtorum ritu; & de Rogationibus; ad primum ait: *Quum et nos in ſimilibus id ſervemus: feſtum Apoſtolorum Principis apud ejus Baſilicam, et feſtum B. Johannis apud Lateranenſem Eccleſiam celebrantes; licet utraque ſit Eccleſia Cathedralis*. Ad alterum vero: *Ceterum quum letaniæ primo et tertio die ante feſtum Aſcenſionis Dominicæ apud Eccleſiam veſtram; ſecundo vero apud Eccleſiam S. Petri* (Cathedralis *S. Pietro maggiore* nuncupata) *conſueverint terminari: Nos volentes Eccleſiæ Cathedrali deferre, ordinem decernimus immutandum: ut videlicet primo die apud Eccleſiam S. Petri, ſequentibus vero apud Eccleſiam veſtram Litaniæ proceſſio fiat. Sicut et apud nos primo die hujuſmodi celebratur proceſſio apud Eccleſiam primitivam; deceatque ut Aretina Eccleſia Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem imitetur, et ejus ſequatur exempla*. Hanc Epiſtolam vulgarunt integram Philippus Cappellus, & Marius Creſcimbenius (*Eccl. Colleg. S. Anaſtaſiæ cap.* 7.) & nuperrime ejus partem V. Cl. Vezoſius ex Autographo Archivi Apoſt. Vat. (Ven. Card. Thomaſii Oper. *to.* IV. *pag.* 110.) Quare & mihi libuit ex eodem Autographo huc afferre quæ ad rem pertinent.

Inde autem patet, tum Cathedralem appellari Vaticanam, tum juxta exempla omnia noſtræ Collectionis præſtantiæ ejus rationem haberi: quippe quam non *Cathedralitatis* novum nomen honoratiorem reddit, ſed Sacri Cineres Apoſtolorum Principis præ aliis inſignem, maximeque verendam efficiunt. Quid aliud ſcilicet ſibi vult inverſio illa feſtorum dierum, quam præcipue notari velim? Dies enim feſtus S. Joannis, quum præcedat S. Petri feſtivitatem, non numeraretur ſecundo loco, niſi præſtantiæ Baſilicæ haberetur ratio. Præterea liquet ex eadem hac epiſtola (quod nequicquam quæritur in antiquis Ritualibus) tum de tribus Rogationum diebus ante Aſcenſionem; tum de Supplicationum ordine per Innocentii ævum. Rogationes, ſeu litania minor, quæ teſte Beletho qui floruit ſeculo XII. *non celebratur niſi in Eccleſia Ciſalpina* (*De Div. Off. c.* 122.) nempe in Galliis; eodem ſeculo haud exacto aut ſaltem ineunte XIII. Innocentii III. teſtimonio Romæ etiam celebrabatur; quandocumque pro univerſa Eccleſia probata fuerit. Namque ap. Anaſtaſium *ſect.* 386. Leo III. inſtitutor fuiſſe dicitur. Uberrime de hac re laudatus Vezoſius cit. loco. Cui me ajebam ſupra (*to.* 3. *pag.* 361.) non penitus adhærere; qua Stationem feriæ IV. Rogationum ad Sanctum Petrum videtur aſſerere. Supplicationum vero ordo ipſiſſimus ille erat, qui occurrit in Antiphonario Gregoriano Ven. Card. Thomaſii (*to.* 5. *pag.* 3. *ſeqq.*) Primo ſiquidem die *Collecta ad S. Mariam Majorem*; Miſſa *ad S. Johannem ad Lateranis*. Secundo die *Collecta ad S. Sabinam*, Miſſa *ad S. Paulum*. Tertio die *Collecta ad S. Euſebium* (Anaſtaſ. prædicto loco habet *Eccleſiam Hieruſalem*) Miſſa *ad S. Laurentium foris murum*. Quibus apprime reſpondet exemplum Eccleſiæ Romanæ de proceſſione terminanda primo die ad Cathedralem Aretinam; quemadmodum Romæ ad *Eccleſiam Primitivam*. Quæ quidem poſtrema verba non leviter prætereunda. Ubi enim mentio fuit Inſignis utriuſque Baſilicæ, & Vaticanam, & Lateranenſem *Cathedrales Eccleſias* nuncupavit. Mox Lateranenſem conferens cum Eccleſiis S. Pauli, & S. Laurentii extramœniamis, non Cathedralem, ſed Primitivam appellat Lateranenſem. Qui enim Cathedralem unam vocet, ſi duas Romæ eſſe nuper dixerat? Ab antiquitate prærogativam ejus repetit: nam a Conſtantino fundatam eſſe omnium primam conſtans traditio eſt. Primitivam vero cur nominet, non *Matricem*, ut ego interpretabar (*to.* 3. *pag.* 74. *not. a*) eam puto cauſam fuiſſe, quod paucis ante annis definiverat: *Nos enim per Matricem Eccleſiam Cathedralem intelligere volumus*. (Baluz. Regeſt. *lib.* 1. *epiſt.* 222.) Tam longe erat, ut prudentiſſimus, & juxta doctiſſimus Pontifex Lateranenſis Eccleſiæ dignitatem aſſerens, detrimenti aliquid Baſilicæ Principis Apoſtolorum inferret: de qua ſi ſeorſim, ut de Lateranenſi, debuiſſet loqui, Cathedralis honorem perinde ſiluiſſet: tametſi conjunctim affirmavit utramque Cathedralem eſſe. De his hactenus.

Pag. 82. *lin.* 31. *col.* 1. legendum *obtentus præſumi, aut*.

Pag. 103. *in not. col.* 2. *lin.* 5. hæc adde: Silentio tamen præteriri neutiquam debet gemina diſputatio contra errores in Veneta Republica excitatos, & contra ejuſdem Reipublicæ Pſeudotheologos a noſtro Benzonio elucubrata, & Recaneti an. 1606. & 1607. in lucem edita.

Ibid. in not. col. 2. *lin.* 19. hæc adjice: Ejus ingenii ac eruditionis luculentum ſatis monumentum, hoc eſt tractatum de Eccleſiaſtica Hierarchia exhibet Pontificia Roccaberti Bibliotheca to. 4. pag. 629.

Pag. 138. *col.* 1. *lin.* 5. verba illa, *Ac ſub Ara D. Mauritio Sacra recondidit* ſic immutanda, ac

ſub

ſub Ara, quæ e regione Altaris D. Mauritio Sacri ab Alpharano num. 24. deſcribitur, condidit.

Pag. 139. *not. a*. hæc juvat addere: Clericus Beneficiatus idemque Capellanus ad Altare mortuorum, a Petro Beneventano Baſilicæ Vaticanæ Canonico inſtitutus, inter Clericos Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ debet quidem viceſimus quartus enumerari. Nam viginti Clericos Beneficiatos a Pontifice Bonifacio VIII. fundatos, Franciſcus de Tebaldeſcis anno Domini 1378. e vivis ſublatus, ternario adauxit numero. Deinde prælaudatus Petrus de Benevento unum Clericum Beneficiatum, eumdemque Capellanum die 19. Auguſti an. 1430. inſtituit: at duorum erectio Capellanorum, qui Vaticano Clero inter Clericos Beneficiatos jugiter inſervirent, anno Chriſti 1483. a Sixto IV. facta eſt, quemadmodum liquet ex ejus Conſtitutione to. 2. Bullarii noſtri fol. 221. prolata; in qua tamen me haud ſatis intelligere fateor, cur idem Sixtus vigintiquinque Clericos enumeret, præter alios duos Clericos ab ſe fundatos. Num inter illos vigintiquinque Clericos Beneficiatos computari debet neſcio quis Capellanus alius, ad inſtar eorum, qui mox recenſiti ſunt, Chori miniſterio item addictus? Num in prælaudata Sixti IV. Sanctione mendum cubat, adeo ut pro *vigintiquinque* legendum ſit *vigintiquatuor* ut eſt in Julii II. Bulla tom. 2. citat. Bullar. pag. 341.? in hoc quippe diplomate ſic habetur: *Clericis, qui ſunt vigintiquatuor, additur una alia portio, adeo quod vigintiquinque pro Clericis ..... ſiant ....portiones, exceptis portionibus et diſtributionibus, quæ debentur ..... Clericis Sixtinis nuncupatis*. Num denique Sixtus Pontifex portionem iſtam, fortaſſis jam ante annum 1483. quo Sixtinum Diploma procuſum eſt, uſitatam, vigintiquatuor Clericis Beneficiatis adnumeravit? Nodum explicet felicior alter. Ut ut ſe res habeat, illud exploratum eſt, in Vaticana S. Petri Baſilica hodie dum ſex ſupra viginti Clericos Beneficiatos exiſtere, eorum vero portiones eſſe vigintiſeptem; quarum poſtrema *Mortua* nuncupata eiſdem Clericis æque diſtribuitur. Illud quoque ratum videtur, Capellanum Altaris *Mortuorum* appellati, ante Gregorii XIII., imo ante Sixti IV. ætatem Clericis Beneficiatis fuiſſe accenſitum, ut non ſolum ex iis, quæ paulo ante dicebamus, verum etiam ex ejuſdem Sixti IV. & Alexandri VI. Diplomatibus tom. 2. Bullarii noſtri pag. 216. & 272. plane deducitur.

Pag. 151. *col.* 2. in eum Pontificii Diplomatis locum, ubi Sixtus V. de jure jurando in Pallii traditione præſtando loquitur, hæc adnotanda ſunt. Poloniæ Rex, & Regni hujus Proceres olim mirabantur, Apocryſarios, nempe Sedis Apoſtolicæ Nuntios, Polono Antiſtiti Pallium tradentes, juramentum ab eodem exegiſſe. At Paſchalis II. Romanus Pontifex admirationem illam excuſſit, gravi ad Poloniæ Archiepiſcopum data epiſtola, quam Cardinalis Nicolaus Roſſelius de Aragonia in ejuſdem Paſchalis II. vita recitat apud Clariſſimum Muratorium to. 3. rer. Italicar. pag. 366.

Que *paginæ* 273. ſubjicitur *notula b*. ſic illuſtranda. Cur vero Alexander VII. aureos mille occaſione Canonizationis, & aureos quingentos in Sacro Beatificationis ritu erogandos decreverit luculenter explicat Proſper Lambertinus olim S. R. E. Cardinalis, nunc vero eximius Eccleſiæ univerſæ Pontifex, in Aureo Opere quod de Servorum Dei Beatificatione, ac Beatorum Canonizatione inſcripſit, hiſce verbis quæ ex lib. 1. cap. 46. §. 1. hic recitamus: *Quia vero*, inquit, *magna erat Poſtulatorum moleſtia in comparandis Supellectilibus ad normam Decreti Alexandri VII.*, *eodem annuente Pontifice prædicto facilior modus eſt ſubrogatus, ſolvendi videlicet aureos quingentos in Beatificatione, et aureos mille in Canonizatione Canonicis Baſilicæ Ædituis, qui eos fideliter erogant in comparandam ipſam Supellectilem neceſſariam, nec non Capitulo reddunt rationes expenſarum*.

Pag. 275. *lin.* 7. legendum *Dom.* 4. *Octob.* & lin. ſeq. *die* 4. *Novemb.*

Pag. 309. *lin.* 14. *col.* 2. De Indulgentia ſeptem Altarium Baſilicæ Principis Apoſtolorum, quæ ſcilicet hic confirmatur a Clemente XII. & de qua iterum Benedictus XIV. infra uberius; nullum in Collectione iſta viſitur Documentum. Quamobrem quis omnium Pontificum primus illam conceſſerit, ignoratur: ac perinde incertum eſt, quanta eadem fuerit. Anno 1648. Innocentium X. conceſſiſſe eam Indulgentiam omnibus fidelibus ſeptem Altaria Cathedralis Leodienſis viſitantibus, ad inſtar Vat. Baſ. conſtat ex literis Canonicorum, quas hic ſubjicimus, una cum iis, quas Vir doctiſſimus Lucas Holſtenius reſcripſit de eadem re. (Ex Archiv. Baſil. *capſ.* 12. *faſc.* 277.)

Illuſtriſſ., *et Reverendiſſ. Domini*.

PLacuit SS. D. N. concedere omnibus utriuſ-
,, que Sexus Chriſtifidelibus, qui ſeptem
,, Altaria in Eccleſia noſtra Cathedrali per Or-
,, dinarium loci deſignata devote viſitaverint, &
,, ibi pro Chriſtianorum Principum concordia,
,, hæreſium extirpatione, & Sanctæ Matris Eccle-
,, ſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint,
,, quoties id egerint, ut eas omnes, & ſingulas
,, Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, &
,, pœnitentiarum relaxationes conſequantur, quas
,, conſequerentur, ſi ſeptem Altaria in Baſilica
,, Principis Apoſtolorum de Urbe perſonaliter, &
,, devote viſitaverint. Cum autem hujuſmodi
,, Indulgentiæ in Brevi Apoſtolico particulariter
,, ſpecificatæ non ſint, neque nos ſufficientem
,, earum notitiam habeamus, ut pro populi de-
,, ſiderio, pro earumdem ſpecificatione continuo
,, inſtantis ſatisfacere poſſimus: hinc ad Illu-
,, ſtriſſimas, & Reverendiſſimas Dominationes
,, veſtras recurrimus. Eaſdem peramanter rogan-
,, tes, ut nos de Indulgentiis, quas viſitantes ſe-
,, ptem Altaria in prædicta veſtra Baſilica Prin-
,, cipis Apoſtolorum lucrantur, plene informare,
,, ac earumdem ſtatum authenticum nobis tranſ-
,, mittere dignentur, facturæ in eo nobis rem
,, longe gratiſſimam, omni viciſſim obſequiorum
,, genere promerendam. Interim Illuſtriſſimis,
,, & Reverendiſſimis Dominationibus Veſtris om-
,, nem felicitatem ex animo apprecamur.
,, Leodii 29. Maji 1648.

Illuſtriſſ. et Reverendiſſ. Dominat. Veſtrarum

Humillimi, et obſequentiſſ. Famuli
Decanus, et Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis.

Illuſtriſſ.

Illuſtriſs. Capitulum, & Canonici Baſilicæ Vaticanæ repoſuerunt, nt ſequitur

Illuſtriſs., et Reverendiſs. Domini.

BAſilicam Vaticanam Principis Apoſtolorum
,, corpore meritiſque conſecratam, omnium
,, totius Orbis Eccleſiarum, non tam dignitate
,, honoris, quam religionis ſanctitate præcipuam
,, ſemper fuiſſe apud fideles, pioſque in confeſ-
,, ſo eſt. Cum enim Summi Pontifices, Sancti
,, Petri Succeſſores hanc fidei, & auctoritatis
,, Apoſtolicæ matricem, & Catholicæ unitatis
,, fundamentum agnoſcerent, eamdem gratiarum
,, ſpiritualium, & pietatis Chriſtianæ Sacrarium
,, eſſe voluerunt: ubi & ſtantes devotionis au-
,, gmentum, & lapſi, ac pœnitentes delictorum
,, veniam, & pœnarum, quas noxis expiandis
,, pro temporum uſu Eccleſiaſtica diſciplina conſtitu-
,, it, Indulgentiam promtius uberiuſque conſeque-
,, rentur. Nec immerito quidem. Etenim qui
,, ligandi, ſolvendique poteſtatem, quæ in pœ-
,, nitentium reconciliatione, & pœnis illis Ec-
,, cleſiaſticis vel remitendis, vel moderandis præ-
,, cipue conſiſtit, Sancti Petri beneficio ad ſe
,, tranſmiſſam ſciebant theſauros illos Cæleſtes
,, nuſquam rectius collocari, diſpenſarique exi-
,, ſtimarunt, quam apud ipſum promum condum
,, qui claves Regni Cælorum a Chriſto Domino
,, ſidei ſoliditate, & amoris prærogativa, unus
,, omnium vice accipere meruit. Hinc ea Baſi-
,, licæ Vaticanæ inde ab ipſis religionis noſtræ
,, incunabulis viguit celebritas, ut ab ultimis
,, terrarum finibus Chriſtiani ad eam, velut ad
,, ſidei arcem, & pietatis aſylum confluerent;
,, crederentque, nuſquam majora aut præſentiora
,, reperiri remedia culparum, & ſalutis præſidia.
,, Atque hæc quidem nequaquam eo a nobis
,, commemorantur, quaſi noſtra prædicatione
,, ad Eccleſiæ, cui deſervimus, dignitatem lau-
,, demque accedere quidquam poſſit; ſed ut ipſi
,, per voſmet intelligatis, quam difficile ſit,
,, Indulgentiarum hujus Baſilicæ inire numerum,
,, modumque explicare. Quis enim immenſum
,, illud pelagus, non rivulis jam, ſed plenis
,, fluminibus in omnes Orbis Eccleſias exundans,
,, certo margine circumſcribat? Nam ut maximi
,, amnes ſcaturigines plerumque in obſcuro, in-
,, crementa, & decurſum in propatulo habent;
,, ita de iſtarum quoque augmento & amplitu-
,, dine magis quam origine nobis conſtat: quippe
,, quas perpetuo uſu apud nos perductas traditio
,, majorum, & conſtans obſervatio potius quam
,, Pontificum diplomata, aut literarum monu-
,, menta confirmant: quamquam nec hiſce etiam
,, poſt crebras direptiones deſtituamur. Quocirca
,, hoc tantum liquido affirmare poſſumus, Indul-
,, gentias ad hujus Baſilicæ inſtar Eccleſiæ veſtræ
,, conceſſas, ampliſſimas pleniſſimaſque eſſe, &
,, quod S. Thomas Theologorum Princeps de
,, Indulgentiis ad Magiſtrum ſententiarum diſpu-
,, tans jam olim obſervavit, perennes; hoc eſt,
,, nullo temporis ſpatio coarctatas; ita ut toties
,, munere fructuque earum gaudere poſſint fideles,
,, quoties Altaria myſtico ſeptenarii numero præ-
,, ſtituta ea, qua par eſt, animi præparatione, &
,, pietatis, orationiſque ardore viſitent. Hac enim
,, lege pœnarum gratiam ſupremus Eccleſiæ Præ-
,, ſul facit, & ubi mens a peccatorum culpa ve-
,, ra contritione, & ſincera earumdem confeſ-
,, ſione purgata, Corporiſque Dominici Commu-
,, nione reſtaurata fuerit, ita demum ad Indul-
,, gentias illas precibus aliiſque pietatis Chriſtia-
,, næ officiis lucrandas accedat, quod ut præci-
,, puum hujus rei caput Pontificiis literis expreſſe
,, cautum non dubitamus. Luſtratus enim hoc
,, modo animus eam gratiæ, & Indulgentiæ Cæ-
,, leſtis ubertatem ex largiſſimo hoc fonte hau-
,, rit, quantam fides uniuſcujuſque pietaſque
,, amoris divini ſpatiis dilatata capere poteſt ma-
,, ximam. Hæc poſtulatis veſtris reſpondimus,
,, in cæteris quoque, ſi quid imperare libuerit,
,, ad ſtudia officiaque omnia paratiſſimi. Vale-
,, te, & veſtris nos precibus juvate.
,, Romæ III. Non. Octobris 1648.

Addictiſs., et Obſequentiſs. Famuli
Capitulum, et Canonici SS. Baſilicæ Vaticanæ Principis Apoſtolorum.

Lucas Holſtenius ejuſdem Baſilicæ Canonicus Secretarius.

Erit, ni fallor, non modicæ admirationis cauſa Holſtenii ad Leodienſes epiſtola. Quid enim? Edoceri enixe petunt; quonam aſſequantur Indulgentiam viſitantes ſeptem Altaria Vat. Baſilicæ, cujus compos nuper facta erat Cathedralis eorum Eccleſia? Canonici autem ejuſdem Baſilicæ, eorum que nomine Vir celeberrimus, quem vetera certe monumenta non latebant, pro dignitate potius Baſilicæ, quam apposite ad rem præſentem, reſcribit. Nulla, inquit, Pontificum Diplomata exiſtunt: res traditione nititur: in Baſilica Indulgentia extat perennis D. Thoma teſte, nullo videlicet temporis ſpatio coarctata. At plurimæ Pontificum literæ, objiciet lector, extant, quæ Indulgentias cæteras ejuſdem Baſilicæ tum plenarias, tum brevioris annorum numeri apertiſſime enunciant: Traditio nunquam memorata iiſdem literis, vulgi opinione fortaſſe inhæreat: Divi Thomæ teſtimonium eſt de Indulgentia perenni quadraginta dumtaxat dierum. (*to. 1. pag.* 124. *not. a*) Huc accedit, quod annis tantum octodecim ante Holſtenii literarum ætatem Urbanus VIII. non diſſimili ſententia utens de maxima Chriſtifidelium in Baſilicam pietate, qua undique ad illam confluebant; quibuſcumque anni diebus ſeptem annorum, totidem quadragenarum Indulgentiam, ſolemnioribus autem, quos recenſet, plenariam largitur viſitantibus S. Confeſſionem. (*to.* 3. *pag.* 242.) Ad Altaria cætera quod attinet, nonnulla Privilegia erant pro Defunctis; & eorum aliqua ſtatis diebus viſitantes, plenariam Indulgentiam aſſequebantur: quarum rerum, duce Indice, certior fiet. Hinc autem colliget, quod ſeptenarius ille Altarium numerus, ac pia Chriſtifidelium conſuetudo per id tempus vigens paucis ante annis cœperat. Quid vero? Recentior illa, antiquiorve fuerit, Innocentius X. & ratam habuit, & ad Eccleſias alias Catholici orbis extendit. Quamobrem Indulgentia hujuſmodi, quæ annos pluſquam centum Apoſtolicæ confirmationis numerat noſtris temporibus; præterea inſtaurata eſt a Clemente XII. novumque a SS. D. N. accepit robur Apoſtolica auctoritate, inter ſingulares Sacroſanctæ Baſilicæ habenda eſt, ac pro uniuſcujuſque pietate ac fide, ut ait Holſtenius, maxima. Non enim definire aliquid voluerunt Pontifices de ejus quantitate; quippe quam, ut Stationariam, ſummæ antiquitatis Indulgentiam eſſe rati ſunt, ac proinde non plenariam; cujus origo, ut oſtendimus in ſuperioribus notis, minus alte petenda eſt.

IN APPENDICE.

PAg. 7. *not. b.* Quæ de Eccleſia S. Vincentii diſſeruimus, ac conjiciendo affirmavimus, hanc nimirum Eccleſiam poſt Gregorii XI. ætatem in Collegiatam Archipresbytero & Canonicis inſtructam evaſiſſe, ſibi omnino non conſtant. Ratum quippe indubiumque eſt, hanc Sacram Ædem jam tum ab ætate Honorii IV. ſuo non caruiſſe Archipresbytero, cujus mentio ſit apertiſsima in quodam Inſtrumento ejuſdem Honorii Pontificis Bullæ inſerto, ac in Bullarii noſtri tom. 1. pag. 210. & 211. relato ubi inter acta numeratur *Presbyter Egidius Archipresbyter Eccleſiæ S. Vincentii, quæ eſt juxta dictam Baſilicam*, ſubaudi *Vaticanam*.

Ead. pag. 7. Ante literas Bonifacii IX. operæ pretium feceram, ſi Gregorii XI. literas indicaſſem datas Avinione VI. Kal. Jun. Anno tertio ad Eccleſiam Lateranen. & alias (*Ex Reg. Bullar. to.* 2. *pag.* 25. *ap. Arch. Apoſt. Vat.*) Earum quippe exemplum tranſmitti jubet Pontifex ad Baſilicam Vaticanam: *Excepto* (verba ejus ſunt) quod ubi *dicitur Eccleſia, dicatur Baſilica*. Quæ profecto mirum in modum confirmant meam animadverſionem (*to.* 2. *pag.* 16. *not. a.*)

Pag. 15. *col.* 2. *lin.* 12. pro *anno milleſimo quadringenteſimo primo*, legendum, *anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo*.

INDEX

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM
HUJUS COLLECTIONIS
TOMUS PRIMUS

DIONYSIUS Philippus.
MARTINETTUS Antonius.
SS. Baſ. Vat. CLERICI: poſtmodum BENEFICIATI

Summa utriuſque diligentia prodiit volumen primum anno 1747. ſuamque uterque provinciam ſortitus, Urbanas res curavit DIONYSIUS; MARTINETTUS externas. Quapropter quæ Monaſteria, ſeu Abbatias ſpectant, una cum Præfatione & Diſſertatione de Abbatia S. Salvatoris ad Montem Majellæ, in Calce Voluminis, MARTINETTO referuntur accepta; cætera DIONYSIO.

TOMUS SECUNDUS

CENNIUS Cajetanus. SS. Baſ. Vat. Beneficiatus, Dionyſio ob incommodam valetudinem àbdicanti ſuffectus:
MARTINETTUS Antonius.

Utriuſque ſtudium & cura in alterius voluminis editione anno Jubileo 1750. alternant.

CENNIUS a pag. 1. ad 85. recenſet literas Apoſtolicas
,, Urbani V. Gregorii XI. Urbani VI. Bonifacii IX.
,, Innocentii VII. Gregorii XII. Alexandri V. Joan-
,, nis XXIII. Martini V.

MARTINETTUS a pag. 85. ad 151. ,, Eugenii IV.
,, Nicolai V.

CENNIUS a pag. 151. ad 272. ,, Calliſti III. Pii II.
,, Pauli II. Sixti IV. Innocentii VIII.

MARTINETTUS a pag. 272. ad 352. ,, Alexan-
,, dri VI. Julii II.

CENNIUS a pag. 352. ad 408.,, Leonis X. Clementis VII.
MARTINETTUS a pag. 408. ad finem,, Pauli III.

TOMUS TERTIUS

CENNIUS Cajetanus.
MARTINETTUS Antonius. Alterna item utriuſque opera anno 1752. Volumen tertium in lucem venit.
CENNIUS a pag. 1. ad 98. recenſet Diplomata, & Conſtitutiones,, Julii III. Pauli IV. Pii IV. S. Pii V. (De Reliquiis S. Bartholomæi, & aliorum Sanctorum in Vaticanum translatis e Sacra Æde S. Barthol. in Inſula, iterumque eo advectis, Martinettus pag. 42.)
MARTNETTUS a pag. 98. ad 180.,, Greg. XIII. Sixti V.
CENNIUS a pag. 180. ad 206.,, Greg. XIV. Clem. VIII.
MARTINETTUS a pag. 206. ad 228.,, Pauli V.
CENNIUS a pag. 228. ad 266.,, Gregorii XV. Urba-,, ni VIII. Innocentii X.
MARTINETTUS a pag. 266. ad 274.,, Alexandri VII.
CENNIUS a pag. 274. ad 372.,, Clem. IX. Innoc. XI.,, Alexandri VIII. Innocentii XII. Clem. XI. Innoc.,, & Benedicti XIII. Clem. XII. Benedicti XIV.

APPENDIX

In calce Operis cura & ſtudio ANTONII MARTINETTI, & PHILIPPI DIONYSII ad Collectionem accedit.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Suam quiſque Provinciam ſecundis curis explicatiorem reddidit.

INDEX

CAJETANUS CENNIUS publicæ utilitati conſulens Collectionis tam multas, tamque varias res, certis veluti capitibus excogitatis, digeſſit: præcipua Vat. Baſil., Archipresbyteri, Canonicorum &c. decora omnium oculis ſubjecit: Diſciplinam Eccleſiæ veterem cum nova conferendam quandoque indicavit, ſacroſque aliquot Ritus ex collectis Documentis protulit.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Rerum, Perſonarum maxime memorabilium, verborum aliquot medii præſertim ævi, ac Rituum, aliorumque Eccleſiæ Diſciplinam illuſtrantium, quæ in tribus Voluminibus hujus Collectionis occurrunt.

Litera a *deſignat Tomum I.*; b *Tomum II.*; c *Tomum III.*; d *Appendicem. Numerus indicat paginam. Litera* n *notas.*

A

ABBAS. Ejus electio libera juxta Ordinem S. Benedicti *a* 45. 63. 81. 93. 121. Nicolaus V. eligit Abbatem S. Martini in Montibus Viterbien. *b* 138. Capitulum S. Petri eligit Abbatem S. Salvatoris de Majella *a* 310. 321. V. *Monaſterium*.

Abbatia *S. Barbati* de Pollutro Baſilicæ Vat. unitur a Greg. XIII. *c* 141. *S. Mariæ* Cryptæ Ferratæ. *c* 111. *S. Martini* de Fara & de Valle unitor Baſilicæ a Nicolao V. *b* 134. *ſeq. S. Martini* in Montibus Viterbienſibus unitur Baſilicæ a Pio IV. c 50. *S. Nazarii* de Cuccaro; *S. Petri* Cuſatorum; *S. Ruſilli* ab eodem Pontiſ. uniuntur. *Ibi. S. Salvatoris* de Majella ab Julio III. unitur *c* 1. *ſeqq.* 19. *ſeqq.* Vide plura de hiſce ſingulis V. *Monaſterium*.

Abbatiæ Teatinæ Diœc. ad Capitulum ſpectantes a S. Pio V. ſubjiciuntur collectæ pro Seminario in ead. Diœc. erigendo. *c* 68.

Abſentes Canonici, Beneficiati, Clerici abſque Archipresb. aut Capituli licentia non faciunt fructus ſuos *c* 187. Abſentium fructus dividendi inter præſentes *c* 185.

Abſentes ab horis canonicis ſunt qui ante *Gloria Patri* primi Pſalmi non adſunt: a Miſſa, qui *Kirie eleiſon* cantato advenerint *a* 87. 185.

Abſentia major tribus menſibus. Canonicor. &c. non eſt juris Archipresbyteri. *c* 216. Ejuſdem cauſæ & pœnæ ex antiq. Conſtitotion. ab Innoc. III. probatis *a* 87.

Abbreviator Clericatum Cameræ, & Protonotariatum ſimul retinet Pio II. Pontifice *b* 167.

Abbreviatores de utroque Parco majori & minori. *b* 237. *n*.

Abſolutio a pœna & colpa vulgaris erronea opinio *a* 273. c 49. *n*.

Acceſſus, & Regreſſus ad Beneficia vigent Paolo III. Pontiſ. *b* 445. 451. & uſque ad 1563. *c* 3. *n*.

Actionarii & Actores olim quos Camerarios dicimus *d* 2. *n*.

Adamius Andreas de ſervitio Chori *a* 105. *n*.

Adeſtratio quid? *a* 251. *n*.

Adoleſcentes creati Cardinales a Paulo III. *c* 5. *n*.

Adventus tempore ſervitium Chori Baſil. Vat. a S. Pio V. inſtitutom *c* 185. a Bened. XIV. commutatum. *c*. 353.

Agathæ S. Eccleſia in Fundo Lardario *a* 25. *n*.

Albanus *Joannes Franciſcus* Secretarius Brevium *c* 278. *n*. Vicarius, Canonicus Baſilicæ, inde Card. demùm Pontifex Clemens XI. c 283. *n*. *Hannibal* Canonicus cum Præbenda Theologali *c* 103. *n* Archipresbyter *c* 288. moritur *c* 325. *n*.

Albritius *Marius* Canonicus cum præb. Theolog. *c* 103. *n*.

Alciatus *Franciſcus* Epiſc. Civitaten. *c* 63. *n*.

Aldobrandinus *Antonius Maria* Canonicus diem communem inſtituit, Gregor. XV. probante, feſtum SS. Proceſſi & Martiniaoi *c* 228.

Aleaander II. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *a* 39.

Alexander III. Ejus ætas, Diploma, & Conſtitutiones. *a* 61. & *ſeqq.* coofirmat Donationes Monaſt. S. Ruſilli *a* 67.

Alexander IV. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ. *a* 132.

Alexander V. Ejus ætas, & Conſtitutiones *b* 69.

Alexander VI Ejus ætas, literæ Apoſtolicæ, & genus mortis *b* 272. *ſeqq.*

Alexander VII. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *c* 266. Monimentum lapideum in Sacrario c 312. *n*. Viſitatio Baſilicæ, & decretum *c* 169. *n*.

Alexander VIII. Ejus ætas, genus, coronatio, ad Lateranom proceſſio, & Diploma *c* 278.

Alidoſius Card. Legatus & Epiſc. Bonon. ejus cædes *b* 373. *n*.

Alienatio, & oppigneratio alicujus rei ex Theſauro Baſilicæ vetita *a* 147. Bonorum vetita ſob pœna excommnnicationis majoris *b* 30. 429. Statuarum, columnarnm, lapidum &c. prohibita ſub pœnis & cenſuris *c* 187.

Alienationes factæ auctoritate Apoſtol. Domus in via Papæ cum Eugenii IV. beneplacito *d* 16. Alterius in regione S. Euſtachii pro emtione Caſtri S. Petri in Formis, hodie Campi Mortui, Nicolai V. auctoritate *b* 125. necnon domus in regione Pontis *b* 142. *ſeq.* Alterius in regione Pineæ, Pii II. auctoritate *b* 183. *ſeqq.* Quarumdam domoncularum Paulo II. probante *d* 19. Domus in platea Vat., & alterius domunculæ Sixto IV. probante *b* 228. *d* 22. Domorum duodecim in ſolo Baſilicæ ædificatarum cum privil. Greg. XIII. c 103. *ſeqq.* Necnon alterius ſpectantis ad Capell: Jul. auctoritate Clem. VIII. c 195. Pauli demum V. auctoritate domus Presbyteris Oratorii, aliarumque plurium *c* 230. *ſeq. d* 37. Caſtri Nonciliani ex privilegio Nicolai V. cujus tertia pars dumtaaxt ad Capitulum pertinebat. *d* 18. Bonornm aliquot Monaſterii S. Martini in Montibus Viterb. S. Pio V. probante *c* 75. Caſalium pro ſublevanda S. Sede poſt direptionem Civitatis Leoninæ *c* 57. *n*. nempe Quar-

Digitized by Google

pe *Quarticioli*, *Petræ aureæ*, *Monaſteriorum* b 382. *ſeqq.* *Furni Saraceni*, *Muratellæ*, *Riclæ* b 385. *Piſciarelli* ſpectantis ad Capellam Juliam b 388. Omnium auctorit. Clem. VII. cum onere Camerali mille ducator. quotannis uſque ad æquivalentem compenſationem b 387. n. V. *Caſalia. Domus*.

Alienationes abſque Beneficiatorum aſſenſu invalidæ. c 260. n.

Alperinus *Matthæus* Apoſt. Sedis Capellanus hæredem inſtituit Baſilicam Vat. quæ hæreditas in res utiliores commutata Nicolai III. facultate. a 175. *ſeq.*

Alpharanus *Tiberius*. Ejus Tabula Ichnographica Baſil. Vat. b 362. n. Sixti V. privilegio ab aliis imprimi nequit. c 163.

Altararius ſeu Cuſtos Altaris S. Petri a 38. n. 232. Uſque ad annum 1322. Cuſtodis etiam nomine occurrit a 157. n. 264. n. Deinceps vocatur Altarerius a 332. Altararius a 263. *ſeqq.* b 7. n. Altariſta b 109. An. 1300. Nicolaus Canonicus appellatur Altararius a Boniſ. VIII. a 226. Joannes de Tuderto Canonicus Baſil. & Altararius, & Cuſtos appellatur a 232. 251. 264. n. Joannes Unciola ævo Joannis XXII. Altararius ſemper dicitur a 263. *ſeqq.* Angelo de Tineoſis Epiſcopo Viterb. & Vicario ſuo in Urbe Joannes XXII. Altararii munus committit una cum Palatii & Viridarii Apoſtolici cura. a 271. Idem Pontifex officium iſtud decernens Philippo de Cambarlhaco Canonico Baſil. ſpectare ad illud declarat Fabricam Baſilicæ, Cuſtodiam Palatii, & Jardinorum Papalium. a 281. *ſeqq.* Perinde Benedictus XII. Joanni Piſcis de Perinhaco. a 291. Non erat officium perpetuum, & committebatur Regulari, ac Seculari Ordini, ipſis etiam Epiſcopis, modo idoneis, & probatæ fidei. Joannes Piſcis erat Canonicus Narbonenſis. Huic ſufficitur ab eodem Pontifice Petrus Canonicus Atrebatenſis a 308. Clemens VI. ſeculares vel Regulares viros probos eligi mandat Altararios in Baſilica Vat. & Eccleſia Lateran. anno Jubileo 1350. cujuſcumque profeſſionis, religionis, vel ordinis a 339. Fuitque electus Joannes Caſtellani Canonicus Baſilicæ a 357. Innocentius VI. id muneris demandavit Paulo de Seroſano Canonico item Baſilicæ a 347. Urbanus V. Fr. Joanni Chambareto Ord. Minor. b 7. cum onere exigendi redditus Fabricæ b 17. & facultate verberandi facinoroſos in Baſil. abſque excommunication. incurrendæ metu b 20. Ita degentibus Avenione Pontificibus. Plures Altariſtæ erant an. 1410. præter Altariſtam (ſic vocabatur ineunte ſec. xv.) Altaris S. Petri. b 70. Eos omnes ſuſtulit Nicolaus V. qui Laurentium Santi Canonicum Baſil. unum decernit an. 1447. cum oneribus & honoribus conſuetis uſque ad Apoſtol. beneplacitum. Oblationes præſertim omnes tum ad Cameram, tum ad Baſilicam ſpectantes colligebat, & juramentum præſtabat Camerario b 109. *ſeq.* Eapropter Altararii morientis non reddita ratione Camera Apoſtol.in vadebat bona a 307. nec niſi reddita hæredes abſolvebat a 312. *ſeqq.* V. *Oblationes*. Ex Conſtitutione Sixti IV. an. 1470. Altariſta eſt Dignitas Capituli. unus ex Canonicis a Pontifice eligitur cum onere Altaria omnia ter ſaltem in hebdomada viſitandi, ac neceſſariis conſulendi b 206. *ſeqq.* Tempore Alexandri VII. ejus munus Pallia tradenda Patriarchis, Archiepiſcopis &c. collocandi ſuper Corpus D. Petri, eorumque curam habendi cum emolumento octo ſcutor. in ſingulos menſes d 46. Idcirco claves Confeſſionis ab eo ſervabantur. c 221. n. Aliquatenus mutatæ, ſed tamen veteris, diſciplinæ hujuſmodi enarratio SS. D. N. Bened. XIV. c 326. *ſeq.*

Altare majus Baſilicæ ſuper Confeſſionem, ſeu ſuper Principis Apoſtolorum Corpus, conſecratur a Callixto II. a 213. n. Ad iſtud fiebant tam multæ oblationes, quæ paſſim occurrunt in Collectione a 17. *ſeqq.* 20. *ſeqq.* Fidelium tantummodo oblationibus receptis, hæreticorum rejiciebantur Athanaſio teſte. a 38. Eædem ſpectabant ad Cameram Apoſtolicam, ut a 35. n. & infra palam erit V. *Oblationes*. Pontificum largitate Silvæ Candidæ Epiſcopus quinque dierum oblationes accipiebat: Dominicæ in Palmis, Feriæ V. in Cœna Domini, Paraſceves, Sabbati Sancti, & Dominicæ Reſurrectionis a 18. 21. Quod privileg. tranſiit ad Portuenſem poſt unitas Eccleſias d 5. Hadrianus IV. necnon Innoc. III. & Gregor. IX. addunt diem Natalis Domini a 59. 85. 115. Perinde Urb. V. & Gregor. XI. b 17. 21. Super eodem Altari facultas celebrandi iiſdem conceſſa *Ibi*. Antea eadem facultate utebantur ſeptem Cardd. hebdomadarii. a 123. n. Clemens VI. an. 1345. conſulit Canonicos; num Card. Legato, aliive liceat ſuper illo Altari celebrare Miſſam a 335. Idem an. 1349. Anibaldo Epiſc. Tuſculano eamdem facultatem concedit. *Ibi*. Eugenius IV. an. 1444. id permittit Guillelmo Card. Rothomagenſi. b 102. Pius IV. an. 1563. Card. Moniliano. c 50. S. Pius V. 1569. Othoni Card. Epiſcopo Albanen. c 72. S. Gregorius VII. ſuper illo Altari excommunicandum minatur Philippum I. Gallorum Regem eique adhærentes. d 4. V. *Confeſſio*. *Oblationes*.

Altaria quædam Baſilicæ Vat. SS. Crucifixi hodie Pietatis Privilegiatum perpetuum c 295. Sancti Mauritii, ad quod inungebatur Imperator Coronandus a 354. n. Mortuorum olim duplex b 215. a. Quod unum extabat ſuo ævo Gregorius XIII. privilegiatum declaravit una cum Altari S. Gregorii. c 101. Ejuſdem S. Gregorii, & SS. Proceſſi & Martiniani privilegiata a Paulo V. Tertium addit Altare Chori Urbanus VIII. c 244. S. Petri ſubterraneum privilegiatum c 293. Reliquiarum in Sacrario privilegiatum. c 318. V. *Capellæ*. *Capellaniæ*.

Altaria ſeptem privilegiata in Baſilica: Indulgentia antiqua iis adnexa. d 65. Inſtauratur a Clem. XII. c 309 & a Bened. XIV. qui eam extendit ad Eccleſias filiales. c 361.

Altariſta. Vide ſupra *Altararius*.

Alterius *Marius* Canonicus cum præb. Theolog. c 103. 180. *ſeq.* *Joannes Baptiſta* item Canonicus cum præb. Theol. *Ibi*. *Æmilius* poſtea Papa Clemens X. c 181. n.

Altovitus *Antonius* conducit officinam Monetariam b. 260. n.

Alvianum Amerinæ oppidum diœc. b 152. n.

Ambulacrum ſeu Andarineum a Palatio Vat. ad Caſtrum S. Angeli fundatum a Joanne XXIII. inſtauratum a Succeſſoribus b 52. *ſeqq.*

Anatoliæ S. Eccleſia Centumcellis a 26. n.

Andreæ S. Caput a Pio II. in Baſilica collocatum b 283. Ejus Conditorium c 207. Antiqua Eccleſia a Symmacho erecta prope veterem Baſil. b 131. d 2. n.

Anguillaria. Caſtrum ſubjectum Baſilicæ a 85.

Anguillaria Franciſcus de: Canonicus: Majeſtatis reus ob rebellionem dejicitur. b 124.

Anibaldus

Anibaldus de Ceccano Archipresbyter *a* 325. Legatus Clementis VI. *a* 335. *n*.

Annata a Canonicis ſolvenda. Alexander VI. ab illa eximit Julium Columnam *b* 276. Jul. II. Antonium de Statis. *b* 344. De eadem brevis diſputatio. *Ibid. n*.

Anniverſaria Baſilicæ contracta a Sixto IV. iterumque nimis aucta reducuntur a Sixto V. *c* 168. Gregorius XV. concedit, eadem celebrari poſſe ad Altare Chori per hiemem cuicumque alii ſint addicta *c* 230. Ex antiquo Decreto Card. Archipresb. Caroli Barberini cum Innocentii XI. beneplacito celebrantur infra an. fer. 2. & in quadrag. die Sabbato, feſto etiam duplici occurrente: quod Bened. XIV. confirmat. *c* 354.

Annus in Bullis ex Cancellariæ Apoſtol. ſtylo incipit die 25. Martii: aliis in literis Apoſtolicis a Januario menſe *a* 51. 79. 157. 197. *n*. Eugenius IV. & Succeſſores cujuſvis generis diplomatibus annos Incarn. adjungunt. *b* 164. Ea de re controverſia inter viros doctos *d* 13. *n*. Quæ levis oſtenditur ſecernendo Cancellariæ ſtylum a Pontificio *d* 61. *ſeq*. Nonnunquam a die ipſo Nativitatis 25. Decemb. *c* 237. *n*. Unde annum Jubileum incipere teſtatur Bonif. VIII. *a* 225.

Ante oculos &c. vetuſta Oratio, & Indulgentia eam recitantibus conceſſa ab Urbano VIII. *c* 242. *ſeqq*.

Apographum vocatur etiam *Vidimus c* 199. *n*.

Aqua Paula a Paulo V. in Urbem ducta *c* 279. *n*. Ejuſdem aquæ duas uncias emit Capitulum. *c* 280.

Aquaviva *Berardus* de. Abbas Monaſterii Majellæ contentioſe creatus abdicat; eligitur a Pontifice. *a* 320. *ſeq. Trojanus* Card. S. Cæciliæ confert Capellaniam Innocentianam. *b* 292. *n*. Olim Palatium Sacchetti ad hanc famil. pertinuit. *c* 99. *n*.

Arca. Capſa ſervandis Oblationibus majoris Altaris *a* 51. ſita erat ſub Altari S. Petri. *Ibi. n*. 130. 140 Gregorius IX. concedit Canonicis, ut inde extrahantur libræ 300. pro emendis poſſeſſ. 200. pro reparando Caſtro Buccejæ *a* 121. 124.

Arcella, & Truncus recipiendis eleemoſynis capſula *b* 240. *n*.

Archiconfraternitas SS. Sacram. a Greg. XIII. inſtituta *c* 117. *ſeqq*. Doctrinæ Chriſtianæ a Paulo V. cum privileg. & Indulg. *c* 210. *ſeqq*.

Archidiaconatus una ex tribus dignitatibus Capituli a Sixto IV. inſtitutis *b* 206.

Archipresbyter Baſilicæ S. Petri. Ejus antiquitas. *a* 22. Juriſdictio nonniſi delegata ante & poſt Nicolaum III. *a* 126. Nonnulli occurrunt poſt *Urſum* Urſi filium primum a Benedicto IX. an. 1035. creatum ex Grimaldo. *Joannes* Archipr. Venerab. Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli a S. Leone IX. creatus an. 1050. *a* 22. 29. 33. Hunc poſt an. 24. menſes 7. an. 1075. ſequitur *Boninſenior* per annos 11. a S. Greg. VII. creatus. An. 1086. Victor III. creavit Archipr. *Deuſdedit* per annos 12. An. 1098. *Azzonem* Paſchalis II. per an. 25. menſ. 10. An. 1124. ab Honorio II. fit Archipresb. *Hugo Hieremæus*, quo poſt annos 5. obeunte idem Pontifex 1129. creat *Ruſticum* de Ruſticis per annos 15. menſ. 2. Cui Lucius II. ſuffecit *Petrum* Cariacenſem an. 1144. ut tradit laudatus Grimaldus: quorum nullus memoratur in Collectione. Anno autem 1152. creatur ab Eugenio III. Archipr. annor. 23. *Bernardus* Presb. Card. S. Clementis *a* 51. 53. 57. Ab Alexand. III. ei Succeſſor datur an. 1176. *Joannes* de Comitibus Presb. Card. SS. Joannis & Pauli *a* 64. Huic poſt annos 6. obeunti Lucius III. ſubſtituit *Hugonem* Petri Leonis an. 1183. & Urbanus III. an. 1185. *Gulielmum* Comitem Bleſenſem. Ab Innocentio autem III. an. 1198. creatur *Hugolinus* poſtea Rom. Pontifex Gregorius IX. *a* 82. 87. Qui ubi Petri Sedem aſcendit an. 1227. ſibi in Archipresb. Succeſſorem elegit *Gregorium* Creſcentium, quem ſequuntur an. 1230. eodem Greg. IX. Pontifice duo Archipresbb. *Voido* de Papa Card. Præneſtinus *a* 126. & *Stephanus* Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim anno 1232. *a* 123. 126. *Richardus* Hannibaldenſis de Molaria ab Alexandro IV. creatur an. 1254. *a* 140. *ſeq*. 143. cui ſuccedit *Joannes Cajetanus Urſinus*, ut infra.

Archipresbyter Baſilicæ ab ævo Conſtitutionum ad noſtra tempora. Ejus dignitas & officium *a* 184. Juriſdictio extraordinaria auctorit. Apoſtol. & ad tempus *b* 68. 72. 80. Civilis, Criminalis & mixta quam Innoc. XII. antiquavit *b* 439. *ſeqq*. *c* 45. 224. 274. Poteſtas ſpiritualis an. 1589. conceſſa, perſonæ licet addicta, non ceſſat. *b* 441. *n*. *c* 288. 331. Privilegium Pontificalium, & Præfectura Fabricæ *c* 154. 226. *n* 274. *n*. Dignitates externas obtinuit ab initio Conſtitutionum *a* 211. Quandoque jus habuit a Pontifice conferendi Canonicatus *b* 232. Ordinariam in ſpiritualibus juriſdictionem in tota Civitate Leonina unus obtinuit an. 1276. a Joanne XXI. *Joannes Cajetanus Urſinus*, poſtea Pontifex Nicolaus III. *a* 156. Quam aliquis repetit ab Epiſcopis Silvæ Candidæ *b* 184. *n*. 399. *n*. Ea non tranſiit ad Succeſſores: ſiluitque annis 312. quoad revixit contractior Sixti V. privilegio. *c* 154. Ex ſequenti Archipresbyterorum Catalogo luculentior notitia juriſdictionis:

Matthæus Rubeus Urſinus Nicolai III. fratris filius ab anno 1277. ad 1306. *a* 144. obtinet a Patruo *curam, et regimen Baſilicæ et perſonarum*. Perinde duo Succeſſores. Ejus mentio *a* 179. 198. 211. 213. 217. 223. 226. *ſeqq*. 231. 237. Id teſtatur Innoc. VIII. an. 1484. *b* 234.

Neapoleo Urſinus ab an. 1306. ad 1342. a Clem. V. *a* 246. 251. 254. 270.

Anibaldus de Ceccano ab an. 1342. ad 1350. a Clem. VI. *a* 325.

Guillelmus Judicis Gallus Clementis VI. ex Sorore Nepos Dignitatem Archipresb. inaudito loquendi genere aſſequitur ab Avunculo: *Canonicatum et Præbendam, necnon Archipresbyteratum cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus, et pertinentiis ſuis*: anno 1352. ac dimittit 1366. *a* 344.

Raynaldus Urſinus Dignitatem ſic dimiſſam aſſequutus ab Urbano V. an. 1366. retinet ad 1374. *b* 5. 15.

Hugo de S. Martiali Gallus ab an. 1374. ad 1378. quum privatur, ex Grimaldo: memoratur in genere. *b* 25.

Philippus de Alenzonio Gallus ab anno 1378. ad 1397. *b*. 31. 47. *d*. 8. *n*.

Chriſtophorus Maronus Romanus ab anno 1397. ad 1404. *b* 47. *d* 8. *n*.

Angelus Acciajolus ab an. 1404. ad 1407. Pontiff. Bonifacio IX. & Innoc. VII. in collect. nuſquam.

Antonius

Antonius Calvus Romanus a Gregorio XII. creatus Archipreſbyter an. 1405. *Commendavimus* ait Pontifex *Archipreſbyteratum b* 67. poſt biennium per eadem verba ab Alexandro V. *Commendatus* dicitur Archipreſbyteratus *b* 69.

Petrus Ferdinandi Frias Hiſpanus ab an. 1412. ad 1420. ſemel memoratur *a* 183. *n.*

Antonius Corarius Venetus Portuenſis Episc. Archipr. *qui dignitas principali: extitit* creatus a Martino V. an. 1420. Vices Apoſtolicas ab eodem obtinet pro reformatione Baſilicæ *b* 80. anno 1428. ſit Viſitator Apoſtolicus ejuſdem Baſil *b* 83. *ſeq.* Incertum, an dimiſerit: duo ſequentes Archipreſbyteri, eo ſuperſtite ſucceſſerunt.

Jordanus Urſinus Romanus ab anno circiter 1434. ad 1439. *b* 84. *n.* 183. *n.*

Julianus Cæſarinus Romanus ab an. 1439. ad 1445. *b* 84. *n.* 97. 114. *n.* 159. *n.*

Petrus Barbus Venetus, poſtea Pontifex Paulus II. ab an 1445. ad 1464. *b* 120. 125. 129. 135. 141. *ſeq.* 152. 159. *n.* 168. *n.* Hujus tempore Nicolaus V. an. 1452. Baſilicam ſubjicit viſitationi duor. Epiſcopor. *b* 139. Pius II. an. 1458 in Vicarium Archipreſbyteri Apoſtolicam auctoritatem effundit, qua iſte fultus Canonicum dejicit. *b* 159. 168. Sed a Pontifice reſtituitur. *Ibi* Paulus II. ſententiam in cauſis Canonicor. ſibi reſervat. *b* 191.

Riciardus Oliverius Gallus ab an. 1465. ad 1470. *b* 190. *n.*

Baptiſta Zeno Venetus Pauli II. Sororis filius a Paulo II. electus an. 1470. Dignitatem obtinuit uſque ad 1501. *b* 190. 196. *n.* 327. *n.* Innoc. VIII. ei largitur ipſiſſimam auctoritatem Apoſtolicam a Prædeceſſoribus Pio II. Paulo II. & Sixto IV. collatam Vicariis ſuis in Baſilica cum facultate eam delegandi Vicario *b* 235. *ſeq.*

Joannes Lopez Valentinus ab Alexandro VI. electus an. 1501. duos menſes non explet *b* 327. *n.* 362. *n.*

Hippolytus Eſtenſis ab eodem Pontif. electus cod. anno ad 1520. Dignitatem retinet. *b* 327. 362. *n. d* 35. Beltrando utitur Vicario, qui Decreta edit. *b* 335.

Franciottus Urſinus Romanus a Leone X. creatus an. 1520. *d* 35. uſque ad 1530. dignitatem tenet. *b* 383. 38.. & *ſeqq.* ſe abdicat *b* 405. *n.*

Franciſcus Cornelius Venetus a Clem. VII. Dignitatem obtinet reſignatam a Franciotto an. 1530. *in titulum ſeu commendam*, ut ait Paulus III. *b* 437. retinetque uſque ad 1543. *b* 405. *ſeq. n.* 437. *ſeq. n.*

Alexander Farneſius Pauli III. Nepos ab an. 1543. ad 1589. *b* 403. *n.* Inſtituitur cum nova juriſd. civili, criminali, & mixta *b* 437. *ſeqq.* Quæ utique confirmatur a Pio IV. *c* 45.

Evangeliſta Pallottus ab an. 1589. ad 1620. Sixtus V. eum inſtituit cum prædicta juriſd. addiditque jus exercendi munia Pontificalia, ſpiritualem juriſdictionem, & Præfecturam Fabricæ. *c* 154. *ſeqq.*

Scipio Burgheſius ab an. 1620. ad 1630. cum eadem juriſdictione &c. a Paulo V. inſtitutus. *c* 224.

Franciſcus Barberinus ab an. 1633. ad 1667. quum dimiſit, ipſiſſimamque juriſdictionem &c. obtinuit ab Urbano VIII. *c* 274.

Carolus Barberinus Franciſci fratrisfilius ab anno 1667. ad 1704. Et ipſe a Clemente IX. juriſdictionem &c. ut ſui Prædeceſſores, obtinuit. *c* 274. Anno autem 1692. Innoc. XII. juriſdictioni illi priſtinæ, quam Paulus III. tribuerat Nepoti Alexandro an. 1543. ac per an. 150. Succeſſores obtinuerant, modum impoſuit; cætera omnia integra eſſe voluit *b* 441. *c* 288.

Franciſcus Nerlius ab anno 1704. ad 1708. quum VII. Idus Apriles ſupremum obiit diem. *c* 274. *d* 38. *n.* Primus hic Judiciaria juriſdictione mutilam dignitatem obtinuit a Clem. XI.

Annibal Albanus ab an. 1712. 18. Januar. ad 1751. 21. Octobris. Citra menſes tres a Conſtitutionibus Nicolai III. præſcriptos *a* 193. totidem annos vacaverat Archipreſbyteratus; quum Clemens XI. Fratris filio Dignitatem, ut Card. Nerlio juxta moderationem Innoc. XII. conceſſit. *c* 274. 288. 294. moritur *c* 325.

HENRICUS STUARTUS Dux Eboracenſis Archipreſbyteratum obtinuit a SS. D. N. Benedicto XIV. die 8. Novembris hujus anni 1751. *c* 330. & *ſeqq.*

Archipreſbyter abſens caret diſtributionibus quotidianis *b* 25.

Archipreſbyter *Lucidus* de Comitibus gratis inſeritur catalogo a Grimaldo. *b* 83. *ſeq.* ut Vigerius a Sandero *b* 327.

Archipreſbyterales ædes juxta Baſilicam. *b* 109. *n.* Nicolaus V. Cardinali S. Sabinæ incolendas concedit. *b* 105.

Archivorum Apoſtolicorum auctoritas. *b* 177. *c* 5.

Ardea ignobile hodie Caſtrum juris Cæſarinorum *b* 121.

Areoſtus Carolus Canonicus Baſil. & Vicarius Clementis VII. *b* 382. *n.*

Argentea porta dicta etiam Regia in veteri Baſil. *a* 31. *n.*

Armenorum vicus in Civitate Leonina. *b* 65. *n.*

Arnulphorum terra Ducatus Spoleti. *b* 93. *n.*

Aſculum, ſeu Eſculum Piceni Urbs. *b* 215.

Athanaſius S. Ejus teſtimonium de Oblationibus Altaris S. Petri. *a* 38. *n.*

Aucupia Campi Mortui olim locabantur *b* 398.

Auditor Cameræ. Venale olim Officium *b* 241. *n.* A Paulo IV. antiquatur; a Pio IV. reſtituitur. *c* 35. *n. ſeq.*

Auditores XII. Rotæ, olim Sacri Palatii, frequentiſſime occurrunt in Collectione. Eorum origo. *b* 78. *n.*

Avenio cum Comitatu Venayſſino emitur a Clemente VI. an. 1346. *b* 3. *n.* Sedes Romm. Pontificum Clementis V. Joannis XXII. Benedicti XII. Clementis VI. & Innocentii VI. *a* 247. *ſeqq.* uſque ad finem. Urbani V. præter annos tres, totidem menſes Romæ & in Italia exactos. *b* 1. *ſeqq.* 6. *n.* ac demum Gregorii XI. qui Sedem reduxit Romam. *b* 18. *ſeqq.*

Auguſti Mauſoleum prope ædes S. Rochi. *a* 17. *n.*

Aurantius. V. *Orangius*.

B

BAjazetes II. mittit Sacram Lanceam Innoc. VIII. *b* 292.

Balbinæ S. Prior & Fratres emunt a Monachis S. Pauli Caſale de Florano. *a* 148. *ſeqq.* conceditur Cong. Auguſtin. S. Mariæ Conſolationis *c* 146. juris Capellæ Juliæ *Ibi*. V. *Monaſterium*.

Baldeſca Nobilis Familia Peruſina, olim Ubalda *c* 253. *n.*

Balneoregienſis Eccleſia unita Viterbienſi *b* 100. *n.*

Banderen-

Banderenſes, & Caporiones *b* 26. *n.* 28. 54.
Bandinus *Franciſcus* Archiep. Senenſis *c* 31. *n.*
Baptiſmus una cum Confirmatione adminiſtrabatur Sabbato Sancto in tota Civitate Leonina uſque ad Septinianum, & Montem Marium, primum ab Epiſc. Silvæ Candidæ, poſtea a Portuenſi ex privilegio tam ſuo, *a* 17. 20. *d* 5. quam Canonicorum Baſilicæ a S. Leone IX. Hadriano IV. Urbano III. Innoc. III. Gregorio IX. Innocentio VI. confirmato *a* 34. 59. 70. 85. & *ſeq.* 115 360.
Barbaroſſa *Ariodenus* vaſtat Liparim *c* 23. *n.*
Barberinus *Carolus* Archipresb. *c* 274. *Franciſcus* Archipresbyter *c* 254. *Taddeus* Præfectus Urbis. *Ibi*. *n.*
Baronius Ven. Card. Acta S. Silveſtri aliqua in parte non improbat. *b* 21. *n.*
Bartholomæi S. in Inſula ob inundat. Tiberis in Vatic. translatæ reſtituuntur *c* 42. *ſeq.*
Baſilica Vaticana ante pacem Eccleſiæ datam a Conſtantino Aug. *Confeſſio, Martyrium, Memoria, Sepulcrum* appellabatur *a* 13. *n.* *Tropæum* *c* 73. Quæ poſt Conſtantinum proprie dicitur vetus Baſilica, utpote magnis trabibus compacta, frequentis inſtaurationis indigebat, maxime Pontificibus Avenione morantibus *a* 256. Joannes XXII. tria millia Florenor. ad id ſuppeditat *a* 260. ejus ſatagit *a* 265. novas pecunias largitur disjectis trabibus ventorum impetu. *a* 286. Benedictus XII. plura Florenorum millia iteratis vicibus largitur *a* 290. 293. 295. 318. 323. Urbanus V. injuſte ablatorum medietatem Vaticanæ, aliam mediet. Lateranenſis inſtaurationibus deſignat *b* 16. Gregorius XI. impendi jubet oblationes Majoris Altaris, & ſuppleri de Camera Apoſtol. *b* 20. Reparationis æque ſolliciti Succeſſores poſt reditum. Innoc. VII. *b* 60. Alexander V. Oblationes Altaris majoris ad Cameram Ap. ſpectantes addicit operi per annos quatuor *b* 70. Eugenius IV. Fumantarias inſtaurationi adſcribit *b* 85. 87. 90. Nicolaus V. mulctis pecuniariis rem conficit. *b* 113. piis legatis exigendis *b* 114. mille Florenis ex reductione Legator. *b* 132. contributionibus ad indulgentias conſequendas, in id converſis, & trabibus curatis *b* 137. *ſeq.* Pius II. oblationes S. Mariæ de Monte prope Bonon. tribuit Fabricæ S. Petri *b* 161. Vectores marmorum privilegiis munit *b* 172. Donationem Vicarelli applicat Fabricæ *b* 176. Innoc. VIII. juvat contributionibus ex Lacticiniorum permiſſu in Quadrageſ. Bavaris aliiſque Germaniæ populis *b* 239. 249. Reſtitutiones & alia incerta illi applicat *b* 266. Alexander VI. male parta inſtaurationi addicit *d* 29. *ſeqq.* Julius II. an. 1506. die 18. Aprilis Novæ Baſilicæ fundamenta jacit *b* 340. *n.* *d* 32. Cauſæ cur nova ædificata *c* 219. Paulus V. Porticum abſolvit anno 1612. fornicem 1614. *c* 213. Urbanus VIII. illam conſecrat die ipſo antiquæ Dedicationis 18. Novemb. an. 1626. *c* 238. V. *Fabrica. Vaticana Baſilica*.
Battiferro *Joannes Anton.* Capellanus Innocentian. *c* 17.
Benedicti S. Eccleſia duplex *a* 27. *n.*
Benedictus IX. Ejus ætas & Conſtitutio confirmans Privil. Epiſcopor. Silvæ Candidæ *a* 20. *ſeqq.*
Benedictus XI. B. Ejus ætas *a* 240. Literæ *d* 7.
Benedictus XII. Ejus ætas & Diplomata *a* 287. Mittit in Urbem Joannem Piſcis ad inſtaurationem Baſilicæ, Palatii &c. *Ibi*. Deſignatur a Civibus Romanis Senator, Capitaneus, Syndicus, Deſenſor: idque muneris in duos Senatores reclinat *a* 306. Dimidia horum cum Altarario Joanne Piſcis componit *a* 307.
Benedictus XIII. Ejus ætas, ingenium, literæ Apoſtolicæ *c* 293. Baſilicam ære alieno oppreſſam relevat 124. millia nummum elargitus *c* 248. Aheneum monumentum benemerenti poſitum in Sacrario *c* 302. *n.*
Benedictus XIV. Ejus ætas Coronatio, ad Lateran. Proceſſio, & literæ Apoſtolicæ *c* 103. *n.* 310. *ſeqq.* Olim Canonicus Baſilicæ cum præbenda Theolog. *c* 327. 333. teſtis liberalitatis Benedicti XIII. in Baſilicam *c* 302. *n.* Privilegia omnia antiqua Baſilicæ & Capituli ſingillatim confirmat, nova concedit *c* 337. *ſeqq.* Plura invenies infra ſuis locis.
Beneficiati perpetui Chori Baſilicæ an. 1179. inſtituuntur a Nicolao III. numero 30. *a* 180. Bonifacius VIII. an. 1301. tres adjungit *a* 229. *ſeqq.* Pius II. accenſet eorum numero Capellanum Sacelli S. Crucis an. 1462. *b* 173. *ſeq.* Denique Sixtus IV. an. 1483. duos adjungit cum ſpeciali munere, Sixtinos nuncupatos., qui numerum explent 36. quot ſunt noſtra etiam ætate *b* 173. *n.* 220. *ſeqq.* 224. *ſeq.* Sixtus V. omnes iſtos 36. ad æqualitatem reducit an. 1589. *c* 170. Ipſa in fundatione Sacerdotes 12. Diaconi ſex, totidem Subdiaconi, ſex in Minoribus Ordinibus *a* 193. Paulus II. omnes appellat Presbyteros Beneficiatos *b* 190. Numerus ſex & triginta minui nunquam poteſt ex Decreto Pauli V. *c* 215. Eorum emolumentum ab ipſa inſtitutione dimidium portionis Canonicorum *a* 180. Alia Beneficia obtinere prohibentur a Fundatore Nicolao III. *a* 193. *b* 27. 29. 32. Clemens V. an. 1306. tam Canonicis, quam Beneficiatis concedit facultatem obtinendi Canonicatus, Præbendas, Officia, & quæcumque Beneficia *a* 245. Gregorius XI. Urbanus VI. Bonifacius IX. permittunt reſidentialia etiam obtinere poſſe *b* 27. 28. 32. 68. Duo ex iis Camerarii eligendi ex Conſtitutione Nicolai III. *a* 188. Hanc Succeſſores Pontifices confirmarunt; Canonici religioſiſſime obſervant: at nihil ad eos pertinet bonorum adminiſtratio ex Pauli V. conſtitutione *b* 168. *n.* *c* 218. Alienationes Immobilium & Jurium Baſilicæ; Locationes Caſalium ultra novennium; & domorum ultra tertiam generationem fieri nefas abſque Beneficiatis. Ita ſancitum a Nicolao III. Paulo III. & Paulo V. *a* 180. *b* 245. *c* 218. Sixtus IV. aliquid novi in adminiſtrationem inducens Camerarios Beneficiatos appellat Camerarios abſentiæ *b* 217. Noſtra ætate adnexa fuit exactio Canonum domorum juris Baſilicæ iiſdem Camerariis Beneff. uſque ad an. 1734. *c* 305. *ſeqq.* Olim Clem. VII. Conſtitutioni inhærens Nicolai III. ſanxit, ut Beneficiati canere neſcientes Capellanos ſubſtituerent proprio ſumtu *b* 399. At Paulus III. iſto onere eos allevavit *b* 444. Plura Paulus V. *c* 215. *ſeqq.* V. *Canonicor. privilegia*.
Beneficiatus Baſilicæ confertur Cardinali *b* 288. ejus taxa Cameralis 24. Ducati *b* 344. *n.*
Beneficiatus cæſus in Borboniana direptione *b* 395.
Beneficiatus Diaconus Capellæ Pontificiæ *b* 425. Alter Magiſter Cæremoniarum Alex. VI. *b* 288. *n.*
Beneficiorum collatio temp. Alex. VI. per alternativam & menſes *b* 279. *ſeq.* Longe ante id temporis ad Archipresb. & Canonicos pertinebat

bat *b* 364. 393. 395. *n*. Jus idem obtinuerunt in Abbatiis Menſæ Capitulari unitis S. Martini de Fara a Nicolao V. *b* 418. S. Martini in Montibus Viterb. S. Nazarii, S. Petri Cuſatorum, & S. Ruſilli a Pio IV. *c* 50. 275. ac S. Salvatoris de Majella a Julio III. *e* 247. necnon aliis in Eccleſiis aliarum Diœceſum juris Baſilicæ. V. *Eccleſiæ*. *Monaſteria*.

Benevento *Petrus* de. fundat Capellaniam quæ Clericatus Chori perpetuus evadit *b* 215. 273. *n*.

Bentivolus *Guido*. Bretonorien. Epiſc. controverſiam habet cum Capitulo *c* 296. *n*.

Benzonus *Rutilius*. primus Canonicor. cum præb. Theol. *c* 81. 102. *ſeqq*.

Bibliotheca Baſilicæ Vatic. ejus ſitus & vices *b* 180. 183. *n*.

Biretino utendi facultas in celebr. Miſſæ *c* 254.

Boleni, Bollendini, oboli, denarii, nobis bajochi *a* 90. *b* 170. *n*.

Bona Baſilicæ in Emphyteuſim dari nequeunt abſque benepl. Apoſtol. *b* 193. Ea occultantes, retinentes, non revelantes excommunicantur *a* 144. *c* 188. Super eorum Canone, locatione &c. plura decernit Sixtus V. *c* 164. *ſeqq*. V. *Alienatio*. *Bonif. IX. Locationes*.

Bonciannius *Joannes Baptiſta*. Datarius Clem. VII. excipit Vota Inſtitutorum Ord. Teatini in Baſil. Vatic. an. 1525. die 14. Septemb. *b* 405. *n*.

Bonifacius II. & III. eorum Concilia ad S. Petrum *a* 2. *n*.

Bonifacius IV. Ejus Sepulcrum in Baſilica. *c* 208. *n*.

Bonifacius VIII. Ejus ætas & ingenium *a* 224. *n*. Dum eſſet Protonotarius Benedictus Gajetanus de Anagnia excepit obligationem Capituli pro Nicolao III. *a* 201. Canonicor. numerum tricenarium explet. tres Beneficiatos adjungit triginta inſtitutis a Nicol. III. Clericos viginti inſtituit *a* 224. *ſeqq*. Singulari munificentia in Baſilicam 44. millia 365. Florenor. auri in bona & fundos impendit. *a* 228. 232. Indulget Capitulo ut Beneficia quævis, Dignitates, Hoſpitalia &c. ad Baſilicam pertinentia nec per literas Apoſtolicas, neque a Legatis conferri valeant niſi ſpeciali facta mentione hujus Indulti *a* 226. Simile olim conceſſerat Innoc. IV. an. 1250. *a* 126.

Bonifacius IX. Ætas ejus & literæ Apoſtol. *b* 31. Vetat infeudationes, & locationes Bonorum Eccleſ. Monaſterior. &c. ultra triennium ſub pœna excommunic. *b* 62. *ſeqq*. Capitulum & Clerum Vatic. ſubjicit Viſitationi trium Cardd. *d* 8.

Bononienſis ampla porticus ante Baſilicam a Julio II. extructa *b* 348.

Borboniana fœdiſſima direptio Urbis *b* 375. *n*. Militum ſævitia in Baſilicam & ejus Miniſtros *b* 394. erant pars exercitus Caroli V. Borbonio Duce. Ab Urbe excedunt; miſerrime pereunt *b* 395. *ſeq*.

Borgia *Alphonſus* Canonicatum & Beneficiatum ſimul obtinet *b* 277. *Cæſar*. compendium ejus vitæ *b* 324. *n*.

Borromæus *S. Carolus* in Comitiis S. Pii V. primum alio verſus, deinde in ipſum S. Pium ultro concurrit *c* 64. *n*. *Fridericus* Aronæ Comes Frater S. Caroli inquilinus domorum Capituli. *c* 87. *ſeq*. *n*.

Boſius *Sfortia* Comes S. Floræ ex Conſtantia Farneſia Petri Aloyſii Sorore Alexandrum, & Aſcanium Cardinales, ac Carolum Priorem Longobardiæ. *c* 31. *n*.

Bretonorium olim Caſtrum Suſſubium *b* 198. *n*. Controverſia cum Capitulo ſuper juriſd. *c* 296. *n*.

Brevium Apoſtolicor. Scriptores 80. ab Alexandro VII. inſtituti *c* 17. *n*.

Bubalus *Angelus* Canonicus Baſil. *b* 279. *Baptiſta* & ipſe Canonicus *b* 326. *ſeqq*.

Buccejæ prædium Leo IV. donat Canonicis *a* 16. 58. *n*. Caſtrum incendio vaſtatum reparatur *a* 124. Iterum a Jacobo Sabello vaſtatum, & incenſum. *a* 319.

Burgenſes Burgorum, ſeu Villarum clauſarum municipes. *a* 257.

Burgus pars Leoninæ Civitatis, quam Angloſaxones incolebant. *b* 65. *n*. Vetus, & novus. *c* 125. *n*.

Bzovius Nicolai III. Conſtitutiones ſummis effert laudibus, totaſque evulgat *a* 177. *n*.

C

CAcciaguerra *Chriſtophorus* Canonicatui S Petri renunciat, Dignitate Cæſenæ in patria ſua fruiturus *c* 64. *Michael* Beneficiatus poſtea Canonicus. *Ibi*. *ſeq*. *n*.

Caducitas, ſeu devolutio Bonorum Baſilicæ ob non ſolutos Canones citra quadriennium ſine benepl. Apoſtol. non remittenda ex Decreto Sixti V. *c* 159. Clem. VIII. concedit ut Capitulum remittere, & condonare poſſit abſque ulla licentia, modo declarata, & acceptata ab eodem non fuerit *c* 193. Bened. XIV. alias etiam cauſas caducitatis explanans, Clem. VIII. Privilegium confirmat, & extendit ad poſſeſſionem initam a Capitulo, qua accedente neceſſariam decernit licentiam *c* 353.

Cæcius *Ludovicus* privilegium obtinet a Leone X. tranſumendi Documenta Archivi Baſilicæ *b* 371.

Cæleſtinus III. Ejus ætas & Conſtitutio *a* 74. *ſeqq*.

Cæleſtinus IV. Ejus ætas breviſſima 17. dierum *a* 126.

Cæleſtinus V. S. Ejus ætas & literæ Breves *a* 222. *ſeqq*.

Cæremoniale Auguſtini Patritii obtinet *b* 151. *n*. Quando digeſtum? *c* 326. *n*.

Cæſarinus *Georgius* fundator Capellaniæ SS. Lamberti, & Servatii in S. Mariæ de Febribus *b* 200. *Julianus* Archipresbyter *b* 84. 97. 114. 159. *n*.

Cæſena: in ejus Cathedrali duas Dignitates Urbanus VI. inſtituit *c* 64. *n*.

Cæſis *Fridericus* de. Vir Illuſtris *b* 451. *n*. *Octavius* Capellanus Baſilicæ *b* 378. *Petrus Donatus* Card. inſignis *c* 65. *Romulus* Epiſcopus Narnienſis. *Ibi*.

Calandrinus *Philippus* Major Pœnitentiarius *b* 162. *n*.

Calix argenteus a S. P. Q. R. offertur quotannis Baſilicæ in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ex SConſulto per Greg. XV. probato *c* 229. Clemens XI. offerri concedit ſcuta 60. pro ejus pretio ad decennium *c* 290. Innocentius XIII. gratiam extendit ad aliud decennium *c* 292. Benedictus XIV. ita perſeverandum decernit in poſterum pro Sacrario *c* 349. *ſeq*.

Callixtus III. Ejus ætas, genus, patria, literæ Apoſtol. *b* 151.

Calvarellus Mons: ejus ſitus *a* 75. *n*.

Calvis de. Nobilis familia Romana *b* 67. *n*.

Camera

Camera Apoſtolica obligatur pro Caſalibus Baſilicæ alienatis *b* 185. *ſeqq.* Auditor in Regentem Cardinalem transformatur a Paulo IV. *c* 34. reſtituitur a Pio IV. infra annum *c* 36. Clerici ſunt XII. ex Conſtitutione Sixti V. *c* 29. *ſeq.*

Camera Capituli. Una ex portionibus ei aſſignatur, ut ſingulis Canonicis *a* 131. 159. 179. Pro neceſſitatibus, & negotiis Baſilicæ *a* 163. 181. Hodie ex Maſſa communi inſtaurandis ædificiis, aliiſque neceſſariis ſumitur quidquid eſt opus. *a* 131. *n.*

Camerarii ſex quotannis eligendi· quatuor Canonici, duo Beneficiati *a* 188. Eorum jura *b* 168. Quando ipſi aliique Officiales punctandi? *c* 71. Rationes ab iis petuntur. *b* 67. V. *Beneficiati. Canonici.*

Camillus S. de Lellis. Ejus genus & patria *b* 181. *n.*

Caminata quid? *a* 24. 74. 101.

Campanæ tres reficiendæ in Baſilica *b* 1. 4.

Campanaria turris fulmine percutitur *a* 359. *b* 1.

Campanile Baſilicæ mirifice ædificatum *b* 177. *n.*

Campegius *Alexander* Vicarius Baſilicæ, poſtea Card. *b* 445. *n. Laurentius* Card. ejus decora & vices in direptione Urbis *b* 394. *n. Thomas* Vir Illuſtris *b* 396. *n.*

Campus Mortuus, olim S. Petri in Formis *b* 152. Emtus a Canonicis anno 1447. *b* 120. Veliternenſium pecora inde arcentur, captiva ducuntur Romam Sixti IV. juſſu *d* 25. V. *Caſtrum S. Petri in Formis.*

Campus Salinus. Ejus Tenimentum cum Caſali Falcetula dos Beneficiator. & Clericor. a Sixto IV. inſtitutor. *b* 223.

Cancellariæ Regulæ ſeu Conſtitutiones in Galliis natæ ſub Joanne XXII. *c* 20. Benedictus XII. immediatus ejus Succeſſor ſuas Regulas condidit ſe ipſo teſte *a* 302. Nec Rigantium illuſtrant quæ 84. annis poſteriora eruuntur e ſitu *d* 10. *n.* Clemens VI. item ſuas edidit Regulas *a* 325. Succeſſores cæteri non ſuppeditant collectioni Documenta. Sed ſuas condens Martinus V., alias Prædeceſſorum laudat, ſibique ait Canonicatus, Dignitates, & Beneficia omnia Vaticana, Lateranenſia, & S. M. Majoris reſervata *d* 10. Sixto IV. eædem vigent *b* 195. Nicolaus V. eam fere formam illis dedit, quam habent *e* 20. *n.* V. *Reſervationes.*

Candela olei quid? *a* 21. *n.*

Candidatus inter Officia domus Auguſtæ *a* 8. *n.*

Canones nonnulli. Eccleſiæ S. Joannis dirutæ prope Caprarolam *a* 33. *n.* S. Michaelis de Revere Scriniolo ad ripam Padi *a* 94. S. Mariæ de Gratia in Caſali Cornutorum *b* 340. S. Salvatoris Montis Acuti *a* 220. Vinear. Canneti & Sodi &c. *c* 148. *ſeq. n.* Domorum *c* 105. 223. Soli, ubi nunc Eccleſia S. Peregrini *c* 205. V. *Eccleſiæ. Monaſterium.*

Canonica, & ejus Clauſtrum in Conſtitutionibus memorata quatuor Monaſteria prope Baſilicam S. Martini, SS. Joannis & Pauli, S. Steph. Majoris, & S. Steph. Minoris *a* 15. 22. 29. 33. 46. 51. 53. 57. 64. 68. 72. 77. 82. 87. 107. 186. *ſeq. n.*

Canonicales domus aliis conceſſæ ad habitandum *b* 219. ſub Pauli III. Pontificatu Canonici eas locabant *b* 449.

Canonicatus S. Petri, ſumma eorum antiquitas *a* 15. *n.* Taxa inæqualis per ſeculum XV. Innoc. VIII. an. 1484. confert Canonicatum, & præbendam, quorum fructus 24. Florenos auri de Camera non excedunt *b* 231. Eodem anno Archipresbytero concedit collationem trium Canonicatuum, ac totidem præbendarum ejuſdem valoris 24. Ducatorum auri de Camera; ſecus Pontificiæ proviſioni, & Annatæ obnoxios declarat *b* 234. Sed ante eum Sixtus IV. *b* 195. *ſeq.* ipſe Innocentius an. 1486. *b* 241. *ſeq.* & Alexander VI. ſeculo exeunte, Florenorum, ſeu Ducatorum centum Canonicatus conferunt *b* 255. *ſeq.* Sequenti ſeculo longe auctior æſtimatio, eadem permanente Taxa. Quingentis ſcilicet ducatis æſtimabatur an. 1543. Archipresbyteratus, qui eſt prima Dignitas, & Canonicatibus æquivalens *b* 440. Nihilominus Canonicatus taxatur 100. Ducat. *c* 15. *ſeq.* 65. Hoc demum ſeculo XVIII. Archipresbyteratus ac proinde Canonicatus, ſunt Ducati 600. *c* 330. *d* 48. Ante Sixtum V. inæqualitas portionum ſenſim inoleverat, quam ipſe auſert *c* 175. Joannes Gajetanus de Urſinis Cardinalis retinet Canonicatum ad vitæ exitum tempore Bened. XII. *a* 302. Duo ſimul ab uno poſſidentur ſingulari exemplo *c* 47. Hieron. Machabæus Episc. Caſtrenſis Canonicatum & Clericatum ſimul retinet *b* 447. Onera a quolibet ferenda *c* 70. *n.* Summi tantum Principes, & præcipue Imperatores exemti *c* 230. 282. 330. *n.*

Canonici S. Petri. Prima eorum mentio an. 854. & 1053. *a* 16. 22. 58. *n.* Amalarii teſtimonio florebant nono ſeculo *c* 74. *n.* dicti Servitores S. Petri *a* 33. Canonici Rectores Monaſterior. SS. Joannis & Pauli, S. Martini, S. Steph. Ma., & S. Steph. Minoris *a* 57. Die noctuque divinis Officiis vacabant *a* 41. 53. 64. 72. Nonam poſt prandium perſolvebant *a* 87. Convivebant more inſignium Cathedralium, uno utentes refectorio, uno dormitorio. *Ibi. n.* In Vigiliis Pontificiis recitabant lectiones primi nocturni, & cantabant Reſponſoria *a* 182. *n.* Eorum numerus incertus uſque ad an. 1254. Innoc. IV. triennio ante majorem eſſe portionibus teſtatur *a* 126. Prædicto autem anno conſtituit, ut portiones eſſent 25. Canonicis 22. Archipresbytero, Metæ, & Cameræ tribuendæ *a* 130. Id mandatum executioni poſt an. 25. a Nicolao III. qui deinceps futuros omnino 30. decernit *a* 179. Nomina Canonicor. ſub Archipresb. Joanne Cajetano Urſino, poſtmodum Nicolao III. *a* 159. Quot ex iis Sacerdotes, quot Diaconi, quot Subdiaconi, Archipresbytero, aut Vicario deliberandum relinquit *a* 193. Tricenarium numerum, octo novis inſtitutis Bonifacius VIII. explevit an. 1301. *a* 230. Quem minui nunquam poſſe Paulus V. decernit *c* 215. Primæ eorum Conſtitutiones memorantur an. 1206. ab Innocentio III. probatæ *a* 87. Celeberrimæ Nicolai III. *a* 177. *ſeqq.*

Canonicorum S. Petri honores communes, & privati. Eorum Prior princeps erat Rectorum Romanæ Fraternitatis *a* 268. Sixtus IV. tres inter eos Dignitates inſtituit Decanum, Archidiaconum, Altariſtam *b* 206. Alex. VII. anno 1657. ſtatuit, ex iis unum fore Diaconum Capellæ Pontificiæ *b* 426. *n.* Imperatorem in ritu celebri Coronationis neceſſario recipiunt in fratrem, ſeu Canonicum *a* 353. Idcirco Bononiam ſe contulerunt eorum aliqui an. 1530. Carolum V. in Canonicum recepturi *b* 402. Anno 1267. *Berardus* Canonicus a Clemente IV. conſtitutus eſt ſequeſter pacis inter S. P. Q. R. & Carolum Siciliæ Regem *a* 146. *Albertus* de Parma

cum Fratre Hoſpital. S Spiritus juſſu Martini IV. an. 1283. Urbem frumenti inopia laborantem relevat a 203. Idem amovet duos Canonicos non rite admiſſos in Sancta Sanctorum, ſeu S. Laurentii Baſilica Pontificis ejuſdem auctoritate fungens a 204. *Angelus* Frangipanus & alii Ludovicum Bavarum averſantes, & interdictum Urbis acerrime vindicantes Joannem XXII. demerentur a 274. *ſeq.* *Bobo* de Boveſcis, & *Jacobus* de Anibaldis Legati S. P. Q. R. an. 1330. ad eumdem Pontif. petendi cauſa veniam ob adhæſionem Ludov. Bavaro, & præſtitam obedientiam Petro de Corbario Pſeudopapæ a 278. *Philippus* de Cambarlhaco, poſtmodum Altararius, Theſauro Fabricæ præficitur a 275. *ſeq.* *Paulus* de Scroſano Pœnitentiarius Min. anno Jubileo 1350. poſtea Pœnitentiarius perpetuus a 337. *Joannes* Paulinus anno 1382. Judex conſtituitur Veliternenſium aliquot reorum Majeſtatis ab Urbano VI. b 28. *Lucas* Holſtenius Nuncius Alex. VII. ſuſcipit abjurationem Chriſtinæ Suecor. Reginæ Oeniponti c 266. n. Scribit ad Leodienſes de Indulg. VII. Altar. Baſilicæ d 65. V. *Vicarius Baſilicæ*.

Canonicorum S. Petri Juriſdictio. Eccleſiæ omnes Civitatis Leoninæ uſque ad Montem Marium & Septinianum iis ſubjectæ a 33. 57. 70. 361. In Abbatias omnes unitas Capitulo auctoritatem quaſi Epiſcopalem obtinent. Perinde in aliis aliar. Diœceſium Eccleſiis c 365. V. *Abbatiæ. Beneficior. Collationes Capitularis Menſa. Eccleſiæ. Monaſteria. Privilegia. Variæ. Baſilica.*

Canonicorum Privilegia. Innocentius III. an. 1205. declarat Archipresb., & Canonicos immediate ſubjectos Romano Pontifici, a quavis alia auctoritate exemtos a 83. Gregorius IX. an. 1228. Privilegium illud confirmat a 113. Innoc. VI. Canonicos præſentes, & futuros in perpetuum cum omnibus addictis Baſilicæ eodem munit privilegio b 363. *ſeqq.* Clemens XI. an. 1701. Innocentii III. & Gregorii IX. Privilegia confirmat c 253 Benedictus XIV. non modo ea probat & confirmat; ſed ſingillatim enumerat perſonarum ordines poſt eoſdem Pontifices adjunctos Baſilicæ ſervitio, Seminariſtis etiam comprehenſis c 340. Archipresbyteratu vacante Privilegium Pontificalium, & reliqua exceptis Ordinationibus & Confirmationis Sacramenti collatione, largitur Canonicis, juxta veteres Pontificias conceſſiones inſtauratas, confirmatas, & ampliatas c 341. Confectionem Chriſmatis & aliorum Sacror. Oleorum fer. V. in Cœna Domini, & reconciliationem Baſilicæ per Altariſtam, aut Canonicum antiquiorem præcipue vindicat. *Ibid. ſeqq.* Nicolaus IV. conceſſerat, ut Beneficia omnia, exceptis Curatis, obtinere poſſent a 216. Clemens V. ut Præbendas & Beneficia etiam Curata ubilibet, quotidianis tantum diſtribtionibus exceptis a 244. *ſeq.* Plura hujuſmodi poſſidebant Gregor. XII. Pontifice b 68. Eugenius IV. a reſidendo in iiſdem illos eximit b 95. Sixtus IV. id Privilegium confirmat, alia adjungit communia etiam Beneff. & Clericis, ut illud eligend. ſibi confeſſarium qui ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis eos abſolvat a caſibus reſervatis Apoſtolicæ Sedi b 209. quod Privilegium confirmatur a Clemente VIII. c 194. & a Benedicto XIV. c 354. præcipue vero illos declarat Protonotarios Apoſtolicos, Capellanos Pontificis, & Familiares continuos Commenſales b 207. *ſeqq.* Quod pariter confirmatur, & honoratius redditur a Benedicto XIV. c 355. Clemens V. & VI. eis conceſſerant, ut duobus menſibus continuis, vel interpolatis abeſſe poſſent cum perceptione fructuum, & exceptorum a 240. 329. Canonici Capitulariter congregati; Camerarii etiam & Secretarius ſeorſim, ab irregularitate immunes in Cauſis Criminal. Abbatiarum unitarum ex Decreto Urbani VIII. c 239. quod Bened. XIV. confirmat c 369.

Canonicorum Sepultura antiqua in Cœmeterio a 255. Sepeliri incipiunt in Sacello SS. Lamberti & Servatii in Sacrario; inexploratum quo potiſſimum anno ſec. XV. b 200. n.

Cantores Baſilicæ veteres a S. Gregorio inſtituti a 25. n. 128. n. Sixtus IV. an. 1479. decem inſtituit, cum iiſdem privil. Cantorum Capellæ Palatii Apoſt. b 208. *ſeq.* V. *Capellani*.

Cantores Urbis. V. *Schola Cantorum*.

Cantuarienſis Eccleſiæ reconciliatio a 68.

Cantus neceſſarius Beneff & Clericis c 216. n.

Capa antiqua, & recentior a 194. Uſus ac varietas inter Canonicalem, & Beneficial. b 150. Ejus uſus in Eccll. filialib. & proceſſionn. c 355.

Capella Julia. Ejus inſtitutio an. 1511. b 345. Dos, & nomina tria b 345. 349. 450. Lites b 351. n. Iulius II. ejus fundator Commiſſarium & Adminiſtratorem inſtituit Bartholomæum Ferratinum, cui ſuccedit Baldus nepos b 404. *ſeq.* n. Præfectus poſtea dictus, & a Capitulo inſtituitur b 412. Gregorius XIII. illius inſtaurator Salaria ſupplenda decernit ex Maſſa communi c 113. *ſeqq.* Sixtus V. menſam ejus ſeparatam ſupprimit c 171. Clemens VIII. reſtituit in priſtinum c 190. Compenſatur pro alienationibus c 196. n. Ex Clem. VIII. privilegio medietas ſervit per anni circulum c 200.

Capellæ veteris Baſilicæ, & aliæ. S. Apolloniæ Jurispatron. Urſinor. b 140. *ſeq.* S. Crucis exciſa, cujus Capellanus in Beneficiatum evaſit b 174. n. S. Gregorii c 101. n. S. Joannis Baptiſtæ olim Urſinor. a Nicol. V. exciſa ubi abſidem ædificavit b 140. SS. Lamberti & Servatii in Sacrario hodie Reliquiarum Juriſpatr. Cæſarinor. b 200. n. B. Mariæ de Conventu cujus imaginem Urban. VIII. dono dedit Duci Maſſæ b 334. n. S. Mariæ de Febribus in Sacrario, cujus vices, & hiſtoria brevis c 257. n. Della Fievre in Eccleſia S. Andreæ b 130. 140. n. S. Mariæ Pregnantium b 422. n. S. Petri Subterranea, quam Clemens VIII. marmoribus ornavit, hodie auro tectis c 295. S. Vincentii quæ Nicolai V. tempore in Collegiatam evaſit d 7. n. S. Zenonis in domo Canonicali b 243.

Capellani Papæ ſunt Auditores Rotæ a 105. n.

Capellani duodecim a Julio II. inſtituti an. 1512. dicuntur: quatenus decem cantoribus a Sixto IV. inſtitutis, ſubſtituit cantores duodecim, ſcholares totidem cum duobus magiſtris, muſices nimirum, & grammatices b 249. Gregorius XIII. an. 1578. inſtaurans Capellam Juliam, confirmatis duodecim cantoribus, totidem ſcholares illos appellat Capellanos, deque eorum emolumentis decernit c 114. *ſeqq.* Sixtus V. an. 1589. inſtituit pro Capellanis duodecim pueros Scholares præterea quatuor baſſos, quatuor tenores, quatuor contraltos, quatuor ſupranos c 172. Quam conſtitutionem confirmat Paulus V. an. 1611. c 215. Vocem in canendo iis adjungendam a Canonicis, Beneff. & Clericis decernens c 214. Hodie ſex Capellani, & totidem

dem Soprani, ac duodecim alii muſici baſsi, tenores, contralti, qui in Choro pſallunt cum Capellanis *c* 172. *n.*

Capellani quatuor ab Innocentio VIII. Fundatore Innocentiani nuncupati. Stallum habent in Choro, & feſtis diebus interſunt Miſſæ, & Veſperis: vide plura *b* 291. *ſeqq.* Indecorum putantes Clericis Beneficiatis poſthaberi in Choro, & proceſſionibus, Alex. VI. patrocinium implorant. Pontifex a Divinis Officiis, & proceſſionibus eos eximit. Decreto per Julium II. edito an. 1505. *b* 334. *ſeq.* Hodie eos videmus ſedere poſt Beneficiatos, & ante illos incedere in proceſſionibus *b* 335. *n.* Dicuntur B. M. de Conventu *b* 408. *n.* Unam ex his Capellaniis bis confert Julius III. eodem anno *c* 10. 17.

Capellania ad Altare mortuorum *b* 215. Juriſpatr. Urſinorum *b* 369. Inſtituta a Petro de Benevento Canonico, ita ut Capellanus habitu, & oneribus, Beneficiatorum eſſet ſimilis *b* 273. *n.* Gregor. XIII. Clericum Beneficiatum eum declarat, Capellaniam Sacrario adjudicat *c* 139. Onus trium Miſſarum a Sixto V. reductum *c* 140. *n.*

Capellaniæ veteris Baſilicæ. Ad Altare *SS. Andreæ et Gregorii* fundationis, dotationis, & juriſpatr. Picolomineor. *b* 283. 448. *Annunciationis* in Oratorio S. Petronillæ *b* 336. *S. Beraldi* & Sociorum Alpharano ignota *b* 379. 434. *n. Crucifixi* in S. Mariæ de febribus *b* 205. *S. Eliſabethæ b* 361. 363. *n. S. Ludovici* (hodie S. Clementis ab an 1725.) in S. Mariæ de febribus *b* 274. *S. Marci c* 13. 15. Sacrario addicta cum oneribus *c* 136. *B. Mariæ* prope columnam duæ a Card. Antoniotto fundatæ, ac Pœnitentiariis tributæ *b* 328. *ſeq. S. Mariæ* Virgariorum translata ad Altare S. Marci, poſtea Sacrario addicta *c* 137. *S. Nicolai* a Card. Philippo Calandrino fundata in memor. Nicolai V. fratris ex matre *b* 248. 250. *S. Petri ænei*, de bronzo nuncupata *b* 362. 391. *c* 65. *ſeqq. S. Petronillæ* fundat. dotat. & juriſpatr. Regum Franciæ *b* 359. *ſeqq. c* 46. *ſeqq. S. Sebaſtiani b* 287. *ſeqq.*

Capellaniæ in nova Baſilica. Quatuor in ſacello Gregoriano a Greg. XIII. inſtitutæ *c* 135. *Proceſſi et Martiniani* a Canonico Aldobrandino fundata *c* 228. & aliæ plures.

Capiluccus *Paulus* Prælatus inſignis. Canonicus Baſil. *b* 417. *n.*

Capiteferreo *Hieronymus* de. Card. *Tiberius* Canonic. Baſil. *c* 13. 14. *n.*

Capitularis menſa antiquiſſima. Prima ejus bonorum mentio an. 854. ex literis S. Leonis IV. *a* 15. Ejus Bona ævo S. Leonis IX. *a* 33. Innocentius II. ci largitur medietatem Oblationum quorumdam altarium *a* 46. Eugenius III. & Hadrianus IV. quartam partem Altaris Majoris S Petri *a* 51. 53. Benedictus XII. an. 1339. dolet, nonnullos Canonicos fraudare Cameram Apoſtol. cæteris tribus partibus ad eam ſpectantibus, obligando fideles ad oblationes minuendas Majoris Altaris, augendaſque aliorum Altarium juris menſæ *a* 316. Innocentius, & Honorius III. addicunt menſæ proventum e ſignis plumbeis, quæ a peregrinis emebantur *a* 107. Ad eam ſpectabat uſus fructus machinarum, & quorumvis ædificior. ligneorum in platea, ſcalis, porticu, &c. certis quibuſdam temporibus, pro ludis, & feſtis, Leone X. jus confirmante *b* 359. *ſeq.* Bona ejuſdem menſæ tempore Hadriani IV. *a* 57. *ſeqq.* Ejus cenſus & alia bona in Romandiola *b* 73. *n.* Donationes, & legata in Dacia & alibi *b* 116. Ejus bona a principibus viris invaſa dum Avenione degebant Pontifices *a* 252. *ſeq.* Eapropter a Joanne XXII. Conſervatores & Judices eum plena auctorit. conſtituuntur ad vindicanda eadem Bona *Ibi*, & 257. *ſeq.* Invaſores quicumque excommunicantur *b* 102. Anno 1448. menſæ redditus valde tenues *b* 129. Nicolaus V. eam ſubjicit viſitationi *b* 139. Bona omnia vindicantur eidem a Paulo IV. *c* 35. *ſeq.* S. Pius V. apponi jubet Inſignia Baſilicæ Domibus &c. ubicumque ad illam ſpectantibus *c* 78. Camerariis quatuor Canonicis & Beneficiatis duobus ejus cura commiſſa a Nicolao III. *a* 188. Paulus V. ad ſolos Canonicos redigit, quibuſdam exceptis caſibus *c* 219. Olim Sixtus IV. quinque Canonicis, conſervatoribus, & uni Clerico Beneficiato Camerario eam commiſit *b* 217. *ſeq.* V. *Abbatiæ. Caſtra. Monaſteria. Oblationes.*

Capitulum a ſolis Canonicis fit: Beneficiatis dumtaxat vocatis ex Conſtitutionibus, in alienatione &c. ut annis 1448. & 1454. ſub Nicolao V. Pontifice; *b* 125. 142. necnon ſub Pio II. an. 1464. *b* 183. & alibi. Ejus ſecreta revelans Canonicus ſubit excomm. latæ ſententiæ *b* 447. Innoc. III. contra Capitulum definiens quamdam controverſiam cum duabus pupillis anno 1214. præſervat eidem jus agendi *a* 97. *ſeq.* Alia controverſia cum Portuenſi Epiſcopo ad Capituli favorem componitur a Pio II. *b* 181. Commendatur a Clemente V. Lateranenſis Eccleſiæ incendio exciſæ ſatagens *a* 248. Eximitur a contributione pro reficienda via Burgi novi *b* 360. Commodat Paulo III. 20. millia ſcut. ob S. Sedis neceſſitates *b* 431. Grati animi ergo Pontifex illud eximit ab omni decima *b* 433. Pius IV. illud compenſat ob Caſalia alienata tempore Clementis VII. in levamen Apoſtolicæ Sedis *c* 50. *n.* 59. Utitur juriſdict. Crimin. aliquibus in locis *c* 239. *ſeqq.* Liberam frumenti venditionem obtinet a Sixto V. in Territorio Cornetano ad quinquenn. *c* 177. *ſeqq* Ejus grati animi monumenta Nicolao III. *a* 195. Bonifacio VIII. *a* 231. Paulo IV. *c* 37. *n.* Alexandro VII. *c* 312. *n.* Benedicto XIII. 302. *n.*

Capocius *Raynerius* Card. S. Dominici amicitia utens *c* 75. *n.*

Caporiones, & Banderenſes idem *b* 54.

Caporiis de. *Jacobus* Canonicus Baſil. *b* 230.

Capracorum Caſtrum hodie Caprarola in agro Vejentano donatur Canonicis ab Hadriano I. *a* 31. 33. *n.*

Capranica *Angelus* Card. Reatinus Legatus Bononiæ *b* 161. *n. Dominicus* Card. Major Pœnitentiarius *b* 99. 155. *n. Petrus* Canonicus Commiſſarius Capituli ad Bona Baſil. recuperanda *b* 154.

Caraſa Card. *Antonius* Regens Cameræ annuus *c* 35. *n. Antonius* Canonicus in Familiæ caſu communi privatus Canonicatu a Pio IV. reſtituitur in integrum a S. Pio V. *c* 47. *n. Joannes Petrus* poſtea Pontifex Paulus IV. *b* 431. *n.*

Carampa *Petrus* obtinet in Commendam Eccl. Parochialem S. Mariæ de Regina Cœli in platea S. Petri *b* 321.

Cardinales laudati a Nicolao IV. quod onus Pontificis una ſecum ferant *a* 211. Hebdomadarii S. Petri, Presbyteri S. Mariæ Tranſtib. S. Chryſogoni, S. Cæciliæ, S. Anaſtaſiæ, S. Laurentii in

in Damaſo, S. Marci, & SS. Martini & Silveſtri *a* 123. *n.* Schiſmatis tempore Urbanus VI. & Clemens VII. certatim eos creabant *b* 61. *n.* Hinc nata neceſſitas mutandi titulos, quæ Alexandro V. cœpit an. 1409. *b* 69. *n.* Clemens XII. modum impoſuit Optationi Epiſcopatuum Suburbicarior. præter Portuenſem, & Oſtienſem Decano ſemper debitum *b* 70. n. Anno 1463. laborabant penuria ædium *b* 179. In Comitiis Pauli II. leges octodecim jurant; quarum quinta erat de redigendo Sac. Collegio ad 24. Cardinales *b* 230. *n.* Sixtus V. ſancit ne plures, pancioreſve ſint ſeptuaginta *Ibi*. Pontifices, & Cardinales omnes in Curia morantes ſunt Cives Romani *b* 393. *n.* Tres uno eodemque tempore ſemel, & iterum in Domo Barberina *c* 254. *n.* Latinus Teſtandi facultatem obtinet ab Honorio IV. *a* 223. Latinus Urſinus Domicellus Roman. celebris: frequenti translatione de ſede in ſedem memorabilis *b* 152. n. Berardus Herulus ſeu Herculeus vulgo Card. Spoletinus ſepultus in Baſilica *Ibi*.

Carnisprivium fortaſſe dedit nomen *Carnevale* *a* 182. *n.*

Caroccius P. Soc. Jeſu de imaginibus B. Mariæ *c.* 222. *n.*

Caroleni. Eorum valor alius aliis temporibus *a* 317. *b* 295. 330. *n.* Obvii Romæ *b* 269.

Carolinus Codex nonnullæ ex eo Epiſtolæ Pontiff. *a* 12. *ſeqq.*

Carolus Andegavenſis I. Siciliæ Rex a Clem. IV. juvatur collecta Eccl contra Manfredum *a* 144. a Martino IV. adverſus Petrum Aragonium *a* 206. *n.* Perinde Honor. IV. taxa decimarum indicta, tuetur Carolum II. *Ibi*. Utriuſque Regis Donatio 50. unciar. facta Baſilicæ *a* 241. *ſeqq.* V. *Coronatio*.

Carolus IV. Aug. coronatur Romæ a Cardd. deputatis per Innocentium VI. Avenione degentem *a* 251. *ſeqq.*

Carolus V. Aug. coronatur Bononiæ a Clem. VII. qui omnia ibi peregit, quæcumque Vatic. Baſilicam referrent *b* 402. *ſeqq.* Ritus uni Baſilicæ addictus *a* 252. *ſeqq.* *b* 402. *ſeqq.* *c* 347.

Carolus V. Rex Franciæ donat Baſilicæ 200. Florenos: centum Fabricæ applicandos, totidem dividendos inter Canonicos, Beneff. & Clericos *b* 25.

Carolus VIII. Ludov. XI. filius S. Petronillæ interceſſione a mortali ægritudine liberatur *b* 259.

Caſale *de Florano* emtum a Fr. Fr. S. Balbinæ Clem. IV. Pontifice *a* 148. *ſeq.*

Caſale *Monaſteriorum* redemtum a Capitulo an. 1607. *c* 58. *ſeq.* Alienatis nonnullis domibus cum Pauli V. benepl. *d* 37.

Caſale *Quintum*. Ejus portio in Emphyteuſim locatur a Capitulo *d* 36. 39.

Caſalia, ſeu Caſtra, Tenimenta &c. antiqua Baſilicæ per ſeculum undecimum *a* 33. Recentiora V. ſuis locis.

Caſalia *Furnus Saracenus*, & *Treſcolumnæ* emta a Bonif. VIII. & donata Baſilicæ *a* 232. 235. 237.

Caſalia Baſilicæ ſub Leone X. *b* 366. Alienata pro S. Sede in maximis anguſtiis Clem. VII. videlicet *Quarticioli*. *Silicis*. *Furni Saraceni*. *Muratellæ* portio. *Piſciarelli*. *Monaſteriorum*. *Reſachi* dimidium, & *Campi Salini*. *Petræ aureæ*. *Riciæ*. *Pedicarum S. Thomæ* *b* 389. *ſeqq.* *c* 110.

Caſalia *Vallis inferni*, & *Manlianæ*, aſſignata Capitulo pro alienationibus Caſalium prædictor. compenſatione *b* 383. *ſeqq.* *c* 57. *ſeq.* *n.* V. *Alienationes*. *Locationes*.

Caſalinus. De eo opinio varia *b* 65. *n.*

Caſalius *Jo. Baptiſta* Canonicus Lateran. duas Capellanias obtinet a Leone X. in Baſil. Vat. *b* 361. *ſeq.*

Caſtelfranco in Oppido arx excitatur a S. Pio V. quam Greg. XIII. excindi poſtmodum jubet *c* 84. n.

Caſtellaris, & Cephaliæ Latifundia a Capitulo in Emphyteuſim conceſſa cum privil. Alex. VII. *c* 271.

Caſtellum aureum idem ac Circus Flaminius *a* 74. *n.*

Caſtra & Fundi Baſilicæ extra Urbem *a* 114.

Caſtra & Prædia emta proprio ære a Bonif. VIII. cum eorum juribus, & donata Baſilicæ *a* 228. *ſeqq.* 232.

Caſtrum S. Angeli. V. *Hadriana moles*.

Caſtrum *Attiglianum* juris Capituli, ab eodem alienatur cum pacto redimendi infra ſeptenn. pro emtione Campi mortui cum privil. Nicolai V. *b* 129. Capituli conſultum de redimendo *b* 141. Cedit ejuſmodi juri mille inſuper florenis acceptis *b* 151.

Caſtrum *Jubileum* juris Capituli *b* 146. *n.* Pio II. Pontifice locabatur pretio ſcutor. 225. *b* 171. *n.*

Caſtrum *Noncilianum*. Portio ad Capitulum ſpectans alienatur Nicolao V. probante *d* 18.

Caſtrum *Pennæ* emitur a Capitulo *b* 5.

Caſtrum *Petræ Pertuſæ* acquiſitum a Capitulo *b* 366. *ſeq.* *n.*

Caſtrum *S. Petri* in Formis & Burghetti (*Campus mortuus* hodie dicitur) juris olim Sabellorum; Cameræ Apoſt. addictum utrumque *b* 106. A Capitulo emtum Nicolai V. auctoritate accedente *b* 106. n. 117. 121.

Caſtrum *Podii Donadei* perinde juris Sabellor. at confiſcatum, venit Capitulo *b* 210. *d* 20. Sabellis reſtituitur titulo Vicariatus S. Sedis, Abbatia S. Paterniani in compenſationem conceſſa Capitulo, at ſine ſucceſſu *b* 213.

Catharina S. de Funariis *a* 19. *n.* V. *Eccleſia*.

Cathedra S. Petri. Ejus unica feſtivitas 22. Febr. *b* 402. *n.* *c* 35. *n.* Paulus IV. omnium primus an. 1557. die 25. Decembris aliam feſtivitatem inſtituit, quæ Cathedra Romana dicitur *b* 402. n. *c* 34. *ſeq.* *n.* Lignea S. Petri Cathedra *a* 183. *n.*

Cavallerotti Romani prædivites olim dicti *b* 60.

Cenſualis liber fieri juſſus a Julio II. *b* 342. quotannis a Ratiocinatore in Archivum deferendus expleto anno *c* 161. Novi Cenſualis confectionem expectare poteſt *c* 194.

Cenſus & alia ad Baſilicam ſpectantia exigenda committuntur Nuncio Apoſtol. *b* 64. Unus cenſus creatur a Capitulo cum Carmelitis auct. Apoſtol. *c* 92. *ſeq.* Alius *c* 98. *ſeq.* Alius ſcutor. quatuor mill. ſuper Bonis Baſilicæ an. 1584. cum benepl. Gregorii XIII. pro emenda juriſd. criminali & miſta a familia Valegnana in Caſtro Faræ *c* 143.

Cervinus *Thomas* Patriarcha Jeroſolym. Canonicus 87. annorum moritur *c* 295. n.

Ceulus *Mutius* Beneficiatus, mox Canonicus Baſil. *c* 105. n.

Chirographus Innoc. X. tribus Bullis Conſiſtorialibus derogat pro venditione Abbatiæ S. Martini in Montibus Viterb. *c* 260.

Chiſius *Auguſtinus* emit domum aſſignatam pro dote Capellaniis Innocentianis pretio ſc. mille ad eatruendum Equile *b* 316. *n.*

Chorus, Capella Sixtina a Sixto IV. Fundatore nuncupatur *b* 205. Licet Mulieribus illum ingredi quatuor diebus per annum 27. Januarii S. Joanni Chryſoſtomo, cujus Corpus in ejus Ara quieſcit, dicato; 13. Jun. & 4. Octob. Sanctorum Aotonii, & Franciſci feſtis; ac demum 8. Decembris SS. Conceptionis Sacro: ut plenariam Indulgentiam aſſequantur. Reliqnis temporibus anathema iis inflictum a Siato IV. & ab Urbano VIII. confirmatum. *Ibi.*, & *c* 239. Tabulam antiquam Chori pinaerat Balthaſſar Senenſis Siato IV. jubente *b* 205. Silentium in Choro ita præſcribitur a Nicolao III. nt *ſi quis de iis, quæ ad officium vel Miniſterium pertinent, ſeu aliis utilibus ſocio loqui vellet breviter et ſilenter hoc faciat, ut impediri ſeu turbari propterea divinum Officium non contingat a* 104. Diſciplina tot Conſtitutionibus Pontificum nitens peſſumierat ſub Alex. VI. at Julius II. eam reſtituit, ut aliis Eccleſiis Urbis eſſet eaemplo *b* 335. Chori Director eſt Prior Canonicorum *c* 217. V. *Servitium Chori*.

Chriſtina Suecorum Regina Romæ *c* 266. *n.*

Cicindelæ lampades vitreæ *a* 22. *n.* 35.

Cincia Familia nobilis Romana *c* 59. *ſeqq. Balthaſſar* Ill. Prælatus, ætate & virtutibus florens; Canonicus Baſilicæ *b* 195. *n.* *Chriſtophorus* Canonicus an. 1526. divitiis pollens, S. R. E. Theſaurarius *b* 427. 431. *n.* *c* 23. 27. *ſeqq. Gaſpar* Chriſtophori Coadjntor *c* 23. *n.* *Hortenſia* Caſalis Monaſteriorum partem emit evictione Capituli extincta a Pio IV. *c* 57.

Circus Flaminius olim Caſtellum aureum *a* 74. *n.*

Ciſtercienſis Ordo incipit *c* 56. *n.*

Civitas Romana ex diuturnitate domicilii acquiſita *b* 249.

Claretum dandum Canonicis poſt ſacras functiones *a* 43. Bona cibaria & diverſa vina bona *a* 69. *n.* Bona muſta ſana, & dulcia. *a* 77. *n.* Refectiones hujuſmodi paſſim memoratæ *a* 133. *n.*

Claves Confeſſionis S. Petri, & earum virtus *a* 3. *n.*

Claves, quæ Pontifici tradontur in poſſeſſione, quam dicunt, Lateranenſi, Symbolum ligandi, atqne ſolvendi *c* 232. *n.*

Clemens III. Ejus ætas, & Conſtitutio *a* 72. *ſeq.*

Clemens IV. Ejus ætas, & literæ Apoſtolicæ *a* 144. *ſeqq.*

Clemeos V. Ejus ætas, & conſtitutiones *a* 240. *ſeqq.*

Clemens VI. Ejus ætas, & literæ Apoſtolicæ *a* 325. *ſeqq.*

Clemens VII. Ejus ætas & ingenium *b* 375. Vices *b* 393. Moncatæ & Ferramuſcæ auditis cædibus non mœret *b* 400. *n.* Carolo V. Imperii Coronam imponit Bononiæ *b* 402. *ſeqq.*

Clemens VIII. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *c* 181. *ſeqq.* Decreta viſitationis. *c* 186. *ſeqq.*

Clemens IX. Ejus ætas, genus, patria, literæ Breves *c* 274.

Clemens X. Ejus ætas, coronatio, ad Lateranum proceſſio *c* 275.

Clemens XI. Ejus ætas, genus, patria, coronatio, proceſſio ad Lateranum quinto poſt menſe *c* 283.

Clemens XII. Ejus ætas, patria, genus, proceſſio ad Eccleſiam Lateranenſem poſt menſes quinque a coronatione ſuſcepta *c* 305. Optiones Cardd. Epiſcoporum ab eo ſublatæ *b* 70. *n.*

Clerici Beoeficiati. Bonifacius VIII. anno 1301. Clericos viginti inſtituit *a* 230. Totidem inveniuntur anno 1433. *b* 86. Franciſcus de Thebaldeſchis Prior Canonicor. poſtea Cardinalis, tres adjunait Clericos *b* 215. Sixtus IV. anno 1483. duos ſuperaddidit *b* 220. 225. *n.* Denique an. 1581. Gregorius XIII. Capellaniæ Altaris mortuorum a Petro de Benevento fundat. an. 1430. Capellanum Clericum declarat viceſimum ſextum *b* 215. *c* 139. *ſeq.* *d* 64. Hi Clerici 26. in alienationibus non habent locum *c* 261. *n.* A Siato V. omnes æquati *c* 170.

Cola *Rienzi*, ſeu *Nicolaus* Laurentii Legatus Roma mittitur ad Clementem VI. pro reducenda Sede in Urbem *b* 5 *n.* obtruncatur a ſuis *b* 26. *n.*

Cola *Sabellus* Eccleſiæ rebellis *b* 117. *ſeqq.* V. *Sabellis*.

Collectæ quum imponuntur Canonicis &c. etiam Penſionarii ad eas tenentur *c* 26.

Collegiata S. Catharinæ Domnæ Roſæ *b* 60. V. *Eccleſia*.

Colnmna *Aſcanius* Domicellus Romanus a criminibus in direptione urbis perpetratis abſolvitur *b* 398. 400. *Julius* Canonicus Baſilicæ ab annata eaimitur *b* 276. *Pompejus* omnium longe celeberrimus, Vicecancellarius *b* 360. *n.* 379. 382. *n.*

Columnenſium ædes ad SS. Apoſtolos Martinus V. ædificavit *b* 83. *n.*

Comines *Philippus* de. Memoriarum libri utiles poſteris *b* 259. *n.*

Comitibus de. *Joannes* Archipreſbyter Baſil. *a* 64. *Lucidus* ſuppoſitus Archipreſbyter Baſilicæ *b* 83. *n.* *Michael Angelus* V. Innocentius XIII.

Commendæ. Card. Papienſis exceſſivum numerum Monaſteriorum ſuo ævo commendatorum exaggerat *b* 165. *n.*

Commentator nuperus Pontifical. Rom. decipitur *b* 231.

Commiſſarii Capituli extra Urbem auctoritate Apoſtolica *b* 414. *c* 44.

Communes dies pro ſervitio Chori S. Pii V. & noſtra ætate *c* 185. *ſeqq.*

Conca Latifundium a S. Pio V. conceſſum domui S. Inquiſitionis *c* 109. *n.*

Concilia in Baſilica Vat. haberi ſolita *a* 1. 2. Adde pleniſſimam Synodum Alexandri II. de qua Bar. an. 1068. *n.* 3. auctoritate S. Greg. VII. qni intererat tum Archidiac. E. R. Celebrari cur deſierint a ſec. 21. *Ibidem* Lateranenſia III. & IV. *a* 246. *b* 196. *c* 80. *n.* & alibi paſſim in literis Apoſtolicis Collationum Beneficiorum. V. a Julio II. cœptum *b* 349. *n.*

Concilium Papienſe, & ejus Præſides *b* 83. *n.* Piſanum tempore Schiſmatis, in quo a Cardd. eligitur Alex. V. *b* 68. *n.*

Conclavis Capita nonnulla, ſeu leges a Cardinalibus conſtitui incipiunt an. 1467. *b* 189. *n.*

Concordia Canonicorum cum Beneff. ſub Julio II. *b* 340. *ſeq.* Sub Paulo III. *b* 430. Cum Archiep. Teatino ſub Urbano VIII. *c* 245. Cum Vicario Curato S. Petri *c* 232. *ſeqq.*

Condulmerius *Franciſcus* Eug. IV. nepos Camerarius ſal diſtribuit Canonicis, Beneff. & Clericis *b* 86.

Confeſſio S. Petri a Greg. Turon. deſcribitur *a* 5. *n.* Ibi Patrimonior. Rectores juramento ſe obligabant. *a* 4. Rom. Pontifex, & Epiſcopi illic Fidem profitebantur, ac D. Petro offerebant. *a* 9. *n.* Auguſtorum literæ ibidem deponebantur

Digitized by Google

nebantur *a* 8. *ſeq.* Ibi libellos ſuæ veræ fidei ac purgationes a criminibus objectis Epiſcopi deponebant *a* 2. *n.* Huc non accedebant Peregrini niſi poſt oblatum fidei ſuæ libellum *a* 13. *n.* Caſtrorum, Civitatum, Regnorum donationes ibi fiebant *a* 42. *n.* Inde ſemper Archiepiſcopi Pallium acceperunt *a* 43. *n.* Inde gladius ſumebatur quo Imperator cingendus erat *a* 117. *n.* 354. *c* 347. *n.* Inde Romana Eccleſia ſuum nomen mutuata eſt *a* 202. *n.* Ejus claves ſervantur ab Altariſta *c* 221. *n.* Paulus V. ad ejus altare quatuor argenteas lampades & Beneficium S. Euſebii in terra de Gambalo offert. *c* 219. V. *Gelaſius*. *Gregor. Turon.*

Confeſſio peccatorum olim infrequens *c* 49. *n.*

Confirmatio uſque ad XII. ac XIII. ſeculum una cum baptiſmate conferri ſolita, ex privilegio Canonicorum Baſilicæ in tota Civitate Leonina degentibus conferebatur *a* 17. 20. 34. 59. 70. 85. 115. Anno 1642. Urbanus VIII. Privilegium iſtud inſtaurat *c* 254. *n.* V. *Baptiſmus*.

Conſortis *Paulus* de. Familiaris Alex. VI. Canonicus Baſil. & una ſimul S. Mariæ in via lata, aliiſque cumulatus Beneficiis *b* 323.

Confraternitas SS. Sacramenti in Baſil. inſtituitur; Indulgentiæ ei conceduntur *b* 482. *n.* V. *Archiconfraternitas*.

Congregatio. Doctrinæ Chriſtianæ in S. Agathæ, & S. Martini Regionis Arenulæ, hodie in B. Mariæ de plantu mutatis alumnis *c* 210. *n.*

Congregatio S. Mariæ Conſolationis Ordinis S. Auguſtini in S. Balbinæ *c* 146. *ſeq.* *n.*

Conjectura conjecturæ fem. gen. *b* 434. *n.*

Conradinus Siciliæ Regem ſe appellans, Piſani, Senenſes, aliique ejus fautores a Clem. IV. excommunicantur *a* 147.

Conſecratio, aut Benedictio Rom. Pontif. olim uno, eodemque die fiebat, quo Coronatio, & ad Lateranum proceſſio *b* 189. *n.* Nec niſi die Dominico, contra quam docemur in comment. Pontif. Rom. *c* 283. V. *Coronatio*. *Rom. Pontifex*.

Conſecratio Altaris Majoris S. Petri a Callixto II. facta *a* 213. *n.* in nova Baſilica a Clemente VIII. an. 1594. (Novam vero Baſilicam Urb. VIII. conſecravit an. 1626. *c* 238.) Altaris Chori ab Archiep. Salernitano juſſu Sixti IV. an. 1479. atque inſtaurati poſt centum fere annos, a Bartholomæo Ferratino Epiſcopo, Canonico Baſilicæ an. 1577. Pontifice Greg. XIII. *b* 206.

Conſtantina Auguſta nequicquam petit a S. Gregorio ſibi tranſmitti caput S. Pauli contra morem S. R. E. *a* 4. *ſeq.*

Conſtitutiones Baſilicæ Nicolai III. *a* 177. *ſeqq.* Quas Raynaldus ſummopere commendat, Bzovius recitat, Auditores Rotæ uſque adeo venerantur, ut non abrogari per non uſum, nec per contrarium uſum, aut aliam præſcriptionem poſſe ſæpe declararint *Ibid.* *n.* Quæ ſane verba ſunt Pauli V. *c* 218. Additiones Bonifacii VIII. *a* 229. *ſeqq.* Eugenii IV. *b* 91. Nicolai V. *b* 123. 150. Calliſti III. *b* 153. Sixti IV. *b* 206. *ſeqq.* Julii II. *b* 335. 340. *ſeqq.* Clementis VII. *b* 377. 380. 399. Pauli III. *b* 424. 430. 444. 447. Pauli IV. *c* 25. 26. 41. S. Pii V. *c* 71. 185. Sixti V. *c* 167. Clementis VIII. *c* 190. 200. Pauli V. *c* 213. 230. In compendium redactæ, juſſu Pauli V. *c* 40. *n.* 195. Quotannis releguntur in Choro die Converſionis S. Pauli *b* 343. *n.* *c* 40. *n.*

Contarenus *Gaſpar* Card. deſignatus a Paulo III. pro Conc. Trid. celebratione *b* 427. *n.*

Conventus S. Mariæ ad gradus Viterbii, & ad Quercum extra Civitatem *c* 75. *n.*

Cornetani Territorii poſſeſſiones Capituli *c* 177. *n.*

Coronæ tres a Romano Imperatore ſuſcipiendæ, Argentea Aquiſgrani in Eccleſia S. Mariæ ab Archiep. Colonienſi; *a* 350. Ferrea in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Modoetiæ ab Archiep. Mediolanenſi *Ibid.* & *b* 402. *ſeq.* Atque Aurea in Baſilica S. Petri de manu Pontificis, aut per ipſum Delegatorum *a* 350. Fridericus III. Ferream, & auream accepit a Nicolao V. in Vatic. Baſilica: & Carolus V. ſimiliter utramque in S. Petronii Bononiæ a Clem. VII. *b* 402. *ſeq.* *n.* Henricus VII. raro exemplo coronam auream in Vatic. Baſ. ſuſcepturus Clem. V. auctoritate *a* 249. *ſeq.* ſuſcepit in Eccleſia Lateran. eodem ac populo inſtigantibus, quod Robertus Siciliæ Rex occupaverat Vaticanum *a* 250. *n.* Id factum an. 1312. Sed antea, anno videlicet 1134. Innoc. II. coronaverat Lotharium II. in Lateranenſi Baſilica Petro Leonis pſeudo-Pontifice occupante cum militibus Vaticanum. Perinde anno 1327. Ludovicus Bavarus Schiſmaticus ibidem: at Coronationem hujuſmodi in Carolo M. cœptam a S. Leone III. ſemper factam in Baſil. Vat. hiſtoria omnis teſtis *b* 403. *n.* Bened. IV. id Baſilicæ Privilegium expendit, & Apoſtol. auctorit. confirmat *c* 347.

Coronatio Pontificis Rom. a conſecratione primum disjuncta an. 1471. *b* 195. *n.* V. *Rom. Pontifex*.

Coronatio Regum in Baſilica Vaticana facienda *a* 117. 241. *ſeq.* *b* 10. *c* 347.

Corporis Chriſti ſolemnitas inſtituta *c* 117. *n.* V. *Proceſſio*.

Corpus S. Petri in Baſilica requieſcit. V. *S. Petrus*.

Corſica Inſula & Regnum: juris Apoſtolicæ Sedis *b* 8.

Cortina accipitur pro platea, ſeu area S. Petri *a* 31. 84.

Coſmeta Curator cutis *c* 67. *n.*

Coſmus III. Magnus Dux Etruriæ Canonicus Baſilicæ *c* 282.

Creſcentius Vir Nomentanus (aliis Civis Rom.) poſt Albericos Romæ tyrannide uſurpata, ac mole Hadriana invaſa Conſulem ſe jactat, Joannem XV. vexat. Hinc moles Hadriana Caſtellum Creſcentii appellari cœpit ſub finem ſec. X. *a* 250. V. *Hadriana moles*.

Creſcimbenius *Joannes Marius* laudatur *a* 52. *n.* 102. *n.*

D

DAlmachia oppidum in Territorio Nepeſino *a* 29. *n.*

Data Pontificis diverſa in Signatura Gratiæ *b* 417. *n.*

Decanus Canonicorum Dignitas Capituli a Sixto IV. inſtituta *b* 207.

Denarius. Ejus valor ſæculo XIII. obolus, ſeu bajochus vulgo *a* 87. 90. 179.

Diaconiſſæ Civitatis Leoninæ per ſecul. XI. *a* 19. *n.*

Diaconus Canonicus. Eo fungens munere in Miſſa majori, ſi eſt Presbyter, & Miſſam antea celebrarit, ſatisfacit *c* 187.

Diacoous Græcus Miſſæ Pontiſ. etiam Epiſcopus eſſe poteſt *b* 363. *n.*

Diſciplina Eccleſ. Ejus abuſus ante Conc. Trid. *c* 10. *ſeq. n.* Pœnitentialis rudera *b* 33. *n.*

Diſciplinatorum Confratria in Eccleſia S. Thomæ de S. Geneſio Camerinen. Diœc. *d* 26.

Diſtributiones quotidianæ, & in feſtis ac vigiliis ex Nicolai III. conſtitut. *a* 185. 192. Canonicorum quotidiaoæ 24. libræ provenientium, ſeu ſc. 60. & ſingulis doobus meoſibus ſex libræ ſimiles, per totum annum 36., ſeu ſc. 90. omnino ſcuta 150. *a* 187. Beneficiatorum diſtributiones quotidianæ viginti circiter libræ provenieo. & decem pro Beneficiis, omnino trigiota vel ſcuta quinque & ſeptuaginta, ſeu portioois Canonicalis dimidium *a* 184. 192. Diſtributionum quotidianarum ratio an. 1455. Callixto III. Pontifice *b* 153. Idem Pontifex *Quotas* ſeu *portiones* vocat has diſtributiones oullo diſcrimine inter Canonicos, Beneff. & Clericos *b* 154. Perinde Sixius IV. an. 1481. *Quotam* appellat *b* 217. Quin etiam Groſſi, & Præbendæ nomen ei *Quotæ* tribui teſtatur *b* 218. Julius II. decernit omnes antea varios reditus cooferendos in Maſſam communem: indeque portiones æquales ſumendas Canooic. 4. Beneff. 2. Cleric. 1. exceptis Sixtiois *b* 341. *ſeq.* Sixtus demum V. inæqualitatem, quæ ſenſim inoleverat, ex Canonicatibus, & præbendis, ae Beneficiatis auferi, inſtauratque portiones juxta primævam earum naturam *c* 175.

Domicelli, Barones, & ni fallor Cavallerotti, idem *b* 152. *n.*

Domicilii diuturnitas civitatem acquirit *b* 249.

Dominica *Gaudete* una ex feſtivitatibus Baſilicæ eum vigiliis, ſeu Statione noctorna, a Pontifiee celebrari ſolitis una com canonicis *a* 21.

Domnæ Roſæ Eccleſia, hodie S. Catharinæ de Funariis *b* 59.

Domus & Cameræ aſſignabantur Canonicis & Beneficiatis incolendæ dum viverent, auct. Apoſtol. an. 1541. *b* 133. Noo ſecus ae Canonicatus & præbendæ *b* 164. Perinde fiebat aooo 1561. Pio IV. Pontifice: quas videlicet locare etiam conſueverunt, earumque fructus percipere *c* 43. Cujuſmodi proventus abſtulit Sixtus V. an. 1590. *c* 175. Hujuſmodi domos S. Pius V. appellat *Domos præbendas Canonicales* *c* 87. Cujus generis plures recenſet Grimaldus *b* 58.

Domus quædam in Burgo joris Baſilicæ alienata, quod malignis ſpiritibus eſſet obnoxia *b* 269. Alterius permutatio *b* 270. Devolutas recipit Capitulum S. Pii V. auctorit. abſque conſuetis ſolemnitatibus *c* 96. Nonnullarum in Burgo ſitus, poſſeſſiooes, lites, compoſitiones *c* 124. *ſeqq.* Quædam ædificatæ in ſolo Baſilicæ veneunt Tiberio Ceuli patri Mutii Canonici eum benepl. Apoſtol. *c* 132.

Donatio *Jacobi* II. Regis Aragoniæ ab Urbano V. confirmata *b* 8. *Joannæ* I. Reginæ Siciliæ *b* 9. *Caroli* I. & II. Siciliæ Regum *a* 241. *ſeqq.* *b* 11. *d* 31. *ſeq.* *Marchioniſſæ* de Piſcaria *d* 27. Omnes iſtæ & aliæ plures factæ Baſilicæ, antequam Fabrica disjungeretur ab ipſa Baſil. *b* 180. *n.*

Dooicatus vox dominium ſignificans *a* 66. *n.*

Ducati largi, & auri de Camera idem ſunt *b* 344. *n.* Decem juliorum ducati mille annui ſolvuntur Baſilicæ uſque ad eompeoſationem pro Caſalibus alienatis tempore Clem. VII. *b* 387. 404. *n.* Ducati de Carlenis valoris 75. obolorum *b* 283. *n.*

E

Eboracenſis Dux Archipresbyter Baſilicæ *c* 330. *ſeqq.* V. *Archipresbyter*.

Eccleſiæ juris Baſilicæ inſra & extra Urbem ante Nicolai III tempora. Omnes in Civitate Leonina & uſque ad Septinianum, & Montem Marium *a* 25. 27. 31. 46. 57. 69. 113. 363. *ſeq.* Extra Urbem *a* 58. 70. 85. 114. 365. Extra Urbem ſitæ Canones annuos perſolvebant, ut conſtat ex cenſualibus. Quæ iotra Urbem vel prope mœnia eraot, in iis Canonici rem divinam in feſto titulari agebant *a* 57. *n.* Ex iis nounullæ, & aliæ poſtea aequiſitæ ſingillatim enumerantur ordine alphabetico, ut facilius inveniantur.

S. *Ægidii* de Corneto olim Monaſt. S. Martini in Montibus nooe ſubjecta Capitulo *a* 120. *n.*

S. *Ægidii* olim Extramœniana cum ſuis bonis & juribus a Booif. VIII. ſubjecta Capitulo *a* 226.

S. *Agathæ* ad Suburam Diaconia a Cardd. Barberinis inſtaurata *a* 75. *n.*

S. *Angeli* ad fornaces Parochialis coadjutrix Vicariæ S. Petri *c* 234.

S. *Andreæ* Aneillarum Dei prope Monſerratum *a* 75.

S. *Andreæ* prope veterem Baſilieam Vat. a Symmacho Papa erecta *b* 131. *d* 2. *n.*

S. *Balbinæ* unita Capitulo a Pio IV. origo, vices, ſtatus præſens *c* 50. *n.*

S. *Benedicti* Parochialis in regione Arenulæ *c* 196. *n.*

S. *Blaſii* in eantuſecuto, vulgo *della Pagnotta*, in qua Vicarius Curatus a Capitulo inſtituitur *a* 252. 331. *ſeq.* *c* 222.

S. *Cæciliæ* Parochialis demolita a Presbyteris Oratorii *c* 231. *n.*

S. *Catharinæ* prope Vatic. plateam olim Monaſt. Canooicar. S. Aug. an. 1579. Greg. XIII. Pontifice addicta Collegio Mazzeriorum: poſtmodum Archiconfratern. SS. Sacramenti: demum exciſa *b* 49. *ſeqq.* *c* 130. V. *Monaſterium*.

S. *Catharinæ* Monialium Ord. S. Benedicti prope Baſilicaio Vatic. *b* 49. *ſeqq.* V. *Monaſterium*.

S. *Catharinæ* Domnæ Roſæ & de Roſa, hodie de Funariis: olim Collegiata & Parochialis, unita S. Catharinæ in Burgo *a* 74. 76. *b* 59. 73. *ſeq.* 76. *ſeqq.* 82. *ſeqq.* 451. *n.*

S. *Catharinæ* de Rota olim S. Mariæ io Catherina antiqui juris Capituli ex Hadr. IV. literis *a* 57. ab Alex. III. eidem aſſeritur: nec non ab Urbano. III. *a* 69. Ejus reditus applicantur Sacriſtiæ *b* 257. Vicaria a Pio II. inſtituitur; quam Leo X. antiquat, & Capitulo adnectit ejus fructus *b* 352. *ſeqq.* Societas Calzettariorum cui adjudicata erat a Capitulo, excidiſſe jure ſuo declaratur a S. Pio V. ob violatum pactum; indeque extruditur ab eodem Capitulo an. 1570. *c* 85. *ſeqq.* ab eod. una ex undecim Vicariis inſtituitur *c* 90.

S. *Cornelii* olim ſpectans ad Monaſt. S. Mariæ de Farneta *a* 128.

S. *Georgii* ad radices vici Portæ Pertuſæ *a* 25. *n.*

S. *Gregorii* de Cortina *a* 84.

S. *Gregorii* de Palatio *a* 84.

S. *Jacobi* Coxacaballi olim S. Salvatoris *a* 58. 84. 113. 368. Benedicti XIV. in eam liberalitas *c* 210. *n.* 325.

S. *Jacobi* in Septiniano olim de Pedemontis, ſub Jano, Subjacenſis, Subjaniculenſis, de Mica aurea. Capitulum an. 1231 eam conceſſit Silveſtrinis 1512. Capellæ Juliæ 1620. PP. Reformatis; demum devoto fœmineo ſexui *a* 77. 111. 207. *ſeq.*
S. *Joannis* Novelli Prioratus extra muros Urbis *b* 345.
S. *Laurentii* Pallacini, & in Clauſura, exciſa *a* 74. *n.*
S. *Laurentii* de piſcibus, vulgo *S. Lorenzino a* 84. *n.* Super eadem concordia Capitulor. Vatic. & Lateran. *b* 97. *n.*
S. *Lazari* ad radices M. Marii Parochialis coadjutrix Vicariæ S. Petri *c* 234.
S. *Leonardi* in via Longariæ Camaldulen. Monachorum hoſpitium *a* 78. *n.*
S. *Luciæ* Apothecarum obſcurarum: juris S. Catharinæ Domnæ Roſæ *a* 74. *n.*
S. *Macbuti* Parochialis unita Baſilicæ a Leone X. cum exemtione Capituli a ſolutione Quindenii, ſeu annatæ *b* 364. *ſeq.* 367. *ſeq.*
S. *Mariæ* de Febribus verſa in Sacrarium Baſilicæ *b* 200. *ſeqq. n.*
S. *Mariæ* de Gratia in Caſali Cornutorum, quæ ſolvit canonem Capitulo *b* 340.
S. *Mariæ* de Monte extra portam S. Mammæ Bononien. eleemoſynarum ejus diviſio inter Fabricam, Eccl. S. Petronii, & ipſam *b* 162.
S. *Mariæ* Puritatis: Caudatariorum *b* 53.
S. *Mariæ* Reginæ Cæli, Parochialis in Platea S. Petri collationis Capituli *b* 237. Commendata *b* 321. exciſa.
S. *Mariæ* in Saxia, hodie S. Spiritus *a* 78. 84. 112.
S. *Mariæ* Tiburtinæ, quæ Benedictinis primum paruit, inde FrFr. Minoribus. Ejus bona & jura applicantur Baſilicæ *a* 137.
S. *Mariæ* in Tranſpadina prope Hadriani Molem ſub Sixto V. exciſa *a* 84. *n.*
S. *Mariæ* Virgariorum *a* 58.
S. *Marthæ* prope Buccejam *a* 58. *n.* 182. *n.*
S. *Martinelli* exigua dum ſtetit, nunc exciſa; in qua Capellania S. Jacobi *b* 434. *n.*
S. *Martini* juxta Porticum *a* 84. haud dubie eadem, quam Bonifacius IX. appellat *S. Martinelli d* 9.
S. *Martini* prope Caſt. Iſpelli Diœc. Spolet. nunc Beneficium ſimplex collationis Capituli *a* 69. *n.*
S. *Michaelis* Friſonorum dicta etiam de Palazillo, & S. Michaelis & Magni *a* 24. *n. b* 51. 108. dicta Archipresbyteratus & Parochialis unita Capellæ Juliæ a Julio II. *b* 347. *ſeqq.*
S. *Michaelis* de Revere Scriniolo ad ripam Padi *a* 70. Canonem ſolvit Capitulo *a* 94. *ſeq.*
S. *Peregrini* antiqua extra portam Viridariam una cum Hoſpitali juriſpatr. Inſtauratoris Placentini *b* 39. *ſeq.* Recens prope portam Angelicam in ſolo juris Capituli dato in Emphyteuſim cum privil. Clem. VIII. ædificata *c* 205. conceſſa a Capitulo nationi Helveticæ ſub annuo cenſu *b* 40. *n. c* 205.
S. *Petri* juxta civitatem Auximi a Canonicis conceſſa Heremitis Montis Fani ſub penſione *a* 70. *n.*
S. *Petronillæ* rotunda juxta veterem Baſilicam, nunc apſis brachii dexteri auguſti Templi Vaticani, ubi SS. Simonis, & Judæ Corpora ſervantur, a S Paulo I. magnifice ædificata *a* 47. *b* 200. *ſeq. n.*
De *Ronco* Parochialis pertinens ad Monaſterium S. Rufilli injuſte ablata, ac demum vindicata Capitulo *b* 130.
S. *Salvatoris* de Oſſibus dicta olim de Terrione, de Macello, ac demum de Oſſibus ob Peregrinorum ſepulturam, quæ a Carolo M. ædificata dicitur, & cui nunc ſuperædificatum Palatium Sacræ Inquiſitionis *a* 15. 23. *n.* 57. *n.* eam Nicolaus V. an. 1454. in Commendam conceſſit *b* 148.
S. *Silveſtri* in civitate Sutrina conceſſa Canonicis *a* 34. Hadrian. IV. componit controverſiam inter Epiſcopum & Capitulum *a* 60.
S. *Stephani* prope Anguillariam: bonorum permutatio cum quadam domo Capituli *b* 258.
S. *Stephani* Majoris conceſſa Abyſſinis, *de' Mori* vulgo, in parte Occidentali Baſilicæ *a* 29. *n.*
S. *Stephani* Minoris, cum hoſpitio Hungarorum unde Eccleſiæ nomen idem *a* 33. *n.* 83. 113. Sub cura Colleg. German. *b* 81.
S. *Stephani* de Runceja juxta Aſſiſium *a* 69.
S. *Thomæ* in Formis una cum hoſpitali ab Innoc. III. conceſſa, & ab Honorio III. confirmata Ordini SS. Trinitatis *a* 100. *ſeq.* 285. Eam Baſilicæ adnectit Urbanus VI. an. 1385. *a* 100. *n. b* 31. Ejus incendiarios Eugenius IV inquirendos mandat, ut plectantur pro ſcelere *b* 89.
S. *Thomæ* de S. Geneſio Camerinen. Diœc. *d* 26.
S. *Vincentii* in Vaticano Collegiata *a* 18. 211. *d* 7. *n.* 66. Nicolaus V. eam ſupprimit, & adnectit Capitulo *b* 130. *ſeq.*
Emphyteuſes juxta Statutum Urbis *c* 158. *n.*
Encavordius *Vuillelmus* Card. Carolum V. ante Coronationem inungit Bononiæ *b* 402. *n.*
Epiſcopi Cautionem, ſeu Chirographum ad S. Petri Corpus edentes præ aliis pollicebantur, ſe quotannis venturos ad Limina ad diem Natalem Apoſtolor. *a* 11. *n.*
Ergaſterium & Argaſterium quid? *a* 27. *n.*
Eſtenſes Vicarii S. Sedis Ferrariæ *b* 4. Hippolytus Card. Archipresb. Baſilicæ *b* 362.
Eſtoutevilla Vuillelmus Card. facultatem obtinet ab Eug. IV. celebrandi ad Aram Principem S. Petri *b* 102. *n.*
Eugenius II. Concilium celebrat ap. S. Petrum *a* 2. *n.*
Eugenius III. Ejus ætas, & literæ Apoſtol. *a* 48. Quartam partem Oblationum Majoris Altaris, omniumque aliorum, præterquam S. Leonis IX. elargitur Canonicis *a* 51.
Eugenius IV. Ejus ætas, & literæ Apoſtol. *b* 85. *ſeqq.* Roma Florentiam ſe confert ob metum *b* 88. 91. *n.* Inde Ferrariam, atque iterum Florentiam *b* 95. *n.* Inſtituit in Baſilica Vat. undecim Pœnitentiarios Minores variarum linguar. pro Nationum diverſitate *c* 7. S. Pius V. e Societate J. eos ſumendos conſtituens, tredecim cum Rectore eſſe voluit *c* 9. *n.* V. *Pœnitentiarii.*
Excluſiva Principum in Conclavi conniventia nititur *c* 228. *n.*
Excommunicatio infligitur in detinentes bona Eccl. aut non revelantes *c* 144. Sixtus V. eadem afficit detinentes ſcripta, & documenta Baſilicam ſpectantia *c* 160. Ab ea ſolvuntur qui damna intulerant locis Baſilicæ *a* 274. Et quicumque manus adjutrices, vel pecunias attulerint pro reparanda Baſilica *b* 138.
Expectativæ gratiæ per totum Pauli IV. Pontificatum viguerunt *c* 30. *n.* Tridentinum Concilium eas omnino aufert *b* 280. *n.*
Excepta originem ducunt a Nicolai III. Conſtitution.

tion. *a* 181. 359. *n.* Sixtus V. iſta etiam vult referri in Maſſam communem *c* 171. Clemens VIII. unionem reſcindit, in ſtatum priſtinum reſtituit *c* 190. *ſeq.*

Exequiæ ſeu Anniverſaria ſegregantur a portionibus Nicol. III. ſervata eadem ratione dupli Canonicis ut in reliquis *a* 195. Earum Catalogus a Sixto V. digeſtus *c* 174.

F

FAbrica S. Petri diu commiſſa Altarario, aliive ipſi adjuncto *a* 281. *ſeqq.* Archiep. Tarentinus Theſaurarius hæredem illam inſtituit. At Julius II. novis jactis fundamentis auguſti Templi hæreditatem vertit in Capellam Juliam, & de Fabrica multo utiliora excogitat *b* 344. Compendium eorum, quæ Julii Succeſſores ad Præfecturam Fabricæ ſpectantia conſtituerunt *c* 333. Bened. XIV. veterem Cardd. Congregationem inſtaurat, novam particularem inſtituit *c* 354. V. *Altararius*.

Farfenſi Abbatiæ ſubjectum Caſtrum *Toffiæ* ob diſſidia inter ejus, & Caſtri *Podii Donadei* incolas, cauſa eſt, cur Capitulo auferatur hoc poſtremum, nec niſi compenſatio aerea illi detur *b* 211.

Farneſius *Alexander* annor. 14. fit Card. ab Avo Paulo III. eſtque in Baſilicam liberaliſſimus *b* 437. *n.* Archipresbyter ſatagit compenſationis Capitularis Menſæ pro Caſalibus alienatis in S. Sedis beneficium *c* 110. *ſeqq.* *Petrus Aloyſius* cæſus an. 1547. *c* 2. *n.* *Raynutius* Vir Ill. *c* 51. 62.

Felix III. duo celebrat Concilia ad S. Petrum *a* 2. *n.*

Felix IV. dedicat Eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani *a* 53. *n.*

Ferrarienſis Ducatus devolvitur ad S. Sedem: a Clemente VIII. illi aſſeritur *c* 181.

Ferrariis *Joannes Baptiſta* de. Humili loco natus Cardinalis varia uſus fortuna, veneno ſublatus in noſtra Baſilica ſepelitur, unde poſtea Mutinam in Patriam ſuam transfertur *b* 236. *n.*

Ferrata Baſilicæ quid? *a* 23. *n.*

Ferratinus. *Baldus* ex nobili hac familia Amerina Canonicus Baſilicæ *b* 354. 404. *n.* A Præfectura Capellæ Juliæ removetur *b* 412. *ſeq.* *Bartholomæus* Baldi patruus & ipſe Canonicus *b* 345. 388. *n.* *Bartholomæus* Baldi Nepos Canonicus, Vicarius Baſilicæ, ac demum Cardinalis *c* 65. 70.

Florenus, & Ducatus aureus. Conditio eorum & valor *b* 170. *n.* Centum ex iis conficiunt auri libram *b* 260. *n.* Florentinus ancipitis valoris *a* 230. *n.*

Florentini. Eorum Sacrilegium in S. Reparatæ contra Mediceos *b* 216. *n.*

Fontana *Dominicus* Architectus celebris Obeliſci Vatic. erector *c* 154.

Fontaninus Juſtus. Ejus opus de diſco argenteo votivo laudatur *a* 36. *n.*

Forumpompilii, vulgo *Forlimpopoli* majori ex parte ſubjectum Baſilicæ *b* 165. 198. *n.* *c* 239. *n.* Ab Innocentio XI. vocatur nullius Diœceſis *c* 275.

Formis S. Thomæ in. Eccleſia ſic dicta ex vicino ductu aquæ Claudiæ *a* 100. *n.*

Fortebraccius *Nicolaus* infenſus Eug. IV. *b* 88. *n.*

Fortiguerra Civis Viterbienſis *a* 89.

Foſſanum Civitas Pedemontis fit Epiſcopalis a Clemente VIII. *b* 258. *n.*

Franciſcus S. Aſſiſias locus ejus pretioſæ mortis Eccl. S. Mariæ de Angelis *b* 44. *n.*

Franciſcus S. de Sales. Ejus Canonizationis ſacræ veſtes Sacrario Baſilicæ dono datæ *c* 273. *n.*

Frangipanis *Angelus* de. Canonicus Baſilicæ *a* 269. Non communicans cum Ludov. Bavaro, & interdictum fortiter ſuſtinens laudatur a Joanne XXI. *a* 274. *ſeq.*

Fraternitas Romana, & ejus Rectores *a* 140. *n.* 147. Duodecim Canonicos Joannes XXI. enumerat & decernit, quorum princeps Prior Canonicor. Baſilicæ, ſecundus Lateranenſis, tertius S. Mariæ Ma. &c. *a* 268.

Fratres Ord. Minim. Montis Pincii ſolvunt canonem Capitulo *c* 149. *n.*

Fridericus II. ob fœdus initum cum Soldano adverſus Eccleſ. a Gregorio IX. excommunicatur *a* 117.

Friſones Clerici Eccl. S. Michaelis vendunt quædam bona Latino Card. Oſtienſi, qui eorum hæredem inſtituit Baſilicam *a* 208. *ſeq.*

Fructus Bonorum Baſil. Canonici cæterique percipiunt octo poſt menſes *c* 25. *n.* Non exacti ad hæredes tranſeunt. *Ibi*.

Fulradus Abbas Monaſterii S. Dionyſii obtinet hoſpitium a Stephano II. intra ambitum Baſilicæ *a* 12. *d* 2. A S. Hadriano I. eidem, & Maginario Abbati confirmatur *d* 2.

Fumantariæ, & Fumenteriæ duo ſolidi pro quolibet foco *b* 85. 87. 91. Indicuntur provinciis Marchiæ Anconit. Maſſæ Trabariæ, Exarchatus Ravennæ, aliiſque juris S. Sedis pro Fabrica Vaticana, Lateranenſi, & S. Pauli *b* 91. *d* 12. Commiſſarii earum exactoris juriſd. *b* 89.

Fundi, Caſtra, Eccleſiæ, Privilegia, & jura Baſilicæ a Greg. IX. confirmata an. 1228. *a* 26-33. 69. 85. 114. *ſeqq.*

Fundus Lardarius in quo ædes S. Agathæ *a* 26. *n.*

Fures ſacrilegi excommunicati *b* 89. 156. *ſeq.* *d* 11.

Furni Privileg. conceſſum Capitulo a Clem. XI. *c* 284. *ſeqq.*

G

GAndulphi Caſtrum, & Palatii Pontiff. conditor *c* 252. *n.*

Gattus. *Silveſter* Civis Viterbienſis Tyrannus patriæ ab an. 1326. ad 1329. quum cæditur *a* 303. *n.*

Gelaſius I. S. Ejus teſtimonium de Confeſſione S. Petri *a* 10. Alia plura *a* 202. *n.*

Georgii S. Eccleſia apud S. Petrum *a* 25. *n.*

Georgius *Dominicus*. Liturgiæ, & vitæ Nicolai V. auctor *a* 22. *n.* 193. *n.* *b* 69. 109. *n.*

Ghinuccius *Hieronymus* V. Cl. Cardinalis. Capellaniæ S. Petronillæ poſſeſſio ei committitur *b* 358. Item Capellaniæ alterius ad Altare Mortuorum *b* 370. *n.*

Gibertus *Joannes Matthæus* Epiſc. Veron. Ejus vices in direptione Urbis Borboniana *b* 392. *n.*

Gladius, quo Imp. coronatus cingendus erat, accipiebatur de Corpore S. Petri *a* 117. *n.* 354.

Gozzadinus *Ulyſſes Joſeph* Canonicus cum præb. Theolog. deinde Cardinalis *c* 103. *n.*

Græcus Diaconus in Miſſa Pontif. etiam Epiſcopus *b* 363. *n.*

Graſſis *Achilles* de. Epiſcopus Bonon. celebris, quia Succeſſor Alidoſii ob tyrannidem cæſi *b* 373. *n.*

Graſſus Capitaneus rapacitate inſignis, amplexus pœnitentiam, Florenos auri 800. ſolvit Fabricæ *b* 113.

Gregorius I. S. Concilium habet ad S. Petrum *a* 2. *n.*

Fragmenta ejus literarum *a* 3. *ſeqq.* Inſtituit duas Scholas Cantorum Vaticanam, & Lateranenſem *a* 25. *n.* Ejus Oratorium a Gregorio IV. extructum *a* 47. *n.* Translatio ad Altare, ubi quieſcit *c* 244.
Gregorius II. S. Ejus ætas, & literæ ad Leonem Iſaurum de Sacris Imaginibus *a* 7. *ſeqq.*
Gregorius III. S. Ejus Concilia apud *S.* Petrum *a* 2. *n.* ætas *a* 10. Binæ literæ Carolo Martello, Oratorium, & Conſtituta *a* 11. *n.*
Gregorius VI. Schiſmaticus. Ejus literæ *d* 3.
Gregorius VII. *S.* Ejus ætas, & literæ *a* 41. *ſeqq.*
Gregorius IX. Ejus ætas *a* 111. Conſtitutio de reconciliandis Eccleſiis ab Epiſcopo *b* 3. *n.*
Gregorius X. B. Ejus ætas & Diploma Canonicis de oſtendendo SS. Sudario Comitiſſæ de Lumello *a* 153.
Gregorius XI. Ejus ætas *b* 18. Sequitur Acta ſuppoſita *S. Silveſtri* *b* 21. *n.*
Gregorius XII. Ejus ætas; vagatio, Niemi in eum calumnia *b* 66. 68. *n.*
Gregorius XIII. Ejus ætas, & Diplomata *c* 98. *n.*
Gregorius XIV. Ejus ætas, & literæ Apoſtolicæ *c* 180.
Gregorius XV. Ejus ætas. Coronatio incerti temporis *c* 228.
Gregorius S. Nazianzenus transfertur ad Baſilicam a Gregorio XIII. *c* 135. *n.*
Gregorius S. Turonenſis. Ejus teſtimonium de Confeſſione *S.* Petri *a* 5. *n.*
Grimaldus *Jacobus* noſter Clericus Benef. Clem. VIII. Pontifice erat Notarius publicus, & Capitularis *c* 198. notatur *b* 56. 217. *n.*
Guaſcellus *Petrus Demetrius* Presb. Lucenſis Familiaris Sixti IV. & Innoc. VIII. *b* 227. 248. Alter ex duobus Beneficiatis a Sixto IV. inſtitutis *b* 224. Prioratum obtinet S. Petri Montis Caſaſis Spolet. Diœc. *b* 261. Teſtis oculatus præcedentiæ Capituli Vatic. contra nitente Lateranenſi ex Innocentii VIII. decreto *c* 74. *n.* Ejus Cod. Chartaceus in Arch. Baſil. *a* 57. *n.* 60. 69. *n.* & alibi ſæpe.
Guicciardinus *Franciſcus* Capellanus Innocentianus *c* 95. *Franciſcus* Senior hiſtoricus celebris *Ibid. n.*
Guillelmus Dux Aquitaniæ laudatur a Gregorio VI. ob pietatem in Baſilicam *d* 3.

H

HAdriana moles *a* 25. Caſtellum Hadriani *a* 27. 250. Appellata etiam Caſtellum Creſcentii *a* 250. Caſtrum S. Angeli *a* 25. Clementi VII. bis perfugium præbuit in duplici direptione Civitatis Leoninæ *b* 393. *n.* ope ambulacri, quo ex Palatio Vat. illuc itur a Ioanne XXIII. ædificari cœpti, & a Succeſſoribus opportune perducti ad umbilicum *b* 52. V. *Creſcentius*.
Hadrianus I. S. Ejus ætas, & Epiſtola ad Carolum Regem poſtea Imperatorem *a* 13. ejus Concilium ad S. Petrum *a* 2. *n.*
Hadrianus II. Ejus Concilium ad S. Petrum *a* 2. *n.*
Hadrianus IV. Ejus ætas, & Privilegium, quo confirmat Canonicis quartam partem Oblationum majoris altaris ab Eugenio III. antea factam *a* 53.
Hadrianus VI. Ejus ætas, conditio, patria *b* 375.
Hadrienſis Epiſcopus Ravennæ Suffraganeus *b* 62. *n.*
Henricus II. Imperator devictis Hungaris dono mittit lanceam, & coronam ad Corpus B. Petri *a* 42.
Henricus vulgo IV. invadit Civitatem Leoninam *a* 25. *n.*
Henricus VII. coronatus Imperator contra ritum in Eccl. Lateranenſi, ob invaſum ab hoſtibus Vaticanum *a* 250. *n.*
Henricus III. Rex Anglorum an. 1237. confirmat juſpatronatus Beneficii Eccleſiæ de Holcham pro Monaſt. *S.* Martini in Montib. Viterb. *a* 118. *n.*
Henricus IV. Rex Franciæ primus ex Borbonien. a Clemente VIII. abſolvitur an. 1595. per Procuratores in Porticu S. Petri reſciſſa abſolutione Epiſcoporum Galliæ *c* 201. *n.*
Holſtenius Lucas Canonicus Baſilicæ abjurationem Chriſtinæ Reginæ Sueciæ ſuſcipit Œniponti *c* 266. *n.* V. *Canonicor. S. Petri honores*.
Homagium fiebat a Feudatariis ad altare S. Petri *c* 348. V. *Sardinia*.
Honorius I. Ejus ætas, & literæ Apoſtolicæ *a* 7. *ſeq.*
Honorius III. Ejus ætas *a* 99. Proventum e ſignis plumbeis ab Innoc. III. conceſſum Capitulo ratum habet *a* 107. Confirmat Stationem ad S. Mariæ in Saxia cum delatione SS. Sudarii, & indulgentia unius anni *a* 110.
Honorius IV. Ejus ætas & Diplomata *a* 205. & *ſeqq.*
Horæ aſſignatæ Divinis Officiis mutantur cum cauſa *c* 214.
Hoſpitale S. Crucis Nurſiæ juris Capituli *c* 359. *n.*
Hoſpitale S. Spiritus. V. *S. Spiritus*.
Hoſpitale juxta Paradiſum S. Petri *a* 84. *n.* Joannes XXII. Hoſpitium vocat *a* 284.
Hoſpitalia plura vide citatis locis ad *Eccleſiæ juris Baſilicæ*.
Hoſpitium & Eccleſia S. Steph. Hungarorum. V. *Eccleſia*.
Hugo Moncata, & Ferramuſca Romæ infenſi *b* 400. *n.*
Hugonoti a Carolo IV. Franciæ Rege profligati Conc. Trid. tempore *c* 49. *n.*
Humiliati. Eorum Ordo ab Innoc. III. probatus *a* 300. *n.* A S. Pio V. ſuppreſſus ob impium facinus contra S. Carolum Borromæum *Ibi*, & *b* 406. *n.*
Hungariæ Regnum juris S. Petri *a* 41. ejus hoſpitium in S. Stephani minoris *a* 33. 84. *n.*
Hymnus *Gloria in Excelſis* a Presbyteris non dicebatur per ſecul. XI. niſi in Paſchate *a* 18. *n.*

I

JAcobatius *Chriſtophorus* Canonicus Baſil. poſtea Card. *b* 382. *Dominicus* Card. celeberrimus *b* 373. *Nicolaus*, ejuſque frater Emtores Caſalium Baſilicæ *c* 52. *n.* Plura de inclyta familia *Jacobatia* *b* 287. *c* 59. *ſeqq.*
Jacobus II. Rex Aragoniæ Feudatarius *S.* Sedis ob Sardiniæ, & Corſicæ Inſulas *b* 8. *n.*
Jacobus III. Magnæ Britanniæ Rex Romæ *c* 291. 330.
Jeruſalem Monaſterium ap. *S.* Petrum *a* 18. Verſum in Collegiatam Eccleſiam *S.* Vincentii *a* 211. Quam Nicolaus V. ſuppreſſam adnectit Capitulo *b* 130. *ſeq.*
Imagines Sacræ adverſus Ichonomacos vindicatæ *c* 134.

c 134. n. S. Mariæ de Columna Ibidem. S. Mariæ de Succurſu c 113.

Imperator lege prohibetur ſimul eſſe Rex Neapolis b 403. n. Leo X. hac lege ſolvit Carolum V. Ibi. Qui omnium ultimus eſt receptus inter Canonicos Baſilicæ c 237. n. Et utique corona aurea redimitus ex more a Pontifice Ibi. ſeqq. V. Coronæ tres.

Indulgentia remittit pœnam, non culpam c 49. n. Stationaria dicitur conceſſa a S. Gregorio M. d 6. Quam Bonifacius VIII. confirmat Eccleſiis urbis, præcipue Patriarchalibus Ibi. Ea vero erat unius anni, & Quadragenæ. Id patet tum quia Innocentius III. an. 1208. rem veluti ſingularem inſtituit novam Stationem ad S. Mariæ in Saxia, cum indulgentia unius anni a 90. tum quia idem Boniſ. VIII. liberaliſſimus ſibi eſſe videtur, poſt confirmatam Indulg. Stationariam antiquam, annum unum & quadragenam concedens viſitantibus Patriarchales, & alias Urbis Eccleſias Stationibus iiſdem adſcriptas a die Cinerum ad Paſcha Reſurrectionis incluſive d 6. Ante Bonifacium Nicol. IV. an. 1290. annum unum, & quadragenam conceſſerat viſitantibus Eccleſiam S. Thomæ in Formis die feſto S. Thomæ, & Dominica poſt Pentecoſtem cum octo immediate ſequentibus diebus a 221. Idem Bonifacius 40. tantum dies contribuentibus Hoſpitali S. Crucis Nurſiæ a 225. Per totum ſeculum XIV. ejuſmodi parſimoniam imitatos Pontifices videre eſt. Anno ſiquidem 1322. Joannes XXII. concedit unum annum per biennii ſpatium contribuentibus inſtaurationi Baſilicæ Vaticanæ a 262. An. 1337. Benedictus XII. ſimiliter contribuentibus dies dumtaxat centum a 301. Liberalior Clemens VI. an. 1351. contribuentibus ad inſtaurat. Baſilicæ ejuſdem annos ſeptem, totidem quadragenas a 342. ſeqq. Totidemque conceſſit Bonifacius IX. an. 1392. contribuentibus Hoſpitali S. Peregrini b 40.

Indulgentiæ Baſilicæ Vaticanæ. Seculo XIV. omnium maxima annorum ſeptem (de plenaria Jubilei anni infra) perpetua admodum rara b 41. 44. n. Perpetuam dierum 40. tanquam ſingularem in Baſilica ſuo ævo exaggerat D. Thomas a 124. d 65. An. 1240. Gregorius IX. concedit tres annos, totidem quadrag. viſitantibus Baſilicam a Pentecoſte ad Octavam Apoſtolorum a 123. Quam Urbanus IV. an. 1263. prorogat ad Feſtum S. Petri in Vincula a 143. Ante triennium, videlicet 1260. Alexander IV. duos annos, totidem quadragenas relaxaverat viſitantibus Baſilicam in Feſto S. Marci a 141. Nicolaus III. anno 1279. viſitantibus altare S. Nicolai a ſe erectum in Baſilica, die ejus Feſto, & Anniverſario Dedicationis largitur unum annum, & quadragenam a 202. Nicolaus IV. an. 1289. concedit unum annum, & quadrag. viſitantibus Baſilicam a prima Dominica Adventus ad Octavam Epiphaniæ; tres annos totidem quadrag. a Dom. Quinquageſ. ad Octavam Paſchæ; duos demum annos totidem quadrag. in Feſtis B. Virginis, Apoſtolorum, & quorumdam Sanctor. quos enumerat a 214. Idem Pontifex Indulgentias omnes Baſilicæ uſque ad prædictum annum enumerat & confirmat, ſeptem, trium, unius annorum, totidem quadrag. eas eſſe teſtatur a 213. ſeq.

Indulgentiæ Plenariæ Baſ. Vat. (De plenariæ Indulgentiæ ortu, progreſſu ingenio ſæpe dictum, præcipue a 44. 162.) Anno ſeculari 1300. primus omnium Bonifacius VIII. plenariam inſtituit, quam pleniſſimam vocat, centeno quoque anno viſitantibus Baſilicas Sanctiſſimi Principis Apoſtolorum, & Doctoris gentium a 225. Sixtus IV. an. 1479. plenariam concedit indulgentiam utrique ſexui viſitanti Capellam Chori tribus diebus per annum, nempe die SS. Conceptionis, S. Franciſci, & S. Antonii b 205. Idem aliam plenariam concedit viſitantibus Baſilicam in Feſto S. Petri, & per Octavam, in Cathedra (22. Febr.) & Dedicatione 18. Novemb. b 209. Quas Indulgentias inſtaurat Urbanus VIII. tribus diebus Chori addens quartum S. Joannis Chryſoſtomi, & novam Baſilicam dedicans eodem die 18. Novemb. c 238. Sixti Succeſſores alias plenarias Indulgentias concedunt. Paulus III. in Feſto Corporis Chriſti, & ejus Octava, ac in Feſto SS. Apoſtolor. Simonis, & Judæ viſitantibus Capellam SS. Sacramenti b 453. Gregorius XIII. die S. Gregorii, & viſitantibus Sacellum Gregorianum diebus Aſſumtionis B. Mariæ, S. Greg. Nazianz., S. Hieronymi, S. Baſilii, S. Barnabæ, & die 11. Jun. translat. S. Greg. Naz. c 123. 134. ſeq. Item die Nativit. B. M. viſitantibus altare S. Mariæ de Columna c 136. Item diebus 11. April. & 28. Junii feſtis SS. Leonis I. & II. c 138. Leo XI. viſitantibus Sepulcrum Domini in Baſilica fer. V. & VI. majoris hebdomadæ d 35. Urbanus VIII. præſentibus ad oſtenſionem Reliquiarum majorum ſtatis diebus c 240. necnon recitantibus orationem Ante oculos, aut decem Pater & Ave diebus Feſtis Trinitatis, D. N. J. Chriſti, S. M. Virginis, SS. Apoſtolorum, Omnium Sanctorum, & ſextis feriis Martii; ceteris anni diebus ſeptem annos, totidem quadrag. c 242. Clemens XII. plenariam quotidianam perpetuam c 309. Quam Bened. XIV. confirmat c 362. V. Jubilæus annus.

Indulgentiæ plenariæ pro tempore in ead. Baſil. Pius IV. eam largitus eſt an 1563. in gratiarum actione pro victoria Franchorum de Hugonotis c 49. Paulus V. in translatione Reliquiarum ad novam Baſilicam c 206. ſeq. Urbanus VIII. in Translat. S. Joannis Chryſoſtomi c 237. Aliam ad ſex menſes quotidianam recitantibus Orat. Ante Oculos averruncandis calamitatibus ſui ævi an. 1643. c 259.

Indulta eximentia a ſervitio Chori Innoc. XII. moderatur c 281.

Innocentius II. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ a 46. Concedit Canonicis medietatem oblationum Altarium S. Mariæ in Turri, S. Gregorii, S. Joannis ad Fontes, & S. Petronillæ a 47. Ex Mallio omnium altarium S. Petri, & S. Mariæ in Turri præter Altare S. Leonis IX. Ibi. n.

Innocentius III. Ejus ætas & conditio ante Pontificatum a 77. Ex Canonico Baſilicæ fit Diac. Card. poſtea Papa a 83. Concedit Baſilicæ Canonicis præter quartam partem Oblationum Majoris Altaris a ſuis Prædeceſſoribus conceſſam, alteram quartam partem miniſteriorum omnium a 77. Confirmat jura in Civit. Leonin. a 78. proventum e ſignis plumbeis a 82. Approbat Statuta Canonicorum an. 1206. a 87. Recipit Spoletum a 79. n. Altaria nonnulla conſecrari mandat Card. Epiſc. Oſtienſi Vicario ſuo, dum Urbe abeſſet, quæ diſſecrata dicebantur in Baſilica Ibid. Defert SS. Sudarium, quod caſu ſe vertit a 90. n.

Inno-

Innocentius IV. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *a* 126. *ſeqq.* Degit Lugduni *a* 129.

Innocentius VI. Ejus ætas & Diplomata *a* 346. Privilegia omnia a Prædeceſſoribus conceſſa Capitulo confirmat *a* 363. Tres Patriarchas Cpolit. Aquilejen. & Graden. Legatos creat, ut Mediolanenſi Archiep. aut nolente, aut non valente Ferream coronam imponant Carolo IV. & committit Cardd. Oſtienſi, & S. Cæcilia, ut aurea corona ipſum & Annam uxorem rite ornent in Baſilica Vat. *a* 350. *ſeqq.*

Innocentius VII. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *b* 60. *ſeqq.*

Innocentius VIII. Ejus ætas *b* 330. Quatuor Capellanias inſtituit in Baſilica ab Alexandro VI. publicatas, quarum Capellani habitu ſimiles Beneficiatis ſtallum habent in Choro diebus Feſtis, & Innocentiani a Fundatore appellantur *b* 291. & *ſeqq.* Bajazetes II. Turcar. Imp. Sacram Lanceam illi mittit *b* 292. *n.*

Innocentius IX. Breviſſima ejus ætas *c* 181.

Innocentius X. Ejus ætas, coronatio, ad Lateran. proceſſio *c* 260.

Innocentius XI. Ejus ætas, genus, patria, coronatio poſt miſſam privatam, ad Lateranum itio *c* 175.

Innocentius XII. Ejus ætas, coronatio, ad Lateranum proceſſio poſt nonum menſem *c* 279.

Innocentius XIII. Ejus ætas, coronatio, ad Lateranum proceſſio ſexto poſt menſe *c* 292.

Inquilini Illuſtres Domus Capituli prope Baſil. *c* 58.

Inquiſitio S. inſtituitur a Paulo III. *c* 36. *n.*

Inquiſitor Major perpetuus Cardinalis a Paulo IV. decernitur an. 1557. omnium primus ab eodem inſtituitur Card. Alexandrinus, mox S. Pius V. *c* 35. *ſeq. n.*

Interpontificia poſt Martinum V. per ſeculum XV. & ſequens admodum brevia *b* 151. Vix ſemel Paulo III. obeunte ao. 1549. trium fere menſium vacatio Sedis contigit *c* 1. Et iterum menſium quatuor, dierum ſeptem poſt Paulum IV. *c* 42.

Interpontificium diuturnum Clementem IX. excepit, menſium videlicet 4. dier. 20. *c* 275. Amplior vacatio Sedis ſequuta eſt Alex. VIII. nempe menſium quinque dierum 12. *c* 279. Paulo brevior menſium 4. dier. 22. Benedicto XIII. e vivis abeunte *c* 305. Ac demum pro conditione noſtri ævi maxime diuturnum Interpontif. menſium 6. dier. 20. SS. D. N. creationem præivit *c* 310.

Inveſtitura per Annulum *a* 211.

Joanna Regina Neapolis vendit S. Sedi Avenionem cum Comitatu Venayſſino *b* 3. *n.*

Joannes S. ad fontes ejus Oratorium in Baſil. veteri *a* 47. *n.*

Joannes VIII. Ejus Concilium ad S. Petrum *a* 2. *n.*

Joannes XIX. Ejus ætas & conſtitutio *a* 17. *ſeqq.*

Joannes XXI. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *a* 154. *ſeqq.* Concedit Capit. centum libras proven. ſeu ſc. 250. annua ad annos 20. ex Oblationibus majoris Altaris ob auctum num. inſervientium *a* 156. 178. Approbat Conſtitutiones Baſilicæ ab Archipresbytero digeſtas *a* 157. *ſeqq.*

Joannes XXII. Ejus ætas *a* 252. Deputat Conſervatores, qui auxilio ſint Canonicis ad ſervanda bona Baſil. *Ibid.*

Joannes XXIII. Ejus ætas, & res geſtæ *b* 73. Bononia Romam venit *b* 75. *n.* Ambulacrum perfici curat a Palatio Vaticano ad Caſtrum S. Angeli *b* 53.

Joannes Angliæ Rex juſpatronatum Beneficii concedit Monachis Ciſtercienſibus Monaſt. S. Martini in Mont. Viterb. *a* 99.

Joannes Cajetanus Urſinus poſtea Nicolaus III. Vide *Archipresb.*

Joannes Chryſoſtomus S. translatus ab Urb. VIII. *c* 208. *n.*

Joannes Gayetanus Urſinus Canonicus poſtea Card. *a* 302. *n.*

Joannis Diaconi nomine opuſculum ſuppoſitum *b* 69. *n.*

Jubileus annus a Bonif. VIII. inſtitutus an. 1300. pro centeno quoquo anno *a* 225. Indulgentia plenaria ſeu pleniſſima conceditur viſitantibus Baſilicas S. Petri, & S. Pauli per 30. vices Romanis, exteris per 15. aliis Indulgentiis unius, trium, ſeptem annorum non ſuppreſſis, immo confirmatis. *Ibi.* Clemens VI. eadem lege S. Joannis Laterani viſitationem adjungit: quinquageno quoquo anno celebrandum decernit *a* 328. *ſeq.* Trinas idem literas mittit Avenione pro cujuſque Baſilicæ Clero, aliaſque pro Clero Urbis an. 1350. *a* 336. Gregorius XI. lege nullatenus variata S Mariæ Majoris viſitationem addit *b* 22. *ſeq.* Urbanus VI. Chriſti ætate motus 33. quoquo anno celebrandum ſtatuit. Semel celebratur an. 1390. *b* 23. Quæ Indulgentia a Bonif. IX. extenditur ſeq. anno ad ſepties viſitantes Baſilicam S. Petri, & Eccleſiam S. Laurentii in Paniſperna poſt Canonizz. S. Birgitthæ *c* 349. *n.* eademque ab eodem Conſtantienſibus conceditur 1395. contribuentibus ad ædificium Monaſterii *b* 41. Iterum celebratur minime indictum an. 1400. utpote quinquageno, aut centeno, Urbani VI. innovatione ſus deque habita *b* 23. Nicolaus V. an. 1449. ſeq. annum Jubileum quinquagenarium indicit, Bulla ex Arch. Vat. *lib.* 3. *Bullar. de Cur.* non prolata. *Ibid. n.* Seq. an. eamd. plenariam ſeu pleniſſimam Indulgentiam extendit ad provincias contribuentes avertendis Turcis Rhodo Inſulæ imminentibus *b* 137. Paulus II. an. 1470. celebrandum decernit quino & viceno quoquo anno, ut ſemper ad nos uſque eſt factum *b* 23. *n.* Sixtus IV. hujuſmodi Jubileum annum 1475. omnium primus celebravit. *Ibid.* Alexander VI. Jubileum annum 1500. ante biennium indicit; alias omnes Indulgentias omnium primus ſuſpendit *b* 281. Primus omnium creditur deſignare initium die 24. Decembris quum antea die Circumciſionis inciperet, a Continuatore Nangii an. 1350. Verumtamen Bonifacius VIII. inſtitutor aperte inchoatum dicit a feſto Nativitatis D. N. J. C. *a* 225. Certe Alexander primus omnium portam nominat, aperiri, ut ait, ſolitam: nempe Vaticanæ Baſilicæ a Pontifice, aliarum Baſilicar. a Commiſſariis. Omnium pariter primus Baſilicarum aras principes viſitandas edicit; & ſuffragaturum etiam defunctis pronunciat *b* 281. 319. *ſeqq.* Portam Sanctam primus omnium appellaſſe videtur Julius III. *c* 4. Bened. XIV. an. 1750. rite Indulgentias omnes ſuppreſſit pro viventibus; at pro defunctis vigere omnes voluit *b* 321. *n.* Sixtus V. primus poſt ſuam aſſumtionem Jubileum indixit *c* 180.

Julius II. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *b* 333. *ſeqq.* Triumphans ingreditur Bononiam, & redit Romam *b* 338. *n.* Ædificat Romæ & foris *b* 348. *ſeqq.* Fortiter moritur *b* 351. *n.* V. *Conſtitutiones.*

Julius III. Ejus ætas, & Diplomata *c* 5. *ſeqq.* Juramen-

Digitized by Google

Juramentum Beneficiatorum *a* 191. Camerariorum Baſilicæ *a* 189. Canonicorum *a* 190. Pœnitentiariorum minorum *d* 14. Procuratoris ad diſerendum Sacrum Pallium c 328. *ſeq.* Romani Imperatoris *a* 353.
Juriſdictio Archipresbyteri. V. *Archipresbyter*.
Juriſdictio Criminalis Capituli in Abbatiis adnexis Baſilicæ *c* 144. 239. V. infra *Monaſterium*.
Juſtini S. Eccleſia Schola Longobardorum *a* 24. 31. *n.*

L

LActiciniorum uſos in Quadrag. conceſſus Bavaris, aliiſque Germaniæ populis contribuentibus Fabricæ S. Petri *b* 239. 249.
Ladislaus Regno Siciliæ exuitur, quo inveſtitur ab Alex. V. Ludovicus Andegavenſis *b* 69. *n.*
Lambertious Proſper. V. *Bened.* XIV.
Lambertus S. Ejus Reliqoiæ conceſſæ S. Mariæ de Anima *c* 243. Ejuſdem & S. Servatii altare in Sacrario privilegiatum *c* 318.
Lancea S. a Bajazete II. Turcar. Imp. obtenta *b* 292. *c* 74. *n* V. *Reliquiæ*.
Lancellottus Laureotius Cubicular. Secr. *b* 157. *n.*
Largitio permiſſa in adeptione Canonicatus, Beneficiatus &c. *c* 187.
Lateranenſis Eccleſia olim noo vocabatur Baſilica *b* 16. 64. *d* 66. Innoc. III. eam, & Vaticaoam vocat Cathedrales *d* 63. Clemens VI. an. 1343. & 1349. primus omnium eam recenſet primo loco ante Vaticanam *a* 330. 339. Continuo ſe ipſe corrigit, Vaticanam præſerens *a* 336. 339. 343. Gregor. XI. an. 1372. omnium Pontificum primus eam declarat primam Urbis & Orbis, tanqoam primam a Conſtantino M. ædificatam *b* 20. *ſeq.* S. Pius V. an. 1569. eam declarationem confirmat *c* 73. Inſtanrandæ Pontifices ſatagunt *a* 265. 330. *b* 16. 266. Quemadmodum Nicolans V. Vaticanam appellat Sponſam, & Pius II. Sponſam præcipuam, ita Innocent. VIII. Sponſam appellat Lateranenſem *b* 150. 163. 266. Gregorius II. Monachos ibidem reſtituit, *ut diurnis nocturniſque* officiis vacent *juxta inſtar*, (ait Anaſt. ſect. 197.) *officiorum Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli* *a* 68. *n.* Ii Monachi defecerunt. Alexander II. Canooicos Regulares ibi conſtituit ſeculo XI. *c* 74. Exeunte XIII. Bonifacius VIII. Canonicos ſeculares; unde diſcordia inter utroſque nuoc his, nunc illis expulſis, donec Sixtus IV. Regularibus in S. Mariæ de pace conſtabilitis, Seculares in Lateranenſi Baſilica perpetoo firmavit an. 1471. *b* 21. *c* 74. *n.* Qui uno ſeculo non bene elapſo primatum obtinent ſuper Vaticanis ad avertenda diſſidia *b* 21. 84. 96. *c* 72. 74. *n.* S. Pius V. inde transſert Canonicum ad Vaticanam Baſilicam *c* 47. *n.* Alium Bened. XIV *c* 69. *n.* Perinde Pœnitentiarii mioores inde in Vaticanum translati *b* 62. *d* 14. *n.* Ante annum 1352. nollum habuit pœnitentiarium. Tum vero unicum inſtituit Clemens VI. *a* 343. V. *Pœnitentiarii*.
Lateranenſis poſſeſſio quæ vulgo dicitur, nullatenus pertinet ad Pontificiam ordinatiooem, aut poteſtatem *c* 232. 274. *n.*
Latious *Malabranca* Card. Oſtien. hæredem inſtituit Baſilicam cum oneribus *a* 208. 223. *b* 268.
Laudemia, & eorum natura *b* 342. *n.* Exigenda a Capitulo una cum Canonibus permittuntur lite pendente *c* 252. *ſeq.*
Lectiſternium ab aotiquo Romanorum diverſum *b* 40.
Legata & reſtitutiones incertæ ab Innoc. VIII. tribuuntur inſtaurationi Baſilicar. Lateranenſis, & Vatic. *b* 266.
Legati Cardinales privilegium obtinent celebrandi ad Aras majores Baſilicarum Urbis Vatic. Later. S. Pauli *a* 335.
Lenis. *Æmilius* de. Controverſiam habet cum Capitulo ſuper Palatio de Sacchettis, quam componit Greg. XIII. *c* 98. *ſeqq.*
Leo I. S. Ejus ætas & Conſtitutio de celebrandis Conciliis ad S. Petrom *a* 1. Ejus Oratorium *a* 12. *d* 2. *n.* Indulgentia plenaria in ejus feſto die 11. April. *c* 138.
Leo II. S. Indulgentia plenaria a Greg. XIII. conceditur in die ejns feſto 28. Junii *c* 138.
Leo III. S. Ejus Concilium ad S. Petrum *a* 2. *n.* Purgatio ad Altare Principis Apoſtolorum *a* 5. *n.*
Leo IV. S. Ejus ætas *a* 15. Concilium apud S. Petrum *a* 2. *n.* Privilegium Monachis S. Martini, qui ſunt Canonici Baſilicæ *a* 15. *ſeq.* Fundat Civitatem Leoninam *b* 53. Eam dedicat *a* 25. *n.* Quatuor horum Leonum Corpora in Baſil. Vat. & eor. translatio *c* 138. 208. *n.*
Leo IX. S. Ejus ætas *a* 22. Archipresbytero & Canonicis in Monaſt. S. Martini degentibus coofirmat privilegia, jura, prædia conceſſa a S Leone IV. Carolo Imp. Joanne X. & Joanne XIX. *Ibid.* & *ſeqq.* Perinde Canonicis exiſtentibus, in Monaſt. S. Stephani Majoris ſub eod. Archipresb. *a* 29. *ſeqq* Omnibus ſimul Privilegia largitur *a* 33. *ſeqq.* Decimam concedit Majoris Altaris iiſdem Canooicis & Baſilicæ *a* 35. *ſeq.* Ejuſdem S. Leoois Altaris oblationes excipiunt Succeſſores Eugeoius III., Hadrianus IV. Alexander III. Clemens III. *a* 51. 54. 64. 72. Ejus Corpus proceræ altitudinis ioventum ad Altare Mortuor. *c* 208. *n.*
Leo X. Ejus ætas, genus, literæ Apoſtolicæ *b* 352. *ſeqq.* Ejus iter Bononiam magno cum comitatu *b* 364. *n.* Anno 1517. uno eodemque die creat 31. Cardinales *b* 369. Carolo V. concedit, ut ſimul Imp. & Rex Neapolis eſſe poſſit *b* 408. *n.*
Leo XI. Ejus ætas & Pontificatus brevis *c* 206.
Leonina Civitas a S. Leone IV. ſundata, & dedicata *a* 25. *n.* *b* 53. Eccleſiæ omnes in ea exiſtentes & ſimul quæ uſque ad Montem Marium ſunt, committuntur Card. Epiſc. Silvæ Candidæ intacto jure Capituli *a* 18. 21. Eædem additis Eccleſiis Longariæ uſque ad portam Septinianam confirmantur Capitulo ab Innoc. III. Greg. IX. & Innoc VI. *a* 77. 111. 361. Anno 1543. ampliari cœptam a Paulo III. Urbanus VIII. abſolvit *b* 40. *n.* Ejus incolæ ab impoſitionibus exempti in annos 25. a primo die incolatus *b* 92. *ſeqq.* Judex proprius iis aſſignatur *b* 94. Ejuſdem direptiones duæ an. 1526. & *ſeq.* *b* 375 *n* Baſilicæ Vat. & Palatii Apoſtol. præcipuum damnum in direptionibus *b* 382. *n.*
Libra uſualis monetæ *provenientis* aut *provenientium* Juliis 25. ſeu ſcutis duobus juliorum duodecim ſemis æſtimabatur *a* 90. 144. 157. 240. *n.* *b.* 15. *n.*
Limina olim appellatæ Sacræ Ædes *a* 11. *n.*
Limina Apoſtolorum viſitanda ab Epiſcopis ſtatis temporibus ex Decreto S. Zachariæ *a* 11. Sixtus V. gravibus ſubjicit pœnis contraſacientes *c* 150. *ſeqq.* Ejuſmodi conſuetudo antiquiſſima *c* 151. *n.*

151. *n.* Epiſcopus Ruthenenſis ea inviſit *a* 360. Peregrini ea viſitantes emebant ſigna plumbea *a* 82. 107.

Licolnienſis, & Eboracenſis Eccleſiar. ſingulæ præbendæ Vat. Baſilicæ, & Hoſpitali S. Spiritus aſſignatæ vindicantur *d* 57. *ſeq.*

Locatio ex Statuto Urbis fieri nequit novis Conductoribus, ſi veteres parem offerant conditionem *b* 414. Capitulum privilegium obtinet pro bonis in Urbe & ejus diſtrictu exiſtentibus, contra id Statutum *b* 420. Eodem utitur *c* 23. Sixtus V. concedit Capitulo, ut ceſſante generatione, aut nominatione locare poſſit Extraneis contra Statutum *c* 158. *ſeqq.* Quod privileg. ex Urbani VIII. declaratione extenditur ad bona omnia Baſilicæ ubilibet ſita *c* 241. Clem. VIII. concedit fieri locationes abſque benepl. Apoſtol. modo non ſint ultra novennium, & condonari caducitates modo non declaratas, & acceptatas *c* 193. Benedictus XIV. longe liberalior declarationem, & acceptationem hujuſmodi non eſſe ſatis decernit niſi expreſſus actus Capituli, & ipſa actualis rei emphyteuticæ poſſeſſio accedat, confirmatque locandi privilegium abſque auct. Apoſtolicæ nova acceſſione *c* 353. Locationes ultra novennium, & ad vitam, ac conceſſiones in emphyteuſim nunquam factæ abſque benepl. Apoſtolico *b* 65. 148. 238. *c* 188. 208. 258. *d* 23. 36. 39. Cujuſvis generis bonorum Baſilicæ prohibentur fieri Canonicis, Beneficiatis, Clericis, eorumque affinibus famulis &c. a Sixto IV. *b* 229. Jam factæ revocantur a Clemente VII. *b* 380. Paulus III. & IV. utriuſque Pontificis Conſtitutiones confirmant *b* 426. *c* 39. Quia ſcilicet Pauli IV. Præd-ceſſor Jul. III. probaverat locationem factam Chriſtophoro Cincio & Baldo Ferratino *c* 23. Gregorius XIII. omnes prædictas Conſtitutiones enumerat, & confirmat *c* 104. *ſeqq.* Tanti erant Pontificibus iis Baſilicæ reditus, queis fraudem timebant a favore, vel gratia *c* 105. *n.* Sixtus V. hanc prohibitionem abſtulit, modo utilior Baſilicæ locatio eſſet *c* 160. At Clemens VIII. Conſtitutione hac Sixti V. revocata, in priſtinum reſtituit rem *c* 193.

Locationum documenta, aliaque plura ad Baſilicam ſpectantia in direptione Civitatis Leoninæ, & Urbis amiſſa teſtatur Clemens VII. *b* 397.

Ludi in Vaticano, & Teſtaceo Montibus *b* 359. *n.*

Ludovicus XI. Franciæ Rex fundator Capellaniar. in S. Petronillæ *b* 259. *n.* Suffragia pro ejus anima *c* 202. *n.*

Ludovicus Bavarus excommunicatus *a* 274. *ſeq.* Acceptus a S. P. Q. R. cum Pſeudopapa Petro de Corbario generali Interdicto Romam ſubjici vidit. *a* 278. *ſeqq.*

Luminaria S. Petri Oliveta iis aſſignata a S. Greg. II. *a* 8. *ſeq.* *d* 53. S. Gregorius III. a Langobardorum inſolentiis ea vindicat *a* 10. Conſtitutio S. Zachariæ pro iiſdem nutriendis *a* 11. Summam eorum curam habent Pontiff. Joan. XXII. *a* 254. Gregorius XI. vetat pecuniam iis addictam alio verti *b* 22. Iiſdem conſulit legata non ſoluta vindicans *b* 26. Oblationum juris Cameræ Apoſtol. pars iis addicta *a* 97. Paulus V. quatuor adjungit lampades cum ſua dote *c* 219. Olim quotidie accendebantur 150. lampades *a* 7. *n.* Manſionarii illis addicti *a* 21. *n.*

M

Machabæus *Hieronymus* Canonicus Baſilicæ *c* 70. *n.*

Machutus S. Ejus Eccleſia olim Fratribus Ord. Prædicator. addicta, poſtea Capitulo *a* 201. *n.* V. *Eccleſia*.

Madernus *Carolus* Baſilicæ Ichnographiam offert Paulo V. *c* 219. *n.*

Maffeus *Bernardinus* Card. *c* 21. *M. Antonius* Canonicus Baſilicæ, poſtea Card. *c* 47. *n.* Datarius S. Pii V. Præſul Teatinus *c* 65.

Maggius *Melchior* Decanus Canonicorum moritur *c* 332. *n.*

Magnus S. Ejus corpus in Eccl. S. Michaelis *a* 24. *n.*

Malabranca. V. *Latinus*.

Mallius. V. *Petrus*.

Manica Ædificii genus *a* 26. *n.*

Manliana Villa olim Pontificia *b* 383. *ſeq.* *n.* hodie Caſale *c* 57. *ſeq.* Una cum Valle Inferni a Clem. VII. aſſignata Capitulo pro Catalibus alienatis in maximis S. Sedis anguſtiis *b* 383. *ſeqq.*

Manriguez *Fr. Thomas* Sac. Palatii Magiſter a S. Pio V. fit Canonicus Baſilicæ cum Præbenda Theolog. *c* 81. *n.*

Manſionarii Baſilicæ duplicis generis *a* 21. *n.*

Marcellinis *Odo* de. Canonicus Baſilicæ homicidii reus declaratus a Vicario Baſil. ac dejectus reſtituitur a Pio II. *b* 168.

Marcellus II. breviſſimus ejus Pontificatus *c* 25.

Marcha argentea ejus valor ſcuta tria, obuli 75. *a* 107. *n.* Arglica ſeu Sterlingorum valoris 27. Juliorum *a* 99. *n.*

Mareſcalli Curiæ Capitolii. Eorum delicta, & licentia in Porticu, aliiſque locis Baſilicæ *a* 307. 315. 332.

Maria S. Virgo Deipara. Ejus Feſti dies anno 1289. ſub Nicolao IV. *Nativitas*, *Annunciatio*, *Purificatio*, *Aſſumtio* *a* 214. Conſecratio ejus altaris de Cancellis nuncupati die 6. Novembris inter feſtos dies a Nicolao III. recenſetur *a* 186. Imago hujus altaris *de prægnantibus* appellata *a* 256. *n.* Sacra ejus ædes in *Oratorio* *a* 25. *n.* In *Palatiolo Ibid.* Sacræ imagines de *Columna* *c* 134. De *Ponte* *b* 142. De *Succurſu* in ſacello Gregoriano *c* 113. Ejus Eccleſiæ in *Turri* *a* 18. *Virgariorum* *a* 27. *n.* Ejus ſimulacrum celeberrimum vulgo *Pietas* Bonaroti opus *c* 295. *n.* V. *Eccleſia*.

Marinus Franciſcus Canonicus cum Præb. Theolog. *c* 103. *n.*

Marmorum Eccleſiarum fures excommunicantur *b* 89. *ſeq.*

Marſilius de Padua cum Joanne Janduno hæretico decipiunt Clerum Rom. Ludov. Bavari cauſa, ut Pſeudopontifex eligatur *a* 279. *n.*

Martinus IV. Ejus ætas, & Diplomata a 203. *ſeqq.*

Martinus V. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *b* 76. *ſeqq.*

Maſſa Communis in Concordia Canonicor. & Beneficiator. a Julio II. probatur *b* 341. *ſeq.*

Maſſa Trabaria Urbinatis Ducatus Jus ibi trabes incidendi aſſeritur Baſilicæ *a* 175. *d* 56. Trabibus cædendis, & transferendis addicti compelluntur fungi ſuo munere *a* 254. Eadem pertinet ad Eccl. Romanam *a* 255. & ad Baſilicam *a* 274.

Matheriæ

Matheriæ ſeu Gloſſæ Juris Utriuſque Codd. c 87. n.

Matthæus Rubeus Urſinus. V. *Archipresbyter*.

Matutinum Officium, & cæteræ horæ Canonicæ; Iis præſentes habendi qui aderant ante dictum Gloria Patri primi pſalmi a 185. V. *Diſtributiones*.

Mazatoſtis *Richardus* de. Emtor Caſalium Baſil. c 52. n.

Medicis *Coſmus* de. Caput Societatis Mercatorum b 137. *Hippolytus* Card. nepos Leonis X. Commendator Prioratus S. Balbinæ b 410. *Joannes*. V. *Leo X.*

Mediolanenſis Ducatus ad Franciſcum Sfortiam redit, quum Parma & Placentia ad Eccleſiam, Carolo V. Gallis prævalente, extremo anno Leonis X. b 352. n.

Melchiorius *Hieronymus* Epiſc. Recanaten. Ei committitur a Pio IV. defenſio juris Capituli in Cornetana Diœc. c 63.

Meldola olim Parochialis ad S. Rufilli Monaſt. ſpectans a 62. n.

Melioratus *Ludovicus* nepos Innoc. VII. Seditioſorum cæde fœdam rebellionem excitat b 59. 62. n.

Memoria. Martyrium. Confeſſio a 13. n. V. *Confeſſio*.

Meta ædificium Pyramidale memoria Romuli, aut ſepulcrum Scipionis olim dicta a 27. n. Portio Canonicalis aſſignatur pro ejus cuſtodia a 131. 179. 230. b 52. Alexander VI. viam Alexandrinam Burgum novum dictam aperiens, eam excindit c 125. n.

Metatus: ædificii genus domum & adjacentia ambiens a 12. n.

Michael S. Ejus Eccleſia in Burgo a 24. n. b 52. Ejus altare erectum in Baſilica ab Urbano VIII. c 232. n.

Mignanellus *Fabius* Card. Vir Illuſtris c 27. n.

Milites S. Pauli. Officia vacabilia 200. erecta a Paulo III. an. 1541. c 13. n. S. Petri a Leone X. an. 1521. *Ibid.*

Millinus *Celſus* Canonicus Baſilicæ. *Joannes* & ipſe Canonicus poſtea Card. depoſitus in Baſil. tumulatus ad S. Mariæ de populo. *Marius* Card. V. Cl. vivens b 201. n.

Miniſteria medio ævo accepta pro oblationibus, & etiam pro altaribus a 51. n.

Miniſteriales altaris S. Petri, oblationibus accipiendis deputati a 21. n.

Miſſa celebratur in Baſilica media hora poſt merid. ex privil. Sixti V. c 153. Illi præſentes habentur Conventuali, qui adſunt ante finitum ultimum Kirie a 87. 185. V. *Anniverſaria*.

Monaſteria quatuor antiquiſſima *SS. Joannis et Pauli* a S. Leone I. fundatum; *S. Martini*; *S. Stephani Majoris*; & *S. Stephani Minoris*, de quibus lib. Pontificalis ſect. 67. 204. 326. 459. 553. ipſa ſunt Canonica veterum Canonicorum S. Petri. V. *Canonica*.

Monaſteria duo S. Catharinæ in Civit. Leonina b 49. n. V. infra *Catharinæ*.

Monaſteria, ſeu Abbatiæ duæ Montis Oliveti Aretinæ Diœceſis unum, alterum Peruſinæ Ord. S. Bened. b 103. n.

Monaſteria Teatinæ Diœc. juris Capituli ſubjiciuntur viſitationi a S. Pio V. c 68. Item a Greg. XIII. c 123.

Monaſterium *S. Alexii* menſæ Capitulari unitum, cujus tamen poſſeſſionem non inierunt Canonici b 46. ſeq. d 60.

S. Antonii de Romagnano in Terra Caſliæ juris Baſilicæ antiquiſſimi c 359. n.

S. Balbinæ dictum etiam S. Salvatoris. Ejus Prioratus Commendatus b 410. 442. a Pio IV. unitur Baſilicæ c 50.

S. Blaſii in Cantuſecuto vulgo *della Pagnotta*, ab Eugenio IV. unitum Baſilicæ an. 1439. b 97. 179. Nicolaus V. an. 1447. teſtatur, juris eſſe Baſilicæ b 114. Nihilominus an. 1451. Commendat Eccleſiam cum horto, reditibus in jure Capituli remanentibus b 133. Capitulum cum beneplacito Apoſtol. Pii II. alienat domos, & officinas ejuſd. Monaſt. Roderico Borgiæ Vicecancellario, poſtea Papæ Alex. VI. b 178. Ibi erat celebris Bibliotheca Jordani Card. Urſini Archipresb. cujus Bibliothecarii erant duo Beneficiati b 179. Poſtmodum ad Baſil. tranſlata b 180.

S. Cæciliæ olim Ordinis Humiliatorum b 406. n. Moniales ſuum jam fundaverant anno 1527. *Ibid.*

S. Catharinæ Aquilanæ Diœc. unitur Monaſt. S. Baſilii Ord. S. Bened. utrumque juris Baſil. b 226. Julius II. unionem illam diſſolvit b 338. ſeq.

S. Catharinæ in Burgo Ord. S. Auguſtini a 324. ſeq. Ei relaxatur Quarta funeris b 33. Jus conceditur ſepulturæ b 30. Pſeudo-Monaſterium de Virginibus eidem unitur b 34. ſeqq. De ejus origine, conditione, ſitu, vicibus b 49. ſeqq. Domus antiquati hujus Monaſt. locatur Epiſcopis Farenſi, & Ferrarienſi b 56. 202.

S. Catharinæ in Burgo Ord. S. Bened. Ejus antiquitas, conditio, vices b 49. ſeqq. Moniales tranſlatæ ad Eccleſiam Collegiatam S. Mariæ Domnæ Roſæ, hodie *Funariorum* b 60. Supprimitur, ejuſque ædificia in Capituli domicilia evadunt b 192. ſeq.

Crucelanda de. In Anglia ab Ethelbaldo Rege Merciorum fundatum an. 7.6. incendio abſumtum 1091. Ingulphus Abbas inſtaurat a 124. n. Gregorius IX. petit, ut una ex Eccleſiis ei ſubjectis annui reditus centum ſaltem Marchar. Sterlingorum addicatur Baſilicæ a 125.

S. Geneſii Urbevetanæ Diœc. a 305.

Jeruſalem ad S. Petrum, poſtea Eccl. S. Vincentii a 18. n.

S. Laurentii Pallatini non longe a Baſilica a 26. n.

S. Margarithæ Peruſii juris Baſilicæ unitur Monaſterio S. Bernardi extra Civitatem b 44. ſeqq.

S. Mariæ de Farneta prope Peruſium. Eccleſia S. Cornelii ad iſtud pertinens ab Innoc. IV. conceditur Baſilicæ a 128. ſeq.

S. Mariæ Tiburtinæ. Ejus controverſia cum Capitulo dirimitur ab Honorio III. Unitur Capitulo a 137.

S. Mariæ de Virginibus Pſeudo-Monaſterium violenter excitatum prope Monaſt. S. Catharinæ Ord. Aug. in Burgo a Paulo de Podio Donadei, & nonnullis mulierculis a 334. antiquatur b 35

S. Martini in montibus Viterbien. primum Ord. S. Bened. deinde Ciſtercienſis, qui cum Regula S. Bened. ſervat propria ſtatuta a 90. n. b 65. n. Ædificatum creditur a Card. Ægidio Albornotio Archiep. Tolet. tametſi aliunde appareat Card. Raynerium Capocium Viterbien. longe antiquiorem illud fundaſſe: utriuſque opera concurrit a 136. n. Regum Angliæ liberalitate

ralitate juſpatronatus habet in Beneficio Eccleſiæ de Holcham *a* 99. 118. 134. Ejus bona, & Privilegia ab Innoc. III. enumerata *a* 90. Abbas eximitur a commiſſionibus S. Sedis per Honor. III. ut curis ſolutus, Divinis vacet *a* 111. Quod privileg. confirmatur a Greg. IX. *a* 119. Alex IV. jus tribuit ſuccedendi in bona, quæ Monaci aſſequerentur ſecluſa profeſſione *a* 135. Eximit ab onere Decimarum, pecunias largitur &c. inſtaurationi neceſſaria *a* 138. Greg. X. privilegia & exemtiones confirmat *a* 154. Honorius IV. eximit a Collecta pro Carolo II. Siciliæ Rege *a* 206. Bened. XII. a pecuniæ ſumma, quam debebat Cameræ Apoſt. inopia preſſum eximit *a* 303. Ejus controverſiæ ſuper alienationibus *a* 88. 117. Anno 1440. Commendatum invetitur ab Eugenio IV. *b* 99. *n*. At poſt annos quinque Ciſtercienſibus ſuppreſſis Benedictinos iterum revocat idem Pontifex ex Monte Oliveto, qui poſt Commendatarii ceſſum ſeu deceſſum poſſeſſionem ineant *b* 103. Id caret effectu. Nam Nicolaus V. anno 1452. Commendatario obeunte creat Abbatem Ogerium Ord. Ciſtercienſis *b* 138. Anno autem 1461. Ogerio eodem cedente, Monaſterium Commendari incipit a Pio II. quod ſemper factum a Succeſſoribus *b* 165. *ſeqq.* Horum poſtremus Card. Raynutius Farneſius anno 1564. cedit Commendam *Ibi*. & *c* 50. Eodemque anno Pins IV. Abbatiam hanc unit Capitulo *c* 51. S. Pius V. alienationes aliquot Bonorum Monaſterii partim probat, partim improbat *c* 75. *ſeqq.* Gregor. XIII. invaſores Bonorum, aut non revelantes excommunicat *c* 149. Denique Monaſterium alienatur cum indulto Innocentii X. D. Olympiæ Maildachinæ *c* 260 *ſeqq.*

S. Martini de Valle, & de Fara. Ejus origo *a* 106. Sub patrocinio S. Sedis *a* 107. Eccleſiæ illi ſubjectæ, bona, privilegia *a* 44. 106. Anno 1453. unitur Baſilicæ a Nicolao V. *b* 134. *ſeq.* Ejus poſſeſſio initur a Capitulo anno 1494. *b* 135. *n*. Invaſum reſtituitur Capitulo juſſu Clem. VII. *b* 398. Capitulum locat ejus bona ad annos centum cum Pauli III. privilego *b* 416. Ejus beneficiorum collatio ſpectat ad Capitulum *b* 418. *ſeq.* Mons pietatis inſtituitur in Caſtro Faræ ad illud pertinente *c* 121. Exemtum ab Ordinario Teatino Archiep., & Capitulo omnino ſubjectum eſſe demonſtratur *c* 121. 123. 255. *ſeqq.* Concordia Capituli cum Archiep. Teatino *c* 245. *ſeq.* 363. *ſeq.*

S. Nazarii. V. infra *S. Petri*.

S. Nicolai de Carceribus prope terram Nurſiæ juris Capituli *b* 245. Olim Ord. S. Bened. aſſeritur a Capitulo Fratribus Ord. Præd. an. 1481. nequicquam contra nitentibus Monialibus S. Catharinæ *Ibi* & *ſeqq.*

S. Paterniani Fanen. Diœc. an. 1480. a Sixto IV. unitur Capitulo *b* 210. *ſeqq.* Paulo poſt unio diſſolvitur ab eod. Pontifice ob non captam poſſeſſionem, Commendaturque iterum Card. Sabello, cui antea Commendatum erat *b* 213. *ſeqq.*

S. Pauli Monialium extra Caſtrum Podii Donadei unitur menſæ Capitulari an. 1463. a Pio II. *b* 177. Poſt annos 17. excidit Capitulum jure ſuo, Sabelli ejuſd. Card. gratia *b* 213. *n*.

S. Petri Cuſatorum, & *S. Nazarii* de Cuccaro Salemit. Diœc. Utriuſque bona enumerantur *c* 52. *ſeq.* *n*. Utrumque a Pio IV. unitur Baſilicæ in compenſat. Caſalium alienator. temp. Clem. VII. una cum prædictis Prioratu S. Balbinæ, & Monaſterio S. Martini in monte ac *S*. Rufilli, ut infra *c* 51. A Greg. XIII. vindicantur eidem Capitulo eorum reditus *c* 106. *ſeq.* A Bened. XIII. declarantur Territorium ſeparatum *c* 297. Bened. XIV. id confirmat *c* 365. *ſeqq.*

Rameſia de. In Anglia ab Ailvvino Comite fundatum. Greg. IX. ab eo petit ut *S. Petri* Baſilicæ addicat Eccleſiam unam, cujus reditus ſint 100. ſaltem Marchæ Sterlingorum *a* 325.

Roto in. Ord. Præmonſtr. Conſtantien. Diœc. Indulgentiarum præſidio inſtauratur *b* 42. *ſeqq.*

Rufilli S. Ejus conditio, donationes, bona *a* 61. Alex. III. patrocinio S. Petri auget, bona cum ſuis finibus enumerat *a* 66. *ſeq.* Honor III. privilegia confirmat, Boniſque enumeratis Donationem addit ab Ubertello Popilienſi Epiſc. factam an. 1214. ap. Ughell. *a* 108. Eccleſia parochialis S. Petri de Furopompilio illi unitur *b* 198. Anno 1524. in Commendam redactum jampridem eſſe conſtat ex Clementis VII. Collatione Mario de Rufinis per ceſſionem ejus Fratris *b* 375. *ſeqq.* Paulus IV. confert Capellaniam S. Joſeph ad illud ſpectantem *c* 30. Pius IV. illud adnectit menſæ Capitulari *c* 51. *ſeqq.* Beneficia omnia ad illud ſpectantia a Capitulo conferuntur per turnum *c* 275. Bened. XIII. Territorium ſeparatum eſſe decernit, juriſque Capituli eſſe Dimiſſoriales mittere pro Clero Foropompilienſi *c* 296. *ſeq.* Bened. XIV. id confirmat *c* 365. *ſeqq.*

S. Salvatoris de Majella. Bona & Eccleſiæ illi ſubjectæ *a* 39. *ſeqq.* Paſchalis II. ab alieno jure eximit *S. Petri*, & *S. Sedis* protectioni mancipat *a* 44. Ejus bona, & jura confirmantur ab Eugenio III. Hadriano IV. Alexandro III. *a* 48. 55. 62. *ſeqq.* Innocentius III. antiquas confirmans Eccleſias, duas illis adjungit *a* 80. Eſt antiquiſſimi juris Capituli *a* 220. *ſeq.* 222. *n*. Duobus ex electis Abbatibus Berardus Acquaviva electus a Capitulo confirmatur a Rom. Pont. *a* 310. 321. Pontificia & Regia ejus Privilegia confirmantur a Bened. XII. *a* 323. Pius II. bona alienata revocat *b* 158. *ſeq.* Julius II. res & bona occupata illi vindicat *b* 333. Paulus III. illud unit Capitulo: literas non expeditas probat & promulgat Julius III. an. 1550. *c* 1. *ſeqq.* 1552. *c* 19. *ſeqq.* Super ejuſdem Juribus Concordia Capituli cum Archiep. Teatino *c* 245. *ſeqq.* 363. *ſeq.* De eodem Monaſterio Diſſertatio *a* 369. *ſeqq.*

S. Salvatoris Montis acuti. Dedit ſe Baſilicæ Vat. ut vitet ſubjectionem Ciſtercienſibus *a* 215. Nicolaus IV. alienationem ejus bonorum omnino prohibet fieri *a* 218. Concordiam inter Capitulum & Ciſtercienſes ita firmat, ut jus iſtis vindicet, canonem Capitulo *a* 219 *ſeqq.*

S. Stephani in Cœlio monte. Ad iſtud olim pertinuit Caſtrum Jubilæi ex Nicolai V. Donatione, quod modo eſt juris Capituli emtionis gratia *b* 146. *ſeq.* Idem Pontifex an. 1454. Collegio Canonicor. inde ſublato ſurrogavit Fratres *S*. Pauli primi Eremitæ *b* 255. *n*.

Mons fidei a Clem. VII. inſtituitur *b* 386. *n*.

Mons Marius olim Malus, aut Gaudii nuncupatus *a* 78. *n*. 145. 356. *n*.

Mons Pietatis a Leone X. confirmatus an. 1521. *b* 386. *n*.

Monte Card. *Innocentius* de. Conjectus in Hadrianam Molem dimittit Abbatias *c* 109. *ſeq. n.*
Monteflaſconen. Epiſcopus erigitur ab Urbano V. qui Avenione in Italiam veniens ibi utplurimum permanſit *b* 6. *n*
Morettus Petrus. Ejus opus de Presbyterio laudatur *a* 36. *n.* 47 *n.* 87. *n.* 135. *n.* 141. *ſeq. n.* 195. *n.* & alibi.
Muratorius Ludovicus a cennio laudatur *b* 158. *n.*
Muſea Romana duo Soderinum, & Victorium memorantur *b* 170. *n.*

N

NAzarenum Collegium erectum a Michaele Angelo Tonto Card. in propriis ædibus & hæres inſtitutum *c* 220. *n.*
Nicolaus S. Ejus Sacellum in Baſilica *a* 202. Supellex ejus Altaris cuſtodienda, & inſtauranda decernitur a Nicolao III. fundatore *a* 196. Ex Necrologio quodam res recitatur. *Ibi. n.*
Nicolaus I. S. Ejus Concilium ad S. Petrum *a* 2, *n.* Opinio ejus de fundatione Lateran. Eccleſiæ *c* 73. *n.*
Nicolaus III. Ejus ætas, genus, conditio *a* 175. 177. *n.* 198. Donat Capitulo 500. Marchas Sterlingorum ſeu ſc. 1350. pro emendis bonis *a* 178. Ante Pontificatum de ſuis bonis, & aliunde quæſitis eidem donaverat 14180. libras provenien. ſeu ſc. 35450. *Ibi.* Monumentum Capituli pro tot bene factis. *a* 198, V. *Archipresbyter. Conſtitutiones.*
Nicolaus IV. Ejus ætas & literæ Apoſt. *a* 211. *ſeqq.*
Nicolaus V. Ejus ætas, & literæ Apoſt. *b* 109. *ſeqq.*
Nuncii ſeu Nuntii appellati Servi Conductitii Monaſteriorum *b* 34. *n.*
Nurſiæ Terra, ſeu Caſtrum juris Baſilicæ *a* 84. *b* 2. Hoſpitale S. Crucis de Nurſia juris Baſil. *a* 224. *n.*

O

OBedientia vox nota tempore Schiſmatis *b* 77. *n.* De eadem voce, & de Obedientiariis multiplex notio ex Du-Cangio *a* 87. 189. *n.*
Obeliſcus Circi Caji & Neronis *a* 25. *n.* a Sixto V. erigitur in platea Vat. Cruce ſuperpoſita & Indulgentia annor. decem conceſſa ſalutantibus toties quoties *c* 154.
Oblationes Altaris Majoris ſuper Corpus S. Petri, & cæterorum Baſilicæ, juris erant Rom. Pontificis, & Cameræ Apoſtolicæ *a* 35. *n.* 72. *n.* 178. Card. Epiſcopo Silvæ Candidæ, mox Portuenſi addictæ erant illæ Altaris Majoris quinque diebus majoris hebdom. & Natalis Domini *a* 17. 20. &c. V. *Altare Majus.* Sexta earum pars ad Canonicos pertinebat *a* 38. *n.* quam Urbanus III. iis conceſſerat *a* 70. ab Urbano V. eidem ſublatæ applicantur Fabricæ *b* 17. Gregorius XI. Portuenſi reſtituit *b* 21. S. Leo IX. concedit decimam partem omnium Oblationum Canonicis; itaut decima ſemper die oblata ad eos ſpectent, nempe quotannis 36. dierum oblationes *a* 35. Eugenius III. quartam partem iiſdem concedit *a* 51. Quam conceſſionem confirmant Hadrianus IV. Alexander III. & Clemens III. *a* 53. 64. 72. Innocentius III. aliam quartam partem ſeu medietatem Oblationum iis concedit *a* 77. Quam Greg. IX. confirmat *a* 111. 115. Hujuſmodi conceſſio certa: uſus incertus. Nam idem Innoc. III. poſt annos 14. addictam iis eſſe declarat ſolam quartam partem *a* 97. Perinde Innocentius IV. *a* 130. & Alexander IV. *a* 139. qui tres partes Cameræ Apoſtolicæ applicarat inſtaurationi Baſilicæ *a* 134. Præterea Cœleſtinus V. unam ex tribus partibus concedit Canonicis ad quinquennium dumtaxat *a* 222. Joannes XXII. generatim illas nominans ad cenſum dari mandat, pecuniam conficiendi ergo *a* 272. Benedictus XII. acerrime vindicat tres partes Cameræ Apoſtolicæ ad eam ſpectantes *ab antiquo*, quarta Canonicis relicta *a* 316. Clemens VI. eas impendi mandat ad vim arcendam in Patrimonia ſecuritati peregrinorum *a* 339. *ſeqq.* Idem Pontifex, & Innocentius VI. invaſas a nonnullis Cameræ aſſerendas mandant, luculenter ajente Innocentio, quod *tres ad Rom. Pontificem, et una tantum partes ad Capitulum pertineant et pertinuerint, ex conſuetudine approbata et hactenus* (an. 1353.) *pacifice obſervata a* 341. 346. Idem Pontifex diſſidia inter Altararium vindicem trium partium pro Camera Apoſtol. & Canonicos ſuæ quartæ partis aſſertores componit *a* 357. Urbanus V. tres eas partes ad quinquennium inſtaurationi Baſilicæ addicit *b* 16. Perinde Alexander V. ad quadrien *b* 70. In iis quatuor partibus non enumerabantur quinque illi, poſtmodum ſex dies Epiſcopo Silvæ Candidæ, aut Portuenſi addicti *a* 123. *n.* Neque Oblationes per anni circulum fieri ſolitæ diebus Dominicis tempore Miſſæ Conventualis ab uno ex ſeptem Cardinalibus hebdomadarii decantatæ (exceptis Dominicis Palmarum, ac Reſurrectionis ad Portuen. Epiſc. ſpectantibus, & aliis Stationi addictis) quæ ſcilicet de undecim in undecim deſtinatæ erant, ſeptem primæ Cardd. hebdomadariis, octava Diaconis Cardd., nona Cantoribus, decima Canonicis Baſilicæ, & undecima Scholæ ejuſd. Baſilicæ *a* 105. 123. *n.* 135. *n.*
Oblationes Altarium cæterorum & ipſæ juris Cameræ Apoſt. quarum aliquot conceſſæ Canonicis. Innocentius II. iis concedit medietatem earum quæ fierent ad Altaria S. Mariæ in Turri; S. Gregorii; S. Joannis ad Fontes; S. Petronillæ *a* 47. Joannes XXII. certas alias Oblationes concedit fieri ſolitas ad nonnullas Imagines Eccleſiæ veteris *a* 254. Anno 1339. vigebant hujuſmodi Oblationes: nam Bened. XII. has dolet fraudulenter augeri cum diminutione earum majoris Altaris *a* 316.
Officium S. V. *Inquiſitio.*
Oldradus *Jacobus* Canonicus Altariſta. Ejus ingenium, moreſque laudabiles *c* 180. *ſeq.*
Olibanum pro thure adhibitum *d* 53.
Oliveta & prædia a S. Greg. II. donata Baſilicæ *a* 7. *ſeq. d* 53.
Operis alicujus Continuator improprie dicitur Collega *d* 56.
Oradinus *Julius* Juriſconſultus celebris Auditor Rotæ *c* 58.
Orangius Borbonii cæſi Succeſſor *b* 398. *n.* A Clemente VII. rogatur pro bonis Baſilicæ invaſis a Regiis militibus *Ibi.*
Oratores appellati peregrini ad Limina accedentes *a* 24. *n.*
Ordelafii Foroliv. tyrannidem occupant *b* 198. *n.*
Ordinarii Epiſcopi jus non habent in Abbatias, & Eccleſias ſubjectas Capitulo. V. *Canonicorum privilegia. Eccleſiæ. Monaſterium.*
Ordinationes. Eas ſemper Pontifices aut delegati pere-

peregerunt in Baſilica Principis Apoſtolorum *a* 21. *n.* *c* 346. *n.* *d* 2. *n.*

Ordo ex Conſtitutionibus ſervandus inter Canonicos, Beneff. & Clericos: Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Charactere attento, non admiſſione *a* 194.

Ordo Equitum *Calatravæ* inſtitutus *a* 300. *n* *Ciſtercienſis* *c* 56. *n.* S. *Hieronymi* *b* 47. *n.* *Præmonſtratenſis* Ibid. *Teutonicus* *a* 300. *n.* Sanctiſs. *Trinitatis* *a* 100.

Oregius *Auguſtinus* Canonicus cum Præb. Theolog. *c* 103. *Bartholomæus* ejus Nepos & Succeſſor *Ibid.*

P

PAlatiolum Collis Civitatis Leoninæ ubi *S.* Michaelis & Magni Eccleſia, & Horti Barberini *a* 25. *n.*

Palatium Apoſtolicum *Lateranenſe*. Ejus origo *c* 73. *n.* uſque ad *S.* Sedis migrationem in Gallias utplurimum inhabitatum a Pontificibus datæ Bullarum paſſim oſtendunt. *Quirinale.* Origo ejus & progreſſus *c* 81. *n.* *Vaticanum.* Compendiaria ejus initia & amplificatio *b* 1. Inſtauratur. *Ibi.* & 4. *n.* Anno 1405. a Seditioſis diripitur *b* 59. In direptione Civitatis Leoninæ fœde expilatur *b* 382.

Palatii Sacri Magiſter. Canonicus cum præb. Theolog. *c* 80.

Pallavicinus. Card. *Antoniottus* Genuenſis celeberrimus *b* 291. Ejus Sepulcrum in Baſilica *b* 328. *n.* *Carolus* adoleſcens annor. 14. Capellanus Innocentianus *c* 10. *Joannes Baptiſta* Antoniotti nepos *b* 358. *n.* *Petrus Franciſcus* obtinet acceſſum & regreſſum ad Capellan. Innocentianam *b* 445.

Pallia donari ſolita a Pontificibus Baſilicis Patriarchalibus Vaticanæ, Lateran., Liberianæ, Sancti Pauli *c* 199.

Pallium Archiepiſcopale a *S.* Sede petendum *a* 42. Nec niſi fortiter petenti concedi conſuevit *c* 329. Petitionis antiqua & nova forma *c* 329. *n.* Vigiliæ olim fiebant ante Confeſſionem pro eo Sacro indumento; nunc benedicitur *a* 42. *ſeq.* De S. Petri Corpore ſumtum ſemper eſt dictum *c* 329. Ejus benedictio, & traditio ex Bened. XIV. Conſtitutione *c* 326. *ſeqq.*

Pallottus *Evangeliſta* Card. Cuſentinus appellatus. inter Archipresbyteros primus an. 1589. obtinet ſpiritualem juriſdictionem, munia Pontificalia, & Præfecturam Fabricæ a Sixto V. *c* 154. *ſeqq.* Ejus ædes, quas hodie incolunt Pœnitentiarii Baſilicæ ad ſiniſtrum latus areæ S. Jacobi Coxacaballi ab eodem vertuntur in Collegium duodecim adoleſcentium Theologiæ operam navantium *c* 267. *n.* Card. *Joannes Baptiſta* ejus Nepos patrui laudes poſteritati commendat *c* 201. *n.*

Pandulphus Card. pluribus in Anglia legationibus celebris medietatem Eccleſiæ de Holcham juriſpatron. Monaſterii S. Martini eidem in proprietatem concedit *a* 119.

Pantanellæ olim Panthauſeto Caſale Baſilicæ *c* 23. *n.*

Panvinius Onuphrius de Cathedra Romana ſentit cum vulgo *c* 35. *n.* Pii IV. Comitiis conclaviſta interfuit *c* 42. *n.* Ejus opus MSS. de præſtantia Baſilicæ *c* 361. *d* 6. *n.*

Paradiſus Baſilicæ, ſeu Atrium juxta veterem Eccleſiæ. ſtructuram *a* 31. *n.* 84. *n.*

Parma & Placentia. Julii II. virtute acquiruntur S. Sedi *b* 364. *n.* A Franciſco I. Gallorum Rege occupantur. *Ibid.* Eccleſiæ reſtituuntur prævalente Carolo V. *b* 352. *n.* Petrus Aloyſius primus earum Dux a Paulo III. inſtitutus *b* 437. Illo cæſo, Octavium filium Ducatu exuit idem Pontifex, quia Carolus V. Placentia occupata inhiabat Parmæ *c* 1. *n.* Jus Eccleſiæ integrum *c* 2. *n.* Quod ſolemni proteſtatione tuetur Pontifex quotannis in pervigilio S. Petri *c* 348. *n.*

Paſchalis II. Ejus ætas & Conſtitutio pro Monaſt. S. Martini de Fara *a* 44.

Paſſioneus *Benedictus* Dominici Cardinalis Fratris filius Canonicus Baſil. Præfectus Capellæ Juliæ meritiſſimus *b* 345. *n.*

Paſtoris antiquus titulus Cardinalit. *S.* Pudentianæ *a* 52. *n.*

Patrimonium S. Sedis in Tuſcia. Ejus Rector an. 1326. *a* 272. 1350. *a* 340. Theſaurarius an. 1335. *a* 289. Militibus Pontificiis ad Peregrinorum tutelam utitur Clem. VI. mandato adverſus factioſos Romanos *a* 339. *ſeqq.*

Patritius Auguſtinus. Ejus Cæremoniale ex Cod. Vat. *b* 231.

Paulus S. Ejus Memoria, ſeu Confeſſio via Oſtienſi *a* 13. *n.* S. Gregorius I. integrum ejus Sacrum Corpus ibi exiſtere teſtatur *a* 4. *ſeq.* Ante eum, ineunte nimirum tertio ſec. Cajus ap. Euſebium & alii idem teſtantur *a* 83. *n.* Ejus Eccleſia in regione Arenulæ, vulgo S. Paulini *c* 197. *n.*

Paulus I. *S.* Ejus ætas & Epiſtola ad Pipinum *a* 12. fundator magnificus Eccl. *S.* Petronillæ *a* 47. *n.*

Paulus II. Ejus ætas, & nomen multiplex *b* 189. *n.* Bulla celebris *Quum in omnibus Judiciis* ſæpe in literis Apoſtol. occurrens *b* 418.

Paulus III. Ejus ætas *b* 408. mira in electione conſenſio, & plauſus. *Ibi.* *n.* Iter ejus Placentiam, & cauſæ ſuſcepti itineris potiorem partem indicatæ *b* 436. *n.* moritur præ angore animi *c* 1. *n.*

Paulus IV. Ejus ætas & res geſtæ *c* 25. *n.* Apparatus belli adverſus Philippum II. *c* 26. *n.* Perpetuum grati animi monum. Capituli *c* 37. *n.* Ob editam Bullam *Injunctum nobis*, qua alienationes bonorum Eccl. reſcinduntur *c* 108. *n.*

Paulus V. Ejus ætas, genus, Diplomata *c* 206. *ſeq.* Res præclare geſtas invenies ſuis locis.

Pectorale Pogium etiam dictum. Cancelli marmorei presbyterium dividentes a Choro Cantorum *a* 355. *n.*

Penſionarii Canonicor. Beneff. & Clericor. ad Collectas tenentur *c* 26.

Penſiones excedentes dimidium Canonicatus &c. nullæ ex Pii II. conſtitutione *b* 163. Poſt lapſum terminum & dies inſuper triginta pœnæ antiquæ ſpirituales, recentiores coactivæ *b* 166. *n.*

Pentecoſtes una ex præcipuis ſolemnitatibus Baſilicæ *a* 123. Una olim ex nocturnis ſeptem Stationibus *a* 182. *n.* V. *Indulgentiæ*. *Stationes*.

Peregrinatio ad Limina ex voto remittitur a Nicolao IV. anno 1288. Viro Ill. Seniori, ac Miniſtro Regis Angliæ, modo quidquid expendiſſet in itinere, ſolvat in opem Fabricæ S. Petri *a* 212.

Peregrini Illuſtres ad S. Petrum utriuſque ſexus *a* 42. *n.* *c* 348. *n.*

Peregrinus S. Ejus Eccleſia *a* 29. *n* V. *Eccleſia*,

Perronius, & Oſſatus celebres Cardd. Procuratores abſolutionis Henrici IV in Baſilica *c* 201. *n.*

Perutius Marſilius Archiep. Teatinus jura Capituli

tuli

tuli in Abbatiis ſibi ſumens concordiam parit inter Capitulum, & Archiepiſcopos *c* 245. *n.*

Peſtis Romæ ſævit Nicolao V. Pontifice an. 1449. *b* 130. *n.* Iterum an. 1527. Clemente VII. in Hadriana Mole degente *b* 410. *n.*

Petra Pertuſa *a* 59. 70. 85. 114. 365. Caſtrum iſtud acquiritur a Capitulo *b* 367.

Petrarcha Franciſcus legatus ad Clem. VI. pro S. Sede Romam revocanda *b* 5. *n.*

Petronilla S. Rotundum ejus Templum prope Baſilicam a S. Paulo I. ædificatum *a* 47. *n.* Altare Annunciationis in eodem Templo *b* 336. *n.* Duæ in eodem Templo Capellaniæ fundat. dotat. & juriſpatr. Regum Francorum *b* 359. *ſeqq.* Ex iis una conſertor Dario de Leoninis puero novenni *b* 357. Clemens VIII. Juſpatronatus expendit, probat, confirmat *c* 201. Variæ ſacri ejus Corporis translationes *c* 202. 208. *n.*

Petrus S. Princeps Apoſtolorum. Sacrum ejus Corpus in Vaticana Baſilica *a* 1. *ſeq.* Ad Catacumbas aliquandiu translatum, ante Conſtantini M. ævum in Vatic. relatum fuerat *a* 93. *n.* Cajus ap. Euſeb. S. Hieron. Prudentius id teſtantur *Ibid.* S. Gregorius Magnus exeunte ſexto ſeculo non ſolum teſtatur ſacrum utriuſque Apoſtoli pignus in ſua quodque Eccleſia ſervari, ſed ſuis ex Prædeceſſoribus neminem auſum unquam eſſe loculos movere *a* 4. *ſeq.* Formula juramenti præſtari ſoliti a Rectoribus Patrimoniorum per duo ſequentia ſecula idem evincit *Ibi n.* Perinde Profeſſio Pontificis electi *a* 9. *n.* Necnon ſcriptor vitæ S. Greg. III. ap. Anaſtaſ. *a* 11. *n.* S. Paulus, & S. Hadrianus in ſuis ad Franciæ Reges Epiſtolis novi teſtes accedunt octavi ſeculi *a* 13. 14. S. Leo IX. luculentius id teſtator *a* 35. *ſeq.* Gregorius VI. paulo ante idem præſtiterat *d* 3. S. Gregorius VII. rem docet apertius *a* 43. Inter plurima exempla eorum Antiſtitum qui ſe ad S. Petri Corpus purgarunt de objectis criminibus, Sacramentum Roberti Carnotenſis Epiſcopi, eod. S. Gregorio VII. jubente deſcriptum, inſtar eſt cujuſvis antiquioris documenti de Sacro eo Corpore in Baſilica exiſtente *Ibid. n.* Petri Mallii auctoritas tempore Alexandri III. *a* 23. *n.* Opinionibus & ſcriptis ſub eadem tempora emergentibus objiciuntur Innocentius III. & Gregorius IX. Principem ipſum Apoſtolorum alloquentes, *Sacroſanctam Baſilicam, in qua tuum Venerabile Corpus requieſcit a* 83. 113. Nicolaus III. *In qua*, inquit, *et ipſius Petri Corpus Sacratiſſimum honorifice requieſcit a* 202. Nicolaus pariter IV. id teſtatur *a* 213. (Bonif. VIII. an. 1300. vulgi opinionem ſequens utriuſque Apoſtoli reliquiarum meminit *a* 226. 228. 229. 237.) Clemens V. ſingulari Bonifacii exemplo nihil motus Prædeceſſores imitatur, *Petri glorioſiſſimum Corpus* an. 1306. in Baſilica exiſtere aſſirmans *a* 245. Perinde Joannes XXII. anno 1319. & Benedictus XII. an. 1335. *a* 254. 287. 314. Innocentius demum VI. an. circiter 1360. de Baſilica loquens, *in qua*, inquit, *ipſius Principis Venerabile Corpus celebri memoria requieſcit a* 363. Formula tradendi Pallii Archiepiſcopis &c. a S. Gregorii M. ævo ad noſtra tempora perducta, *de Corpore B. Petri ſumtum* vetuſtate, perſpicuitate, conſtantia teſtimoniis cæteris antecellit *c* 329. *n.* Item formula gladii cingendi Imperatori coronato ex veteri Cæremoniali ab Innoc. VI. recitata: *Accipe gladium deſuper Beati Petri Apoſtoli Corpus ſumtum a* 354. Quæ etiam deſcribitur in Ord. Rom. Jacobi Gajetani *a* 117. *n.* Et, quod maxime attendendum, in Cæremoniali Auguſtini Patritii (*lib.* 1. *ſect.* 5. *cap.* 3.) *c* 347. *n.* Opinio diviſionis Oſſium SS. Petri & Pauli quarto Eccleſiæ ſeculo ineunte a S. Silveſtro factæ his teſtimoniis evertitur *b* 70. *n.* Prima mentio ejus rei occurrens in hac collectione accepta refertur Bonif. VIII. an. 1300. *a* 226. Deinde ejus meminit Archipresb. Antonius Calvus an. 1410. *b* 70. Alexander VI. diſtinctius eamdem memorat *b* 319. V. *Altare. Oblationes. Vaticanæ Baſilicæ Prærogativæ.*

Petrus S. Ejus ſimulacrum æneum *a* 9. *b* 190. *n.* 361. *ſeq. n.* Ejus feſtum quomodo olim celebrabatur *a* 4. *n.* Ejus comparatio, & diſcrimen cum S. Paulo *a* 51. 64. 72. Utriuſque ſolemnitas celebranda per octo dies *c* 314. *ſeqq.* Patroni Principales Urbis nuncupandi *c* 319.

Petrus Aragoniæ Rex coronatur in Baſilica *c* 347. *n.* Certam ſummam debet Capitulo *b* 15.

Petrus Mallius Canonicus Baſil., ſæpe laudatus in notis florebat XII. Eccleſiæ ſeculo *a* 7. *n.*

Picolomineus *Chriſtophorus* Canonicus Baſilicæ. *Thomas* item Canon. *b* 167. *n.* Juſpatronatus habuerunt Capellæ SS. Andreæ, & Gregorii *b* 283. 448.

Pidocchio del. Taberna ubi via Cornelia ex bivio Aureliæ novæ aſſurgit *a* 26. *n.*

Pientia Sedes Epiſcopalis, oppidum olim Corſignanum. Mons Ilcinus illi unitus & ipſe Epiſcop. ſede augetur a Clem. VIII. *b* 231. *n.*

Piſana Synodus, in qua Greg. XII. depoſito, Alex. V. eligitur a Cardd. *b* 73. *n.*

Piſcis *Joannes* Altararius diſcordiam habet cum Senatoribus a Benedicto XII. inſtitutis *a* 307. Non reddida Altariatus ratione Camera invadit ejus hæreditatem *Ibi.* Hæredes reddunt rationem & abſolvuntur *a* 312.

Pius II. Ejus ætas & coronatio *b* 158. ſæpe mutat Romanum cœlum inſalubre *b* 169. *n.* moritur *b* 158. *n.*

Pius III. Ejus ætas & Pontificatus admodum brevis *b* 333.

Pius IV. Ejus ætas, genus, patria, nominis cauſa *c* 42.

Pius V. S. Ejus ætas, ingenium, ſanctitas, in Pauli IV. affines, & familiares gratus animus *c* 64. *n.* Semel, & iterum Commendat Canonicatus S. Petri *c* 70. *n.* Vatic. Baſilicam præfert Eccleſiis Urbis *c* 78. 80. Controverſiæ inter Canonicos Vaticanos, & Lateranenſes modum impoſiturus hos illis præferendos decernit *c* 72. *ſeqq.* Concedit Canonicis facultatem locationes renovandi, ac novas faciendi cum Intraturæ & donativi emolumentis, ut ſint ſolvendo in nova contributione *c* 83.

Platea S. Petri olim Cortina nuncupata *a* 31. 84. Vindicatur juri Altararii *a* 315. Tranſit in jus menſæ Capitularis *b* 359. Fontes duo, qui recentem plateam ornant, a variis Pontificibus ſunt excitati. Qui prope Palatium aquarum vim ingentem extollit, ab Innocentio VIII. originem, a Paulo V. elegantiam, ſuum recentem repetit ab Alexandro VII. Alter qui mole aquarum cum iſto certat, elatione eidem præſtat, a Pontifice Innocentio X. ædificatum, ab Innocentio XI. abſolutum fuit *b* 437. *n.*

Plumbea, ſtamneave ſigna SS. Petri & Pauli a Peregrinis emi ſolita. Ea conflandi jus, & proventus Canonicis ab Innoc. III. conceduntur *a*

Digitized by Google

ſur *a* 82. 86. Ab Honorio III. confirmantur *a* 107.

Pœnitentialis diſciplinæ rudera peregrinationes Romipedum, ſeu accedentium ad ſacra limina *b* 33.

Pœnitentiarii minores Baſilicæ immediate ſubjecti erans Rom. Pontifici ex Privil. Bened. XII. *c* 6. Tum ante, tum poſt id Privil. a Rom. dumsaxat Pontif. ſeu ejus delegato judicati inveniuntur *a* 273. *b* 95. Iidem cum Pœnitentiario majore aliarum Baſilicar. Pœnitentiarios examinant *b* 155. *ſeq.* Memorari incipiunt, S. Sede in Galliis degente *a* 273. Ante Clementem VI. duo dumtaxat in Baſilica Vat. ex veteri conſuetudine exiſtebant *a* 343. Ejus Pontificis tempore plures tali munere ſungebantur; is autem cæteris antiquatis duos reſtituit in Baſil. Vat. unum ipſe primus inſtituit in Lateranenſi *Ibid. ſeq.* Innocentius VI. eumdem numerum confirmat an. 1357. *a* 360. *b* 48. *n.* Vaticani dicuntur Pontificii, non item Lateranenſes *b* 48. 62. 64 In Baſilica etiam S. M. Majoris id officium inſtitutum: nam & ipſa a Greg. XI viſitanda decernitur A. Jubileo *b* 22. *ſeqq.* Gregorius XII. an. 1407. inſtitui mandat octodecim in Vaticana Baſil., tres in Lateranenſi, ac duos in S. Mariæ Majoris *b* 66. Ex Lateranenſi quandoque ad Vaticanam Baſilicam translati inveniuntur *b* 62. *d* 14. Eugenius IV. omnium primus anno 1443. certum numerum undecim Pœnitentiarior. decrevit linguarum peritos pro nationum diverſitate *b* 101. *c* 7. Alexander VI. an. 1499. novem ſolos recenſet, at Burchardus undecim *b* 319. *n.* *d* 33. *n.* S. Pius V. an. 1569. Collegium hoc una cum privilegiis antea obtentis a Bened. XII. Eugen. IV. Innoc. VIII. Sixto IV. Alexandro VI. Leone X. & cum proventibus redigit ad Societatem Jeſu, & duodecim eſſe decernit *b* 171. 317. *ſeq.* *c* 6. 7. 9. *d* 32. *ſeqq.* Alexander VII. id Collegium inſtaurans unum addit, ac tredecim fore decernit cum Rectore ſub immediata B. Petri, & Rom. Pontificis protectione, & Collegium Apoſtolicum Pœnitentiarior. perpetuo nuncupandum *c* 267. *ſeqq.* Ante S. Pii V. Conſtitutionem erant *Sacerdotes* varii tam Sæculares, quam Regulares *b* 171. 264. *n.* *d* 14. Juramentum præſtabant *b* 64. Cujus Formula an. 1431. ſub Eugenio IV. *d* 14. Et ſub Pio II. an. 1462. *b* 172. Alexander VII. veteri Pœnitentiaria exciſa ædes Card. olim Pallottæ in platea Coxa Caballi incolendas aſſignavit Collegio Apoſtolico Pœnitentiariorum *c* 267. *n.*

Pœnitentiarius major Card. S. Sede in Galliis degente auctoritatem in minores nec propriam, nec delegatam exercet. Anno 1326. Epiſcopus Vicarius Urbis cum Canonico S. Petri ea utuntur delegata ab Joanne XXII. *a* 273. Clemens VI. an. 1352. eam delegat Vicario Urbis abſque collega *a* 343. Perinde Innocentius VI. an. 1357. *a* 360. Primus Card. Pœnitentiarius auctoritate utens occurrit ſub Innoc. VII. Antonius Cajetanus *b* 64. 66. Anno 1456. ex Calliſti III. mandato Dominicus Capranica Card. Pœnit. una cum tribus Pœnitentiariis minoribus Baſilicæ Vat. examinat cæteros Baſilicarum Pœnitentiarios *b* 155. *ſeq.* An. 1460. Philippus Calandrinus Card. Pœnit. a Pio II. jubetur Pœnitentiar. minores reformare *b* 162. Quouſque extendatur auctoritas majoris Pœnitentiarii in Collegium Apoſtolicum, ſeu Pœnitentiarios Baſilicæ patet ex Alex. VII. conceſſione Card. Nicolao Ludoviſio & Succeſſoribus *c* 269.

Polus Reginaldus Regio Anglo Sanguine Card. *c* 28. Anglicanæ Eccleſiæ ſatagit *c* 69. *n.* Seminaria erigenda in ſingulis Diœc. decernit pro inſtitutione juventutis. *Ibi. n.* Catholicæ Eccleſiæ multum profuit *c* 330. *n.*

Pontanus *Honuphrius* Beneficiatus *b* 288. *n.* *Jacobus* pariter Beneficiatus Baſilicæ. *Ibid.*

Pontificales Miſſæ quatuor aut quinque infra annum ab ævo Auguſtini Patritii *c* 35. *n.*

Pontificalis Romani Commentator arguitur *c* 283. *n.* Idem auctor Cæremoniale Marcelli, ut audit, cum notis iterum evulgat *b* 231. *n.*

Porcareccina Burgheſiorum fundus, penes quem ad lævam viæ Eccleſia diruta SS. Rufinæ & Secundæ *a* 26. *n.*

Porcariis *Stephanus* de. Seditionis auctor in Eugenii IV. Interpontificio *b* 110. *n.* Filii *Sabbæ* concordiam ineunt cum Capitulo ſuper quibuſdam domibus in Burgo *c* 124. *ſeq.*

Porta *Appia* nunc S. Sebaſtiani *a* 75. *n.* *Argentea* dicta etiam Regia Vatic. Baſilicæ princeps *a* 31. *Collina* in Cæremonialibus collocata a ud Molem Hadrianam *a* 250. *n.* Quod falſum eſſe contendit Patritius, & quidem recte *b* 52. *Pertuſa a* 26. *n.* *S. Petri* olim Cornelia. *Ibid.* prima mentio portæ *Sanctæ* Julio III. Pontifice *c* 4. Eadem Alexandro VI. non antiquior *b* 320. *n.* *Saxonum* a S. Leone IX Poſterula nuncupata hodie Equitum levis armaturæ *a* 25. *n.* *Turrionis*, falſo contenditur eſſe Portam Fabricam *b* 344.

Portatum genus redituum *b* 386. *n.*

Portica, & Porticus Civitas Leonina appellata *b* 51. *ſeqq.* 268. Verbis aliis idem *d* 57.

Porticus duæ in Civitate Leonina *a* 25. *ſeq.* *b* 54.

Portiones. Ita appellatæ an. 1250. & 1254. ab Innoc. IV. partes ſingulæ redituum unicuique Canonicorum tribuendæ *a* 130. *ſeq.* Idem Pontifex 25. Portiones fore decernit 22. pro totidem Canonicis, unam pro Archipresbytero; pro menſa alteram; ac viceſimam quintam pro Camera. *Ibi.* Nicolaus III. an. 1279 eumdem numerum Portionum inſtituit ſingulas librarum 60. ſeu ſcutorum 150. *a* 179. Triginta omnino futuras decernit, præter Portiones Archipr. Menſæ, & Cameræ *a* 180. Bonifacius VIII. numerum Portionum explet an. 1301. octo adjunctis Canonicis *a* 229. De antiquis Canonicis loquens, Portiones, ait, ſeu præbendas habentium. *Ibi. ſeqq.* Nam Canonici ante annos decem a Nicolao IV. obtinuerant privilegium conſequendi Canonicatus, Præbendas, Officia &c. eodem Bonifacio teſte *a* 226. Canonicus Altariſta Parochialem Eccleſ. S. Ægidii uſque ad mortem obtinuerat. Quare diſparitas inducta erat in Portiones 60. librarum provenien. a Nicolao III. conſtitutas *a* 216. *ſeq.* *b* 195. *n.* At de Portionibus agens in genere, necnon de octo adjunctis præter illas Cameræ, & Menſæ, nequaquam præbendas vocat, ſed tantum portiones *a* 230. Falſo in Adverſariis ad utriuſque Pontificis Conſtitutiones Portiones, & Præbendæ appellantur Beneficia Beneficiatorum *a* 180. *ſeqq.* 230. Id nomen Diſtributionibus tam Beneficiatorum, quam Clericorum acceſſit anno 1508. Julio II. qui ſtatuit, ut Portiones Canonicorum eſſent 4 Beneff. a. Clericor. s. ex una eademque Maſſa communi juxta Nicolai III. Conſtitutiones, diſparitate omni ſublata *b* 341. *ſeqq.* Portiones item

appellantur

Digitized by Google

appellantur a Sixto V. qui anno 1590. quaſdam domos, reditus, cenſus, aliaque bona adhue diſparitatem in portiones inducentia abſtulit, & æquas pro varietate trium Cleri Ordinum portiones fieri decrevit ex Maſſa communi *c* 175. V. infra *Præbendæ*.

Portiunculæ Indulgentia *b* 44. *n.*

Portuenſis Epiſcopus hæres Privilegiorum Epiſcopi S. Rufinæ poſt unionem Eccleſiar. *b* 17. 21. 59. *n.* Controverſiam habet cum Capitulo, cauſaque excidit *b* 181. V. *Oblationes Silva Candida*.

Portus Trajanus ubi nunc *Civita Vecchia* Pauli V. & Urbani VIII. juſſu magnifice inſtauratus *a* 26. *ſeq. n.*

Poſterula, quæ & porta Saxonum hodie equitum levis armaturæ *a* 25. *n.* Contrata S. Mariæ de Poſterula *b* 147.

Præbenda Theologalis ex Conc. Trid. decreto in Baſil. Vatic. inſtituitur a S. Pio V. *c* 80.

Præbendæ appellantur Beneficia a Joanne XXI. *a* 155. Nicolaus IV. idem ſentit *Perſonatus*, loquens, *Dignitates*, *Canonicatus*, *et Præbendas*, *cæteraque Beneficia* *a* 211. 216. *ſeq.* Bonifacius VIII. *Portiones ſeu Præbendas habentium* Canonicorum meminit *a* 229. *ſeq.* Clemens V. Beneficiatos etiam & Clericos ad Præbendas obtinendum extra Baſilicam idoneos declarat *a* 245. Gregorius XII. & Alexander V. Præbendis eoſdem frui teſtantur *b* 68. Pius II. nullas Præbendas eſſe ait in Baſilica, præter Maſſæ groſſæ proventus Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum *b* 163. Infra autem, *Canonicatibus* inquiens *et ſi quæ fuerint pro tempore Præbendis*, tum temporis nullas eſſe apertius demonſtrat, præter proventus prædictos *b* 164. Sixtus IV. Diſtributiones quotidianas Canonicorum, Beneff. & Clericor. nomine *Groſſi aut Præbendæ* appellari ait *b* 218. Per eadem tempora inveniuntur domus cum titulo *Præbendæ* *b* 58. Eædemque etiam poſt æquatas Portiones a Julio II. adhuc vigebant, ut conſtat ex literis S. Pii V. *c* 87. Idem S. Pontifex, & ante eum Alexander VI. fidem faciunt, majores minoreſve Præbendas eorum ævo exiſtere, Sacerdotales, Diaconales, Subdiaconales & alias cum fructibus, reditibus, & proventibus a Canonicatu diſtinctis *b* 279. *c* 81. *ſeqq.* Innocentius VIII. Alexandri VI. Deceſſor Canonicatum, & Præbendam an. 1484. contulerat, *quorum fructus reditus et proventus* 24. *florenor. auri de Camera non excedunt* *b* 230. *ſeq.* eodemque anno Baptiſtæ Zeno Archipresb. conceſſerat, ut quatuor Canonicatus, totidem Præbendas ejuſdem valoris conferre poſſet *b* 233. Alex. VI. id confirmante *b* 280. Quum cæteroqui & ipſe, & Alexander VI. alios contulerint centum florenorum *b* 241. 285. Paulo poſt Julius II. æquare conatus eſt Portiones *b* 341. Nihilominus æqualitas hujuſmodi ante Sixtum V. non obtinuit teſte eodem Sixto *c* 175. Rei teſtis eſt S. Pius V. qui præbendam Theologalem inſtituens, Canonicatum & præbendam confert cum utriuſque fructibus redditibus &c. *c* 80. *ſeqq.* Num igitur Præbendæ Baſilicæ nihil aliud olim fuerint, quam fructus unicuique Canonicatui conjuncti aliorum judicium eſto *c* 175. *n.*

Præcedentia nomen inauditum inter Urbis Baſilicas ante Seculum XV. *c* 73. *n.* Innoc. VIII. Vaticano Capitulo præcedere negat Lateranenſe *c* 74. *n.* Contra S. Pius V. Lateranenſe Capitulum præfert Vaticano *c* 72. *n.* V. *Guaſellus.*

Præceptor S. Spiritus in Saxia olim Rector *b* 264. *n.* V. S. *Spiritus*.

Prædia & Oliveta donata Baſilicæ a S. Greg. II. *a* 7. *ſeq.*

Præſcriptio non minor centenaria attenditur pro Apoſtolica Sede. & pro Baſil. Vat. ex decretis Innoc. III. Greg. IX. & Innoc. VI. *a* 86. 115. 365. confirmatis a Benedicto XIV. *c* 351.

Presbyterium a Baſilica ſolvi ſolitum die S. Marci taxatur ab Alexandro IV. *a* 140. *ſeq.*

Primicerius Cantorum evaſiſſe creditur in Magiſtrum Capellæ *a* 105. *n.*

Principes Dominia offerunt Apoſtolorum Principi, rurſuſque in feudum accipiunt *a* 42. *n.* V. *Confeſſio*.

Prioratus Albani Sabellis ademtum Julius II. concedit Capellæ Juliæ *b* 349. *ſeq.* A Leone X. Patronis iiſdem Sabellis reſtituitur *b* 371. *ſeqq.*

Prioratus S. Balbinæ. V. *Monaſterium*.

Prioratus Canonicorum in Decanatum verſus *b* 207.

Prioratus S. Joannis Novelli de Spinellis juris Capellæ Juliæ *b* 345. *ſeq.*

Prioratus Montis Ceraſis de Ancarno Spolet. Diœc. confertur Benef. Sixtino *b* 261. *n.* *ſeqq.*

Privilegia Baſilicæ, & illi addictorum in genere confirmata a Clem. XI. *c* 283 Præcipua Archipresbyteri, Baſilicæ, Canonicorum, Cleri aliorumque ſingillatim a Bened. XIV. probata, & confirmata *c* 337. *ſeqq.* V. ſuis locis *Archipresbyter*. *Canonici*. *Vatic. Baſilica*.

Privilegia Pop. Rom. V. *Romanus Populus*.

Proceſſus, & Martinianus SS. Eorum Corpora in Baſilica *c* 206. *n.* Diem eorum feſtum communem inſtituit Canonicus Aldobrandinus *c* 228. V. *Capellaniæ*.

Proceſſio Corporis Chriſti. Ejus ambitus antiquus & novus *c* 321. *n.* Ter facta Sede Vacante noſtro ævo *c* 320. *n.* Faciendam ſimili occaſione in Baſ. Vat. decernit Bened. XIV. utpote generalem Rom. Urbis *c* 321. *ſeq.* Ordo ſervandus 323 *ſeq.* Propria Baſilicæ fit die octava *b* 454. *c* 118. *n.* 321.

Proceſſio S. Marci, & ejus ritus *a* 140. *b* 96. *n.* 124. Violatores literarum Alex. IV. ſuper presbyterio excommunicantur *a* 140. Et nominatim Canonici S. Mariæ Majoris *a* 142.

Protonotarii in Bullis Notarii appellantur a Pontiff. *b* 238. *n.* V. *Canonicorum S. Petri Privilegia*.

Pſalmodia Vat. Baſil. antiqua & nova omnino eadem *a* 82. *n.*

Pſalterium Baſilicæ neque imprimi; nec vendi poteſt a quoquam abſque licentia Capituli ex privil. Clem. VIII. *c* 183.

Puccius *Antonius* Card. Laurentii fratris filius Epiſcopus Piſtorienſis fit Card. a Clemente VII. *b* 383. *n.* Ejus merita & vices in direptione Urbis *b* 392. *n.* Patrui hæres fit debitor Capituli ſcutor. mille annuor. pro Caſalibus Manlianæ, & Vallis Inferni aſſignatis loco alienatorum ſub Clem. VII. *b* 406. *Laurentius* Antonii patruus factus Card. a Leone X. & ipſe Epiſc. Piſtorienſis *b* 383. *n.* Prædictum debitum contraxerat una cum Franciotto Card. Urſino *c* 106. Ejus Cadaver juſſu Pauli III. effoſſum ex Baſilica Vat. effertur ad S. Mariæ ſuper Minervam *b* 447. *ſeqq.*

Punctatores olim dicti Obedientiales *a* 87.

Purgatio criminum ad Corpus S. Petri *a* 5. 7. 48. V. *S. Petrus*.

Quæſtio

Robertus Siciliæ Rex a Bened. XII. rogatur, ut faveat inſtaurationi Baſilicæ Vat. *a* 299.

Roccha *Guillelmus* de. Miræ auctoritatis ap. Sixtum IV. *b* 203. *n.*

Rochettum, Camiſia, Cotta, Succa appellata olim invenitur *a* 193. *n.*

Roma ſubjecta interdicto ob Ludov. Bavarum *a* 275. *n.* V. *Ludovicus Bavarus.*

Roma *P. Caſimirus* a. Ord. S. Franciſci laudatur *a* 137. *n.* 206. *n.*

Romana Eccleſia. Ejus Patrimonia adminiſtrabantur a Rectoribus ævo S. Gregorii M. *a* 4. *n.* Ab Auguſtis Orientis Iconomachis impetita S. Gregor. II. tempore *a* 8. *ſeq.* Langobardorum inſolentiam averſurus S. Greg. III. ad Carolum Martellum ſe vertit *a* 10. *ſeq.* Excuſſo Orientali Imperio Ditio ejus augetur a Franciæ Regibus *a* 14. *n.* V. *Oblationes. Rectores Patrimoniorum.*

Romanus Canonicus. Sæpe laudatus in notis. Coævus Petri Mallii floret ſec. XII. *a* 7. *n.* Deſcriptio Baſil. Vat. illi tribuitur *a* 8. *n.*

Romanus Pontifex Petri Vicarium ſe appellat, & ultro appellatur, quaſi in eo vivat ipſe Princeps Apoſtolorum *a* 46. 57. 69. *b* 8. 23. At viciſſim Succeſſor Petri, & Chriſti Vicarius *a* 65. 72. 77. 83. 107. 117. 202. & alibi paſſim. Unus ipſe eſt diſpenſator Indulgentiæ plenariæ *b* 44. *n.* Unus ipſe abſolvit ab Excomm. majori propter hæreſes *c* 201. *n.* Henricus IV. temere abſolutus ab Epiſcopis Galliæ, a Rom. Pont. iterum abſolvi debuit *Ibi.* Olim ex ſolis Diaconis aut Presbyteris eligebatur, deinde plerumque ex Epiſcopis *c* 181. *n.* Excluſivæ ingenium *c* 228. Seculo XV. eligebatur a Cardd. Romæ exiſtentibus, minime expectatis exteris *b* 230. *n.* Ejus conſecrationis diſciplina vetus & nova *c* 180. Fieri olim ſolita die tantum Dominico *c* 283. *n.* Per ſeculum XVI. feſti dies præferebantur Dominico *c* 2. *n.* Ab ipſo die Conſecrationis inire annos conſuevit, quod etiam a Paulo III. factum conſtat *b* 424. *n.* Duæ tantum res attendebantur in Rom. Pontifice Electio, & Conſecratio, cui poſtea Coronatio eſt adjuncta *c* 182. *n.* Coronatio antiquiſſima: nam memoratur in Nicolao I. *c* 182. *n.* Attamen ſeculi tantum XI. extremo anno *Paſchalis* II. Coronationis ritus in Baſilica Vat. continuo poſt conſecrationem apud Baron. (*an.* 1100. *n.* 6.) occurrit. Noſtra autem in collectione ſiletur coronatio uſque ad an. 1227. quum *Gregorius* IX. dicitur coronatus *a* 111. Hinc vero conſecrationis, aut ordinationis nulla mentione facta coronatio tantum exprimitur *a Ibi.* 126. 132. 143. *ſeq.* 153. *ſeq.* *Nicolai* III. coronatio præteritur *a* 175. *Martini* item IV. coronatio apud Urbem veterem ſiletur *a* 203. Succeſſores omnes uſque ad Urbanum V. dicuntur coronati, præter Bened. XII. cujus coronationis meminiſſe oportuit, non autem conſecrationis; nam erat Appamiarum Epiſcopus *a* 287. *Urbanus* V. & *Greg.* XI. conſecrati recte dicuntur *b* 1. 18. *Urbanus* autem VI. coronatus, quippe Archiep. Barenſis *b* 28. Similiter coronati non conſecrati *Greg.* XII. & *Alexander* V. uterque Epiſcopus *b* 66. 69. *Joannes* XXIII. & *Martinus* V. conſecrati *b* 73. 76. Succeſſores uſque ad Sixtum IV. coronati tantum, utpote Epiſcopi. *Sixtus* autem IV. anno 1471. omnium primus conſecrationem a coronatione disjunxit *b* 195. Antea conſecratio (niſi electus erat Epiſcopus) coronatio, & proceſſio ad Lateranum uno eodemque die Dominico fieri conſuevere *c* 182. Qui Sixto primum ſucceſſit, non Epiſcopus, Leo X. ejus exemplum ſecutus eſt privatim conſecratus, & ſolemniter coronatus *b* 352. Epiſcopi omnes Succeſſores uſque ad Clem. VIII. coronati tantum. *Gregorius* XIV. eorum poſtremus coronationem a proceſſione ad Lateranum disjunxit *c* 180. *n.* Quæ proceſſio novum nomen adepta poſſeſſio dictitari cœpit *Ibid.* Succeſſor *Clemens* VIII. conſecratus, & coronatus, diverſis diebus, duobus fere menſibus poſt coronationem, Lateranum adiit *c* 182. *n.* Succeſſores inductum morem imitati. *Paulus* V. ad Lateranum proceſſit menſe ſexto poſt coronationem *c* 232. *Urbanus* VIII. poſt dies 50. *Ibi.* Poſt dies totidem *Innocentius* X. *c* 260. *Clemens* IX. proceſſionem diſtulit decem tantum dies *c* 274. *Innocentius* XI. menſem *c* 275. *Alexander* VIII. dies quatuordecim *c* 278. *Innocentius* XII. novem fere menſes *c* 279. *Clemens* XI. quatuor menſes, octodecim dies *c* 283. *Innocentius* XIII. menſes ſex *c* 292. *Benedictus* XIII. quatuor *c* 293. Totidem *Clemens* XII. *c* 305. Ac denique *Benedictus* XIV. menſes octo eam diſtulit *c* 310.

Romanus Populus. Laborat inteſtinis diſcordiis *a* 339. *ſeq.* *b* 59. 105. 382. *c* 74. *n.* Ejus Privilegium ne Beneficia extraneis conferantur *b* 233. 278. *n.* 358. 393. *n.* Ejus genio blandientes Pontifices ludos exhibent *b* 359. *n.*

Romipeda. Peregrinus pedes Romam veniens *b* 33. V. *Oratores. Peregrini.*

Rota lapis porphyreticus circularis formæ in Baſil. Vatic. ad coronat. Imp. ritum ſpectans *a* 353. *n.*

Rotæ Auditores, olim Cauſarum Sacri Palatii Auditores, quo nomine paſſim in collectione occurrunt. Capellani Pontificis *a* 105. *n.* V. *Auditores.*

Rotunda Eccleſia S. Mariæ ad Martyres *d* 5.

Roverella Bartholomæus Archiep. Ravennas, poſtea Card. obtinet Eccleſiam S. Michaelis in Burgo, eamque inſtaurat *b* 107.

Rufillus S. Varia ejus nomina in Documentis *b* 198. *n.* V. *Abbatia. Monaſterium.*

Rufinus Alexander Canonicus Baſilicæ *c* 51. *n.*

Ruſticucius Hieronymus Card. Vicarius Urbis *c* 205. *n.* Promulgat Decreta S. Pii V. de pſallendo, & inſerviendo Choro *c* 184.

Ruvere *Franciſcus* de. *b* 195. *Julianus* uterque Pontifex *b* 199. *n.* V. *Julius* II. *Sixtus* IV.

S

SAbbatina forma *a* 26. 30. *c* 279. *n.*

Sabbatum quatuor temporum. Statio antiquiſſima ad S. Petrum, ubi Summus Pontifex per tot ſecula Ordinationes peregit *a* 21. *n.* V. *Ordinationes. Stationes.*

Sabellis *Antinus* de. Una cum Pompejo Columna ſeditionem movet in Capitolio Julio II. ægrotante *b* 372. *n.* *Jacobus* Domicellus Caſtri Podii Donadei *b* 178. *Jacobus* Cardinalis *b* 448. Idem Vicarius Urbis S. Pii V. Decreta indicit de ſervitio Chori *c* 134. *Joannes Baptiſta* Card. cedit Abbatiæ S. Paterniani pro Caſtro Podii Donadei *b* 210. *Nicolaus* renuens ſolvere legatum a Paula uxore relictum Fabricæ vim ſubit *b* 19. Non modicam pecuniæ ſummam ſolvere cogitur Baſilicæ *b* 26. *Nicolaus* alter rebellis S. Sedi

an. 1445. *b* 107. *Pandulphus* opem fert Rectori Patrimonii S. Sedis in Tuſcia *a* 272 *Robertus* Canonicus Baſilicæ *b* 241. Familia Sabella Albana jurepatronatu utitur in Prioratu *b* 351. 371. *n.* Infenſa olim S. Sedi, mox vindex cum Columnis contra Urſinos *b* 241. *n.*

Sacchetti Palatium in via Julia per multos Dominos ad hanc nobilem familiam Romanam pervenit *c* 99. *n.* Canonem ſolvit Baſilicæ *Ibidem*.

Sacellum S. Mariæ de Cancellis, ſeu de Oratorio a S. Paulo I. ædificatum *a* 25. *n.* 183. *n.* V. S. *Maria*.

Sacramenti SS. Confraternitas probatur a Gregorio XIII. *c* 517. *ſeqq.* V. *Archiconfraternitas*.

Sacrarium olim Eccleſia S. Mariæ de Febribus *b* 200. *ſeq.* Jocalia, imagines &c. ad illud ſpectantia alienans excommunicatur *a* 147. *b* 30. Perinde commodans ſacras veſtes &c. non addictis Baſilicæ excomm. majori ſubjacet c 41. 181. *ſeq.* Menſa ejus ſeparata a Sixto V. ſuppreſſa reſtituitur a Clem. VIII. c 190. *ſeqq.* Tempore Clementis VII. unus tantum Sacriſta Canonicus eligebatur *b* 378. *n.* Archipresbytero, aut Vicario in Sacrario non exiſtentibus Sacriſtæ Canonici imperant *c* 217. Pontifices in illud liberaliſſimi: Sixtus IV. ſtatuit ſummam a Canonicis, Beneff. & Clericis ſolvendam in ingreſſu *b* 207. Clemens VII. inſtituit mediam annatam primi anni *b* 91. *ſeq.* *n.* 268. *n.* 377. Paulus III. eamdem confirmans extendit uſum ad ſalaria miniſtrorum, ceram, oleum &c. *b* 424. *ſeq.* Paulus V. hujuſmodi extenſionem confirmat *c* 215. Nuperrime Benedictus XIV. Prædeceſſorum Conſtitutiones inſtauravit *c* 350. Paulus IV. illi applicavit mulctam 500. Ducatorum auri ob locationes bonorum Baſilicæ factas Canonicis, Beneficiatis &c. c 41. Alexander VII. conſtituit, ut in perpetuum Scuta mille pro Canonizatione, quingenta pro beatificatione eidem ſolverentur *c* 272. Clem. XI. & Innocentius XIII. conceſſerunt quiſque ad decennium, ut pro Calice offerri ſolito a S. P. Q. R. ſcuta ſexaginta quotannis acciperentur *c* 290. 292. Quod privilegium perpetuum reddidit Bened. XIV. *c* 349.

Salinus campus olim juris Baſilicæ, nunc Cameræ Apoſtol. ex pactis conventis *b* 181. *n.* Cum ead. in Camera Apoſt. tranſactum privilegium ſalis quo potiebatur Capitulum in Territorio Portuenſi pro ſcutis 1400. an. 1720. *b* 86. *n.* *c* 130. *n.*

Salvatoris S. de Bordonia Eccleſia Parochialis dicta S. Jacobi Coxacaballi *a* 25. *n.* V. *Eccleſia*.

Salvatoris S. de Urbe Eccleſia Parochialis adnexa uni ex Beneficiatis Sixtinis ad vitam *b* 227.

Salvatoris S. de Orcle Caſtrum dirutum in territorio Vetrallæ a 304. *n.*

Sancia Regina Siciliæ Roberti Regis uxor oratur a Bened. XII. ut faveat inſtaurationi Baſilicæ S. Petri liberam trabium tranſvectionem ex Calabria aliiſque partibus permittens *a* 299.

Sanctacrucius *Antonius* Card. olim Canonicus Baſilicæ *c* 245. *n.*

Sanctamaria *Nicolaus Xaverius* Canonicus meritiſſimus cum Præbenda Theologali *c* 103. n.

Sancta Sanctorum Baſilica dicta etiam S. Laurentii olim Priorem habuit & quinque Canonicos *a* 204. *n.* Ex iis duos receptos inſcio Pontifice an. 1284. Canonicus noſtræ Baſilicæ amovere jubetur *Ibi*. Longe antiquiores ſunt Lateranenſibus *c* 74. Quibuſcum eos conjunxit Martinus V. *a* 204. *n.* Rurſuſque Paulus II. an. 1464. Lateranenſes in Baſilica S. Laurentii conſtabilivit; unde ad Lateranenſem redierunt expulſis Regularibus an. 1471. *c* 74.

Sanderus *Antonius* carpitur *b* 327. *a.*

Sangallo *Julianus* Architectus celeberrimus *c* 99. *n.*

Sangiorgia familia nobilis Placentina *b* 288. *n.*

Sapientia. Gymnaſium Romæ pro univerſitate Studiorum. Ejus inſtitutio, ſeu inſtauratio *b* 114. *n.*

Sardinia. Ejus Regnum Apoſtolicæ Sedis fiduciarium *b* 8. *a.* Petrus Aragoniæ Rex homagium primo detrectat, poſtmodum facit *b* 115. Nicolaus V. an. 1447. aperte ſuam declarat eam Inſulam *Ibid.* Pia ejus Legata pro Fabrica *Ibid.*

Saxones. Angloſaxones intellige, qui vico Burgi S. Spiritus nomen dederunt *a* 23. *n.*

Scalæ S. Petri in mercatum verſæ ex abuſu Privilegii conceſſi Canonicis a Joanne XXII. *a* 315.

Scauri Clivus. Ubi ædes S. Gregorii in Monaſterium verſæ, S. Gregorii nomen retinent *b* 182. *a.*

Schiſma diuturnum ab anno 1378. ad 1429. per annos quinquaginta *b* 28. Amedei Ducis Sabaudiæ *b* 85.

Schola Cantorum duplex a S. Gregorio inſtituta ad Baſil. Vat. & Lateranen. *a* 25. *n.* *Cantorum Urbis* augetur bonis an. 1250. ab Innocentio IV. qui numerum certum ſtatuit octo Cantorum, excepto Primicerio, eorumque munia deſignat *a* 127. Antea erant ſeptem Subdiaconi, ſeu tertia pars unius & viginti Subdiaconorum *a* 356. *n.* Iidem Oblationum altaris S. Petri erant participes *a* 105. 123. 135. n.

Schola *Franckorum* a Scholaſticis nomen mutuata *a* 23. *n.* V. *Eccleſia S. Salvatoris*. *Langobardorum* ubi nunc Campus Sanctus *a* 24. *n.* *Saxonum* *a* 25. *n.*

Scholaſtici, ſic dicti duodecim Clerici a Carolo Magno addicti Eccleſiæ S. Salvatoris de Turrione *a* 23. *n.*

Scriniarii appellati *etiam Tabelliones*, & Notarii *a* 355. *n.* In Bullarum ſubſcriptionibus paſſim occurrunt.

Scriptores literarum Apoſtolicarum triplicis generis, eorumque inſtitutio variis temporibus *c* 17. *n.*

Scrutinium ſeu Catechumenorum inſtructionem & examen in tota Civitate Leonina & Septiniano, ſeu Longaria pariterque baptiſma, & confirmationem ad Canonicos pertinere anno 1198. teſtatur Innoc. III. *a* 77. Nec non Greg. IX. an. 1228. *a* 111. *ſeq.* Atque Innoc. VI. circa annum 1360. *a* 364. V. *Baptiſmus*. *Confirmatio*.

Scutum aureum an. 1584. valebat Juliis undecim c 146. argenteum 10. *Ibid.* *n.*

Sebaſtianus S. Ejus reliquiæ in Baſilica Vatic. *b* 374.

Secretarii Apoſtolici ſex, inde triginta *b* 237. *n.*

Sedes Pontificia marmorea in Baſilica Vat. a Conſtantino pro Pontifice erecta, ſeu thronum marmoreum pretioſiſſimum extans Eugenii IV. ævo *b* 90. *n.*

Sella Stercoraria. Omnium Pontificum extremus ea uſus eſt Leo X. *b* 352. *n.*

Selvaccia in Territorio Cornetano ſpectans ad Eccl. S. Ægidii Civit. Cornet. juris Capituli *c* 62. *ſeq.*

Semina-

Seminarium *Romanum* inſtituitur *c* 84. *n.* Eccleſiæ, Monaſteria, Capellæ pro eodem taxantur *c* 250. *n.* *Teatinæ Diœc.* fundatur, taxatis perinde Eccleſiis c 124. *n.* *Vaticanum* erigitur ab Urbano VIII. *c* 249. *ſeqq.* Reditus eidem aſſignati *Ibid.* Ex privilegio Alex. VIII. miſſa ibi celebrabatur ſemel in die c 278. Bened. XIV. conceſſit ut plures quotidie celebrari poſſent etiam ex addictis Baſilicæ *c* 313. Alumni gaudent privilegiis Cleri Baſilicæ *c* 340.

Senator Urbis, & ejus vices *b* 26. *n.* Jacobus de Gabrielibus, & Boſo Novellus duo Senatores ſimul a Bened. XII. conſtituti *a* 306. *ſeq.* Controverſiam habent cum Altarario *a* 307. *S. P. Q. R.* veniam petunt ob acceptum Ludov. Bavarum *a* 279.

Sepulchrum Julii Cæſaris falſo creditum in ſummitate obeliſci Vatic. *a* 25. *n.*

Sepulti multi Viri ac Feminæ Illuſtres in Baſilica. Præ aliis occurrunt Agnes Aug. Henrici II. uxor *c* 348. *n.* Ardicinus de porta *b* 244. *n.* Bartolus Moranus Epiſcopus Civitatis Caſtelli *b* 339. *n.* Carola Regina Cypri & Jeruſalem *c* 348. *n.* Joannes Baptiſta de Ferrariis Cardinalis *b* 236. Ludovicus Epiſcopus Interamnæ *b* 254. Maria Clementina Sobieſcha Regina Angliæ *c* 330. *n.* Maria Cpolitana illuſtris femina *c* 348. n. Aliique ſuis locis. Conſulendus Turrigius *de Crypt. Vatic.*

Servitium Chori Pauli IV. ævo fiebat per claſſes diebus ferialibus; feſtis autem & communibus ab omnibus *c* 353. *n.* Sub S. Pio V. an. 1566. per Mediarias, & Quartarias, ut noſtra ætate *c* 185. Quartariæ tunc vigebant duobus tantum menſibus Julio & Aug. *Ibi.* & *c* 353. *n.* Poſtmodum Septembri & Octobri ſervati cœptæ *Ibi.* Canonici per ſubſtitutos Canonicos oneri ſatisfaciunt; Beneficiati & Clerici per ſubſtitutos ex utroque ordine c 214. *n.* Onera nimium aucta, a Sixto V. contrahuntur *c* 169. *ſeqq.*

Sfondratus *Franciſcus* Card. olim Vicarius Alexandri Farneſii Archipresb. *b* 440. *Nicolaus* Franciſci nondum Eccleſiaſticæ militiæ adſcripti filius ad ſummum Pontificatum perveniens Greg. XIV. eſt dictus *b* 440. *n.*

Sfortia *Alexander* Canonicus Baſilicæ poſtea Card. *c* 31. *n.* Majeſtatis reus: reſtitutus in integrum a Paulo IV. *Ibi. ſeqq.* *Aſcanius* Comes S. Floræ patre Boſio, matre Conſtantia Farneſia fil. Pauli III. *b* 429. *n.* V. *Boſius.*

Sigiſmundus Imp. Hoſpitium S. Stephani Hungarorum inſtaurari curat *b* 81. Creditur omnium ultimus adhibuiſſe nomen Imperatoris in Diplomatis poſt coronationem *Ibid.*

Silva Candida; ſeu Eccleſia SS. Rufinæ, & Secundæ *a* 26. 37. Ejus Epiſcopi Card. Privilegia quinque dierum in Baſilica Vatic. Dom. Palmar. Fer. V. in Cœna Domini, Paraſceves, Sabb. S. Dom. Reſurrectionis *a* 17. *ſeqq.* 20. *ſeqq.* 37. *ſeq.* *d* 5. Poteſtas delegata pro functionibus aliis temporibus a Pontifice faciendis in ead. Baſil. infra annum *a* 19. 21. Anno 1120. Eccleſia iſta unita cum Portuenſi a Callixto II. eadem Privilegia ad Portuenſes Epiſcopos tranſierunt; ita decernente Greg. IX. an. 1236. *c* 339. *n.* *d* 5. Antea privilegio quinque dierum majoris hebdomadæ, immo & diei Nativitatis Domini uſos Portuenſes teſtatur Hadrianus IV. an. 1158. *a* 59. *n.* Et Innocentius III. *a* 85. V. *Altare majus. Oblationes.*

Silveſter S. Ejus Actis ſuppoſitis inhæret Gregorius XI. *b* 20. *ſeq.* Card. Baron. eorum falſitatis teſtis *b* 21. *n.*

Silveſter B. Fundator Congregationis Silveſtrinorum an. 1231. obtinet a Capitulo Eccleſiam S. Jacobi in Septimano *a* 77. *n.* V. *Eccleſia.*

Simon Magus. Ejus lapſus certus, incertum tempus *c* 34.

Simonis & Judæ SS. Corpora in Baſilica *c* 206. *n.* c 360.

Sindonus Raphael Beneficiatus Archivi Baſilicæ Cuſtos. Nonnulla ejus opuſcula *a* 183. *n.* *c* 242. 257. *n.*

Siricius S. Sua in Decretali Epiſt. ad Africanos teſtatur, an. 386. Synodum eſſe habitam ad S. Petrum pro inſtauranda Africæ diſciplina *a* 1. *n.*

Sixtus III. Concilium celebrat in Baſilica *a* 1. *n.*

Sixtus IV. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *b* 195. *ſeqq.* Primus omnium diverſis diebus conſecratur, & coronatur *c* 182. *n.* Duobus creatis Beneficiatis, qui uſque ad Sixti V. Conſtitutionem, qua omnes æquantur, Sixtini ſunt appellati, explet numerum ſex & triginta Beneficiatorum *b* 173. *n.* 222. *ſeqq.* *c* 170. Perinde eſt de duobus Clericatibus ad tres & viginti antiquiores adjunctis *b* 220. 225. *n.* Ejus monumentum aheneum *b* 225. 412. *n.*

Sixtus V. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ c 150. *ſeqq.* Onera Baſilicæ nimis aucta ab eo contrahontur *c* 169. *n.* Viſitationem Sacror. Liminum injungit Epiſcopis per ſe, aut per Procuratores, nullo eorum excepto *c* 151. Præfecturam Fabricæ primus omnium confert Archipresbytero *c* 154. Pontificalia item ei concedit an. 1589. *Ibid.* Quod privilegium per annos 163. vacante duntaxat Archipresbyteratu aliquandiu interruptum, Bened. XIV. continuavit, ad Capitulum illud extendens, exceptis Ordinationibus, & Sacram. Confirmationis collatione *c* 341. V. *Beneficiati. Canonici. Capellani. Clerici. Locatio.*

Soderinus *Franciſcus* Card. Volaterranus ab Epiſcopatu nuncupatus *b* 350. *n.* *Nicolaus* Comes Rom. Civis, Muſei Pontificiorum præſertim numiſmatum copioſiſſimi poſſeſſor *b* 170. *n.*

Solidus. Ejus valor Bononeni, ſeu oboli 12. ſemis *a* 107. *b* 148. *n.* *d* 11. Antiquus aureus tempore S. Hadriani incerti valoris. *d* 2. *n.*

Spatharius. Officium Domus Auguſtæ *a* 8. *n.*

Spatharo-Candidatus. Spatharii ſimul, & Candidati Officia deſignat *a* 8. *n.*

Spinellis de. V. *Prioratus S. Joannis novelli.*

Spinellus *Ferdinandus* Policaſtren. Epiſcopus controverſiam habet cum Capitulo ſuper juribus Abbatiæ S. Petri Cuſatorum *c* 296. Benedict. XIII. Territorium ſeparatum eam eſſe pronuncians, ideoque exemtam ab Ordinario, lites avertit *c* 297.

Spiritus S. Hoſpitale & Eccleſia. Hæc illo antiquior a S. Leone IV. fundata, an. 854. Canonicis Baſil. Vat. ſubjecta declaratur *a* 15. S. Mariæ in Saxia, & Schola Saxonum olim dicta *Ibid.* S. Leo IX. an. 1053. eam ſubjectionem inſtaurat *a* 25. In ea erant Archipresbyter, qui a Pontifice inſtituebatur, & Presbyteri, ac Scholenſes, quorum inſtitutio ad Capitulum pertinebat *Ibid.* Innocentius III. an. 1198. eam ſubjectionem definit *in ſcrutinio, baptiſmo, proceſſionibus, et chriſmatis confectione* *a* 78. 84. Perinde Gregorius IX. & Innoc. VI. *a* 112. 113. 364. Idem vero Innoc. III. Eccleſia munificentiſſime amplificata,

Digitized by Google

extruxit Hoſpitale celeberrimum toto orbe ibique conſtituit Hoſpitalarios S. Spiritus (quem Ordinem Regularem a Gnidone Comite apud Montempeſſulanum in Gallia erigi cœptum confirmarat) an. 1204. unde Hoſpitali S. Spiritus nomen acceſſit *b* 266. *c* 362. *n*. Hoſpitalarios Pontifex Fratres appellat, eorumque caput Rectorem *a* 89. Qui a Clemente VI. an. 1343. Præceptor appellatur *a* 331. *ſeqq.* Necnon an. 1491. ab Innoc. VIII. *b* 264. Eorum Prior quotannis intimatur, ut per ſe, aut per alium Sacerdotem accedat ad confectionem Chriſm. & ad Fontis benedictionem *c* 358. Non ſemel controverſias habuerunt Fratres cum Capitulo ſuper juribus, & poſſeſſ. *a* 331. 333. *b* 264.

Spogliacriſto locus in Urbe: Campocarleo *b* 323. *n*.

Spoletum. Ejus Ducatus Arnulphorum terra nuncupatur *b* 93. *n*. Ab Innoc. III. recuperatur an. 1198. *a* 79.

Spondanus Henricus contra libertates Eccl. Gallicanæ juramentum ſervat in conſecratione præſtitum de accedendo ad Sacra Limina *c* 152. *n*.

Stationalis Crux ſumma in veneratione olim fuit *a* 127. *n*. Quadrageſimali tempore de ipſo altari S. Petri ſumebatur *Ibid.*

Stationalis Indulgentia eo contractior, quo antiquior *c* 362. *n*. Unum, tres, ſeptem annos non excedebat *Ibid.* Hujuſmodi Indulgentiæ auctor S. Gregorius I. *d* 6. Ejuſdem Pontif. ac Succeſſorum ſingulæ Stationariæ Indulgentiæ a Bonif. VIII. confirmantur an. 1297. Unius anni, & quadragenæ eſſe ſingulas declaratur *Ibid.*

Stationes. Veteris earum diſciplinæ inſtar eſt quam an. 1208. inſtituit Innoc. III. ad Hoſpitale S. Spiritus: Proceſſio, Miſſa Pontificia, ſermo, Indulgentia unius anni *a* 89. In Baſilica Vat. plures erant, quam aliis in Eccleſiis *a* 2. 21. 128. *n*. *d* 6. *n*. Septem inſuper Stationes erant, quæ dicebantur Nocturnales; Dom. Gaudete; Epiphania; Aſcenſio Domini; Pentecoſtes; Feſtivitas S. Petri; Ejus Octava; & Feſtum S. Andreæ *a* 172. *n*.

Statuta vetera Canonicorum ante Conſtitutiones Nicol. III. *a* 87.

Statutum Urbis ſuper locationibus novis conductoribus non faciendis, ubi parem conditionem offerunt antiqui *b* 414 *n*. Sixtus V. ei derogat favore Capituli *c* 158. *ſeqq.* Urbanus VIII. eam legem generalem facit *Ibid.*

Stephanus S. Major. Ejus Monaſterium & Hoſpitale. Cata Galla Patricia nuncupatum *a* 12. 29. *n*. Aliud S. Steph. Hungarorum *b* 81. A S. Stephano Hungariæ Rege fundatum & dotatum pro Hungarorum natione *Ibid.* & 84. *n*. Ejus ſitus *a* 33. *n*. Cata Barbara Patricia ap. Anaſtaſ. vocatur *Ibid.* V. *Canonica*.

Stephanus II. Ejus ætas, & Epiſtola *a* 12.

Stipendiarii. Cuſtodia Prætoria Pontificum *b* 360. *n*.

Strator. Officium multiplex. Quo fungebantur Principes erga Romanum Pontif. dum inſcendebat equum, erat manu eum erigere, ſeu frenum equitantis tenere *a* 251.

Stupha nomen certæ domus in Burgo, quæ una cum vinea extra portam Turrionis aſſignatur pro dote Capellaniæ S. Nicolai *b* 250. *ſeq.* Eidem vindicatur 264. *ſeq.*

Suavis *Joannes* Gallus ſcientiſſimus Auditor Rotæ, poſtea Cardinalis: in Eccl. S. Spiritus in Saxia tumulatus *c* 126. *n*.

Subdiaconi Eccleſiæ Rom. unus & viginti in tres Ordines diſtributi, & eorum officium *a* 355. *n*. *ſeq.* V. *Schola Cantorum*.

Sudarium SS. *Veronica* etiam dictum, & *Vultus Sanctus*. Ei ſervando Ciborium factum eſſe conjicitur a Joanne VII. anno 705. *a* 89. *n*. Sub Jeſu Chriſti Imagine incertum an ejus meminerit S. Gregorius II. *a* 9. Jeſu Chriſti & Salvatoris Effigies appellatur ab Innocentio III. ab Honorio III. & ab Aleſandro IV. *a* 89. 110. 132. Nicolaus IV. an. 1289. *pretioſiſſimi vultus imaginem, quam Veronicam fidelium vox communis appellat*, ſervari in Baſilica habet pro una ex pluribus ejuſdem prærogativis *a* 214. Perinde Joannes XXII. an. 1319. *a* 254. Clemens VI. ſæpe *Veronicam* illud appellat *a* 345. *ſeq.* *n*. Veronicam quoque appellat Urbanus V. *b* 4. & Sudarium *b* 6. 16. 18. Sudarium Veronicæ appellat Leo X. *b* 374. Eugenius IV. addit *ut dicunt* vocatque Sanctam Veronicam *d* 15. Ab Urbano VIII. nuncupatur *Salvatoris Imago Veronicæ Sudario excepta* *c* 240. Paulus II. an. 1467. ad cæteras Baſilicæ laudes accedere illam ait, quod SS. Sudarium poſſideat *b* 190. Innocentius VIII. *Salvatoris noſtri Sudario decoratam* an. 1484. eam commendat *b* 234. 255. 259. Ejus delatio & oſtenſio propria Canonicorum Baſilicæ *a* 89. *b* 4. 6. 20. *n*. Singularis privilegii loco habetur conceſſio Greg. XI. Epiſcopo Aretino Vicario Urbis, ut SS. Sudarium ſemel oſtenderet ſtatis diebus *b* 18. Innoc. III. conſtituit an. 1208. ut Dom. prima poſt Epiphaniam deferatur a Canonicis ad Hoſpitale S. Spiritus, ubi Stationem eo die inſtituit *a* 89. Honorius III & Alex. IV. Conſtitutionem confirmat *a* 110. 132. Iiſdem Canonicis emolumentum ſtatuitur pro ea delatione *Ibid.* Quandonam id fieri deſierit, inexploratum: fortaſſe ubi Sedes migravit in Gallias: certe Siſto IV. Pontifice deſueverat *d* 56. Anno 1606. die 25. Januar. ex Ciborio veteris Baſil. in Sacrarium, inde in Archivum translatum, & ab Archipresb. Evangeliſta Pallotto una cum Sacra Lancea, & Capite S. Andreæ in arca ferrea tribus clavibus bene clauſum die 21. Martii ejuſdem anni in loculum majoris paraſtatæ, ubi extat, translatum fuit *c* 207. *n*. Urbanus V. an. 1370. enumerat dies, queis SS. Sudarium oſtendebatur a Canonicis, videlicet: Fer. IV. majoris hebdom.; in Cœna Domini; Paraſceve, Sabbato Sancto; in Aſcenſione Domini; & Dom. prima poſt octavam Epiphaniæ *b* 18. Totidem Jacobus Grimaldus in Opuſculo de SS. Veronicæ Sudario *pag.* 62. *d* 15. Urbanus VIII. an. 1629. addidit diem 3. Maji in Inventione S. Crucis *c* 240. Canonici antequam reciperentur, juramento ſe obligabant, prædictis tantum diebus illud oſtendere. *Ibid.* Extra id tempus abſque Apoſtolica auctoritate fieri nefas. Idcirco tot reperiuntur hujuſmodi literæ Clementis VI. indicatæ *a* 346. ternæ recitantur Urbani V. *b* 4. 6. 16. binæ Leonis X. & ſingulæ Eugenii IV. *b* 374. *d* 15. Ex quibus conſtat, extraordinariam oſtenſionem ſemel fieri conſueviſſe, Baſilicæ januis clauſis non autem nocturno tempore, juxta id, quod adnotatur *d* 15. *n*. Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi, Clem. XI. juſſu, oſtenſio ſingularis facta eſt SS. Sudarii & Lanceæ ad fores ipſas, queis ad Odeum aſcenditur, ubi ſervantur, an. 1717. *c* 291. Alios Principes, ut tanto honore afficerentur, Canonicos ſupranumerarios eſſe factos liquet *c* 236. 282. Singularis eadem oſtenſio Sudarii, & Lanceæ, *ad veſtibulum ſacelli S. Veronicæ* facta fuerat anno 1656. Chriſtinæ Suecorum

Digitized by Google

rum Reginæ; & non multo poſt earumdem, ac SS. Crucis, & Capitis S. Andreæ Apoſtoli Alexandro VII. ex ipſius Decretis *c* 266. *n*. V. *Indulgentiæ Plenariæ Baſilicæ*. *Reliquiæ Majores*.
Symmachus S. Ejus Concilia apud S. Petrum *a* 2. *n*.

T

TAbaci uſum *Urbanus VIII.* vetat in Eccleſia Hiſpalenſi anno 1642. ſub excommunicationis pœna *c* 265. *n*. *Innocentius X.* anno Jubileo 1650. anathemate irretitos decernit quoſcumque eodem utentes in Baſil. Vat., Choro, Capellis, Sacrario, Porticu, & Atriis *c* 265. Anno autem Jubil. 1725. Bened. XIII. hanc excomm. abſtulit *c* 293. *ſeqq.*
Tabula marmorea in Atrio Baſil. donationem Prædiorum, &c. continens non pertinet ad S. Greg. Magnum ſed ad S. Greg. II. *a* 8.
Teatinus Archiep. Apoſtol. auctoritate abutens invadit in jura Capituli. Hinc diſſidia, & lites *c* 124. *n*. Ad concordiam venitur *c* 245.
Teatinus Ordo. Ejus origo, & vota in Baſilica anno 1525. *b* 405. *n*. *c* 25. *n*.
Terrinea domus, & pars domus terrinea *b* 38. *n*. idem ac terrena *b* 185. *n*.
Teſtandi facultas. Cardinali conceditur ab Honorio IV. *a* 223. Canonico Baſil. Vat. a Paulo III. *b* 435. *ſeq.* Julius III. an. 1550. Clericis omnibus Romæ id licere decreviſſe dicitur *b* 436. *n*. Urbanus VIII. Canonico Baſil. Vat. facultatem concedit teſtandi de ipſis valis ſacris Capellæ domeſticæ *d* 40. *ſeqq.*
Thebaldeſcis *Franciſcus* de. Inſtituit tres Clericatus Chori *b* 215.
Theſaurarius Apoſtol. Sedis nunquam fuit officium venale *c* 29. *n*. *Patrimonii* in Tuſcia tempore Joannis XXII. *a* 255. ævo Bened. XII. Canonicus ex Gallia *a* 289.
Thomas S. & S. Michael Archang. in Formis. Eccleſiæ, & Ord. SS. Trinitatis Redemt. Captivor. Honorius III. tutelam ſuſcipit; Bona enumerat *a* 100. *ſeqq.* V. *Eccleſia S. Thomæ*.
Thomas S. Aquinas. Ejus teſtimonium de antiquis Indulgentiis ſuo ævo obtinentibus *a* 124. *n*.
Thomas S. de Villanova. Ejus Canonizatio *c* 273. *n*. V. *Alexander VII.*
Tiberis inundatio magna Clem. VII. an. 1530. *b* 406. *n*. Major ſub Paulo IV. *c* 42. *n*.
Tiburtina Bona, ad Baſilicam ſpectantia *b* 193.
Tituli Cardinalium mutari cœpti ex neceſſitate *b* 69. *n*.
Topographia nupera Caſalium Baſilicæ *d* 55.
Trabaria Maſſa. V. *Maſſa Trabaria*.
Tragliatella Caſale Baſilicæ; olim Civitella *c* 23. *n*.
Translatio Epiſcoporum a Card. Bellarmino improbata *b* 152. *n*. Sanctorum, ſive eorum Reliquiarum Pauli IV. tempore e Sacra æde S. Barthol. in Inſula ad Vaticanum ob Tiberis inundationem, iterumque hinc illuc *c* 42. *ſeq.* Ex veteri in novam Baſilicam a Paulo V. *c* 206. *ſeqq.*
Tranſpadina olim, nunc Tranſpontina Eccleſia S. Mariæ in *a* 78. 84. *n*. 112. *ſeq.* 364. Subjecta Baſilicæ Vat. *Ibid.* Antiqua erat prope Molem Hadrianam *a* 84. *n*. Nova in via Alexandrina, ſeu Burgo novo ædificari cœpta an. 1566. *c* 92. *n*.
Tranſumta ſeu Apographa Leo X. concedit fieri ex Autographis Archivi Baſil. *b* 371. Sixtus V. parem illis auctoritatem afferit, atque Autographis *c* 166. *ſeq.* Clemens VIII. fieri eadem concedit per Notarium Jacobum Grimaldum *c* 198. V. *Apographum*. *Vidimus*.
Trovatelli. Hoſpitale projectorum Piſis *b* 176. *n*.
Truncus, ſeu Arcella. Troncum ſuffoſſum, & excavatum appellat Joannes XXII. *a* 262. Capſula excipiendis eleemoſynis *b* 240. *n*.
Truſches Otho Præſul Auguſtanus Card. creatus a Paulo III. Vir ſummæ laudis, atque auctoritatis *c* 72. *n*.
Turcæ victi in Oriente virtute Pontificiorum militum *c* 189. *n*.
Turonenſium parvorum libra reſpondet Floreno auri *b* 200. 277. *n*.
Turrionis porta, olim Saxonum, & Poſterula. Hodie levis armaturæ equitum *b* 148. 251. *n*. V. *Porta*.
Turritana Sedes; cui ſuccedit Saſſaritana in Sardinia *b* 357. *n*.
Tuſcania Tuſcanellum Sedi Viterbienſi unitum *c* 75. *n*.
Tuſculum. Ibi olim Pontifices diverſabantur; præcipue Paulus V. qui ædes magnificentiſſimas Burgheſiorum delicias ædificavit *c* 212.

V

VAlca Caſtrum in Diœc. Portuenſi emtum a Bonif. VIII. cumque aliis multis donatum Capitulo *a* 228. 232. *c* 23.
Valchetta Caſale pertinens ad Monaſt. S. Blaſii della Pagnotta, una cum aliis bonis ejus Monaſt. Menſæ Capitulari unitur *b* 97. Ejus reditus ab Eugenio IV. applicantur alendo uni ex Baſilica, qui Philoſophiæ, Theol. & Juri Canonico operam det *b* 114. Nicolaus V. generali ſtudio inſtituto, quo non unus ſed plures confluere poterant, reſtituit Caſale Capitulo. *Ibi.* Poſtmodum cum Caſtro Valcæ coaluit: quare Leo X. Caſalia Baſilicæ enumerans, *Valcam Balchettæ* recenſet *b* 366. *c* 23.
Valentinus Dux in hiſtoria omni celeberrimus *b* 324. *n*.
Valeranum Caſtrum Juris Baſilicæ *a* 84.
Valeſius Franciſcus Romanus V. Cl. & juxta honeſtiſſimus atque innocentiſſimus obiter memoratur *b* 365. *n*.
Valignanus *Antonius* Latifundium Caſtellaris & Cephaliæ obtinet a Capitulo ad tertiam generat. probante Alexandro VII. *c* 271. Anno 1692. inſtauratur Emphyteuſis in eadem familia *c* 272. *n*.
Valle Card. de. Vir doctiſſimus olim Canonicus Baſilicæ *b* 404. *n*.
Vallis inferni. Caſale aſſignatum Capitulo cum Caſale Manlianæ. V. *Manliana*.
Valliſpoletani Ducatus Regeſta ap. Capitulum *a* 255.
Vannotia Pellex Romæ celebris mater Cæſaris Borgiæ, Ducis poſtea Valentini *b* 324. *n*.
Vaticana Baſilica. V. *Altararius*. *Baſilica*. *Fabrica*. *Indulgentiæ*. *Petrus S.*
Vaticanæ Baſilicæ *prærogativæ*. Sacros Principis Apoſtolorum Cineres ibi exiſtere, Patrum, Pontificum, Documentorum auctoritate conſtanti, *paſſim in Collectione*; præſertim *a* 1. *ſeq.* *c* 73. *n*. Romanæ inſtar Sedis eſſe habitam *c* 74. *n*. Concilia ibi ſemper celebrata uſque ad ſec. XI. *a* 1. *ſeq.*

ſeq. Romanos omnes Pontifices, præter aliquot extra Urbem difficillimis temporibus creatos, in ea conſecratos eſſe *a* 9. *n.* *c* 346. *n.* Ibi Romanos Pontifices celebraſſe ordinationes per quatuordecim ſere ſecula Sabbato quolibet Quatuor temporum *a* 21. *n.* *c* 346. *n.* Coronatos ibi eſſe, coronandoſque Romm. Imperatores *a* 350. *b* 402. *ſeq.* *n.* *c* 347. *n.* Perinde Catholicos Reges, ſi Romæ velint coronari *a* 117. 241. *ſeq.* *b* 10. *c* 347. *n.* In ea Canonizationes Beatorum ſolemnes factas, faciendaſque eſſe *c* 310. *ſeqq.* Necnon Beatificationes ſervorum Dei *Ibid.* Deo agendis gratiis pro expugnata hæreſi hunc unam electam eſſe *c* 49 Abſolutionem ſolemnem poſt abjuratam hæreſim in ea perfici *c* 201. *n.* Profeſſionem Fidei ab Epiſcopis &c. Juramentum ab Adminiſtratoribus Patrimonior. S. Sedis; Homagia Principum pro Feudis Apoſtolicæ Sedis, in ea una ſemper facta eſſe *a* 9. 11. *n.* 4. *n.* *c* 348. *n.*

Vaticanæ Baſilicæ *Præſtantia*. Sub S. Greg. III. hanc Sacrorum rituum, & Cæremoniarum Magiſtram ſequitur Baſilica Lateranenſis *a* 68. *n.* Præcedenti Eccleſiæ ſeculo, nempe VII. ſub S. Agathone Anglicanam Eccleſiam perinde docuerat Sacros ritus *Ibid.* Gallicanæ Magiſtra fuit ſeculo nono *c* 74. *n.* Quare omnium pene Eccleſiarum *Magiſtram et Dominam* appellant Joannes XIX. & Benedictus IX. *a* 18. 21. 78. *n.* *Omnium Eccleſiarum Matrem* Gregorius IX. *a* 123. Nicolaus III. *Caput omnium et Magiſtram*; & *velut cunctarum Eccleſiarum ſpeculum et exemplar.* *a* 175. 177 Gregorius XI. teſtatur, quod ab ea *Aliæ Eccleſiæ Urbis et Orbis debent exemplum laudabilis imitationis recipere* *b* 25. Alexander V. & Martinus V. *Eccleſiarum totius Orbis ſpeculum et exemplar* vocant *b* 70. 80. Nicolaus V. *Caput et Matrem*; *Matrem et decorem omnium Eccleſiarum* *b* 123. 134. 141. Callixtus III. *Aliarum Eccleſiarum Matrem et Magiſtram* *b* 157. *Orbis Eccleſiarum Matrem, et Caput* Pius II. *b* 161. Alexander VI. *Omnium Eccleſiarum Orbis terrarum Caput, et principem* *b* 332. Ac demum Benedictus XIII. *Cæterarum Urbis et Orbis Eccleſiarum ſpeculum et decus* *c* 297. Præterea illuſtrioribus eam præconiis Pontifices celebrant: Nam Innocentius III. inter totius Orbis Eccleſias ſpecialius diligit, *utpote*, ait, *Sedem noſtram.* Rurſuſque *propriam Romani Pontificis Sedem* appellat *a* 77. 86. *In Apoſtolor. Principis nomine*, ait Greg. IX., *dedicata obtinet inter alias Domino faciente primatum* *a* 123. *Inter cunctas Orbis Eccleſias dignitatis conſpicuæ fulget honore* Innoc. IV. ſententia *a* 130. Et Urbani IV. *Urbis et Orbis Eccleſias ſpecialis dignitatis privilegio antecellit* *a* 143. Joannes XXI. ſemel & iterum affirmat, quod *majoritatis gradu* cæteras præcellit: quod aliis *Urbis et Orbis* Eccleſiis eſt dignior: & quod omnium *præcipua* ſingulis eſſe debet ſpeculum & exemplar. *a* 155. *ſeqq.* Nicolaus III. pari eam laude extollit *a* 198. vocatque locum adnexum ſpecialiter Romano Pontifici Vicario Jeſu Chriſti *a* 202. Nicolaus IV. Chriſtum voluiſſe ait, ut cæteras Orbis Eccleſias dignitate præcelleret *a* 213. *ſeq.* 216. Eadem ſententia utitur Clemens V. *a* 245. Tam idem Pontifex, quam Joannes XXII. & Benedictus XII. reparationis Eccl. Lateran. ſatagentes nullo eam præconio proſequuntur *a* 248. 265. 297. Contra ſingulari ſæpe laude Vaticanam efferunt: præcipue autem Joannes Romanam Eccleſiam & Vaticanam Baſilicam pari honore afficit: *Quanto eas*, inquiens, *amplioris favoris prærogativa reſpicimus, et amoris proſequimur privilegio ſingularis* *a* 267. Vocat ſe *Singularem* Baſilicæ *Antiſtitem et Gubernatorem in Domino ſpecialem* *a* 271. Benedictus XII. cum Joanne certatim eam ſemper extollit: aliquando etiam affirmat, quod *præ cæteris Mundi Eccleſiis, velut Caput earum honoribus eſt proſequenda præcipuis, et favoribus amplianda* *a* 302. Subinde ſe ait, *inter cæteras Orbis Eccleſias præcipue proſequi prærogativa favoris* *a* 307. Innocentius VI. Baſilicam Principis Apoſtolorum, qui a *Petra Chriſto et decorem dignitatis, et poteſtatem Principatus accepit*, honoribus & privilegiis muniendam agnoſcit *a* 361. Iterumque *inter alias Orbis Eccleſiæ* magis honorandam ait, quod in ea *ipſius Venerabile Corpus celebri memoria requieſcit*, eſtque *præcipua Apoſtolici Præſulis Sedes* *a* 363. Conſtantem hanc Baſilicæ præſtantiam anno 1372. omnium Pontificum primus Gregorius XI. negaſſe videtur *b* 20. Erat Gregorius natione Gallus Petrus Rogerius Monſtrius de Malmonte S. Mariæ Novæ Diac. Card. *a* 363. Archipr. Lateran. Baſil. a Clem. VI. creatus Innoc. VI. binis literis Apoſtol. præſtantiam Vat. Baſil. aſſerentibus ſubſcripſerat *a* 363. 366. Pontifex factus lepra Conſtantini & cæteris motus, quæ in Actis S. Silveſtri, Vaticanæ eam præfert: at poſt biennium præſtantiorem eſſe Vaticanam *Eccleſiis Urbis et Orbis* cum Prædeceſſoribus ſuis pronunciat *b* 25. Perinde Martinus V. *b* 83. Eugenius IV. Prædeceſſorum exemplo loco principe eam ſemper recenſet *b* 85. 87. Nicolaus V. *Sedem propriam Apoſtolicæ dignitatis* eam appellat; necnon *alias Urbis et Orbis Eccleſias ſpecialis dignitatis privilegio antecellere* affirmat *b* 123. Eccleſiis Urbis inſigniorem vocat *b* 139. *Sponſæ noſtræ ſediſque præcipuæ* titulo ornat *b* 150. Pius II. *Sponſam noſtram præcipuam* vocat *b* 163. Paulus II. *Dignitate, vetuſtate, et honore præcipuam* nuncupat *b* 190. Perinde Sixtus IV. tum aliis *Urbis et Orbis* Eccleſiis eadem *triplici laude* præſtare ait *b* 217. 220. tum Succeſſores omnes enixe orat, ut meminerint, *ab eo* (Apoſtolor. Principe) *Sedem Apoſtolicam, ac Apoſtolatus officium initium ſumſiſſe* *b* 209. *c* 338. *n.* Eadem ſententia utitur Innocentius VIII. *b* 234. 255. Deinde cæteris *præſtantiorem*, ac miniſterio Pontificali frequentius addictam ait *b* 270. Julius III. aliis eam præfert, quod *per eam ſuſceptæ adminiſtrationis auctoritas* ad ſe pervenerit *c* 20. Pius IV. an. 1560. Vaticanam Baſilicam præfert Lateranenſi *c* 74. *n.* S. Pius V. Gregorii XI. & Sac. Rotæ ſententiis inhærens, ut Cleri diſcordiis modum afferret, Vaticanæ Baſilicæ Capitulum & Clerum, Lateranenſis Capitulo & Clero poſthabendos eſſe ſanxit, ſilentio Vaticanis indicto *c* 72. *ſeqq.* Lateranenſes jure ſuo potiuntur anno jam centeſimo octogeſimo tertio, & Vaticani ſiluerunt ſemper, ac ſilent, ſilebuntque *Ibid.* *n.* S. idem Pontifex inſequenti anno, nempe 1570. Rom. Pont. Cathedralem declarat Baſilicam Vatic. ibi præbendam Theologalem juxta Conc. Trid. decreta inſtituendo *c* 80. Multo antea Innoc. III. appellaverat Cathedralem Vaticanam, & Lateranen. *d* 63. Sequentes Pontifices Prædeceſſorum veſtigiis inſiſtere non ceſſant. Sixtus enim V. *Dignitate et præſtantia* eam cæteris anteire

pronunciat *c* 154. Clemens VIII. Vaticanam Baſilicam præmittit Lateranenſi *c* 199. Paulus V. affirmat, quod præ aliis Eccleſiis eum *præcipue* premit *cura Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua Sanctitas Principatus Eccleſiæ reſplendet* *c* 213. Deinde aperte fatur eam *dignitate et præſtantia cæteris* antecellere *c* 224. Urbanus VIII. a S. Petri Confeſſione ſeu Sepulcro, ubi Conſtantinus Eccleſiam ædificavit, præſtantiam repetit, ad eam ajens ex omnibus Mundi partibus Chriſtifideles *tanquam ad Fidei petram, et Eccleſiæ fundamentum* convenire *c* 242. Idem Pontifex, Clemens IX. Clemenſque XI. Sixti, & Pauli V. ſententiam *de dignitate et præſtantia* Baſilicæ nihil mutant *c* 274. 288.

Vaticanæ Baſilicæ *Privilegia*. Innocentius III. an. 1205. & Gregorius IX. 1228. Exemtam eam declarant, uni Romano Pontifici ſubjectam *a* 83. 113. Antea minus clare, re autem ſimiliter, uſque ab an. 1153. Eugenius III. conceptis verbis eam exemtionem expreſſerat: *Salva*, inquiens, *in omnibus aliis, et retenta in noſtris, et Succeſſorum noſtrorum manibus ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia* *a* 52. Ac per eadem verba Hadrianus IV. Alexander III. & Clemens III. *a* 54. 65. 72. Innocentius autem VI. tum Innocentii III. & Gregorii IX. declarationem confirmat: tum *nullum, præter Romanum Pontificem, Superiorem habere* Baſilicam pro certo aſſerit *a* 357. 363. *c* 339. Ea propter Martinus V. an. 1420. Baſilicam reformaturus, ſuam delegat poteſtatem Archipresbytero *b* 80. 83. Nicolaus V. anno 1452. duobus Epiſcopis Apoſtol. auctoritatem largitur, ut Baſilicam viſitent *b* 139. *ſeq.* Perinde Innocentius VIII. an. 1484. *b* 234. *ſeqq.* Paolus IV. per ſe ipſe Baſilicam viſitavit *c* 359. *n.* Pari modo Clem. VIII. Urbanus VIII. Alexander VII. & Innocentius XII. aut ipſi per ſe, aut per Delegatos viſitarunt *Ibid.* Canonicis, Beneficiatis, & Clericis ſub pœna excommunic. majoris vetitum Sacroſanctam hanc Baſilicam ingredi abſque habitu Chorali, aut ſacris indumentis *b* 91. *c* 216. Ita ſcilicet Eugenius IV. decrevit an. 1437. Confirmans Joannis XXI. & Nicolai III. antiqua Decreta, & anathematis pœnam adjungens *a* 171. *ſeq.* 193. *ſeq.* Semel eam incurriſſe eos conſtat poſt fœdiſs. direptionem Borbonianam, qua eos abſolvit Clemens VII. an. 1528. facultatem ingrediendi illam ad tempus bimeſtre prorogans, ne Baſilica divinis fraudaretur officiis, quoad Chorales habitus refecti eſſent *b* 394. Præbendam Theologalem habet more Cathedralium *c* 80. A quarta funerum exemta eſt *b* 252. Præcipua in unum collecta a Benedicto XIV. & Apoſtol. auct. firmata *c* 337. *ſeqq.* V. *Archipresbyter. Canonici. Privilegia. Vat. Baſ. Prærogativæ.*

Vegetanum territorium. In eo Urbs celeberrima Vejorum *a* 33. *n.* Varia jura Capituli *Ibid.* 59. 70. 85. 114. 365.

Veliternenſes audacter liberant ex carceribus Religioſum Ord. S. Aug. multis criminibus reum *b* 28. Aucupiorum Campi mortui conductores *b* 398.

Venturinus Ord. Prædicator. calumniis obnoxius *d* 59.

Veronica. V. *Sudarium SS.*

Vertua *Joannes Thomas* Clericus Beneficiatus & Capellanus Altaris mortuor. Capellania dimiſſa Clericus viceſimus ſextus remanet. *c* 139. V. *Clerici*.

Veſtes Sacræ in Canoniz. S. Thomæ de Villanova ab Alex. VII. donantur Sacriſtiæ Baſilicæ *c* 273. *n.*

Vezoſius V. Cl. laudatur *c* 361. *n.* *d* 63.

Ughellus *Ferdinandus* notatur *b* 99. *n.* 408. *n.* *c* 123. *n.*

Via & Porta Appia nunc S. Sebaſtiani *a* 75. *n.*

Via Aurelia, Claudia, Cornelia, Triumphalis *a* 26. *n.*

Vicarellum. Oppidulum in Territorio Piſano: cujus poſſeſſio teſtamento relicta Fabricæ *b* 176.

Vicarii Curati duodecim a S. Pio V. inſtituti *c* 90. *ſeq.*

Vicarii Petri. V. *Rom. Pontifex.*

Vicarius Archipresbyteri Baſilicæ. Eſt antiquior Conſtitutionibus: nam Joannes XXI. an. 1277. ratas habens Conſtitutiones Archipresb. Joannis Cajetani Urſini, qui mox ei ſucceſſit Nicolai III. nomine, ejuſdem Vicarium memorat *a* 163. Ex conſtitutionibus Nicolai III. ejus auctoritas in Beneficiatos tantum maxima *a* 180. 184. *ſeq.* 188. *ſeq.* 193. Deinde in Clericos alioſque inferiores Baſilicæ addictos *b* 160. Ex iiſdem conſtitutionibus fungi poterat eo munere Canonicus Baſilicæ *a* 184. Sæpe id factum patebit infra ex Catalogo Vicariorum, quem ſubjungam: quoad an. 1657. Alexander VII. per ſuas literas Apoſtolicas vetuit Canonicos Baſilicæ, aut alterius Eccleſiæ in poſterum eligi *d* 45. Auctoritas ipſa eademque erat Archipresbyteri, quam ipſemet ei delegabat *a* 184. Propterea Bonif. VIII. Beneficiatos tres adjunctos, ac viginti Clericos inſtitutos Archipresbytero ſubjicit, nulla Vicarii mentione facta *a* 230. Dum S. Sedes peregrinabatur in Galliis, Archipresbyteri in Comitatu degentes neque ipſi per ſe, nec per Vicarios rexiſſe videntur Baſilicam. Certe collectio noſtra eos ſilet uſque ad annum 1410. *b* 71. Hinc igitur incipiam Catalogum, novem Archipresbyterorum Vicariis in incerto relictis per 130. annos, poſt Nicolai III. conſtitutiones, quorum nomina non ſuppetunt.

Jacobus de Calvis Canonicus Baſil. Vicarius Card. Antonii Calvi Archipresb. anno 1408. *b* 71.

Vicarii quatuor Archipresbyteror. ſilentur uſque ad Petrum Barbum Archipr. an. 1445.

Georgius de Cæſarinis Canonicus Baſil. Vicarius Petri Barbi Card. Archipresb. *b* 126. 143.

Franciſcus de Thomæis Canonicus Baſil. Vicarius ejuſd. Card. Petri Barbi, ut docet Pius II. an. 1458. *b* 159. 168. 184.

Vicarius Archipresb. Oliverii ſiletur.

Hieronymus Sanctucius Epiſc. Foroſempronienſis Archipresb. Baptiſtæ Zeno Vicarius *b* 220. 225. *c* 168.

Joannes de la Sega Protonotarius ejuſdem Archipresb. Vicarius an. 1485. *b* 238. 245.

Beltrandus Conſtabilis Vicarius Hippolyti Card. Eſtenſis Archipresb. ab an. 1501. *b* 335.

Carolus de Areoſtis Canonicus Baſil. Provicarius appellatus Archipr. Franciotti Card. Urſini an. 1526. *b* 382.

Marius de Vulterris Canon. Altariſta mox Epiſc. Cavallicen. Vicarius forſan Franciſci Cornelii Archipresb. ab an. 1530. *b* 338. 425.

Franciſcus Sfondratus Electus Sarnen. ab Archipresb.

chipreſb. Alexandro Farneſio an. 1543. ipſa in ſua creatione *b* 440. 444. poſtmodum Card. creatus a Paulo III. an. 1544.

Alexander Campegius Bononien. Epiſcopus Franciſco ſucceſſit *b* 445. 447. & ipſe creatus Card. an. 1551. a Julio III. *b* 445.

Federicus Fantucchius nobilis Bononienſis Epiſcopus Cariatenſis, qui obiit ſupremum diem anno 1561. Vicarius ejuſdem Archipresbyteri *c* 41. *ſeq.* 46.

Antinus Marcheſanus Vicarius ejuſd. Archipreſb. ab Hieron. Andreucio eductus ex noſtro Archivo Baſil.

Antonius Elius Patriarcha Jeroſolymitanus ejuſdem Archipreſb. Vicarius indicatur *c* 79.

Paulus Sanvitalis extremus Farneſii Archipr. Vicarius ap. laudatum Andreucium.

Hieronymus Maffeus an. 1589. electus ab Archipreſb. Evangeliſta Pallotto indicatur *c* 155. *ſeq.* 167. Anno ſequenti fit Canonicus Baſilicæ. Vicarii alii quatuor ab Andreucio recenſentur ſub eodem Archipresbytero: *Paulus* Alvarius Archiep. Raguſ. an. 1594. *Antonius* Victorius Romanus U. S. Referendar. an. 1589. *Antonius* Seneca Epiſc. Anagn. an. 1610. *Franciſcus* Sacratus Archiep. Damaſcenus Sac. Rotæ Auditor an. 1619. omnes ex Actis Gargarii in Archivo Baſil.

Fauſtus Caſſarellus Advocatus Conſiſtorial. & Sign. Juſt. Referend. Vicarius Arch. Scipionis Burgheſii an. 1621. *Eraſmus* Paravicinus Epiſc. Alexandrinus an. 1627. *Proſper* Caſſarellus 1632. Ex iiſdem Actis ap. Andreuc.

Proſper Caſſarellus prædictus ab Archipreſb. Franciſco Barberino electus die ipſa initæ poſſeſs. 6. Novemb. 1633. Ejuſque abſentis loco Provicarius *Fauſtus* Polus Archiep. Amaſenus. Ex *Diar. Gaſp. Servantii*, quem indicavi *b* 84. Hujus tempore tam Archipreſb. quam Vicarius, dummodo Epiſcopi, anno 1642. facultatem obtinuere Munia Epiſcopalia exercendi, & Sacram. Confirmat. conferendi in tota Civit. Leonina *c* 254. Eum ſequuti ſunt ſub eod. Archipr. *Joannes Baptiſta* Scannarolus Epiſcop. Sidonien. an. 1645. Cujus ævo Alex. VII. decrevit, Portionis Archipresbyteralis dimidium Vicario tribuendum *d* 45. *Sigiſmundus* Spada 1664. & *Joſeph Maria* Suareſius Epiſcopus Vaſionen. ſequenti anno *c* 265.

Franciſcus Filicaja Canonicus Baſilicæ Abbreviator de Parco Ma. Firmanus, poſtea Camerinenſis Gubernator Romam rediens an. 1674. inter Sign. Juſt. Votantes adſcriptus: a Carolo Barberino Archipreſb. Vicarius electus obiit ex hidrope die 6. Apr. 1683. Ciamp. *de Parco Ma.* xlvii.

Joannes Franciſcus Albanus electus ab eodem Archipreſb. an. 1683. die 20. Maji dum eſſet Utriuſque Sign. Refer. *c* 283. *n.* Canonicus poſtmodum factus ab Innoc. XI. anno 1688. die 31. Octob. poſſeſſ. init *Ibid.* Cardinalis creatus ab Alexandro VIII. die 13. Februar. 1690. *c* 278. Demum Romanus Pontifex an. 1701. *c* 283.

Joannes Dominicus Paraccianus ab eodem Archipreſb. electus an. 1689. die 20. Decemb. Utr. Sign. Refer. anno 1704. fit Canonicus a Clem. XI. & 1706. die 17. Maji Cardinalis, ac demum 1714. Vicarius Urbis *c* 184. *n.*

Marcus Antonius Burattus & ipſe Canonicus: necnon *Bartholomæus* Spada Vicarii ejuſd. Archipreſb. numerantur.

Bartholomæus Spada ab Archipreſb. Card. Nerlio confirmatus an. 1704. *c* 286.

Joannes Franciſcus de Nicolais Epiſc. Beriten. ab eodem Archipreſb. electus an. 1706. die 19. Jul. Mortuo autem Archipreſb. die 8. April. an. 1708. ſequenti die a Clem. XI. *ad noſtrum et Sedis Apoſtol. benepl.* confirmatus, per annos tres, menſes octo, ac dies decem uſque ad Hannibalis Card. Albani Archipresbyteratum die 18. Januar. an. 1712. ſolus præfuit *c* 288. Inde novi Archipreſb. Vicarius ad anni 1737. diem 29. Decembris ſuæ vitæ mortalis extremam.

Joachimus Ferdinandus Portocarrero Patriarcha Antiochenus a Clem. XII. de Archipreſb. conſenſu electus die 30. Decembris an. 1737. quoad viveret: Sacro Cardd. Collegio adſcriptus an. 1743.

Aloyſius Matthæjus Clericus Cam. Apoſtol. ab eod. Archipreſb. eligitur die 27. Septemb. an. 1743. factuſque Auditor Cauſar. Sac. Palatii, ſeu Rotæ an. 1747. Vicariat. abdicat.

Simon Bonacurſius Clericus Cam. Apoſtolicæ electus ab eod. Archipreſb. quo diem ſuum obeunte 21. Octob. 1751. Vicariat. ejus vacavit uſque ad diem 8. Novemb. ejuſd. anni *c* 325. 330.

Georgius Laſcaris Epiſcop. Zenopolitanus, Abbas Zolkievienſis & Olycenſis Ord. Cler. Reg. Teatin. a Magnæ Britaniæ Regis filio Duce Eborac. Archipresbytero electus abſens ipſo initæ poſſeſs. die 17. Novemb. 1751. Provicario interim conſtituto ſummæ virtutis Præſule *Ludovico* Valdina olim Cremona Epiſc. Hermopolitano.

Vicarius Pontificis in Baſilica Vatic. ſeculo XV. Difficillimis Eccleſiæ temporibus, diſciplina Eccleſiarum Urbis frigeſcente, a Gregorio XII. & Alex. V. Archipresbyter Antonius Calvus Viſitator decernitur *b* 67. 69. Perinde Antonius Corarius a Martino V. *b* 80. 83. Novum poteſtatis genus emergit Apoſtolici Vicariatus an. 1447. quod per totum fere ſeculum obtinet. Hujuſmodi Vicarior. primus *Antonius* de Fatatis a Nicolao V. eligitur *in dicta baſilica in ſpiritualibus, et temporalibus generalis Vicarius auct. Apoſt. uſque ad noſtrum beneplacitum* cum plena juriſd. in res & perſonas Eccleſiaique tam Secularium quam Regularium Baſilicæ ſubjectas *b* 111. *ſeqq.* 126. Ipſiſſima cum auctoritate ab eodem Pontifice eſt creatus *Joannes* de Millinis Canonicus Baſilicæ *b* 143. Anno 1458. Pius II. ead. Apoſtol. auctoritate munit *Franciſcum* de Thomæis Vicarium Archipresbyteri, expreſſe illi tribuens juriſd. Civilem, & Criminalem in ipſos Canonicos *b* 159. 168. 184. *n.* Anno 1467. *Sebenicenſis Epiſcopus* a Paulo II. Vicarius Apoſtol. conſtituitur cum ead. juriſd. *b* 189. *ſeqq.* Sixtus IV. *Georgium* Epiſc. Urbevetanum Vicar. Apoſtol. inſtituit *b* 210. 217. *ſeq.* Et poſt an. 1480. *Baptiſtam* Epiſcopum Faventinum *b* 228. Quæ ſcilicet conſuetudo uſque adeo inoleverat, ut idem Sixtus IV. adjiciat, *Ejuſque Succeſſoribus pro tempore Vicariis* *b* 229. Anno 1488. Innocentius VIII. eadem Apoſt. auct. munit *Nicolaum* Forojulienſem Epiſcopum *b* 255. 257. *d* 29. Tametſi ante annos quatuor largitus erat Archipreſb. Baptiſtæ Zeno omnimodam auctoritatem eorumdem

Vicarior-

Vicarior. Apoſtolicor. *qui pro tempore fuerunt*, cum facultate eam delegandi ſuo Vicario *b* 235. *ſeq.* n. 256. *ſeq.* *n.* Innocentium Succeſſores imitatos non apparet *b* 257. *n.*

Vicarius Urbis. Antiquata diſciplina veteri, abſentis Pontificis non Archidiaconus, ut antea, ſed Epiſcopus plerumque Vicarii munus obibat *a* 79. *n.* Hujuſmodi nonnulli ſuppetunt in noſtra Collectione: *Octavianus* Oſtien. Epiſcopus Card. an. 1198. eligitur ab Innoc. III. in Spolet. Ducatum abeunte *a* 79. Innocentius IV. Lugdunum ſe conferens an. 1244. inſtituit Vicarium ſuum Card. Presbyterum S. Mariæ Tranſtiberim *a* 128. Pontificum Avenione degentium Vicarii ſingulorum plures in Spiritualibus leguntur *Joannis XXII.* an. 1322. Andreas Epiſcopus Terracinæ *a* 262. *ſeq.* 1325. Angelus Viterbien. Epiſcopus *a* 271. *ſeqq.* 284. *Benedicti XII.* an. 1335. Joannes Epiſc. Anagninus *a* 288. 301. 307. 314. *ſeq.* 319. *d* 59. & an. 1342. Nicolaus Epiſcopus Aſiſinaten. *a* 324. *Clementis VI.* Raymundus Epiſcopus Reatinus an. 1343. *a* 330. 332. Pontius Epiſc. Urbevet. an. 1349. *a* 338. *ſeqq.* 343. *Innocentii VI.* an. 1353. idem Pontius *a* 346. 359. *ſeq.* *Urbani V.* an. 1363. Joannes Ep. Urbevetanus *b* 1. an. 1365. Petrus Ep. Urbevet. *b* 4. an. 1370. Jacobus Ep. Aretinus *b* 18. *Gregorii XI.* Idem Epiſc. *Ibi*. an. 1372. Jacobus Ep. Spoletan. *b* 21. an. 1375. Lucas Ep. Nucerin. *b* 26. Anno 1411. *Joannes XXIII.* Romæ exiſtens Vicarium ſuum eſſe teſtatur Abbatem Monaſt. S. Martini in Montibus Viterb. *b* 75. Ejuſque locumtenentem inſtituit ſeq. anno Canonicum Baſilicæ. *Ibid.* Anno 1439. *Eugenii IV.* Florentiæ degentis erat Vicarius Andreas Epiſc. Auximanus *b* 96. *Nicolaus V.* an. 1448. ſuum Vicarium inſtituit Berardum Epiſcopum Spoletanum, qui & *Calliſti III.* Vicar. erat an. 1455. *b* 151. *Sixti IV.* & *Innocentii VIII.* Vicar. fuit Nicolaus Epiſc. Cenetenſis *b* 250. Anno 1508. *Julius II.* Vicarium in ſpiritualibus generalem poſthabet Abbati S. Greg. & Præceptori Hoſpital. S. Spiritus, filiumque non ſratrem appellat: non enim erat Epiſcopus *b* 343. Clemens VII. ſpecialiter demandat Vicario, ut aſiſtat Capitulo, & Canonicis *b* 399.

Vicarius Urbis perpetuus Cardinalis. Exeunte anno 1558. ſeu die 14. Decembris a Paulo IV. inſtituitur omnium primus *Virgilius* Roſarius *c* 35. *n.* Moritur ſeq. anno die 23. Maji *c* 184. *n.*

Jacobus Card. Sabellus. Creatus prædicto anno ad 1587. pervenit *c* 184. *n.* An. 1566. S. Pii V. decreta evulgat pro ſervitio Chori Baſilicæ *c* 185. Et quidem ex delegatione ſpeciali *c* 353. *n.*

Hieronymus Card. Ruſticucius. A Sixto V. creatus eodem anno ſupremum diem obiit anno 1603. *c* 184. Decreta Clem. VIII. promulgat an. 1593. *Ibid.* *ſeqq.* Clementis VIII. ad eum literæ *c* 196. Erat Card. Epiſcopus: nihilominus a Clem. VIII. dilectus filius appellatur *c* 205. *n.*

Camillus Card. Burgheſius: poſt biennium creatus Pontifex, & Paulus V. nuncupatus *c* 184. *n.* 206.

Hieronymus Pamphilius a Paulo V. creatus an. 1605. moritur 1610. *c* 184. *n.*

Joannes Garzias Card. Millinus ab eod. Pontifice. qui ad an. 1629. vitam perduxit *c* 184. *n.* 227. 230. *ſeq.*

Martius Card. Ginettus ab Urbano VIII. creatus mortem occubuit an. 1671. *c* 184. *n.* 245. *n.*

Gaſpar de Carpineo a Clemente X. Vicarius factus prædicto anno, occubuit mortem an. 1714. *c* 184. *n.* 281. 289.

Joannes Dominicus Paraccianus ab eod. an. 1714. pervenit ad 1721. in Comitiis Innoc. XIII. deceſſit. Is fuerat Vicarius Baſilicæ, inde Canonicus *c* 184. *n.*

Fabritius Card. Paulutius ab Innoc. XIII. electus, an. 1726. moritur *c* 184. *n.*

Proſper Mareſoſchus ab Innoc. Suceſſore Benedicto XIII. eod. anno factus Vicar. ad 1732. pervenit *c* 184. *n.*

F. *Joannes Antonius* Guadagnus eod. an. 1732. a Clem. XII. electus *c* 184. *n.* 317. *n.* 320.

Vicedominus. Ejus officium Domus Pontificia *a* 22. *n.*

Viceſima quid? *d* 56. *n.* Ejus Collectores in Hiſpaniis deſignantur duo Canonici Baſil. Vatic. *d* 55.

Victor II. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *a* 37.

Victorius *Franciſcus* Commendator, celebris Muſei poſſeſſor Romæ *a* 231. *b* 170. *n.*

Vidimus perinde ac Apographum *c* 199. *n.*

Vigiliæ a Matutinis olim diſtinctæ *a* 186. *n.* *c* 326. *ſeq.* *n.*

Vincentii S. Eccl. olim Monaſter. Jeruſalem prope Sanctum Petrum *a* 18. *n.* V. *Eccleſiæ juris Baſil.*

Viſio cujuſd. Sacerdotis ab Innocentio III. relata *a* 79.

Viſitationes Baſilicæ auctorit. Apoſtolica *c* 359. *n.*

Vitelleſcus Patriarcha Alexandrinus Card. Legatus S. Sedis *b* 92. *n.* cæditur *b* 106. *n.*

Vitellius *Alexander* dilatandæ Leoninæ Civit. præfectus *b* 40.

Uladislaus Poloniæ, & Sueciæ Regis fil. fit Canonicus S. Petri ab Urbano VIII. *c* 236. 330. *n.*

Unciola *Joannes* Altararius Baſilicæ ære alieno gravis moritur *a* 263. *ſeqq.* 277.

Urbanus III. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *a* 68.

Urbanus IV. Ejus ætas & Diplomata *a* 143. *ſeq.*

Urbanus V. Ejus ætas & protectio Baſilicæ ac perſonarum *b* 1. *ſeq.* Avenione Romam: iter: mora *b* 5. *ſeq.* *n.*

Urbanus VI. Ejus ætas, & Diplomata *b* 28. *ſeqq.*

Urbanus VII. ætas ejus brevis *c* 180.

Urbanus VIII. Ejus ætas & literæ Apoſtolicæ *c* 232. *ſeqq.* V. *Baſilica*. *Indulgentiæ*. *Vat. Baſilica.*

Urſinus *Baptiſta* Card. *b* 285. *n.* *Franciottus* Archipresb. ad Pontificatum propoſitus *b* 380. *n.* S. Cæciliæ Commendatarius *b* 386. 395. *Franciſcus* Præfectus Urbis *b* 140. *Joannes* Cajetanus Archipresb. poſtea Pontiſ. Nicol. III. *a* 156. *Joannes Gayetanus* Canonicus poſtea Card. *a* 302. *n.* *Latinus* frequenti translat. de Sede in Sedem celebris Epiſcopus *b* 152. *n.* *Neapoleo* Baſil. Archipresb. liberaliſſimus *a* 246. *Poncellus* Ambulacri a Palatio ad Molem Hadrianam auctor creditus *b* 53. Fr. *Vincentius Maria* Pont. Bened. XIII. liberalitate in Baſilicam nulli ex inclyta familia ſecundus *c* 298. *ſeqq.* In eumdem, totamque eamdem Familiam Capituli gratus animus *a* 177. 198. *ſeqq.* *c* 302. *n.*

Vulterris *Marius* de. Canonicus, poſtea Epiſcopus & Vicarius Baſil. *b* 338. *n.*

Vultus S. V. *Sudarium SS.*

Z

ZAcharias S. Ejus ætas *a* 11. Concilium ap. S. Petrum *a* 2. *n*. Conſtitutio de viſitand. Sacris Liminib. *a* 11.

Zenonis *S*. Eccleſia in ſubſtruction. Palatii *S*. Inquiſitionis aliquam partem extans *a* 25. *n*. & 244. *ſeq*.

ADDENDIS ADDENDA.

PAg. 61. *col*. 2. §. Pag. 164. not. a *lin*. 12. Prætermiſſa fuerunt inter *Literas* & *Pontificias* pauca hæc,, Eugenii IV. qui omnium primus ,, id moris invexit in literas,, Iterumque *pag. ſeq. col*. 1. *lin*. 34. inter *Eugenii IV*. & *aut Blondi* ſequentia verba,, ratione miſcens quærit, qui- ,, nam Pontifex omnium primus annos Incarna- ,, tionis adhibuerit. Ipſe enim eſt Eugenius IV.,,

REGE-

REGESTUM.

*. **. a. b. c. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o.

Omnes ſunt Duerniones, præter **. Aaa. *&* o. *fol.*

ROMAE

Excudit Jo. Maria Salvioni Typographus Pontificius Vaticanus
In Archigymnaſio Sapientiæ.
M. DCCLII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google
10216'

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google